BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XX I
G
2
NAPOLI

221.
G/2.

SYNTAGMATIS COMMVNIVM OPINIONVM, SIVE RECEPTARVM SENTENTIARVM,

Ad inſtar Codicis Iuſtinianei in titulos redactarum.

TOMVS SECVNDVS.

Editio poſtrema ſuo nitori qua ſieri potuit diligentia reſtituta.



LVGDVNI,
SVMPTIBVS HORATII CARDON.
M. DCVIII.

TITVLI QVI HOC SECVNDO TOMO CONTINENTVR.

ABigeis. 530
Accuſationibus. 440
Acquirenda hæreditate. 127
Acquirenda, retinenda, & recuperanda poſſeſſione. 201
Adempt. legat. 162
Ad legem Corneliam de ſicariis. 495
Ad leg. Corneliam de falſis. 504
Ad leg. Flauiam de plagiariis. 504
Ad legem Falcidiam. 189
Ad leg. Iuliam maieſtatis. 461
Ad legem Iuliam de ambitu. 515
Ad leg. Iul. de vi publica, & priuata. 482
Ad leg. Iuliam de adulteriis, ſtupro, & peccato Sodomitico. 464
Adoptionibus. 404
Ad Senatuſconſultum Orficianum. 197
Ad Senatuſc. Syllanianum. 142
Ad Senatuſconſultum Tertullianum. 196
Ad S.C. Trebellianum. 183
Alienatione feudorum. 610
Alluuionibus & paludibus, &c. 241
Annali exceptione tollenda, &c. 241
Annuis legatis. 152
Appellationibus & conſultationibus. 303
Auro & argento leg. 161
Bonis authoritate iudicum poſſidendis ſeu venundandis. 319
Bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerant. 557
Bonis libertorum & iure patronatus. 9
Bonis maternis, & materni generis. 197
Bonis proſcriptorũ ſeu damnatorum. 552
Bonis quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio, vel aliter acquiruntur: & eorum adminiſtratione. 198
Bonorũ poſſeſſione ſecundum tabulas. 59
Caducis tollendis. 190
Codicillis. 143
Collationibus. 30
Communia de legatis, & fideicommiſſis, & de in rem miſſione tollenda. 577
Communia de vſucaptonibus. 222
Conditionibus inſertis tam legatis quàm fideicommiſſis, & libertatibus. 179
Confeſſis. 287
Contrahenda ſtipulatione. 360
Crimine peculatus. 515
Crimine ſacrilegij. 516
Cuſtodia reorum. 456
Diſtractione pignorum. 348
Donationibus. 406
Donationibus cauſa mortis. 418
Donationibus ſub modo. 422
Dote prælegata. 159
Duobus reis ſtipulandi. 371
Edicto diui Adriani tollendo. 142
Emancipatione liberorum. 404
Euictionibus. 397
Exceptionibus. 349
Executione & publicatione teſtamentorum. 139
Executione rei iudicatæ. 274
Falſa moneta. 514
Famoſis libellis. 530
Feudi alienatione prohibita. 621
Feudo fœminæ. 621
Feudo ſine culpa non admittendo. 643
Fideicommiſſis. 167
Fideiuſſoribus. 371
Fructibus, & litium expenſis. 153
Feudo legato. 154
Fundo, vel inſtrumento legato. 160
Furtis & ſeruo corrupto. 3
Hæredibus inſtituendis, & quæ perſonæ inſtitui non poſſunt. 69
Iis quæ pœnæ nomine in teſtamento, vel codicillis relinquuntur. 167
Iis qui parentes vel liberos occiderunt. 504
Iis quibus vt indignis auferuntur hæreditates: & ad Senatuſconſ. Syllanianum. 142
Iis quibus vt indig. leg. auferuntur. 163
Impuberum, & aliis ſubſtitutionibus. 92
Indicta viduitate, & lege Iulia miſcella tollenda. 165
Iniuriis. 516
In quibus cauſis pignus vel hypothe. tacitè contrahitur. 345
Inſtitutionibus & ſubſtitutionibus, & reſtitutionibus ſub conditione factis. 71
Interdictis. 335
Inueſtitura feudi. 591
Inutilibus ſtipulationibus. 371
Iure aureorum annulorum, &c. 9
Iure deliberandi, & adeunda vel acquirenda hæreditate. 127
Iure dominij impetrando. 349
Iure patronatus. 9
Legatis. 144
Liberatione legata. 160
Liberis præteritis vel exhæredatis. 109
Litigioſis. 359
Luitione pignoris. 349
Maleficiis. 483
Milite vaſallo qui contumax eſt. 644
Mulieribus quæ ſeruis propriis ſe coniunxerunt. 482
Mutatione nominis. 512
Natalibus reſtituendis. 9
Natura feudorum. 623
Ne liceat in vna eadémque cauſa tertio prouoc. &c. 326
Nouationibus. 389
Operibus publicis. 341
Operis noui nunciatione. 338
Optione legata. 162
Pact. pignorum & de l. commiſſoria in pignoribus reſcindenda. 349
Patria poteſtate. 403
Pignoribus & hypothecis. 343
Pœnis. 543
Pœna iudicis qui malè iudicauit. 249
Poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel præteritis. 121
Præſcriptione longi temporis 10. vel 20. annorum. 234
Præſcriptione 30. vel 40. annorum. 235
Prætorio pignore: & vt etiam in actionibus debitorum miſſio prætorij pignoris procedat. 348
Precario & Saluiano interdicto. 338
Priuatis carceribus. 461
Priuilegiis dotis. 330
Priuilegiis fiſci. 330
Publicis iudiciis, & extraordinariis criminibus. 431
Quadriennij præſcriptione. 235
Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non: qualiter pignus contrahatur. 346
Quæſtionibus. 350
Quando ciuilis actio præiudicet criminali, & an vtraque ab eodem exerceri poſſit. 516
Quando non petentium partes petentibus accreſcant. 17
Quando prouocare non eſt neceſſe, & à quo appellandum non ſit. 320
Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus. 17
Qui bonis cedere poſſunt. 326
Quibus ex cauſis feudum amittatur. 632.
Quibus res iudicata non nocet, & de rebus inter alios iudicatis aliis non nocere. 285
Qui feudum dare poſſunt, & qui non, & qualiter acquiratur, & retineatur. 586
Qui potiores in pignore habeantur. 346
Qui teſtamenta facere poſſunt, vel non. 35
Quorum appellationes non recipiantur. 320
Quorum bonorum. 336
Raptu virginum. 487
Rebus dubiis. 162
Re iudicata. 299
Relationibus. 302
Remiſſione pignoris. 348
Repudianda, & abſtinenda hæreditate. 135
Requirendis reis. 460
Reuocandis donationibus. 423
Reuocandis iis quæ in fraudem creditorum alienata ſunt. 332
Seditioſis, & iis qui plebem audent contra rempublicam colligere. 516
Sententia quæ ſine certa quantitate profertur. 247
Sententiis omnium iudicum. 242
Sententiis quæ pro eo quòd intereſt, &c. 248
Sententiam paſſis & reſtitutis. 558
Sepulchro violato. 504
Seruis fugitiuis, & libertis, &c. 3
Si à non competente iudice iudicatum fuerit. 249
Si de feudo controuerſia fuerit. 644
Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatio. 323
Si ex falſis inſtrumentis, vel teſtimonium iudicatum erit. 286
Si in cauſa iudicati pignus captum ſit. 348
Si pendente appellatione mors interuenerit. 323
Si quis aliquem teſtari prohibuerit. 142
Si quis eã cuius tutor fuerit corruperit. 482
Si vnus ex pluribus hæred. part. pig. ſoluerit. 349
Si vnus ex pluribus appellauerit. 325
Solutionibus. 390
Succeſſione feudorum. 596
Succeſſorio edicto. 20
Suis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus. 195
Temporibus & reparat. appell. &c. 316
Teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur. 40
Teſtamento militis. 33
Verborum & rerum ſignificatione. 565
Vino & oleo legatis. 160. Vnde vi. 336
Vnde vir & vxor. 29
Vſufructu legato & vſufr. 135
Vſuris rei iudicatæ. 285
Vt intra certum tempus criminalis quæſtio terminetur. 541. Vti poſſidetis. 338

SYNTAG

SYNTAGMATIS

COMMVNIVM OPINIONVM AD INSTAR COD. IVSTIN. IN TITVLOS REDACTARVM,

LIBER VI.

De ſeruis fugitiuis, & libertis, mancipiiſque ciuitatum artif. &c.

TITVLVS PRIMVS.

FAMVLVS ſi aufugit à domo domini, & certæ res reperiuntur deperditæ, quæ ad dominum pertinebant, videtur ex hoc præſumptio contra famulum qui aufugit, quòd ſcilicet eas res furto ſubtraxerit. glo. *in §. ſi ius authen. de exhi. reis.* Fel. *in c. nullus, num. 5. de præſumpt.* Vezinus.

2 Dominus non tenetur pro delictis famulorum com. dicit Cur. *in l. 1. n. 13. C. de ſer. fugit.* non enim debet culpa ſeruorum vel, quomodocunque ſubditorum nociua eſſe domino, vt communem dicit ibidem Curt. Intellige niſi dominus teneret in domo viros notoriè ſceleſtos. ita totam iuris ſcholam ſentire dicit Plaza. *lib. 1. delict. c. 14. nu. 1. & 3.* Tenebitur tamen dominus, ſi famulus eius occaſione vel eo ſciente aliquid faciat, quia cenſetur feciſſe eius voluntatem. comm. dicit Curt. ſen. *conſi.* 41. *n.* 10. Gram. *conſi. crim.* 8. De delictis verò quæ famulus facit domino inſcio, & prohibere non valente, dominus non tenetur. comm. dicit Cagnol. *in l. culpa caret. n. 13 de reg. iur.* Clar. *d. §. fi. q.* 86. *ver. hunc inſertur.* P. Fichard.

De furtis & ſeruo corrupto.

TITVLVS II.

FVrtum committitur in gallina. *l. naturalem §. gallinarum, ff. de acqu. rerum dom. & §. gallinarum. inſtitu. de rer. diuiſ.* & conſequenter furans anſeres, & gallinas punitur, & datur actio furti pro huiuſmodi paruo furto, ſecundum Iacob. de Bel. *in pract. crim. in rubr. de fur. col.* 10. Bonif. *in tract. malef. in rubr. col.* 3. Andr. de Iſer. & Afflict. *in conſti. n. ſuper inciſionibus colum. fin. & in conſtitu. locorum baiuli, colum. penult.* & ibi Glo. *in ver. De magno, & minori.*

¶ Imò committitur furtum ipſum etiam in ouo, & in pennis, ſecundum Glo. *in d. §. gallinarum*, quam ſequuntur omnes Doct. communiter, Tiraq. *in tract. de indemn. in rebus exiguis ferendo in* 94. *not. fol paruo* 50. Fran. Marci. *deciſ.* 264. *n.* 2. *in* 2. *par.* Dec. *in c. de appellat. nu. 8. de appel.* Iulus Clarus *in practi. cri. li.* 5. *§ furtum, ver. Pariter etiam poſſet fur allegare*, & Ioan. Ant. de Nig. *ſuper. c. Regni in c. ad hoc de furtis nu.* 20. vt iſtam comm. luculenter declarat.

¶ Contrariū verò, & ruditer quidem voluit Zaſi. *in lib.* 2. *reſpon. c. 26. nu.* 3. cui reſpondet optimis, & realiſſimis fundamentis ſequendo, & corroborando antedictam comm. opin. Stephanus Forcatulus *in auiario iuris ciuilis ca. 11. nu.* 1.

¶ Et antedicta communis comprobatur etiam per tex. *in c. vltimo fur. 14. q. vltima.* vbi loquitur Hieronym. dicens, Fur autem non ſolùm in maioribus, ſed & in minoribus iudicatur, & quòd furtum eſt iniuſta ablatio rei, quantumcunque parua ſit: quia in furto non quòd ablatum eſt, ſed mens furantis attenditur.

¶ Hocque intelligendum foret quando voluntas eſſet talis, quòd etiam maiora ſubtraheret, ſi poſſet, vel quando ex oblatione paruæ rei dominus intelligeretur grauari, ſi quidē ſicut firmat Thomas. 2. 2. *q.* 66. ſi quis res minimas furtiue accipiet, per quas homo non reputat ſibi nocumentum inferri, & ille, qui accipit, præſumere poſſit hoc non eſſe contra voluntatem domini, excuſatur.

Aliàs furtum ſemper eſt peccatum mortale: quia contra dilectionem proximi eſt, cui infertur nocumentum; Vndè etiam in talibus minimis, ſi quis haberet animum furandi, & inferendi nocumentum ſuo proximo, eſſet abſque dubio peccatum mortale, vt concludit S. Thomas ibidem, & venerandus Frater Ioannes Aquilanus, conciuis meus, in ſermonibus quadrageſimalibus nuncupatis, Lima vitiorum *in ſermo.* 39. qui ſequitur me non ambulat in tenebris *q. 3. col. antepe.* niſi damno prius, ſecundum arbitrium læſi, reſtituto 14. *q. 6. c. ſemper mus.*

Eſt benè verum quòd ſæpe ſæpius fures iuſto Dei iudicio receperunt, & quotidie recipiunt, dum furantur eorum mercedem: Legitur ergò ad propoſitū, quòd in Lombardiæ partibus apud Parpam Ciuitatem euenit, quòd receptus extitit in quodam hoſpitio nobilis quidam cum magna hominum comitiua, cumque equis prima noctis hora papula fuiſſent data, famulus hoſtis clā ante equos papula poſita furtiuè accipiebat, cumque ad equum, cui nobilis ipſe inſedere ſolebat, veniſſet, manūmque ad pabulum applicuiſſet, equus ipſe furis bracchium dentibus ſtringens detinebat cumque latro ab equo ſe detētū ſentiret, ac præ nimio dolore clamaret, domicelli dicti nobilis vnà cum hoſpite occurrerunt, ſed nullo ingenio mentionatum furem de dentibus equi extorquere potuerunt, donec vicinorum aures huius rei negocium permonuit, ſicque factum eſt, vt delatus reus ad iudicem confeſſóque crimine, mediante ſententia ad abſciſſionē manus dānatus extitit, teſte Fratre Iacobo de Ceſſulis *in trac. de ludo ſcacchorum c. 6. de tabernariis, & hoſp itantibus. in fin.* ideò mirum non fuit ſi pro tali paruo furto famulus iſte ad truncationem, ſeu ſciſſionem manus dexteræ damnatus extitit: quia forſan habita conſideratione per iudicem vltra furtum pabuli, ſeu annonæ equis prædictis ſubtractæ de periculo, diſcrimineque vitæ dicti nobilis, in quod incidere facilè potuiſſet: quia equi fame laſſati aſcenſores eorum occaſione tali, quaſi in inimicorum manus incidentes perirent, & ſic tanti mali cauſa famulus eſſet. Et hoc idem perpetrans alius famulus ita calce equi ſemel adeò percuſſus in facie, vt cicatrices cùm impreſſione ferri, & clauorum in eo poſtmodum apparerent, quod ita euenire, & contingere poſſit omnibus furibus.

2 Poteſt quis criminaliter accuſare & petere rē ablatam ſibi reſtitui, cum damnis expen. & intereſſe. *l. qui crimen. C. qui accuſa. non poſſ.* cum aliis alleg. per Ang. Aret. *in tract. malef. in ver. & veſtem caleſtem. in 3. col.* & latius in 15. *col.* vbi all. *l. interdum. § qui furem.* & ibi Bart. *ff. de fur.*

3 Vnum furtum dicitur quando de vno loco vno contextu res plures furto ſubtrahuntur. *l. eum qui. §. Idem reſpondet. ff. de furt.* Bal. *in authent. ſed noue iure. C. de fur.* Soc. *conſil. 35 in part. alleg.* Bar. *in d. l. eum qui. §. idem dicit.* Angel. *Inſtit. vi bonor. raptor.* Item & vnum furtum dicitur ſi plures res diuerſorum inſimul furatæ ſint. Alex. *in l. ſi familia. ff. de iuriſd. omn. iudicum.* Item & vnum furtū eſt ſi quis pluribus vicibus ex do-

lio aliquo, vinum abſtuleris continuato tempore. *l. vulgaris eſt quæſtio ff. de furt.* Chaſſa *in commentar. in conſuet. Burg. in rub. des iuſtices §. 5. in verbo, ſimple larrecin. nu.* 10. Boer. *dec.* 219. & ad hoc vt dicantur plura furta, requiritur temporis interuallum, vt ibi per Boer. probatur autem furtum per conjecturas, ſeu probationes veriſimiles aliàs non poſſent dici ſufficientes probationes, vt probando quod oſtium fuit ruptum, aut quia famulus au [illegible], & ſimilia. Alex. *conſ.* 53. *in* 2. *vol.*

4 Dominus inueniens rem ſuam ſibi furto ſubtractam à fure, cum ea fugiente, poteſt auctoritate propria de manibus ſuris auferre. vt eſt cōis opi. de qua per Iaſ. *in cōſ.* 20. *vol* 3. Pet. Rauen. *in Alpha. aureo in v. fur.* Aug. *in l. qui vas. ff. de fur* Bon.

5 Edictum iudex proponere poteſt ad inſtantiam partis, vt quicunque ſciuerit apud quam perſonam, vel in quo loco reperiatur talis res, quæ dicitur furto ſubtracta, debeat reuelare. communis eſt opinio. Clar. *q.* 27. *ver. ſed quæro.* Quod intelligit ſcientem teneri reuelare, præterquam ſi ab ipſo fure intellex iſſet. Et non modo poteſt fieri tale edictum, vt reueletur res furata, ſed vt reueletur etiam fur. communis eſt opinio. Clar. *ibi, v. ſed nunqu. d.* Bonacoſſ.

6 Domum alterius ad perquirendas res furto ſubtractas cū authoritate iudicis quis poteſt ingredi, quod tamen ſine iudicis licentia non liceret. *§. conceptum. Inſtit. de obl. quæ ex delic. naſ.* & ibi Fab. & commune doctorū placitū renūciant Auguſt. *ad Aug. de malef. in v. & veſtem cœleſtem numero trigeſimoquarto practica Conradi poſt numer.* 14. Quamuis huiuſmodi copiam non eſſe à iudicibus faciendam aſſerat receptū Abb. *in c. qui cum fure ext. de fur.* quem refert accuratè de materia agēs Iulius Clarus *in pract. §. furtum v. quæro nunquid.* neque propterea is cuius domum iudex ingreditur ad partis requiſitionem ad res furto ſubtractas perquirēdas poterit agere actione iniuriarū cōtra ingredientē. Et hoc ſeruari aſſerit Boër. *dec.* 174. contra opin. Fabri in eo loco, qui ibi videtur vti aliqua diſtinctione ſup his, q̄ tn̄ nō ſeruatur, vt ibi p Boer. E. Suarez.

7 Furtiua res reperta penes aliquem, talis inuentio, quod res furtiua eſt penes talem facit indiciū ad torturā cōtra illū penes quem res furtiua reperit, q̄ ſcilicet ille talis rem furto ſubtraxerit. Iul. Clar. *§. furtum. v. ſed nu quid.* Bar. *in l. ſi ff. de quæſtio. per l. ciuile C. de furtis. & l. inciuilem. C. de rei vend.* niſi ille doceat à quo ille eam rem habuerit. Ang. *in l.* 2. *& in l. fi. C. de quæſt.* doct. *in d. l. inciuilem.* Hipp de Marſ. *in pract. cauſ. crimin. in verbo. diligenter, n.* 91. & procedit ea deciſio vbi ille penes quem res furtiua reperit, aliàs eſſet homo malè famatus, & malæ conditionis & vitæ: ſecus autem ſi eſſet vir bonæ famæ: quia contra eū ceſſaret omne ſiniſtrum, quamuis res furtiua penes eum inueniretur. *d. l. inciuilem.* Bal. *in l. ſi ff. de hæred. inſti.* Hipp. *in eo loco. nu.* 90. commune affirmat Auguſt. ad Aug. *de maleſic. in verb. & veſtem cœleſtem. poſt. nu.* 19. ac latius I. Clar. *in practic. §. vlt q.* 21. *v. vlt.*

8 Furem receptans punitur ſicut & ipſe fur. *l.* 1. *ff. de rece pta.* dum tamen quis ſciens eius conditionem receperit: ſecus ſi qs ignorans conditionem illius cū in domo retinuerit: tūc enim ceſſaret ea *l.* 1. Caupo tamen vel ſtabularius recipiendo quem non punitur: nam ex quo publicè in ſuo hoſpitio recipit oēs venientes, non tenetur ſe inquirere de eorum conditione: cū etiam inuiti teneantur omnes recipere. *l.* 1. *in fin ff. nautæ caupo.* Bar. *in l. omnes. de agr. & cenſi. lib.* 11. C. Chaſſa. *in rubr. des iuſtices. nu.* 58. *in conſuetud. Burgund.*

9 Diuidentes prædam cum aggreſſoribus viarum, puniuntur pœna mortis. quod facit contra bariſellos, qui de nocte diuidunt furta cum furibus quos ſecum ducunt. communis eſt opi. Clar. *q.* 68. *v. diuidentes.* Bonacoſſ.

10 Delictū cōmiſſum extra territoriū iūctū delictis in territorio cōmiſſis, auget pœnam, vt ſic fur qui in territorio cōmiſit duo furta, & vnū extra territoriū ſuſpēdat̄ ex ſtatuto; q̄ pro tribus furtis fur moriat̄ ſecūdū Bar. *in l.* 3. *C. de epiſc. aud. in l. ſi cui. § fi. ff. de accuſat.* Bal. *in auth ſed nouo iure. C. de ſer. fug. per l. ex ea cauſa. ff. de poſtulan.* Io. And. *in add. ad Spe. ti de fur. addi. inci. Famoſa eſt al a quæſt. o.* & Iac. de Belui. *in auth vt nulli iudicum. §. ſi verò quis comprehenſorum,* videntur tenere cōtrariū, & æquius videtur: quia ſtatutū locale non debet extendi extra locum *argu. l. venditor § ſi conſtat. ff. comm. præd.* maximè in pœnalibus, & odioſis. Balb. *dec.* 567. Et Bonac.

11 Fur vbicunque cum furto reperitur, accuſari, ac puniri poteſt. cōmune ait Did. à Couarr. *lib.* 2. *reſolut. c* 20. *nu.* 15. *& in pract. q. ca.* 11. *nu.* 9. Viuius *lib.* 1. *opi. Iudex domicilij, in fi.* & qui multos in vtranque partē refert, ac latè ea de re agens, immediatè tandem in contrariā partē, & contra publicā vtilitatem diſcedit Iul. Clar. *in pract. §. vlt. quæſt.* 38. *ver. in ſeis.* E. Suarez.

12 Fures in conditione conueniri poterunt, vt & concluſio, & condemnatio ad dandum fiat commune. pronunciant Iaſo. Ale *nu.* 1. *in l. ſi quis nec cauſam. §. vlt ff. ſi cer pe* & ſi illic Barto. tantū concludit poſſe ſententiā, vt poſſeſſio reſtituatur, ſtemque ſab illo Pau. de Caſt. Aret. & Soc. *in ſi.* commune id aſſerens, ac Purpur *nu.* 3. Cuius ſane controuerſiæ ea mihi probabilior cōcordia videtur, quā eodē modo ſcripſit Iaſ. *n.* 34 & Alex. *num.* 33. Iaſ. *in l. ſicuti debemus. §. vlt. ff. de verb. oblig.* vt libello id vitio non vertatur, ſententiæ vertatur. E. Suarez.

13 Fures iuramento in litem ſunt obnoxij, vt frequenter placitum aſſerunt Pariſ *conſi* 109. *nu.* 30. *lib* 3. Iul. Clar. *in prac. §. furtum. ver. item contra furem.* Idem.

14 Fures non ideo minus furti pœnis plectentur, quod dominus rerum furto ereptarum proteſtetur furtum illud ſua ipſius voluntate, atque authoritate fuiſſe patratum, vt cōmuniter interpretibus probari renunciant. Curt. iun. *in l* 1 *num.* 5. *C. de furt.* Iul Clar. *in pract. §. furtum. ver. item excuſatur.* Anto. Gom. *de delict. c.* 5 *num.* 2. Idem.

15 Fures ob defenſionem rerum, quæ aliter recuperari nequeunt, necari impunè poſſunt. cōmune inquit Ia. *in l. vt vim. nu.* 25. *ff. de iuſt. & iur* & qui complures authores laudat hac de re copioſè tractans I. Clar. *in pract. §. homicidium. ver. vlt. eſt defenſio.* Idem.

16 Fures furtis committendis aſſueti, & famoſi fiunt, & furca plectuntur. commune aſſerit Cæpol. *in auth. ſed nouo iure. num.* 19. *C. de ſer. fug.* Habebitur autem & famoſus, & furca dignus, qui vel tribus tantum vicibus furtum admiſerit. commune p̄nunciant idem Cæpol. vbi ſ *nu.* 44. I. Clar. *in pract. §. furtum. v. ſciar* tamen Chaſſan. *in conſuet. Burg. rub. des iuſtices. §.* 5. *in gl. ſuper verb. pour la premiere fois n.* 19. Cæteri autem fures nuſquam crucis pœnas dabunt, vt cōiter probatum teſtificantur Gom. *in §. ex maleficiis, nu* 2. *& nu.* 3. *Inſtit. de act.* Ana. *in c. ex literis, poſt nu.* 9 *de furt.* Amplia, etſi furtum immenſę quantitatis ſuſceperint, vt frequenter placitum effantur Ant. de Vbal. *conſi. crimi. diuerſ. conſi.* 71. *num.* 22. *lib.* 2. & alij, quos accuratè refert I. Clar. *in d. §. furtum. ver ſed an pro vno.* Idem.

17 Furans, ac ſurripiens commeſtibilia, & cibaria in extremę famis neceſſitate conſtitutus, ſeu ſubtrahēs nuditatis neceſſitate veſtimenta, vt quia infirmus eſt, & non poteſt quærere victum, vel careſtia eſt, excuſatur à pœna furti, tam in foro poli, quàm fori, dummodò ſufficientem non exceſſerit quantitatem, *in c. diſcipulos, de conſecra. diſt.* 5. *in c. ſi quis ex. v. de furt.* p Archid. *in c pœnale* 14. *q.* 5. Et ſic tempore neceſſitatis extremæ licitum eſt furari, & iſta eſt communis opinio Docto. teſte Cagnolo *in l. quæ propter neceſſitatem. nu* 3. 5. 7 *& ſeq. ff. de reg. iur.* & ttar enet etiam Ab. *in ſi* Ana. *circa fi. in cap.* 5 *de furt.* & Ang. *in l.* 2 *§. cum in eodem ff. ad leg. Rhod. de iact.* Boniſ. de Vitel. *in tractā malef. in rub. de furibus & latronibus, numer.* 29. *fol paruo* 90. Alex. de Neuo *conſi* 103. *num* 1 *& ſequen.* Mariao. *in c ſi quis propter. num* 12. *de furt.* Panor. *in c quoniam. de ſimon. & pn d. c. ſi quis* Card. *in clem.* 1. *de homicid. in* 5 *oppo.* Felin. *c omnes leges, diſtinct.* 1. Bald. *l.* 2. *§. ſed l. voluntate ff ad leg Rhod. de iactu.* Burſ. *conſi.* 16. *n.* 63. *libr.* 1. S. Antoninus Archiep. Floren. *in ſua Summa in prima par. tit.* 1. *cap.* 15 *de furto, ſub verſ. de furto in genere,* vbi hoc vtiliter declarat, & *in* 2. *parte eiuſdem ſumma, c.* 15. *de furto, colum* 6. *v. quòd ſi quis furatur propter neceſſitatem.* Frater Ioannes *in ſua Summa Tabiena in* 1 *par in verſ. furtum, num* 7. Couarruuias *in regula peccatum, de reg. iur. lib.* 6 *in* 2 *par §.* 1. *fol. paruo* 67. celeberrimus D. Cornelius Benincaſius Peruſinus *in tract. de paupertate. quæſt.* 7. 11 *ſpeciali. numero* 26. *cum aliis ſequen fol. paruo* 105. & Foller. *in pragmatica de cenſibus in verſi Nicolaus Epiſcopus, nu.* 218 *fol.* 127. in quibus locis infinitia propè authoritatibus approbant iſtam ſententiam, & fatentur communem eſſe.

Et aduerte, quòd neceſſitas extrema tunc dicitur, vbicunque periculum vitæ imminet, cui aliter, quàm per iſtam acceptionem cibariorum ſubueniri non poteſt, vt per Thom. *in* 2. *q.* 66. *articu.* 7.

Cæterum ſi ab amicis, vel ab aliis petendo inueniret victū, & ob verecundiam non peteret, vtique nō excuſaretur à furto ſubtrahendo ab aliis, vt voluit S. Anto. *in d. c.* 15. *ſub eodem v. quid ſi quis furatur propter neceſſitatem.*

Sed iſte fur, qui propter ineuitabilem neceſſitatem aliena ſubtraxit, licèt p̄dicta licitè ſubripuerit, tamen ſi ad pinguio-

tem

rem fortunam peruenerit, reſtitutionem ſubtractorum bonorum facere tenetur, ſecundum Abb. & omnes Canoniſtas communiter, in *c. ſi quis ext. de furt.* & Cagnolũ. in *d. l. qua propter neceſſitatem, nu. 8.* aliósque quamplures relatos per Couarruuias, loco de quo ſupra, vbi explicat iſtam eſſe communem ſententiam.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quòd accipiens rem alienã in extrema neceſſitate cõſtitutus, deueniénſque poſtmodum ad pinguiorem fortunam, non teneatur reſtituere rẽ ſubtractam, & præſertim conſumptam, inclinauit Scotus in 4. ſententiarum, & Bartholomæus Fumus in *ſua Summa Armilla, in ver. Furtum, nu. 10. fo. paruo* 243. vbi admonet iſtam eſſe communem opinionem. Sum. Syluest. quã refert Couarru. *in r. pet. c. peccatum.* & cum improbanda diſtinctiones probat Iul. Clar. in *pract. §. furtum, v. ſed vide.* Verius & etiam indiſtinctè contrarium eſt quod etiã cõmmune effatur Marian. ibi.

Item licet alicui rẽ alienam furari æquiualentem, quando rem ſuam occupatam ab aduerſario opulenti, & potẽti aliter habere nõ poteſt, vt eſt Glo. in *c. cum genuã. i. diſt.* & ita tenet Inn. in *c. olim. il 1. nu. 8. de reſt.* ſpol. Alex. *conſ. 135. nu. 1. vol. 1. & cõſ. 127. nu. 8. vol. 4.* Fely in *c. quoniã nu. 13. de ſimo. & in c. 2. de ſponſ. in fi.* Affl. in *conſtit. Neap. lib. 1. rub. 7. nu. 36.* Marſi. in *ſing. 177. & in ſua pract. crim. in §. conſtante, nu. 36. & ſeq.* Fol. in *d. lece, n. 116.* Frater Ioãnes Aquilanus ſupremus Theologus melius, quàm alius, quẽ hucuſq; viderim in *ſermonibus quadrageſimalibus in ſer. 39.* qui ſequi. ne nõ ambulet in tenebris *q. 3. col. antepe.*

Vbi hoc ampliat procedere ſimiliter in vſura, fraudulẽtia, rapina, & aliis damnificationibus iniuſtè paſſis, vt quis tũc in conſcientia ab iſtis vſurariis, & damna inferentibus aliud eiuſdem valoris furto ſubtrahere, ac accipere poſſit, & ſequitur etiam huiuſmodi ampliationem S. Anto. *in d. c. 15. 2. par. ſub ver. de furto in genere,* & Cotta in *memorab. in ver. aliena bonum, circa finem.*

Vbi tenet, quòd creditor poteſt furtiuè accipere propria authoritate rem ſui debitoris, & idem firmat Marſil. in *d. §. conſtante, nu. 37.* & Neuiz. in *Sylua nuptiali, lib. 3. nu. 43.* vbi concludit hoc etiam in conſcientia licitum eſſe.

Imò ſi in eodem caſu poſt acceptionem occultè factam bonorum debitorum per ipſum creditorem fierent monitoria, non teneretur aliquo modo ea bona reſtituere, nec propalare, nec etiam alij hoc ſcientes tunc reuelare debent, ſecundũ eundẽ Neuiz. ibi, cum aliis relatis per eũ, & Bartholomæum Fumum in *Summa Armilla, in v. Furtum, nu. 15. fol. par. 244.*

¶ Sed præmiſſam opinionem ita, & taliter ampliatam viſiliter limitat, & declarat procedere in duobus caſibus S. Ant. in *d. c. 15. ſecunda par. ſua Sũma, col. 2. v. de furto in genere,* & Roymũdus in *ſua Summa, tractata 8. de furtis c. 6. in pr. fol. paruo* 595.

Similiterque furtum impunè poteſt committi in bonis meretricis, vt voluit Mar. in *repe. l. vnica. C. de rap. virg. n. 88. & 92.*

Necnon ex furto perpetrato per quoſcunque tẽpore, quo luditur in domo, in qua luditur, non datur, nec conceditur aliquo modo actio furti ad pœnã, nec ad rem furto ſubtractã. *l. 1. §. prætor ait ff. de aleat.* & not. Gram. *dec. 40. nu. 6,* & Feller. *in pragmatica de cenſibus, in rub.* Nic. l. *nu. 211. fol. 127.* vbi recitat alios caſus, in quibus furtum non eſt punibile. & Neuiza. ſimiliter vbi ſuprà, & ſequitur etiam Barb. in *c. 1. de ſortilegiis,* Curſet. in *ſing. in verb. Furtum,* & Caccialupus in *tract. de ludo, fol. 6. v. Prætereà,* vbi per dictum text. teſtatur defendiſſe quendam militem poteſtatis in patria mea. Viuius.

19 Furta ita, & taliter leges, & iura abhorrent, vt cõtra fures actiones ciuiles ad vtilitatem priuatam, & criminales pro bono publico inducere curauerint: & ſic aduerſus fures ciuiles, & criminales actiones competunt, *l. hereditatis. §. quòd illicitè, ff. de publica & l. fina. de furt.* & per Dec. *conſi. 520. col. 1.* & optimè per Reuerendum Fratrem Ioannem conciuem meum in ſermonibus quadrageſimalibus, nuncupatis Lima vitiorum, in *ſer. 39. de furto q. 2. col. 2.* & Fratrem Ioannem Tabienſem in *ſua Summa Tabiena in 1. part. in verſi. Furtum, §. 2.*

Si quidem contra fures agitur aliquando petendo pœnam dupli, & aliquando quadrupli. *§. dupli, & §. quadrupli, inſtit. de actio.*

Ideoque ſi aliquem furem condemnari cõtingerit ad mortis pœnam vigore c. Regni, incipien. ad hoc quod noſtrorum, iudex in eodem iudicio, inſtantia, & ſentẽtia condemnare debet, & tenetur ipſum accuſatum de furto ad pœnam mortis, & ad rei furtiuæ reſtitutionem, vt eſt cautum in cap. Regni, ſi de furto, & ibi And. de Iſer. in ſcholiis in verb. de ipſa criminatione quæſitum; & ante dictum c. voluit Glo. & Bart. & *l. interdum, §. qui furem, ff. de furt.* & Inn. in *c. cum oportet, ext. de accuſ.* aliter iudex ipſe tenetur de ſuo proprio. Caue igitur cùm eris iudex in caſu iſto in iudicando, diffiniendoue negocia, ne erres.

Verùm prædicta pœna quadrupli in foro conſcientiæ nõ eſt permiſſa, ſecũdum Glo. in *c. fraternitatis, 12. q. 1.* quã ſingularẽ eſſe ſcripſit Iaſ. in *l. vt vim, n. 22 ff. de iuſt. & iur.* Matthe. *ſing. 23.*

Et huic Bal. in *l. poſt deceſſ. mem. C. de furt.* & in aliis locis relatis per Dec. in *c. quoniam contra, nu. 129. de probat.* dixit quòd fures in foro poli duntaxat ad reſtitutionem bonorũ furto ſubtractorum tenentur, & iſta eſt communis opinio, teſte Gome. *in §. ex maleficiis, n. 14. inſtit. de act.* cui conſentit Frater Ioannes Tabienſis *d. Summa Tabiena, in ver. Furtum, ſub nu. 2. in 1. par.*

Et dato quod res iſta furto ſubtracta, & iniuſtè occupata abſque culpa furis, ſeu violenti occupatoris perierit; nihilominus fur tenetur ad æſtimationem eiuſdem rei peremptæ etiã in foro conſcientiæ, & animæ, ſecundum Thom. 2. 2. *q. 62. art. 6.* Syluest in *v. Furtum, §. 16.* Glo. Anch. in *5. oppoſit.* & Couarr. in *reg. peccatum, de reg. iur. li. 6.* vbi in *2 par. §. 6 nu. 1. & ſeq. fol. paruo* 153. declarat iſtam opinionem, & explicat, cum ea omnes ibi communiter tranſire.

Imò fures ipſi videntur ita, & taliter legibus exoſi, vt ſi pœnitentia ducti poſt patratum furtum reſtituerent rem furtiuam, furtóque ſubtractam domino, minimè euitarent pœnã furti. *l. ſi is eum me,* & ibi Bart. *ff. de furt. & in l. ſed ſi vnus. §. ſi eo mente, ff. de iniuriis.*

Et quemadmodum fur punitur non obſtante reſtitutione facta de re furata, ita etiam raptor reſtituens rem raptam pet eum ante iudicium motum, non liberatur à pœna, *l. pen. ff. de vi bon. rapt.* & Glo. in *c. quod ſicut, §. fi. de elect.*

Et ſimiliter publicani, ſeu gabellarij auferentes res nõ prohibitas alicui, ſi illas reſtituerent ante quàm conuenirentur, non vtique euitarent pœnam, ſed puniri deberent: arg. *l. pen. ff. de vi bon. rapt.* & ita firmant Doct. omnes communiter, atteſtante Ang. de Perig. in *l. ſi malo, de pub.* contra Bart. in *l. hoc edicto, eod. tit. & in d. l. ea mente contrarium aſſeuerantem.*

Nec non furtum receptans, pœnam minimè euitat, licèt illud reſtituat, quamuis ſecus ſit in ſeruo fugitiuo, *l. 1.* & ibi Bar. *ff. de ſeruo cor.*

Et an ſit locus pœnitentiæ aliquando in delictis, vide Doc. declarantes, & hoc planũ facientes, & potiſſimũ Io. de Port. in *l. ſi inſulã. ff. de v. ob. obli. & in l. quamuis,* & ibi Doct. & præſertim Rom. *ff. de in ius voc.* Glo. & omnes in *l. Imperialis, C. de nup.* Bar. in *auth. ſed nouo iure, C. de pœna iud. qui malè iud.* Bal. in *l. ſi quis non dicam rapere, C. de Epiſ. & cler. & in l. 2. & l. 3. C. de ſer. fug.* & Pau. Caſt. in *l. qui fidem de tranſactio.* Viuius.

20 Furibus pœnam quadrupli iure impoſitam conſuetudo iam antiquauit, atque aboleuit, ac ſi alicubi in vſu adhuc eſt, ad illam fures in conſcientiæ foro non tenentur. communè aſſerunt Gomea. in *§. ex maleficiis. nu. 14. inſti. de act.* Hippo. in *pract. crim. §. ex maleficiis. nu. 14. inſt. de act. I. Clar. in practi crim. §. furtum. v. pœna autem quadrupli.* Quod tamen & à iure tum diuino tum humano abhorret, & vtilitati iuris parenti maximè reluctatur. ſed ea de re alibi latius, atque oppotunius agemus. E. Suarez.

21 Furẽ occidere licet, ſi bona aliter ſaluari non poſſunt, vt eſt communis opi. de qua Abb. in *c. interfe. ſi. de homi. idee. fallit in clerico.* Idem Abb. in *c. ſignificaſti. nu. 2. eo. tit.* Bona.

22 Furẽ nocturnũ impunè licet occidere *l. furem ff. ad legem Cornel. de ſicar. & in c. ſi perfodiens. extra de homicid.* Bellon.

23 Fures hodie caſtigari debent, in *auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. in ca. fraternitas. 7. q. 2.* Idem.

24 Fur domeſticus etiam debet puniri. Clar. *d. §. furtum. ver. poſſet etiam, nam non excuſatur.* Bonacoſſ.

25 Fur etiam pro leui re non excuſatur, ſed punitur. vt eſt communis opinio. Clar. in *§. furtum. ver. pariter.* Bonacoſſ.

26 Fur excuſatur propter neceſſitatem famis, vt eſt communis opinio. Clar. *d. §. furtum ver. quandoque.* Bonacoſſ.

27 Furto commiſſo in caupona, hoſpes poteſt iurare, & ſibi creditur contra eum, vt eſt communis opin. Cla. in *§. furtum, ver. pro complemento.*

28 Furtum eſt minus delictum quàm rapina, vt eſt communis opi. de qua Soc. in *cap. tuæ diſcretionis. num. 5. de pœnis.* Bonacoſſ.

29 Fur de iure cõmuni punitur pœna mortis. Clar. in §. furtum v. ſed quæro, cõmunẽ dicit. Quando eſt fur famoſus, & ter fuit furatus, vt eſt cõmunis opinio. ver. ſed pone quod in terminis ſtatuti Et licet de duobus furtis quis fuerit punitus, tamẽ pro tertio ſuſpenditur, quia aggrauant delictu, vt eſt communis opinio. Clar. ibi v. quæro etiam. item ſi fuit pro duobus primis furtis per gratiam principis abſolutus, quia per eum cõmiſſo tertio furto, ſuſpendi debet, vt eſt communis opinio. ibi Clar. v. ſed quid. & debent tria furta eſſe diſtincta re & tempore, vt eſt communis opi. Clar. ibi ver. vnum tamen. Bona.

30 Fur debet furca ſuſpendi, nõ decollari, vt eſt communis opinio. Clar. in furtum. v. eſt igitur. & not. quòd ſuſpenſus, vel decapitatus, ſeu aliqua alia pœna afflictus pro ſcelere, dũmodo ipſum pœnituerit, ſi illa pœna eſt ſufficiens pro delicto, prodeſt, vt in alia vita non puniatur de eodem delicto, quia ſcriptum eſt. Non iudicabit bis in idipſum. Abb. in c. ex parte. nu. 3. de ſepulturis. Bonacoſſ.

31 Fur excuſatur à furto, ſi dominus rei furatæ erat ſuus debitor, & ab eo non poterat aliter ſatisfieri. vt eſt communis opinio. Clar. in §. furtũ. v. excuſatur. itẽ excuſatur, ſi erat res amici, vel conſanguinei, vel res modici valoris, vel de volũtate domini rẽ accepit, vt eſt cõmunis opinio. Clar. ibi. in v. excuſatur. itẽ quis excuſatur à furto, ſi numerata ſibi fuerit pecunia, vt alteri reſtituat, quia cùm ſit conſuetudo, q̃ ad numerũ deponatur pecunia penes aliquẽ, ſi ea vtatur, non facit furtũ, quia ex numeratione cenſetur tranſlatũ dominiũ in dubio: & tantũdem reddere tenetur, vt per Bal. in l. ſi incẽdium. C. de rebus credi. & eſt glo. in l. 3. C. depoſi. Secus ſi pecunia non fuerit data ad numerum, ſed ſignata in ſacculo, quia tunc ſi quis eã recipiens vtatur, furtum committit, vt ibi per glo. & per Bal. vbi ſupra. num. 3. quandoque tamen ea numeratione non cenſetur tranſlatum dominium. Pariſi. conſi. 131. in 4. volu. Bonacoſſ.

32 Fur dicitur manifeſtus ille, qui viſus eſt furari, licet nõ ſit deprehẽſus cũ furto. com. eſt opi. Cla. in § furtum. v. 1. Bona.

33 Fur non tenetur niſi ad reſtitutionem rei furatæ, in foro conſcientiæ, vt eſt communis opi. Clar. in § furtum. ver. pœna autem. Bonacoſſ.

34 Furẽ vt occidere liceat illi, cui furatur, requiritur, quòd ſit nocturnus, & faciat pro defenſione corporis, vel rerum, & prius clamet, & quòd ipſum non cognoſcat: & per ipſum capere non poſſit, vt eſt com. opi. & ſi diurnus ſit fur, ſi ſe telo defendat, occidi etiam poteſt. com. eſt opi. Clar. in §. homicidium. ver. vltima eſt. Bonacoſſ.

35 Fur repertus cum re furtiua alibi quàm in loco, in quo fecit furtum, non poteſt puniri, vt eſt communis opinio, vt per Graſſum in ſuo communium opinionũ lib. 2. c. 10. q 4. Marſ. ſing. 77. vnde fur qui furatus fuit Florentiæ, & portauit furtũ ſecum Bononiæ, puniri non poteſt. & dum iſte caſus de facto occurriſſet in ciuitate Ferrariæ, Illuſtriſſimus Dux Hercules ita iudicauit, vt atteſtatur Pet. Rauẽnas in ſuo Alphabeto aureo. in verbo, fur, ſi furatus, vbi communem opinionẽ dicit vi de Boſſi. de furtis. nu. 18. Riminald. conſ. 7. per totum. Capict. dec. Neap. 104. Alex. inter conſilia crim. conſi. 71. num. 18. in 2. tomo. communem dicens & not. q̃ ſi quis ſcienter vendit rem alienam, furtum committit, & de furto punitur, ſi ipſam rem tradat verè & non ficte per conſtitutum. Tiraq. de conſtituto. in 3. part. 26. limi. nu. 3. vide Suarez, v. furto. nu. 407. & ſeq. & vide D. Brunorum à Sole conſ. vnico. nu. 52. & nu. 155. vbi quis ſit repertus cum re furtiua, ſi tamen talis ſit bonæ vocis, conditionis & famæ, iſta inuentio non facit aliquod indicium ad torturam contra ipſum, vt eſt com. opi. de qua ibi fuſius. vbi ponit exemplum in ſtrazarolis. Bonacoſſ.

36 Fur non poteſt pœna mortis puniri pro primo furto, licet magno, vt eſt com. opin. de qua Alex. inter conſ. cri. conſ. 81. nu. 21. vol. 1. Bonacoſſ.

37 Fur, qui cum furto reperitur, accuſari ac puniri poteſt, communis eſt opi. Suarez ver fur. nu. 386. Bonacoſſ.

38 Fures ita conditione conueniri poterunt, vt & concluſio, & condemnatio ad dandum fiat, vt eſt com. opi. Suarez v. fures. nu. 387. vide tamen poſtea. nu. 388. Bonacoſſ.

39 Fures iuramento in litem ſunt obnoxij, vt eſt com. opi. Suarez ver. fures. nu. 390. Bonacoſſ.

40 Fures non ideò minus furti pœnis plectuntur, licet dominus rerum proteſtetur ſua voluntate furtum factum eſſe, & eius auctoritate, vt eſt cõmunis opi. Suarez verbo fures. n. 391.

41 Furtum in re magna dicitur graue delictum. com. dicit Abb. conſ. 25. nu. 1. in fi. lib. 1. Clar. d. §. furtũ. v. quæro. an P. Fichar.

42 Furti pœna de iure comuni non eſt pœna mortis. com. dicit Gom. in §. ex maleficiis. nu. 12. Inſt. de act. Et licet in c. 1. §. ſi quis quinque ſolidos. de pace tenen. videatur conſtitutum quod pro furto quinque ſolidorum quis debeat ſuſpendi, tamen illud intelligendũ ibi eſt, qando cum furto concurrebat violatio pacis. com. dicit Gom. et. in d. §. ex maleficiis. nu 2 & 3. Et quod illa pœna in omnẽ caſum hodie de cõſuetudine non ſeruetur, atteſtatur. Gand. de maleſ. in tit. de furib. n. 10. Bald. in d. §. ſi quis quinque. n. 1. & in auth. ſed nouo iure. n. 3. C. de ſeruis fugi. Notandũq; eſt quòd Paris de Puteo in tit. de ſynd. nu. 5. dicit, q̃ proles illius Federici cõſtituentis illud cap. & alij reges ſucceſſiue, qui illã conſtitutionẽ ſequuti ſunt, malam vitã finierũt, nec generatio eorũ ad tertiũ gradũ peruenit refert Clar. lib. 5. ſen. §. furtum. v. Sed quæro qua ſit pœna. P. Fichard.

43 Furta duo prius extra territorium cõmiſſum, computantur ad tertiũ in territorio cõmiſſum, ad hoc vt pro tertio furto ſuſpendatur fur, ſi ſtet ſtatutũ, quod quis pro tertio furto ſuſpendatur, etiã ſi fur per gratiã ſuper iis fuerit abſolutus, cõmuniter obſeruari atteſtatur Chaſſ. ſuper conſuetu. Burg. tit. des iuſtices nu 23. quem refert Didac. l. b. 2. reſolu. c. 10. n. 2. circa fi. & ita Modernos communiter tenere ait Cæpol. in auth. ſed nouo iure. C. de ſ. r. fugi. n. 89. in fi. Clar. d. § furtum. v. Sed pone ſtat ſtatutum, & ve ſed quid ſi. P. Fichard.

Furta tria vt dicantur, debent eſſe diſtincta tam tempore, quàm re. com. dicit Cæpol. in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. n. 105. Clar. d. §. furtum. ver. vnum tamen. P. Fich.

44 Furtum factũ de re magna dicitur graue delictũ, vt eſt communis, vbi latius. Clar. in §. furtum v. quæro an. Bona.

45 Furtũ vel ſubtractio facta à perſona domeſtica, dicitur caſus fortuitus vt eſt cõmunis opinio legiſtarũ & canoniſtarum. de quo Iaſ. in conſ. 42 n. 3. in 1. vol. aliàs ſecus ſi fiat à perſona non domeſtica. Vide Barbu. conſ. 53 vol. 1. Iaſ. in §. ſed iſta. Inſt. de act. & in effectu fit diſtinctio, aut culpa præceſſit, & tũc cõnumeratur inter caſus fortuitos: aut nõ præceſſit, & furtũ fit à familiari, vel rupta apotheca, & huiuſmodi, & tunc ſecus & vide per Ang in d. § ſed iſta. & Bald. in l. 1. C. depoſit.

46 Furtum ſtatutum, q̃ pro tribus furtis fur moriatur, non habet locum in contrectante rem vnam per tres diuerſas iuriſdictiones, vt dicatur tria furta commiſiſſe, ſecundum Bald. Ang. Fulg & Sal. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fug. Bal. in c. cum eccleſia ſutrina, ext. de cauſa poſ. & propr. maximè cum tale ſtatutum tanquam odioſum ſit ſtricte & propriè intelligendum. c. odia de regu. iur. Non enim in caſu præuiſſo eſt plus quàm vna res, viſus dominus, quo inuito res eſt contrectata, conſequenter vnum furtum, quicquid contra dixerit Bart. in l ſi dominium. ff. de fur. Balb. dec. ſ 270.

47 Furtum quando dicatur facere incidens arborem. Rui. conſi. 105. num. 3. in 4 volu. Quomodo probatur caſus fortuitus, clandeſtinus, vel occultus. Alex. conſi. 146. per totum. in 6. volu. Bonacoſſ.

48 Furtũ eius ſummæ, quæ alioquin liquidò debetur, & aliter exigi nequeat, licitum vnicuique eſt committere, aiunt Dida. à Couarru. lib. 1. reſolut. c. 2. nu 15. v. 4. eodem iure, & latè Viuius opin. 246. incip. Furans ac ſurripiens. vbi alias ſpecies recenſet, in quibus furtum aut licet, aut non punitur. E. Suarez.

49 Furtum ſi ab eo vel famulo, vel ſeruo fiat, qui rem deferendam ad aliquem ſuſcepit, ſiue famulus ſeruúſve rem illam mittentis ſit, ſeu rem accepturi: ſi eius tamen fuit cõditionis, vt ſimilia negotia tranſigere ſoleret, furti damnum ille patietur ad quem res mittebatur, nõ verò qui rem mittebat. vt cõmune ponit Ant. Gomez. de contract. c. 6. n. 3. Excipe niſi res illa, quæ reportanda committitur, ac furto intercipitur, pecunia ſit, aut res aliqua, quam in genere deberet eius miſſor, vt frequenter placitum dico ex Pau. Caſt. & Alca. ad Bart. in l. argentum. ff. commod. Bald. & Sal. in l. ſi is cui. C de furt. Iaſ. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit. Ant. Gomez. d. c. 7 & ſi æquitas, atq; ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui, refragari videatur. verum ea de re alibi vberius. Excipe 2. niſi ſi expreſſim conuentum eſſet vt aliquis nominatim declaratus vel ipſemet debitor rem apportaret, vt probat luculenter text. in l. cum qui. §. vltim. cum l. ſequenti. ff. commod. & ponit receptum, Gomez. vbi ſ. Idem.

50 Furti actio etiã pro re minima, veluti pro ſubtracta gallina, atque etiam ouo intercepto dabitur. vt receptum teſtificatur Tirsquel. in tract. de indic. in rebus min. exigend. verſi

10. Didac.

tu. Didac. Couar. *lib. 1. reſolut. c. 3. n. 12.* & qui vſu id ſeruari ſcribit, licet pœnã ſummam ob rei furto ablatæ exiguitatem attenuet Iul. Clarus *in pract. criminal. § furtũ. v. pariter* et à quibus Didac. à cõmuni placito diſſentientis opinio mihi magis arrideat, eãq; alibi probare multũ, lateque adnitar. E. Suarez.

51 Furto ſublatam rem qui bona fide emit, ſi res extet, illã reſtituere tenebitur, ſi vero euanuit, quatenus locupletior factus eſt, rei precium domino illius refundet. vt frequentiſſimis quã Theologorũ, quã canonoſtarũ calculis ſancitũ aſſeuerat Didac. à Couar. *in c. peccatum, de reg. iur. lib. 6.* E. Suarez.

52 Fur famoſus eſt ſuſpendendus furca, qui tria furta cõmiſit, ſecundũ Bal. *in l. nemo. C. de epi. aud. & in auth. ſed nouo iure. in prin.* & ibi Cæpo. *C. de ſeruis fug.* ſequi. Ang. *in l. quod ſi nolit. § quia aſſidua. ff. de ædil. edic.*

Ipſe tamẽ Iaſ. dicit, ꝙ aliter videtur tenere *Alex. in conſi.* no. *vol. 4.* incipiente, ſtante ſtatuto ciuitatis Parmę, allegans ꝙ ita tenent Iacu. Bu. Ang. & Sal *in d. auth. ſed nouo iure.* l. ꝙ fur famoſus non debet furca ſuſpendi. Et iſtud dicit Iaſ. ſibi placere. & pro hoc ponderat tex. *in l. capitalium. § grassatores. iuncto §. famoſos. quã vera ſic inducta* dicit tex. *in § famoſos.* ꝙ famoſi latrones debent furca ſuſpendi in ſolatiũ interemptorũ, & vt tranſeat in exemplũ cæteris. ponderat ipſe Iaſ. iſtud verbũ; interemptorũ: quia videtur loqui de his qui in itineris publicis nõ ſolũ diripiũt bona, ſed ẽt occidunt homines. item *in d. § graſſatores.* quęritur qua pœna debẽt graſſatores puniri. & dẽt tex. ꝙ debent puniri capitali pœna ſi in via publica cũ armis bona diripiunt. Ergo ſimplex fur, ẽt ſi ſæpius ſurripuiſſet, nõ debet puniri pœna capitis. Et maximè quia in criminalibus debet ſumi mitior pars; & ſic fur non debet ſuſpendi, ſed debet fuſtigari, & aliter puniri ſec. formã *dicta auth. ſed nouo iure.* qui eſt ad hoc melior tex. qui ſit in iure. ſec. Bald. *in l. 2. ad fi. C. de noxa.* Adde ẽt eundẽ Iaſonẽ *in § ex maleficiis. in 12. col. inſt. de act.* Cæpo. *in d. auth. ſed nouo iure. in decimanona col. de ſer. fug.* Limitat Iaſ. niſi eſſet vnũ furtũ valde enorme: Quia tunc poſſet furca ſuſpendi, dato ẽt ꝙ ſtatutũ tria requireret: quia vnũ furtum valde magnũ ęquipollet tribus. argumẽto. *l. ſi is qui rei, § fi. de excuſ. tutor.* & quia licitũ eſt ex cã leges & ſtatuta tranſgredi. ſec. In. *in c. 3. de cenſib.* Ita tenet Bal. *in d. auth. ſed nouo iure. in 1. col. & in c. 1. § iniuria in 2. col. de pac. iuramento fir.* vbi refert ita tenere Cy. *in d. auth. ſed nouo iure.* & ad hoc alleg. etiã *d. l. cũ ſeruus.* Et illud ſequitur Panor. *in c. inter alia. in vlt. col. de immun. eccl.* & Ang. *in d. v. & veſtẽ in 5. col. in tract. de malef.* Vide tamen eundẽ Iaſonẽ *in d. § ex maleficiis in 2. col.* Cæpo. *in auth. ſed nouo iure. in 13. col. & ſeq. de ſer. fug. Ang. inſt. vi bo. rap. & in d. § ex maleficiis.* Subdit Iaſ. *in d. l. cũ ſeruus.* ꝙ furtũ dicit enorme, licet ſit modicũ, quod eſt valde ſcandoloſũ: quia ex eo ſequitur fractio publicæ. all. Bal. *in c. 1. § ſi quis quemq; ſolidos,* pillũ tex. *de pace tenen.* Ipſe tñ Iaſ. tenet contrarium, poſt Sal. Ful. & Pau. de Ca. *in d. auth. ſed nouo iure.* & Io. de Ana. *in c. fi. de furt.* Limita ẽt niſi quis rẽ ſacrã, vel religioſam furto abſtuleret, quia capitali pœna punitur. *§ item l. Iul. peculatus inſt. de pu. iud.* Ang. *vbi ſ. in 3. in add. Ar. in nonſ.* Vide aliquid per Ludo. *ſing.* 319.

Quid ſi ex ſtatuto debeat quis pro tertio furto ſuſpendi. Et fur paſſus fuit pœnã primi & ſecundi furti, quia fuit fuſtigatus, vel huiuſmodi: poſtea fecit vnum furtũ quod eſt tertiũ, an debeat ſuſpendi? vide *Ang. vbi §. in 5. col.* qui concludit ꝙ ſic. De quo etiam vide Felyn. allegantem infinitas remiſſiones. *c. ſic. in 2. col. de teſt.* Cæpo. *in d. auth. ſed nouo iure. in 21. columna.*

53 Furta alibi commiſſa aggrauant delictum, & ſic furtum commiſſum in loco originis ſecundũ Bar. *in l. ſi cui. § fi. in fin. ff. de accuſ.* & hanc opinionem tenet Ang. *vbi ſ. & in ver. exiſtens Florentia. in prin.* & pro hac opinione Auguſtin. Arimi. *in d. ver. & veſtem in 13. col.* all. infinitas deciſiones, licet dicat ꝙ opin. Bart. eſt nimis rigoroſa. eam tamen ſequitur Iaſon *in l. ſi idem cum eod. in 2. col. de iuriſdict. omn. iud. & in l. cum qui §. in popularibus. in vlt. col. de verb. obl.* Panor. *in cap. 1. de cle. percuſ.* Cæpo. *in d. auth. ſed nouo iure. col. 20.* Contrariũ tenet Auguſt. Arim. *in d. ver. exiſtens Florentia. in 1. add.* alleg. Bal. *in l. 1. C. de ædilit. act.* & Io. And. *in addit. Spe. in rubr. de furt.* & Sal. *in leg. ſeruos. C. ad legem Iul. de vi.* dicit etiam Barba. *in 1. volum. conſi. 47. col. 19. & 20.* ꝙ multi moderni tenent contra dictum Bart. Vide etiam Fely. *in c. cum contingat. de foro compe.* vbi etiam dicit, quòd licet poſſit puniri, ſeu quòd delicta alibi commiſſa aggrauent, tamen debet limitari, niſi de illis fuerit punitus. alleg. Arc. *in d. c. ſicut.* Sed in hoc tenet contrariũ Iaſon *in d. l. ſi idem cum eodem. & in d. § in popularib.* alleg. Bal. *in auth. qui ſemel C. quomodo & quando iud.* vide Alex. *in d. l. ſi cui. § fi.*

Quæritur, aliquis commiſit furtum Mediolani, & cum furtiua poſtea ſe tranſtulit ad alienum territorium. nunquid poterit puniri per illum iudicem vbi reperitur cũ re furtiua. Bart. *in l. ſi dom unum ff. de fur.* tenet quod ſic. & *in l. ſi abducta. Cod. de fur. & in l ſed nec. ff. de cond. fur.* Nam ſicut mutatione dominij noua naſcitur actio furti. *d. l. ſi dom unum* ita etiam mutatione territorij ad vindictam publicam. Et dicit Ang. vbi ſuprà *in 6. col.* quòd ſemper ſequutus fuit opinionem Bar. quæ multos ſuſpendi fecit. & quòd licet doctor Bononienſis conſuluerit cõtrarium, per rationes, quas refert, tamen quòd opinio Bart. eſt ſequenda: & allegat multos, qui illam tenent. Idem Ang. *in §. 1. inſt. de ob. quæ ex delict. naſ.* Bal. *in l. vnic. col. 6. in fi. C. de confeſſ.* Ang. Ari. ibi limitat opinionem Bart. procedere, ſi fur in initio fuit propoſiti, vt in aliud territorium ſe transferret: quia tunc ibi maleficium conſummatur, & ibi poterit puniri. alleg. Ang. *in d. l. ſi dominum.* Et inter alias limitationes dicit, quod opin. Bart. procedit in fure vagabundo. all. Ang. *in d. l. ſi abducta.* Limitat etiam vt reſtringatur opinio Bart. ſi fur proroget iuriſdictionem iudicis, & dat pro cautela, vt iudex faciat prorogari. all. Ang. *in d. l. ſi abducta.* Limitat quoque notabiliter, quando fur fuiſſet inuentus cũ re furata: ſecus ſi cum pretio. alleg. Bal. *in l. 1. C. de confeſ.* tu dic quòd iſtud etiam tenet ibi Ang. Are. qui pro hoc alleg. text. *in l. qui vas. § fi ff. de fur.* Limitat præterea, ſi fur fecit reſidentiam in alio territorio per ſpacium vnius diei, quia tunc ibi poterit puniri, aliàs ſecus. alleg. ſing. Bal. *in l. qui furere ff. de ſta. hom.* Tandem ipſe Ang. Ari. relatis hincinde omnibus opinionibus, concludit opinionem Bar. non eſſe ſequendam, licet eam ſequantur aliqui latrunculatores ſitibundi ſanguinis humani. Adde Cæpol. multa allegantẽ, & dicentem hanc opinionem contra Bar. eſſe veriorem & cõmuniorem, *in conſ 59 in pen & vlt. col.* Pan. *in c. 1. nu 11. de rapt.*

54 Cuſtos rei ſubtractæ an poſſit torqueri ſine indiciis? Ange. vbi ſuprà, dicit quòd ſic, alleg. Bar. *in l 1. ff. de off. præf. vig.* Sed Auguſt. Ari. ibi dicit. ꝙ Bar. non dicit quòd ſine indiciis poſſit torqueri: & ſi hoc diceret, ipſe intelligeret quando cuſtos eſſet vilis, vt ſeruus, aliàs ſecus. Tu in hac materia, adde Iaſonem *in l. ſi quando. col 9. C. vnde vi.* vbi dicit, quòd ſi fiat furtum alicui de nocte, eſt præſumendum quòd fuerint vicini, & poſſunt torqueri. allegat Bar. *in d. l. dominus horreorum. ff locat. & in l. 1. ff. de fur. aduer. nau.* & Bal. *in l. 1. in prin. in bona l. 2ur. C. loca.* vbi dicit, quòd illi vicini debent torqueri, de quibus magis ſuſpicatur. alleg. etiam Bal. *in l pignus. C. de pig act.* Et in ſimili in denegante reſtituere rem quam ſuſcepit cuſtodiendã, vt poſſit torqueri, vide Io. de Imo. *in conſil. ſecundo.*

55 Emens ſcienter rem furtiuam tenetur furti, ſecundum Ang. *l. incivilem & ibi doct. C. de furtis.* Et idem in recipiente rem furatam in pignore. *l. ſeruus cuiuſdam ff. de cond. indeb.* & ita tenent Bart. & Fulg. *in l. eos. C. de fur.* de quo per Ana. *conſil.* 70. & Iaſ *in d l. ſeruus.* Secus ſi ignoranter emeret, debet tamẽ nominare furem, ne ipſe incidat in ſuſpicionem. *d. l. ſeruum.* Limitat ipſe Ang. niſi ſit bonæ famæ, & iuret ſe non cognoſcere illum qui vendidit. In omni tamen caſu tenetur rem reſtituere ſine pretio. *d. l. inciuilem.*

56 Si debitor ſpecialiter obligauit aliquam rem mobilem creditori, licet non tradiderit: ſi tamen eam poſtea vendat, cõmittit furtum. *l. ſi quis rem pignori. ff. de fur.*

Nota inſuper quòd ad hoc, vt per nominationem quis legitimetur, oportet quod pater nominet eum filium ſuum: ſecus ſi ſimpliciter nominat filium. ita Iaſon in d. l. neque profeſſio. al. Bal. in cap. innotuit. de elect. Dicit etiam Iaſon in d. l. tale pactũ § fi. in vlt. col. quòd Bald. in ca. illud. de præſump. vult quòd ſi quis ſuſcepit filiũ naturalẽ cu tali fœmina, cum qua poteſt honeſte nubere, certè non poteſt filiũ naturalẽ aliter legitimare, niſi contrahat matrimonium: ideo ſecundum eum aliter tunc legitimare nõ poteſt. ergo nec per nominationem filij. cogita.

In materia etiam iſta legitimationis p nominationem, vide Iaſ. in l. 2. nemo, in 7. col. ff. de vul. & pupil. vbi dicit, quòd nominatio vnius, legitimat alios naturales.

44 Inſtrumenta dotalia in matrimonio interuenire debent ad hoc, vt filij prius nati ex ſubſequenti matrimonio legitimẽtur, ſaltem quò ad effectus ciuiles. §. fin. Inſtit. de nupt. ibi dotalib. inſtrumentis confectis, cum multis concordantib. vt per Cur. iun. conſi. 136. quidam va. allus. nu. 2. Et omnino videndus eſt Card. Alex. in cap. tanta. in 10. q. ver. deſcendo ad tertium. extra qui filij ſint legit. cum concord. ibi & vult Socin. iun. conſ. 52. memini me fuiſſe. n. j. vol. j. Quibus ſic ſtantibus, ſequitur manifeſta & cõmunis concluſio, quòd licet tale matrimonium ſine dotalibus inſtrumẽtis factũ, quò ad eius vinculũ iure Canonico inſpecto tenuerit: Tamen quò ad effectus ciuiles, non operatur filij prius nati legitimationẽ, quo ad ſucceſſionẽ in terris imperij, cùm ſecundum iuris ciuilis regulas, legitimatio iſto caſu fiat, vt d. § fin. Et ſic ius ciuile dicitur in hoc iuri canonico cõtrariari, quo ſtãte, quodlibet ius ſeruandũ eſt in foro ſuo, iuxta tradita per Abb. & alios in c. j. & 2. de noui oper. nunci. cũ concord. de quibus per Cur. iun. in d. conſi. 136 n 4. & per Soc. iun. in cõſ. 12. n. 11. vol. 4. vbi communẽ dicit. E. Muſcul.

45 Legitimati per ſubſequens matrimonium in omnibus efficiuntur legitimi, & ſuccedunt vt verè legitimi, ſecundum communem per Burſ. conſi. 17. num. 2. lib. j. & conſi. 98. num. 20. lib. j. quòd dicit procedere etiam ſi non fuiſſet retenta mulier in ſchemate concubinatus veri, dummodo ſint nati ex ſoluta filij, & ex iis inter quos extare potuerit matrimonium.

46 Legitimari poteſt filius naturalis per reſcriptum Principis, vt in nouella conſt. 74. fallit in 4. caſib. vt per Vigel. in commento 6 annot. in 2. part. titu. de naturalib. liber. cap. 4. memb. 3. fol. 313. cauſa 3. Don. à Fina.

47 Quãdo pater legitimat in vita ſua, nullius requiritur citatio. com. eſt opin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum ff. de lib. & poſth. vbi Ioan. Bolog. limitat in 5. caſib. num. 248. Do. à Fina.

48 Legitimatus fuerit fili' viuẽte patre, iſta legitimatio prę iudicat venientib. ab inteſtato. Bar. in l. Gallus. §. & quid ſi tãtum. ff. de lib. & poſth. vbi Io. Bolo. limitat in multis caſib. n. 228. fallit in 5. caſib. ſecundũ Crot. in d. § & quid ſi tantũ. n. 128. fallit ĩ 7. caſib. vt p Iaſ. in d. § n. 91. in 1. & in 2. lect. n. 36. Do. à Fin.

49 Legitimatus poſt mortem patris, non poteſt auferre bona nec hæreditatem illis, qui ab inteſtato ſucceſſerunt. gloſ. & Bar. in d. §. & quid ſi tantum. Declaratur iſta cõcluſio per Iaſ. in d. § num. 129. & per Crot. nu. 133. Idem.

50 Si pater dum viuit filium ſuum faciat legitimare, vel mãdet in teſtamento quod legitimetur, nõ eſt citatio neceſſaria aliquorum. Bar. in d. §. & quid ſi tantum. fallit vt per Crot. in d. §. n. 139. vbi Iaſ. nu. 130. limitat in 2. caſib. Don. à Fina.

51 In legitimationis priuilegio, pater de agnatis mentionẽ facere non tenetur. hanc eſſe com. opin. atteſtatur Port. in lib. 3. ſuarum conclu reg 3. vbi limitat. Don. à Fin.

52 Filius naturalis efficitur legitimus ex appellatione patẽtis interueniente inſtrumentum publ. cum, vel ſcriptura manu propria ſcripta, habẽs ſubſcriptionẽ triũ teſtium fide dignorũ, auth. ſi quis liberos habens. C. de nat. lib. glo. in c. per tuas, qui filij ſint legit. fallit in 4 caſib. quos not. Pet. Duen. reg. 348 fallit in 2 caſib. vt per Pet. Gerar. de Petra ſancta ſing. 60. Do. à Fina.

53 Filius naturalis legitimatur per ſubſequens matrimoniũ. c. tanta. qui fi. ſint legit. § fi. Inſt. de nupt. fallit per Marſ. ſing. 121. & ſing. 250. ampliatur in 20. caſib. & limitatur in 4. per Petr. Duen. reg. 350. ampliatur in 10. caſib. & limitatur in 5. à Por. li. 4. reg. 35 ampliatur in 5 caſib. & limitatur in 3. à Baptiſt. à Vil. concl. 69. & 72. in litera F. fallit in 8. caſ. vt per Vigel. in cõmẽto 6. annoter. in 2 par. in tra. de iure inter parẽtes c. 4. cauſa. 2. fol. 306.

Ampliatur pcedere etiã ſi matrimoniũ fuerit cõtractũ per exiſtentẽ in articulo mortis. fallit iſta ampliatio in 4. caſ. vt p Soc. in l. ſed eſt quaſitum. ff. d. lib. & poſth. nu 4. Don. à Fina.

54 Si filius naturalis offeratur curiæ, legitimus efficitur, vel filia naturalis nupta decurioni, ſimiliter legitimatur. l. 3. C. de natu. libe. fallit in 6. caſib. vt per Vigel. in commẽto 6. annot. in 2. par. in tract. de iure inter parent. c. 4. memb. 3 fol. 299. Don. à Fina.

55 Filius legitimatus non ſuccedit in feudo. gl. in l. etiam filij, ff. ſ. t. mat. fallit in 5 caſib. vt per Rom. in d. l. etiam filij. nu. 1. ampliatur in 4. caſib & limitatur in 3. à Petr. Duen. regu. 360. videas Port. lib. 4. reg. 36. 37. & 38. Don à Fina.

56 Bona fides vnius ex parentib. prodeſt ad legitimationẽ, c. a vbi Abb. qui filij ſint legiti. ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 4. per Port. lib. 4. ſuarum conclu. reg. 39. Don. à Fina.

57 Legitimatio ſi facta ſit poſt obitũ patris, non retractatur ad ſucceſſionem aliis tẽpore mortis patris ab inteſtato delatam, in caſu quando bona non ſunt vacantia tempore legitimationis. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc. Turx. con. lu. 166. vbi limitat. Don à Fina.

58 Legitimationẽ per ſubſequens matrimoniũ nõ impedit matrimonium intermedium cum altero ex iugalibus, niſi de fraude appareret, iuxta cõmunem per Burſ. conſ. 10. n. 10. lib. 1.

59 Liberi, nati in concubinatu, licet legitimentur per ſubſequens matrimonium, cap. tanta. qui filij ſunt legiti. tamẽ filij nati à clerico in minoribus ordinibus cõſtituto, & qui eſt beneficiatus eo tempore quo tenet concubinã, ex qua eos liberos habuit, non poterunt legitimari per ſubſequẽs matrimonium: quia rebus tũc ſtantibus, ille talis beneficiatus non poterat contrahere matrimonium, & ſic tales filij nati non poterunt legitimari: quamuis ille talis beneficiatus clericus renũciando beneficio matrimoniũ contraxerit cum ea concubina ſua, per regulam legis, & ſi contra C. de nupt. nam cùm nati ſint tempore prohibito, non poterunt legitimari. Quòd ſi ille talis clericus non fuiſſet beneficiatus, contrahendo matrimonium cum ea concubina, tũc filij ex ea ſuſcepti bene legitimarentur. Sed & filij legitimari poterũt, ſi nati ſint ex crimine adulterij, aut cõcepti, quia tũc vir contrahendo matrimoniũ cũ ea muliere ex qua pẽdente & cõſtãte ſuo matrimonio filios habuerit, nõ ex hoc legitimarẽtur illi filij ante ſuſcepti. Roma. conſi 367. & Bald. in l. nuper legem. C. de naturalib. liber.

60 Legitimandi habens poteſtatem natos ex adulterio, itẽ & ex inceſtu, poteſt legitimare, ſi ambo concurrant in vno. Alciat. de ver. obl. ff. nu. 46. lib. 2. com. dicit. Villal.

Nota, quòd ſi concedatur facultas legitimandi alicui pro ſe, & filiis, filij in vita patris poſſunt legitimare, Ant. Rui. in l. Gallus. §. quidam rectè ff. de lib. & poſth. com. dicit ex Iaſ. in d. §. quidam rectè. quam intelligit, niſi alias acquiſita ſint pro ſe, filiis & heredibus: quia tunc filij admittuntur ordine ſucceſſiuo ex Franc. Curt. iun. conſi. 73. Idem.

61 In legitimatione an maſculinũ cõprehẽdat fœmininũ, & ſic an ſpuria poſſit legitimari? Iaſ. in d. l. 2. in 4. col. ff. de ver. obl. tenet quòd non all. Segno. in conſ. 186. & ita etiam refert ipſe Iaſ. in l. ſi quis id quod. in 2. col. ff. de iuriſd. omnium iud. vbi dicit, ꝙ illam deciſionem Segno. ſequitur præpo. med. modo Card. Alex. in d. c. per venerab. in vi verſi videbis. Chartamus.

62 Sed quid ſi aliquis eſſet ſpurius & inceſtuoſus, & eſſet legitimatus tanquam ſpurius tantùm, non expreſſe qualitatib. ſpurietat. an valeat legitimatio. Bal. in l. eam quam. in 8. col. ver. ſed pone quidam C. d. fideic. tenet quod non. & ad illud alleg. infinitas auctoritates. Iaſ. in d. §. omnium. in 6 col.

Subiungit ibi Iaſ. quòd ſi quis impetrauit à Principe ſe legitimari, dicens ſe natū ex ſoluto & ſoluta, cū eſſet nat' ex adulterio: quòd talis legitimatio nō valet. all. Bal. in l. præcer. v. ego dico. in 5. col. mihi vero in 3 C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Adde in fortiorib. terminis Oldr. in conſi. 247. incip. factū tale eſt, quidā Rex. vbi cōſuluit nō valere legitimationē factā ad ſupplicationē cuiuſdā Narrātis, duos habere filios ex ipſo, & ex tali domina ex adulterio & damnato coitu genitos. ex quo nō fuit narratū quòd pater habebat vxorē, & mater virū. vt ibi nō. t. per eū. quē refert & ſequi. (licèt alio numero alleget) Alex. in 1. vol. conſ. 62. repetito in 5. vol. cōſi. 195. & ita ēt ſequi. in eo. 1. vol. cōſi. 138. in vlt. col. v. ſucceſſiuè dato, &c. Idē ēt tenet ipſe Alex. in 2. vol. conſ. 60. in vlt. col. vbi cōſuluit nō valere legitimationē illius quę dicebatur naturalis, cū nō eſſet nata ex cōcubina in domo retenta. Idē vult in 3. vol. cōſi. 87. duplicato in 1. vol. cōſi 37. & ſequitur Barb. in 1. vol. conſi. 43. in 11. col. facit quod vult Curt. conſ. 16. in vlt. col. vbi vult quòd omiſſio notabilis qualitatis vitiat legitimationē. & idē dicitur in conſi. ſeq. quòd pal. oti. Do. Vincent. Fac etiam quòd latè vult ipſe Curt. conſi. 73. in 32. col. cum ſeq. Barb. in 4. vol. conſ. 9. in 1. col. fac. quod vult Phi. in c. 1. in 2 col de filiis preſby. in 6. Alex. in l. 2. de ver obl. Lud Ro. conſi 326. v. 4. proba.

Limita pmiſſa qñ in legitimatione eſſent appoſitę clauſulæ, non obſtant. & de plenitudine poteſtatis, &c. qa iſto caſu perinde eſt ac ſi defectus oīs eſſet expſſus. & ita vult tene. Bald. in d. l. eā quā. in illo v. ſed pone. & in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orf. vbi dt, quòd nō eſt opus deſcēdere ad ſpeciē ſpeciei. Bened. ī cōſi. 157.

Sublimita quando, exprimitur ſpurietas in genere, & ſic ſolùm eſt defectus ſubreptionis: ſecus ſi fuit narratus aliquis defectus, & aliquis ſuppreſſus: & ſic eſt defectus obreptionis, qui maior eſt quā ſubreptionis. ita dt Ale. in d. cōſi. 60 in 2. vol. in fi. Et ita in effectu videt tene. Pau. de Ca. in 2. vol. cōſi. 121. incip. ſuper puncto iſto. in fi. vbi ita limitat determinatio. Oldr. d. conſi. alio tñ, num. p eū al. & ita ēt tenet Fely. in c. poſtulaſti. in 4. col. ibi, declara pdicta. de reſcr. Et in materia vide Lud. Ro. in conſ 194. vbi dicit, non vitiari legitimationē, licèt nō fuerit expreſſa qualitas, quòd filius eſſet ex ſerua nata, alleg. multa not. Vide tamē Fel. in d. c. poſtulaſti. de reſcr. in 5. col. ibi, 4. declaratio.

63 Aduerte ēt dū ſupra dixi, legitimationē nullā, illius quę dicebatur naturalis, cū tñ non eſſet nata ex concubina in domo retenta. allegan. Alex. vol. 2. conſ. 60. Quia contra iſtud facere vr quod vult Bald. in 2. part. conſi. 295. incip. factū pponitur in terminis. vbi dt, quòd ſecundū iuris rigorē natus ex ſoluto & ſoluta non in forma concubinatus, dicitur ſpurius. ſed ſec. Deum, ius canonicū, & coēm vſum loquendi, dicitur naturalis. & ideo pater qui fecit eum legitimari ſub nomine naturalis, non dicitur tacuiſſe eius defectum, ſed valet legitimatio.

Aduerte inſuper, quia contra illud conſ. Old. de directo facit quod vult Ang. in conſi. 204. incip. Quidam Barth. in 1. dubio. vbi vult, quòd ſi legitimatione exprimatur aliquē fuiſſe natū ex ligato & ſoluta, cū tñ ipſa fuerit etiā ligata, non nocet tacuiſſe hoc: quia ſatis conſtat illū eſſe adulterinū. & illud conſi. videtur ſequi Iaſ. in l. ſed ſi hac. §. patronū. ff. de in ius voc. ex quo vlti. loco illud refert.

Adde quod non oportet exprimere in legitimatione illam qualitatem, quæ aggrauat vitiū parentū: vt ſi quis dicatur fili' ſacerdotis & mulieris ſolutæ. licèt non dicatur quòd mater habuerit ſacramenta ab illo ſacerdote. ita Fely. in d. c. poſtulaſti. in 5 col. alleg. Rotā, de filiis pſby dec. 4. in antiq. & in titul. qui filij ſint legit. dec. 1. in antiquioribus. vide ibi per eum. Idem.

64 Sed quid ſi non exprimatur aliqua qualitas ſpurietatis, ſed ſimpliciter dicatur quòd eſt ſpurius, an valeat legitimatio? vide no. Fel. in d. c. poſtulaſti. in 5. col. ibi, quinta & vlti.

65 Legitimatio fieri an poſſit extantib. filiis legitimis & naturalibus. Ale. poſt Bar. in l. ex facto. ff. de vul. & pup. videtur tenere quòd non. & ita Pau. tenet de Caſt. in 1. vol. conſi. 176. incip. ſuper eo. repetito in 2. vol. cōſ. 223 & ita vult Alex. vol. 1. conſi. 94. alleg. Bald. in auth. præterea. C. de natura. liber. vbi per illū text. vult, quòd Comes non poteſt legitimare baſtardos ex comitibus legit. idem per plura tenet, in 2. vol. cōnſi. 60. in 4. & 5. colu. Curt. in conſi. 13. in 3. col. & in conſi. 35. in 9. col. Aret. conſi. 166. in vlt. col. idem Curt. conſi. 16 in 12. col. vbi tenet quòd ſaltem legitimi citandi ſint. & ita vult in conſi. 73. in 30. col. & quòd legitimi debeant citari, qñ legitimatio fit etiā viuente patre. vide Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. in 18. col. de liber. & poſth. Barb. vol. 4. conſi. 9. Crot. in d. §. & quid ſi tantum in 43. col. Contrariū tenet Feder conſi 57. & Crot. vbi ſupra in 45. col. & ſeq. Poteſt diſtingui, aut pater requirit legitimari, & valet legitimatio etiā extantibus legitimis: aut filius ſpurius requirit, & tunc ſecus. & ita vult Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. in 15. col. in fi. de lib. & poſth. intellige tñ ſi illud contineatur in poteſtate legitimantis, vt ibi in 19. col. Adde quòd Ang. in conſ. 87. tenet valere legitimationem factam abſente patre, ſi pater ex poſt confiteatur etiam fuiſſe factam de eius voluntate.

66 Sed quid præſuppoſito quòd Comes haberet poteſtatem legitimandi baſtardos etiam extantibus legitimis, an tunc ſit mentio fienda de legitimis? Alex. vol. 2. conſi. 60. præal. in 5. col. tenet quod ſic. Adde Curt. conſi. 116. in rp. Innocentius ſeptimus. Curt. in d. conſi. 13. in 3. col. & in 6. col. in fi. & apertius in conſi. 19. in 5. col. in d. conſi 35. in 9. col. Deciū conſi. 85. in 3. dub Cor. vol. 2. cōſ. 93. in 3. col. Barba. vol. 4. conſi. 49. in 1. colum. & ſeq.

Limita niſi pater faceret legitimari, quia tūc nō requiritur mentio legitimorū. ita in terminis tenet Bal. in 2. par. conſ. 222. Idem vult in 1. par. conſi. 73. vbi dicit legitimos non eſſe citandos.

Sed cōtrariū tenet Dec. in d. conſi. 85. in 3. dub. alleg. multa, maximè Aret. conſi 167. in rp. Mag. quod mihi eſt. 166. alleg. etiā Alex. vol. 1. conſi. 25. & conſi. 67. & ita vult Curt. in d. conſ. 16. in 12. col. vbi tenet, quòd ſaltē citandi ſunt legitimi. Iaſ. in d. §. & qd ſi tantum. in 18. col. vbi dicit legitimos eſſe citandos. Cornæus in d. conſi. 93. Crotus in d. §. & quid ſi tantum. in 42. col. in fi. idem.

67 Sed quid ſi non extant legitimi & naturales, & Princeps legitimat patre viuente, & requirente, an requiratur citatio agnatorū? Ludo. Bolog. in add. ad Mathes. in tract. de ſucceſ. ab inteſt. in 11 col. tenet quòd non. alleg. Calder. in rub. qui filij ſint legit. con ſi. incip. legitima. & ita vult Ales. vol. 5. conſ. 187. in 2. col. v. 4 quia, &c. Cornæus vol. 3. conſi. 1. in 1. dubio. Benedict. in conſi. 2. in 4. colum.

88 Filius filij mortui non legitimatur per ſubſequens matrimonium. Io. Nico. in add. ad Alciat. in tract. præſump. par. 1. in fi. communem dicit. Vezinus.

69 Filij legitimantur per ſubſequēs matrimoniū, qñ mulier eſt talis, cum qua poſſit eſſe matrimoniū, ſecundū bonos mores ciuitatis. Curt. iun. conſi. 139. num. 14. communem dicit. Vezinus.

70 Legitimatio filij legitimi ad petitionem patris, etiā filia legitima naturali exiſtente: præſertim ſi illa clauſula, Non obſtante, adiecta fuerit, per Comitem Palatinum fieri poteſt, Iaſ. per multa fundamenta in conſ. 68 in 3. Tom. & no. in 4. vol. Quā ibi Iaſ. commu. doct. ſententiam eſſe dicit. De qua plura ſcribit Rol. à Vall. in d. conſi. 61. Kirchouius.

71 Legitimatio per ſubſeqnēs matrimoniū, an poſſit fieri in vltimo vitę ſpiritu. Bald. in d. l. eam quam. in 6. col. C. de fideicom. tenet quod non. Ang. etiam in l. ſed eſt quæſitum. de lib. & poſth. & in authen. nuper. C. de naturalibus libe. Barb. in 5. volum. conſ. 59. in 14. col. & in conſi. 68. in vlt. colum.

Contrarium tenet Alex. in l. ſi quis poſthumos. ff. de liber. & poſt. alleg multas auctoritates, & reſpondet ad motiua Bald. de quo etiam vide eundem Alex. in l. gallus. in prin. in 7. colum. eod. titul. Socin. in d. l. ſed eſt quæſitum. num. 4. aliquid per Felyn. in capi. in præſentia. in 13. col. de proba. Adde in terminis Bald. in 4. parte conſi. 211. in prin. Phi. in regula, ſine culpa: quæ eſt 23. Pan. in capitu. commiſſum. de ſponſal & in c. quoniam. de coniug. lepro. Angel. in §. ſi. cui in fi. Inſtit. de nupt.

72 Legitimatio filiorum non fit per ſubſequēs matrimoniū, etiam quòd fierent inſtrumenta dotalia, quando ſecundum morem ciuitatis matrimonium non poſſet contrahi inter pſonas longè diſpares: & inter has honeſtè, & abſque dedecore contrahi prohiberetur. Voluit Bal. in capitulo illud, de præſump. & apertè dicit Angel. in §. ſed aliud, in auth. quib. modis naturales effi. leg. Et hanc opinionē videtur etiam firmare Bal. in l. 2. in 9 op. C. quib. res iud. non nocet. & in auth. item ſi quis. lat. C. de naturalibus liberis. inquit enim, quòd lex requirens mulierem potuiſſe matrimonio coniungi viro, debet intelligi nō ſolùm de iure, ſed etiam de honeſtate, & ſecundum bonos mores. Quod etiam voluit Aret. in conſilio 120. Neruecius Corraducij & hanc opinionem ſequitur Card. Alexand. in c. tanta. in quæſt. 16. verſi. aduerte ad hoc, qui filij ſint legit. voluit Socin.

iun-

Iun. *in conſ.* 55 *num.* 2. *& in conſ.* 12. *n.* 4. *vol.* 4. allegans Curt. Iun. *in conſ.* 136. *num.* 6. *&* 10. Vbi etiam hanc opinionem a noſtris doctor. communiter receptam eſſe, ait, vt per eum. E. Muſcul.

73 Legitimatio vbicunque poteſt fieri per ſubſequens matrimonium, nunquam poteſt fieri per reſcriptum. Hippol. *ſing.* 130. *alleg.* Bal. *in c. per tuas. de maior. & obed.* & pro hoc dicto Pet. Gerat. *in ſing.* 60. *alleg.* Bal. *in c. illud. de præſumpt.* ipſe tamen Pet. Gerat. tenet contrarium. *ibi.*

74 Legitimatus ſemel, poteſt iterum legitimari. Curt. *in conſ.* 73. in multis locis tenet quòd ſic. Clarius Decius *in dicto conſil.* 55 *in* 4. *col. ibi*, & conſideran.

Aduerte tamen quia ſi in prima legitimatione ſit aliqua limitatio, ſeu moderatio, & ſupplicetur de ipſa legitimatione nulla facta mentione de dicta limita. ſeu moderatione, ſecunda legitimatio inde ſecuta generaliter facta nihil valet. ita not. Felyn. *in c. veniens. extra de præſcript.* Socin. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. in* 9. *col. verſ.* 4 *limita. ff. de liber. & poſthu. & not. in* 2. *part. cōſi.* 246. *in* 3. *col.*

75 Legitimatio non trahitur retro in his quæ ſunt alteri præiudicialia, & ſic in iure iam alteri quæſito. §. *liceat. in authen. quibus modis natura. eff. legi.* & ibi Ang. & S. *auth. nemo ſi quis. C. de natura. libe.* propterea princeps non poteſt filium ſpurium & naturalem legitimare, vbi adſunt liberi legitimi & naturales quantum ad hoc vt poſſint cum naturalibus & legitimis ſuccedere: quia per hoc auferretur ius iam quæſitum ipſis filiis legitimis & naturalibus. Iaſ. *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. num.* 94. *ff. de liber. & poſthum.*

76 Legitimandi poteſtatem habens an poſſit legitimare ſpurium & inceſtuoſum. vide Ang. *in* §. *omnium. inſtit. de actio.* & Alexand. *in l. ſi ita ſcriptum. ff. de liber. & poſthum.* vbi multis alleg. pro & contrà, tenet op. Bar. *in l.* 2. *in prin. ff. de verb. obli.* tenentis quòd ille qui habet poteſtatem legitimandi ſpurios, item legitimandi inceſtuoſos, poteſt legitimare ſpurium & inceſtuoſum: quia in fauorabilibus in ſimplicibus continetur mixtum. & iſtam partem tenet Iaſ. *in dicto.* §. *omnium. in* 5. *&* 6. *col.* cum aliqua tamen diſt. ſcilicet quòd aut legitimatio fit in vita patris, & eo petente, & valet legitimatio, aliàs ſecùs. alleg. Anton. de Butr. *in cap. per venit. in* 20. *col. qui fil. ſint leg.* vide aliquid per Pan. *in cap. final. de ſimo.* Alexand. *in dict. l.* 2. *de verb. obligat.* Fel. *in cap. ut ſi clerici.* §. *de adulteriis. in* 2. *&* 3. *col. de iud.* refert ad ſaturitatem opiniones hinc inde. tandem ipſe cum Arci. tenet, quòd non poſſit ita diſpenſare, ſeu legitimare. vide per eundem Fel. *in cap. poſtulaſti. in* 15. *col. extra de reſcript.* Iaſ. *in d. l.* 2. *in* 2. 3. *&* 4. *col. de verb. oblig.* relatis omnibus opp. tenet contra Bar. & legiſtas, dicens, quòd illa diſtinctio, ſeu concordia Ant. de Bu. *in d. c. per venerabilem* nihil valet: vt ibi per eum.

Vide etiam ampliſſimè per Crotum *in repe. d.* §. *& quid ſi tantum. in* 24. *col. cum ſequentibus.* P. A.

77 Naturalis non legitimatur, niſi expreſsè de legitimis & naturalibus fiat mentio, ſecundum communem per Burſ. *conſil.* 76. *num.* 23 *lib.* 1.

78 Omnis ſpurius ex ſoluto & ſoluta, per ſubſequens matrimonium legitimatur. eſt commu. opin. canon. in iudicando tenenda, ſecund. Dec. *conſ.* 160. & diligenter licet canon. repugnent magis communiter legiſtæ, quòd ſoli naturales ex concubina legitimentur. Sed opin. canon. eſt amplectenda, ſecund. eund. ibidem. M. Chær.

79 Legitimatio ſi impetratur pro filio adulterino ex vtroque parente, debet fieri expreſſio vtriuſque adulterij. Cou. *in epi.* 4. *c.* 8. §. 9. *nu.* 3. commun. dicit, ex Ferdinando de Loazes *de matrimonio dubio* 10.

Fallit ſi exprimatur filium eſſe ſpurium: etſi ſit baſtardus ex quacunque ſpecie illegitimitatis. Iaſ. *conſ.* 31. *vol.* 3. comm. dicit.

Nota, quòd legitimo expreſſio in diſpenſatione, ac legitimatione contra quas fit diſpenſatio, non eſt neceſſaria, niſi aliàs quid graue præiudicium inferatur, Gome. *in c.* 1. *n.* 6. *de conſt.* communem dicit. Villalob.

80 Legitimatio, ſeu natalium reſtitutio filiorum à patre facta non opus habet cognatorum citatione, vt commune dicunt Curt. Iun. *conſ.* 70. *num.* 1. *conſi.* 157. *num.* 3. Iaſ. *conſi.* 10. *lib.* 3. Boer. *deciſ.* 121. Tiraq. *in l. ſi vnquam. verſ. ſuſceperit. n.* 53. *C. de reuoc. dona.* Soc. *conſi.* 42. *in præſenti conſultatione. vol.* 4. Dec. *conſ.* 567. *incip. viſo puncto. circa fi. & in conſ.* 307. *viſo puncto. circa prin. & conſ.* 698. *in cauſa.* Soc. Iun. *conſ.* 142. *vol.* 1.

Fallit, vbi legitimatio fieret ſtantibus filiis legitimis, & naturalibus quia de ipſis debet fieri mentio: quinimò, eis inuitis, legitimatio fieri non poteſt, cùm ſoleat fieri tantum in defectum legitimorum. Dec. *ibidem.* Bart. *in l. Gallus.* §. *quidam recte. ff. de liber. & poſthum.* cuius opinionem communiter approbari aſſerit Soc. *conſ.* 226. *in* 2. *vol. n.* 3. & eo caſu poteſt quis in legitimatione filij ſui præiudicare ſuis agnatis, cognatis & conſanguineis etiam non citatis, cùm liberum ipſi patri erat illos omnes conſanguineos ſuos à ſucceſſione ſua excludere, & extraneis ſua bona relinquere. Soc. *conſ.* 251. *n.* 11. *vol.* 2. niſi adeſſent filij legitimi & naturales*: nam tunc eis inuitis non poſſet filius naturalis legitimari. *authen. Item ſi quis. C. de natura. libe.* Bal. *in l. nam ita diuus. ff. de adop.* quod Iaſo. videtur approbare *in d.* §. *& quid ſi tantum.* & hæc etiam procedunt in filio ſpurio, qui ad patris requiſitionem poterit legitimari etiam cognatis, agnatis, & aliis conſanguineis non citatis, vbi nulli ſunt liberi legitimi & naturales. Socin. *in eo conſil.* Chærian. & Suarez.

81 Citatio agnatorum vel eorum conſenſus non requiritur in legitimatione cùm patris conſenſu, nec in feudo hæreditario poſt mortem patris, ſecundum communem per Burſat. *conſil.* 76. *num.* 43. *lib.* 1.

82 Legitimatio filij naturalis, quæ impetratur viuente patre, optimè expeditur abſque alicuius citatione, præſertimque accedente ipſius patris conſenſu, quoniam poteſt liberè pater bona propria diſtribuere, ideò iniuriam nulli facit, ſi proprium filium conſentiat à principe legitimum fieri, ſecundum Bart. & cæteros omnes, *in l. Gall.* §. *& quid ſi tantum. in fi. ff. de lib. & poſth.* Bald. *in l.* 1. *C. de inoffi. dona. & conſ.* 56. *vol.* 1. Angel. *conſ.* 84. Ancha. *conſ.* 406. *& in c.* 1. *de ſucceſſ. ab inteſt.* Io. And. Ant. Cal. Card. Abb. & omnes *in c. per venerabilem, extra, qui filij ſint leg.* Federi. de Sen. *conſ.* 57. Deci. *conſ.* 338. & opin. iſtorum oſtendit communem eſſe idem Dec. *conſ.* 55. *& conſ.* 367. Boeri. *deciſ.* 121. Tiraq. *in l. ſi vnquam, in verſ. ſuſceperit. n.* 53. *C. de reuo. don.* & copioſius poſt alios relatos per eum, in tract. res inter alios acta, ſub 2. limitatione, quæ quidem ſententia communis procedit, etiam, ſi filius legitimus efficeretur quo ad feuda in præiudicium agnatorum, vt conſulendo reſpondit Alb. Brun. *conſ.* 1. cum aliis doct. qui ſe ſubſcripſerunt d. conſ. 1. Viui. *lib.* 2. *opi.* 159.

83 Clauſula, non obſtante cap. naturales. ſi de feud. fuer. controuer. appoſita in legitimatione, operatur vt in præiudicium domini legitimatio ſubſiſtat: ſecundum communem per Burſat. *conſ.* 10. *num.* 3 *lib.* 1.

84 Legitimatio non præiudicat intereſſatis non citatis. iuxta doctrinam Bar. communiter receptam *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. cum concordan.* vt per Dec. *in conſ.* 284. *verſ.* 3. *communis opi. & in conſ.* 435. *n.* 10. Quem refert & ſequitur etiam Soc. Iun. *in conſ.* 82. *num.* 19. *vol.* 4. E. Muſcul.

85 Legitimatus ab Imperatore in feudis ſuccedere poteſt, ſi ab eo nominatim ad hoc legitimatus fuerit: & ſic ipſe legitimatus ad effectum ſuccedendi in feudo huiuſmodi legitimatio facta per Imperatorē valida erit, eritque capax in ſucceſſione ipſius feudi: ſecundum Gloſſ. Baldum, Iacob. Aluaro. Cardi. Mediolanen. & cæteros communiter *in c. naturales. in in. ſi de feud. fuerit controuerſ.* Bal. *in l. cum quam. C. de fideicom.* Io. Andr. *in cap. lator. extr. qui filij ſint legi.* & Soc. *conſ.* 4. *col.* 3. *vol.* 3. Clarus cum aliis congeſtis per eum *in* §. *feudum q.* 82. & Cur. Sen. *conſ.* 65. *n.* 1. in quibus locis oſtendunt iſtorum opinionem communem fore: & ipſe Curt. *ibi, ſub n.* 15. concludendo eam limitat, atque declarat, & Clarus etiam *in d. q.* 82. *verſ. Et hæc quidem.* Imò ſecundum Scriben. communiter in d. c. naturales ſufficeret expreſſio in legitimatione ipſa, videlicet, quòd tales filij in feudis ſuccederent, licèt minimè exprimeretur ad talia, & talia feuda.

Sed hoc non procederet, vbicunque eſſemus in maximis dignitatibus: tunc quippè in eis legitimati non ſuccederent, niſi ſpecialis mentio facta extitiſſet: vt voluit Martinus Laudenſis *in c.* 1. *de natura feud.* & Bal. *in d. l. cum quam.* Viuius.

86 Legitimatio infantis à principe facta, infantis ipſius ratihabitionem non exigit. commune tenuntio ex Iaſ. *conſ.* 523. *lib.* 4. Curt. *in conſ.* 19. *num.* 4. Eman. à Coſta *in l. Gallus.* §. *& quid ſi tantum part.* 2. *num.* 113. *& ſeq. ff. de lib. & poſth.* E. Suarez.

87 Abſens legitimari poteſt, vt in terminis vult. Paul. de Caſt. *in* 2. *vol. conſ.* 226. & ita vult Bal. *in* 3. *part. conſ.* 133. *& ſuffic. ratifica.* vt vult Decius *in conſ. præal.* vbi dicit, quod talis ratificatio poteſt fieri etiam poſt mortem patris alleg. multa, maximè Alex. *vol.* 1. *conſ.* 138. quod mihi eſt 139. Curt. *conſ.* 4. *alleg.* multa maximè Ang. *conſ.* 83. *incip. ſpurius.* quod mihi eſt 87. idem vult ipſe Ang. *conſ.* 71.

Et ita intelligo procede. quod vult Barb. *vol.* 2. *conſ.* 34. *in* 4. *col.* vbi tenet quòd abſens non poſſit legitimari, niſi conſentiat. Et quod vult Bald. *in* 4. *par. conſ.* 429. vbi tenet abſentem legitimari non poſſe. & idem vult *in authe. præterea. C. de natura. lib.*

An autem

An autem dica conſentire, ſi ſciat & non contradicat. vide in ſpecie Lud. ſing 588. vbi tenet quòd ſic.

Infans legitimari poteſt. Bal. in 2. p. conſ. 413. incip. quidam vxoratus. & in 1. par. conſ. 67. Paul. de Caſt. in 2. vol. conſ. 229. latiſſimè Barb. vol. 2. in d. conſ. 34. per totum. Iaſ. remiſſiuè in l. poſthumo. in 1. col. C. de contra tab. Dec. qui infinita alleg. in conſ. 55. præal. maximè in 4. col. Corn. conſil. 177.

Limita, ſi interueniat in maiori ætate ratificatio. ita not. Ludo. Roma in conſ. 194. in 2. & 3. col. & iſtud non habet dubium. vt vult Decius. Corn. tamen in d. conſ. 177. ſubtiliter probat non requiri ratificationem.

88 Legitimatus natalibus reſtitutus quo ad quædam, legitimus propriè non eſt. commune loquit Curt. Iun. conſ. 75. n. 4. Nam nec ſi principis reſcripto legitimatus ſit ad emphyteuſim eccleſiaſticam, vel quæcunque feuda, admittetur. commune aiunt Curt. Iun. conſ. 137. n. 1. Rub. in l. Gallus. §. quidam rectè. nu. 160. ff. de lib. & poſth. Did. à Coua. in tract. de ſponſ. 2. par. c. 8. §. 2. n. 30. ad fi. I. Clar. de emphyteuſ. q. 30. Generaliter verò non ſolùm ipſius parenti, ſed & illius agnatis & cognatis quo ad certa legitimus redditur. commune pronunciant Did. à Couar. d. c. 8. §. 8. n. 3. cum ſeq. & §. 10. n. 2. & ſeq. Rub. atque alij vbi ſuprà. Quin & filias excludet, ſi filiis ſusceptis filias à ſucceſſione ſtatutum aliquod abigat. commune dicunt Iaſ. in l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. Curt. Iun. cõſ. 153. Quamuis contrarium aſſerat commune, quod non probo Curt. Sen. conſ. 16. & conſ. 73. Subſtitutum tamen tum demum legitimatus excludet, cum illius ſubſtituti citatio præceſſit, commune eſſantur Curt. Iun. conſ. 83. n. 8. & n. 10. Did. à Couar. d. c. 8. §. 9. n. 8. Notabis porrò ac memoriæ perpetuò inſcriptum geres, quòd legitimatus principis reſcripto, nequit plus teſtamento patris conſequi, quàm quiuis ex iuſtis liberis, vt commune inquit Dec. conſ. 393. n. 2. Et quod is, qui abſque proximorum, vel legitimorum hæredum præiudicio natalibus reſtituitur, nihil aliud adipiſci poterit quàm quod illi expreſſim in teſtamento relinquitur commune efferunt Dec. conſ. 393. n. 1. Mandellus conſ. 7. n. 1. Burſ. conſ. 18. n. 4. lib. 1. Quamuis abſque ea clauſula legitimatus, ſi prætereatur, & ius dicendi teſtamentum nullum, & petendi bonorum poſſeſſionem contra tabulas habeat, & ſi exhæredetur abſque aliqua iuſta cauſa, querelam inofficioſi teſtamenti intentare poſſit. communia dicunt Alex. n. 3. Iaſ. n. 5. & ſeq. in rub. ff. de libe. & poſth. Soc. conſ. 126. n. 5. lib. 2. Iul. Clar. de teſta. q. 84. E. Suarez.

89 Legitimatio in fauorabilibus legitimato, & non præiudicialibus alicui retrotrahitur, ſic vt legitimatus fingatur ſemper fuiſſe legitimus: & ſic legitimatio in his, quæ dicto legitimato fauorabilia ſunt, nemini que præiudicant, retrotrahitur, & legitimus præſumeretur ſemper extitiſſe legitimus: vt voluit Bar. in l. 2. in q. 2. ff. de vulga. & pupil. cum quo tranſeunt omnes Scriben. communiter, vt per Alex. Iaſ. Cro. & alios in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu.

¶ Et licèt Alciat. in l. 3. paradoxor. c. 12. poſt Bal. & Ant. de Butr. quos citat, ſentiat contrarium, videlicet dictam legitimationem non trahi retrò, nihilominus in deciſiuis à communi præmiſſa noli recedere, quæ veriſſima, & tutiſſima eſt. Viuius.

90 Legitimatus ſimpliciter non eſt capax feudi, vel emphyteuſis, ſecundum communem per Burſ. conſ. 76. n. 25. Naturalis non legitimatur, niſi expreſsè de legitimis & naturalibus fiat mentio, iuxta communem per Burſ. conſ. 76. n. 13. lib. 1.

Poteſtas legitimandi an poſſit alteri demandari. Bal. in l. geſta. C. de re iudi. dicit, quòd non. Decius, in conſ. 55. in 3. col. alleg. Bal. in c. ſi. circa fin. de officio deleg.

91 Legitimatio fieri poteſt per procuratorem. Alex. in l. Gallus. §. forſi an. in 2. col. ff. de lib. & poſth. & iſta eſt communis opinio. Petrus Raue. in alph. aur. verſ. legitimatio. Villal. in ſua collecta. E. Suarez. & F. Turzan.

Quãuis Bal. tenuerit contrarium in cap. cum dilectus in fin. de ord. cogni. & ita per multa tenet Decius in d. conſ. 55. in 3. col. ibi, 4. quæritur. & ipſe Bal. in l. excuſare. ff. de excuſ. tuto. contra tenet Bal. in l. neque abſens ff. de adopt.

92 Legitimatio facta à Comite imperiali in dominio Venetorum, non operatur circa bona exiſtentia in eorum dominio, abſque illius dominij conſenſu, vt pluries conſuluit Soc. Iun. maximè in conſ. 100. excellentiſſimus Artium & Medecinæ doct. n. 10. & ſeq. vſque ad n. 28. vol. 2. allegans doct. pro iſta opinione, & vltra ibi allegatos, addit. Dec. in l. fi. n. 6. ff. de iuriſd. om. iud. dicentem, quòd ita ſe habeat communis opin. prout videre licet apud eundem in conſ. 21. n. 6. vol. 4. Carol. Ruy. in conſ. 66. nu. 3. & nu. 4. vol. 3. & in conſ. 163. viſa legitimatione. nu. 4. 1. vol. Qui dicit communem eſſe opinionem, quòd Comes imperialis non poſsit legitimare in terris Eccleſiæ. Et Pariſ. in conſ. 2. legitimatio, de qua in præſenti agitur. nu. 13. vſque ad nu. 21. vol. 1. Vbi plures allegando ita pertranſit, & loquitur in terminis noſtris, videlicet de legitimatione facta per Comitem Imperialem in ciuitate Paduæ, concludendo, quod non valeat ex defectu poteſtatis, vt per eum, de quibus plura videri poſſunt per Soc. iun. in dicto conſil. 21. num. 9. vol. 4. E. Muſcul.

93 Legitimatus per ſubſequens matrimonium, qualiſcunque etiam mater legitimati fuerit, digna vel indigna. legitima tamen vxor, ſuccedit etiam in feudis patris. Licet alij filij naturales legitimati non admittantur ad ſucceſsionem feudi. Per tex. in c. vnic. §. naturales, ſi de feud. conten. ſit inter dom. & agna. in vſibus feudorum. Hanc opinionem præter cæteros per Pe. Duen. accumulatos in regul. 350. in 6. ampliatione communem dicunt Franc. à Rip. in l. ex facto §. ſi quis arrogatus. n. 48. ff. ad Treb. Bar. Soc. conſ. 3. num. 11. vol. 3. Matth. de Affli. in d. § naturales. Iaſ. in l. generaliter. §. cum autem. nu. 10. C. de inſt. & ſubſt. Fran. Cur. iun. in tract. feud. in 3. p. 17. q. n. 41. Et nouiſſimè Tiraq. in tract. de primoge. q. 34. n. 53. vt refert Duen. in d. amplia. I. Fichard.

94 Legitimare filium naturalem nulla patris diſpoſitione adiutum nequit princeps, poſtquam hæreditas à iuſtis hæredibus adita eſt, quamuis poſſeſſio ab eiſdem apprehenſa nondum ſit, vt commune conſtituo ex Alex. n. 29. Soc. n. 24. Ruinus n. vlt. Galeu. ad finem in l. Gallus §. & quid ſi tantum. ff. de li. & poſth. Fel. in ca. quæ in eccleſiarum. n. 49. de conſtitutio. Et ſi contrariam opinionem communem dicat ineptè Cur. Iun. conſ. 174. n. 15. Si tamen nec adhuc adita ſit ab illis hæreditas, ſed ſolùm delata, ſecus erit: commune dicunt Did. à Coua. de ſponſalibus 2. p. c. 8. §. 9. n. vlt. Eman. à Coſta. in d. §. & quid ſi tantum. p. 2. n. 177. E. Suarez.

95 Legitimatus abſque præiudicio proximorum, legitimorumque hæredum nihil penitus petere poteſt, niſi aliquid ei in teſtamento relictum foret: & ſic ab inteſtato ſuccedere nequiret in præiudicium ab inteſtato venientium vigore clauſulæ ſine præiudicio venientium ab inteſtato appoſitæ in legitimatione: ſecundum Bald. in conſ. 173. in fin. volu. 1. Ancha. conſ. 242. colu. 2. Paul. Caſtren. conſ. 212. in fi. Cuma. conſ. 98. Fulgo. conſ. 16. & Dec. cum alijs compluribus ſignatis per eum conſ. 393. n. 1. conſ. 176. ſub n. 5. & conſ. 610. viſo themate ſuprascripto, nu. 1. in quibus locis enuntiat iſtam communem opinionem eſſe: cui quidem inhæret quoque conſulendo doctiſſimè per plures rationes Iacobus Mandellus conſ. 7. num. 1. cum alijs ſeq. vbi pariter præſupponit iſtorum ſententiam communem fore, & Gozad. quoque conſ. 6. num. 33. & num. 78. Viuius.

96 Naturales liberi ex parentibus genere, & cenſu diſparibus ſuſcepti, quamuis eorundem matrimonium poſtea ſubſequutum ſit, legitimi non efficiuntur. commune ſcribit ex alijs iuris interpretibus aliud ipſe verius, æquius & receptius oſtendens Did. à Cou. in tract. de ſponſ. 1. p. c. 8. §. 2. n. 9. vt nec illi eam item ob matrimonij ſubſequuti cauſam natalib. reſtituentur, qui ex concubina non ritè habita procreabũtur. commune inquiunt Curt. iun. conſ. 136. n. 9. Crauet. conſ. 166. n. 8. Viu. lib. 1. opin. 137. E. Suarez.

97 Legitimatio per ſubſequens matrimonium, non procedit, neque ſubſiſtit quando mater erat vilis, & talis perſona, quam pater ſine ſuo dedecore in vxorem ducere non poterat. puta, Nobilis ducit ruſticam, famulam, aut cócubinam ſuam, aut meretricem, &c. com. dicunt, & quod ab ea in iudicando, & conſulendo non ſit recedendum, cùm non habeat contradictorem, Marian. Soc. iun. conſ. 53. n. 2. vol. 1. Syluest. Aldobrandinus in §. aliquando. n. 11. & 12. inſti. de nupt. vt refert Pet. à Duen. reg. 348. in 2. limit. & rurſus reg. 350. verſ. 8. fallit, quandocunque nobilis, &c.

Contrariam opinionẽ tenet Iaſ. conſ. 134. vol. 2. in quo 3. opin. hanc proculdubio eſſe veram & tenendam, & ante illum hanc tenuerunt permulti, quos recenſet idem Duen. in d. verſ. 8. fallit. Et vltra ibi allegatos, tenet etiam Hiero. Scru. conſ. comm. 1. in materia enim matrimoniali ſtandum eſt iuri canonico, c. pen. & c. fi. extra de ſecun. nup. I. Fichard.

98 Inſtitutio facta de filio naturali ſi legitimabitur arbitrio alicuius, eſt valida. Ang. in conſ. 223.

Sed quid ſi pater ordinet in teſtamento filium legitimari, an filius ipſe ſine alterius requiſitione poſſit ſe legitimari facere. Bal. vol. 1. conſ. 49. in 2. col. tenet quòd ſic. alleg. aut. item ſi quis. & in corpo. vnde ſumi. C. de natura. lib. Iaſ. in d. §. & quid ſi tantum. in 17. colu. & in l. 2. in 5. col. in fi. verſ. 2. attende. ff. de vulg. & pup. Vide tamen Decium conſ. 176.

99 Obreptio, & taciturnitas vitiat legitimationem Cur. iu. conſ.

83 num.

*conſi.83.num.*8.communem dicit. B. Villal.

100 Legitimatio quæ facta fuit de filiis naturalibus nõ rũpitur, quamuis pater qui habet eos filios naturales tantũ, & quos curauit legitimari, habuerit demum filios legitimos & naturales ex ſua vera vxore, qui filij legitimi & naturales ſuccedẽt cum legitimatis, ſiue illi ſint legitimati per ſubſequẽs matrimoniũ, aut per reſcriptum Principis: & neque excludent eos iam legitimatos, cùm iam legitimati ſint ante natiuitatem eorum legitimorum & naturalium. Bar. *in l. ex facto. n.*3. & Iaſ. *nu.*19.*ff. de vulg.* qui hanc opinionem approbat. Panor. *in c. ſuggeſtum. de decimis.* Roma. *conſi.* 194. & Bald. *in l. eam quam. C. de fideicom.* Chærianus.

101 Legitimatus per ſubſequens matrimoniũ, in Epiſcopũ eligi poteſt vt legitime natus: & ſic talis legitimatus abſq; diſpenſatione aliqua, poteſt ad dignitates quaſcũque eccleſiaſticas, ad ordines ſacros, beneficia, & ad Epiſcopatum quoque, vt diximus, admitti & promoueri: ſecundum gl. Anto. Abb. cæteróſque omnes *in c. innotuit, de electio.* Archi. *in c. Oſius 56. diſtin.* Calder. *conſi.* 2. *in tit. qui filij ſint legiti.* Glo. & Abb. *in c. tanta, qui filij ſint legiti.* Ang. *conſil.*29.*col. fin.* Alex. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, n.*19 *ff. ad Trebel.* Deci. *conſil.*155. *num.*3. Soc. iun. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu.* 126. *ff. de liber. & poſthu. & conſi.*12. *nu* 8. *vol.* 4. Couar. *in Epito. de ſponſalib. in* 2. *par. c.*8. *§.*2.*nu.*24. Nattam, *conſil.*121.*n.*13. *vol.*1. & Pet. Duennas, cum cæteris ſignatis per eum *in reg.* 350. *Filius naturalis legitimatur, nu.*5.*in* 5. *ampliatione,* qui omnes oſtendunt iſtam eſſe com. opin. Viuius.

102 Legitimatio nõ reuocatur, licet poſt eam pater habeat filios, ſecundum Alex. *in l. ex facto. in* 4. *&* 5. *col. ff. de vulg. & pupil.* relat. op. doctor. & idem tenet *in* 5. *vol. conſi.*187. *in pen. col.* Ludo. Roma. no. *in conſil.*194. *in* 3. *col. & ſeq.* Iaſ. *in l. tale pactum §. fin. in* 2 *&* 3. *col. ff. de pactis,* & amplè *in d. l. ex facto. in* 5. *col.* Bened. *in conſi.*157. *in penul. col.* Panor. *in c. ſuggeſtum. de decimis.* Et ſic in legitimatione non habet locum diſpoſitio *l. ſi vnquam. C. de reuocan. dona.* Eſt communis opinio ſecundum Decium, *conſi.* 107. *verſi. quartò non obſtat.* & idem Decius *conſil.* 576. *pro reſolutione.* Soc. *conſi.*142. *vol.*1. M. Chærian.

De iſta materia legitimationis, & legitimatorum, vide infrà hoc lib. tit. de poſthum. hæredib. inſtituend. &c. vbi latiùs.

Qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſunt, & intra quod tempus.

TITVLVS V.

Bonorum poſſeſſio non agnita nõ tranſmittitur, *l.* 3. *§. acquirere. ff. qui admitti.* fallit in 8. caſib. vt per Ioan. Bolog. *in l. emancipata, C. qui admitti. num.* 41. Don. à Fin.

2 Bonorum poſſeſſio, vnde liberi, non tranſit ad deſcendentes. Alex. *conſi.* 20. *vol.*1. *& in l. emancipata. C. qui admi.* cõmunem dicit. quem refert Ioan. Durand. *in arte teſtan. titul.* 11. *cauſa* 14. Villal.

3 Hæres ſcript' in teſtamẽto valido de iure ciuili, ſi agnoſcat bonorũ poſſeſſionẽ, de iure Prætorio, nõ eſt propriè hæres, com. teſtatur Ripa *in l.*1.*n.*12.*ff. de vulg. & pupil.* B. Villalob.

4 Bonorum poſſeſſio, ſeu quæcunque à iure Prætorio profecta ſucceſſio, iam hodie (nam olim ſecùs erat) non agnita ad hæredes ex ſanguinis, vel iuris deliberandi vi tranſmittitur, cõmune aiunt Corn. Iaſ. Iacobin. de ſanct. Georg. Phil. & Lancel. Decius *in l. emancipata. C. qui admit.* Ant. Gomez. *de teſta. c.*1.*nu.*14. *& cap.*9 *nu.*35. quamuis contrarium dixerint commune Alex. *in d. l. emancipata. & conſ.*20.*lib.*1. & Ioan. Dilect. *de arte teſtan. tit.*11. *cautel.*14. E. Suarez.

5 Bonorum poſſeſſio non eſt mixti imperij, ac delegari poteſt. com. dicit Curt. iun. *in l.*1.*nu.*32. *de iuriſd. omn. iud.*

6 Teſtamentum rumpitur natiuitate poſthumi, *l. poſthumo, ff. de bonor. poſſeſſ. contra tab.*

Fallit. in 2. caſib. quos not. Decius *in d. l. poſthumo, in* 2. *notabile.* fallit vt not. Bellon. *in litera A.*

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 4. *in d. l. poſthumo, C. de bono. poſſeſſ. contra tab. nu.*17.

Fallit, vt p Ro. *ſin.*110. videas Cur. iun. *in d. l. num.*17. D. à F.

7 *Is* qui nondum conceptus eſt tempore mortis illius, de cuius ſucceſſione agitur, non debet illi ab inteſtato, neq; ex propria perſona ſua poteſt venire ad illi' ſucceſſionẽ, nec de iure ciuili, nec de iure Prætorio. *l. ſi quis filio exhæredato. ff. de iniuſto rupt.* nam ille qui poſtea fuit genitus, nuſquam fuit cõiunctus mortuò, cùm nõdum eſſet in rerum natura. *l.* 1. *§. proximior. ff. vnde cogna. l. verum eſt. ff. de bonor. poſſeſſ ſecund. tabul.* Bened. *in verb. & ſi tales. nu.*38.

8 Bonorum poſſeſſio hodie nõ eſt neceſſaria. fallit in 6. caſib. vt per Cagnol. *in rub. C. qui admitti. nu.*132. Don. à Fina.

9 Scientia, & negligentia filij in petenda bonorum poſſeſſione ſibi delata præiudicat patri, quia amittitur tranſactio tempore. *l. fin. ff. ſi quis ordo.* fallit in 3. caſib. vt per Cagnol. *in l.*1.*C. qui admitti. nu.* 35.

10 Idem agnitio bonorum poſſeſſionis debet fieri coram iudice. fallit in 2. caſibus, vt agnoſcens bonorum poſſeſſionem tenetur probare ſe debito tempore agnouiſſe. hãc eſſe com. opin. refert Cagnol. *in rubr. C. qui admitti.* vbi limitat in 6. caſib. *nu.*62. Don. à Fina.

11 Si ille cui delata eſt bonorum poſſeſſio immediatè intentauerit poſſeſſoriã hæreditatis petitionem, abſque eo ꝙ expreſſè agnouerit, cenſetur per prius agnouiſſe bonorũ poſſeſſionem. hæc eſt communis opinio quam limitat Cagnol. *in rubr. C. qui admitti. nu.*96. Don. à Fina.

12 Petita bonorum poſſeſſione contra tabulas, non poteſt peti bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas.

Fallit in 3. caſib. vt per Rimi. *in l. poſthum. C. de bonor. poſſeſ. contra tabul. in vltimo notab.* Don. à Fin.

13 Solus pupillus ſine autoritate tutoris, nõ poteſt bonorum poſſeſſionem agnoſcere, *l. bonorum C. qui admitti.* fallit in 4. caſib. ſecundum Iaſ. *in d. l. bonorum. num.*5. Don. à Fina.

14 Quibus datur bonorum poſſeſſio contra tabulas, quãdo ſunt præteriti illis ab inteſtato datur vnde liberi, aliàs non poſſet dari vnde liberi, vbi non daretur contra tabulas, *l. fin. ff. de liber. & poſthum. l.*1.*§. fin. ff. ſi tab. teſta.*

Fallit in 3. caſib. ſecundum Iaſ. *in rubr. C. vnde libe.* fallit in 4. caſib. vt per Dec. *in d. rubr. C. vnde liber.* Don. à Fina.

15 Bonorum poſſeſſio non tranſmittitur, *l.*3. *§. acquirere, ff. eo. l. emancipata. C. qui admitti.*

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 7. à Ioan. Bolog. *in d. emancipata nu.*41. Don. à Fina.

16 Bonorum poſſeſſio contra tabulas, impedit dari ſecũdũ tabulas, *l.*2. *§. expectande. ff. de bonor. poſſeſſ ſecundum tabul.*

Fallit. in 3. caſib. quos not. Ioan. Bolog. *in l. poſthumo, C. de bonor. poſſeſſ. contra tabul. nu* 60. Don. à Fina.

17 Si libertus facto teſtamento patronũ eiúſve liberos præterierit, datur patrono contra tabulas liberti bonorum poſſeſſio. *§. ſed noſtra. Inſtitut. de ſucceſ. liber.*

Fallit in 16. caſib. vt per Vigel. *in commento* 6. *annuer. in* 2. *parte, lib.*20. *ff cap.*8. *fol.*930. Don à Fina.

18 Patronus contra tabulas bonorum poſſeſſionem petens ab omni liberti iudicio repellitur. *l.*16. *§. ſi quis bonorum. ff. de bonis libertorum.*

Fallit in 3. caſibus vt per Vigel. *in commento* 6. *annuer in* 2. *parte, lib.*20. *ff. cap.*8. *quæſt.*7. *regul.*2. *fol.*943. Don. à Fina.

Quando non petentium partes petentibus accreſcant.

TITVLVS VI.

Ius accreſcendi in contractibus diuiduis nõ habet locum: quare ſi pactum de retrouertẽdo tribus factum fuerit, & vnus eorũ ſit excluſus aliquo modo, alij duo nõ poſſunt agere: quare ille emptor nõ poteſt cogi reuendere, niſi omnibus cõſentientibus, & neque eſt locus iuri accreſcendi. Socin. *conſi.*16. *nu.*9. *&* 10. *in* 4. *parte.* Iaſ. *in l. ſi Titio & Mæuio. ff. de verbo. obli. num.* 5. in contractibus autem ac iuribus indiuiduis, ius non decreſcẽdi locum habet. Socin. *ibi, nu.*27. ob id cùm quis pluribus ſcit rem tradi, cũ talis obligatio ſit indiuidua, ſi vnus ex illis ſit excluſus à iure redimendi, tale ius accreſcit cæteris. Soc. *ibi, nu.*26.

2 Si teſtator hæredẽ vniuerſalẽ inſtituerit in ſuo teſtamento, & quẽdã aliũ in re particulari, recuſante hærede vniuerſali, totũ accreſcit hæredi in re particulari per ius accreſcẽdi: & hoc ſiue ſit filius, ſiue extraneus, qui in re particulari ſit inſtitutus. Bart. *in l. ex facto. & in l. quoties. ff de hæred. inſtit. in l.*1. *§. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* & ibi inquit eã eſſe com. opin, & quã approbat Ben. *in repet. c. Raynutius, in verbo, mortuo. inf. nu.*270. vbi inquit eam opinionem veriorem eſſe & communem. idem Iaſ. *in l. quoties nu.* 6. *C. de hæred. inſtit.* ſuccedunt enim illi eodem iure cùm ſint inſtituti, vt per Iaſon. *ibi.*

3 Ius accreſcendi eſt ad hæredes tranſmiſſibile, quia pl' cõpetit portioni quàm perſonæ: ius autem ſubſtitutionis, quia competit perſonæ, non eſt tranſmiſſibile. *l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. hæred.*

4 Inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcendi. communis eſt opinio, vt teſtatur Cagno. in l. vnic. C. quando non pet. partes. vbi limitat in 5. caſib. n. 62. vbi Curt. iun. limitat in 5. caſib. nu. 13. Don. à Fina.

5 Ius accreſcendi poteſt per teſtatorem prohiberi. d. l. vnic. vbi Corn. limitat in 3. caſib. nu 41. Don. à Fina.

6 Subſtitutio vulgaris impedit ius accreſcendi. fallit vt per Corn. in l. teſtamento. C. de impub. nu. 2. Don. à Fina.

7 Is qui non admittitur ad partem, nec admitti ſperatur, nõ facit partem, & ideo non impedit ius accreſcendi. l. planè. §. ſi duob. ff. de leg. 1. vide Corn. in l. vnic. §. in primo. nu. 3. C. de caduc. tollen. fallit in 6. caſib. quos not. Crotus in l. re coniunctis. ff. de leg. 3. nu. 63. Idem.

8 Ius accreſcendi impedit ſucceſſoriũ edictum, not. docto. in d. l. vnica, C. quando non petent. par.

Fallit in 2. caſib. vt per Sebaſt. Sap. in d. l. vnic. n. 47. D. à F.

9 Si portio deficit poſt acquiſitionem, ceſſat ius accreſcẽdi. l. 1. §. pen. ff. de aqua plu. arcen. l. aqua. §. fin. ff. de vſufr. accreſcen. fallit in 8. caſib. vt per Ioã. Bolog. in d. l. re coniunctis. n. 342. fallit in 5. caſib. vt per Corn. in l. quoties. C. quando nõ pet. par. n. 16.

Fallit in 5. caſib. quos not. Crotus in l. re coniunctis. ff. de leg. 3. nu. 81. fallit in 9. caſib. vt per Iaſ. in d. l. num 222. & ibi Ripa limitat etiam in 9. caſib. nu. 156. fallit in 4. caſib. vt per Soc. regul. 69. in additi. Don. à Fina.

10 Subſtitutio valida tollit ius accreſcendi, l. 2. §. ſi duo, ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundum tabul. ampliatur & limitatur, vt per Cagno. in l. vnic. C. quando non peten. part. nu. 55.

Ampliatur & limitatur in 2. caſib. per Rip. in l. hæredes, ff. de vulg. nu. 181. fallit in 3. caſib. quos not. Lancil. in d. l. re coniũctis. nu. 58. fallit in multis caſib. quos not. infrà in ver. ſubſtitutio, in 1. conclu. ampliatur & limitatur in 3. caſib. vt per Ioã. Bolo. in l. re coniunctis ff. de leg. 3. nu. 287. Don. à Fina.

11 Ius accreſcendi habet locum in vltimis voluntatibus d. l. re coniunctis. ampliatur in 4. caſib. vt per Cagno. in l. vnica. C. quando non pet. part. nu. 9.

Fallit in 13. caſib. quos not. Iaſ. in d. l. nu. 173. fallit in 4. caſib. vt per Rip. in d. l. re coniunctis, nu. 140. Don. à Fina.

12 In contractu emphyteutico non habet locum ius accreſcendi, not. doctor. in l. ſi mihi ac Titio. ff. de verbo. obli. fallit in 4. caſib. vt per Corn. in l. quoties. C. quando non peten. par. n. 18.

Fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. in d. l. num. 10. Don. à Fina.

13 In contractibus non habet locum ius accreſcẽdi. l. ſi mihi & Titio, ff. de verbor. oblig. fallit in 6. caſib. vt per Ioã. Bolog. in d. l. re coniunctis, nu. 407. fallit in 6. caſib. quos ponit Crot. in d. l. re coniunctis, nu. 138. fallit in 9. caſib. quos ponit Iaſ. in d. l. ſi mihi & Titio, nu. 5. fallit in 6. caſib. ſecundum Socin. reg. 214. fallit in 5. caſib. vt per Rip. in d. l. re coniunctis, nu. 224. fallit in 10. caſib. vt per Alex. in d. l. ſi mihi & Titio. Don. à Fina.

14 Ius accreſcendi alia parte deficiente locum habet, l. re cõiunctis, ff. de leg. 3. l. 1. ff. de vſufruct. accreſc.

Fallit in 2. caſib. quos not. Soc. reg. 213. fallit in 4. caſib. vt per Rip. in d. l. re coniunctis, nu. 183. Don. à Fina.

15 In legatis inter coniunctos legali coniunctione non habet locum ius accreſcendi, l. & Proculo. ff. de leg. 2.

Fallit in 3. caſib. quos notat Ripa in d. l. re coniũctis. n. 103. Idẽ.

16 Coniuncti legaliter in hæreditatibus habent ius accreſcendi, l. ſi ſeruus communes ab extero. ff. de acq. hær. l. ſi duobus. ff. de bon. poſſeſſ. contra tabul. fallit in 3. caſib. quos not. Ripa in d. l. re coniunctis, nu. 209. vbi Ioan. Bolog. limitat in 3. caſib. nu. 387. Don. à Fina.

17 Ius non decreſcendi accreſcit inuitis. l. ſi cui res, & l. nemine m. ff. de leg. 2. fallit in 2. caſib. vt per Ioan. Bolog. in l. re cõiunctis. ff. de leg 3. nu. 355. Don. à Fina.

18 Portio hæreditaris accreſcit cũ onere. l. 1. §. his ita. C. de caduc. toll. fallit in 2. caſib. vt per Io. Bolog. vbi ſ. n. 361. Don. à F.

19 Quando ſeruo communi legatur aliquid, ius accreſcendi non habet locum inter dominos. l. & Proculo. ff. de leg. ij. fallit in 3. caſib. vt per Ioan. Bolog. vbi ſuprà nu. 383. Don. à Fin.

20 Ius accreſcendi non habet locum in feudis. hãc opinionem relatis pluribus tenet Ioan. Bolog. in l. 1. C. quando non peten. par. vbi limitat in 3. caſib. nu. 57. & ſeq.

Fallit in 5. caſib. vt per Ioan. Bolog. in l. re coniunctis. ff. de leg. 3. nu 349. Idem.

21 Teſtator inſtituendo filias ſuas in centũ pro qualibet, vel legando ſuis filiabus centum pro qualibet, videtur ea centũ ſingulis & cuilibet legare, & eo modo ceſſabit ius accreſcẽdi inter eas: & ideo ſi vna earum moriatur, pars ſua alijs non accreſcet propter eam particulã pro qualibet, quia partes pro diuiſo ſunt ſeparatæ, & cuilibet ea ſumma relicta eſt. l. huiuſmodi §. quibus ita, & ibi Iaſ. nu. 3. ff. de leg. 1.

22 In legitima filiorum habet locum ius accreſcẽdi. eſt cõmunis opin. ſec. Iaſ. in l. re coniunctis. ver. tamen aliam partem. ff. de leg. 3. eſſe magis com. dicit Alex. in l. planè. §. ſi duob. nu. 5. in fi. de leg. 1. Soc. iun. conſ. 15. caſus iſte nu. 13. vol. 1.

23 Ius accreſcendi locum habet etiam in donatione cauſa mortis, com. d. Iaſ. Cro. & Rip. in l. re coniunctis. de leg. 1. Quos ſequitur Rimin. in tit. de don. in prin. nu. 660. in fi. I. Fich.

24 Hæredes duo inſtituti, alter purè, alter ſub conditione, qua pẽdente interim ille qui pure inſtitutus eſt, habebit totã hæreditatẽ, & illius adminiſtrationẽ in totũ. glo. Bar. & Iaſ. in l. planè. § ſi coniunctim. n. 13. & 19 ff. de leg. 1 & quæ opinio ibi placet Alex. v. quãuis tamẽ. Licet demũ Iaſ. in fi. videatur reprobare, ꝙ ſi tantũ vnus eſſet heres ſub conditione, tunc dandus eſſet curator hæreditati, vt bona interim adminiſtret. l. ſi quis inſtituatur heres ff. de hered. inſtit. Ita Iaſ. in eo. §. ſi coniunctim.

25 Ius accreſcendi, vel non decreſcendi competit in indiuiduis etiam in contractibus, Roch. in verſi. ius quæſt. 6. num. 10. de iure patron. commun. dicit. B. Villal.

26 Ius accreſcendi non habet locum in ſucceſſione feudorũ regulariter, quia feudum eſt contractus, & in contractib. non habet locum ius accreſcendi. com. dicit Clarus. in §. feudum. q. 77. in feudis tamẽ à Principe ſimul conceſſis, habet locum ius accreſcendi. Clar. in d. q. 77. verſ. Sed certè crede. P. Fich.

27 Ius accreſcendi habet locum in feudo conceſſo à Principe. Iaſ. in l. ſi mihi & Titio. ff. de verbor. obligat. com. dicit. Sed magis communem ait contrariam addi. ad Alex. conſ. 30. in verſi. accreſcendi. B. Villal

28 Ius accreſcẽdi nõ habet locũ in feudis ab inferiorib. Principe cõceſſis. Communiorem dicit Frãc. Curt. in tract. feud. in 2. par. prin. in 2. quæſt. Zaſius in Epito. feud. in tit. de ſucceſſ. in 6. fallent. I. Fich.

29 Ius accreſcendi cõpetit inſtituto in re certa, hærede vniuerſali non adeunte hæreditatem. Iaſ. in l. quoties. nu. 7. C. de hared. inſtit. communem dicit. B. Villal.

30 Ius accreſcẽdi locum habet etiã in donatione cauſa mortis, com. d. Iaſ. Cro. & Ripa in l. re coniunctis. de leg. 1. Quos ſequitur Rimin. in tit. de don. in princ. nu. 660. in fi. I. Fich.

31 Ius accreſcendi, vel non decreſcendi cõpetit in diuiduis etiam in contractibus. Roch. in verſi. ius. quæſt. 6. nu. 10. de iure patron. com. dicit. B. Villal.

32 Ius accreſcendi habet locum in inſtituto in re certa. Iaſ. in l. quotiens. n. 7. C. de hered. inſtit. Lud. Rom. conſ. 81. Etiam ſi ſit dictio tantum. Barbat. in 3. vol. conſ. 71. in 3. col. in fi. & ſeq. Contrarium tenet Cur. iun. conſ. 12. in 2. & 3. col. Idem.

33 Ius accreſcẽdi in hæreditate vniuerſali vel ſubſtitutione, directa, nõ poteſt per teſtatorem prohiberi. Cur. notabiliter. in conſ. 74. in 3. col. Idem.

34 Ius accreſcendi habet locum in fideicommiſſis vniuerſalibus. Barbat. in conſ. 53.

35 Ius accreſcendi, habet locum ſi fiat legatum duobus nepotibus, pro ipſis maritandis vna ipſarum moriente in ętate pup. Bald. in l. 3. part. conſ. 161. Idem.

36 Quid ſi teſtator legat filiab. cẽtũ pro qualibet? dic ꝙ nõ erit locus iuri accreſcẽdi. Ang. in §. vel ſing. Inſtit. de pupil. ſubſtitu. all. tex. & Bart. in l. huiuſmodi. §. quib. ita ff. de leg. 1. Idem.

37 Teſtator non põt prohibere ius accreſcendi, com. dicit. Alex. in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. & in l. hæres. C. de hæred. inſtituen. Ioan. Durand. in arte teſtan. tit. 6. cau. 15. Contrariã, imò. quòd poteſt tenet Iaſ. conſ. 8. vol. 3. vbi dicit magis comm. pro concordia vide Ant. Nice. in contrar. Bart. conſ. 194. ſed melius vide per Franc. Cur. iun. conſ 12. nu. 5. vſq; in fi. vbi concludit, ꝙ quãdo teſtator fecit duo teſtamẽta, vnũ ſolenne, & aliud minus ſolẽne, tunc bene põt prohibere ius accreſcẽdi. & ſic procedit doctr. Bart. in d. l. ſi quis priore. & ꝙ hæc eſt com. opin. & nulli dubia. ſed quãdo eſt vnicũ teſtamẽtũ, procedit cõtraria eiuſdẽ Bart. in l. quoties. §. fi. de hæred. inſtit. quẽ vide. Villal.

38 Quæro, vtrũ inſtituto in re certa cõpetat ius accreſcendi? Reſpõdeo ꝙ ſic, ita tenẽt Bart. Bald. Ang. & Imo. l. ex facto. ff. de hæredib. inſtit. Bar. Salycet. & recẽtiores in l. quoties. n. 6. C. eod. tit. & ibi Iaſ. n. 7. dicit hanc eſſe comm. opin. quę tenenda eſt, licet contrarium teneant ibi Fulgoſ. & cæteri. idque ne teſtator pro parte decedat teſtatus, pro parte inteſtatus.

Amplia

Amplia, vt hæc concluſio adeò vera ſit, vt ſi inſtitutus in re certa, agnoſcat rẽ, & eo mortuo cohæres eius vniuerſalis repudiauerit, ad hæredẽ tranſmittat ius accreſcendi. ita tenet Bart. *d.l. quoties.* & ibi Salic. Alex. & Iaſ. qui communẽ dicit eſſe opinionem, *nu.* 7. Alex. *in conſil.* 58. *incip. habita ſuper narratis in themate. vol.* 3. vbi dicit ſe iſtam opinionem legẽdo & conſulendo ſecutum eſſe. Mich. Graſſus.

39 Ius accreſcendi impeditur per dictionem taxatiuã. Iaſ. *in l.j. in* 1. *col. d. teſta. mil.* ſubdit Iaſ. quod dictio ita tamen, quę eſt limitatiua, impedit ius accreſcendi. Vide tamen in contrarium Barbat. *in d. conſ.* 71. *& ſupra eo. §.* 6. Idem.

40 Inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcendi. *l. ſed cum patrono. in prin. ff. de bonor. poſſeſſ.* Iaſ. *in d. l. vnica in* 6. *col.*

41 Ius accreſcendi an impediatur per tacitam ſubſtitutionem. Iaſ. *in l. vnic. in* 12. *col. C. quand. non petent. part. & in l. ſi. in* 4. *col. C. de hæred. inſtit.*

42 Per ſubſtitutum enim impeditur. Iaſ. *in l. cùm proponas. in* 6. *col. C. de hæred. inſtit.*

43 Ius accreſcendi impeditur, quando prohibetur plus petere. Barbat. *in* 3. *vol. conſ.* 71. maximè *in* 8. *col.*

43 Prohibitus vltra petere quam reliquerit teſtator, an cũ bona conſcientia poſsit retinere per ius accreſcendi? &c. vide Philip. *in d. c. ſi pater. in* 15. *col. de teſta. in* 6. vbi dicit, quòd in foro conſcientiæ quicquid fit contra voluntatem teſtatoris, non poteſt ſalua conſcientia retineri.

44 Pars legati facti duobus, quorum vnus eſt incapax, detur fiſco, non autem ſocio capaci, cui non accreſcit pars indigni. Bart. *in l. ſi Titio. per illum tex. ff. de leg.* 1.

45 Si teſtator ſoluat in vita ſua legatum factum in teſtamento iure inſtitutionis hæredi particulari, ſi moriatur teſtator, & hæres vniuerſalis repudiat, an habeat locum ius accreſcendi? Paul. de Caſt. *in* 2. *vol. conſ.* 236. Idem.

46 Inſtituens vnum hęredẽ in bonis quę habet in hac ciuitate, & aliũ in bonis quæ habet Nemauſi, & vnus eorũ præmoriatur teſtatori, alter hæres per ius accreſcendi efficietur hæres omniũ bonorũ quia diuiſio bonorũ nõ inducit diuerſitatẽ patrimonij in priuato homine, cuius vnũ tantũ poteſt eſſe patrimonium. *l. iuriſperites. §. cùm oriundus. ff. de excuſ. tut.* aliàs teſtator videretur pro parte teſtatus, & pro parte inteſtat⁹ deceſsiſſe: ꝙ ius nõ admittit. *l. ius noſtrũ. ff. de reg. iur.* Ro. *cõſ.* 8. quẽ refert Ben. *in verbo, cætera. n.* 11. *in repet. d. c. Raynutius*

47 Ius accreſcendi impeditur per dationẽ ſubſtituti vulgaris. *l.* 2. *§. ſi duo. ff. de bonor. poſſeſſ. ſecundũ tabul.* Ang. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtitut.*

48 Teſtator an poſsit prohibere ius accreſcẽdi. vide Bart. *in l. penult. ff. de iniuſt. rupt.* aliquid per Philip. *in c. ſi pater. in* 15. *col. de teſta. in* 6. Cur. iun. *conſi.* 10. Crotus *in d. l. re coniunctis. in* 16. *col. de leg.* 3. Vide vnam pulchram quæſtionem pro leg. filiorum, quorum vnus eſt exhæredatus per Alex. *in l. planè. §. ſi duobus. in* 3. *&* 4. *col. de leg.* 1. *& in l. huiuſmodi. §. Titio. ff. eo.*

49 Si relinquatur filio naturali plus quàm poſsit per exiſtẽtiã legitimorũ accreſcit legitimis, niſi naturalis habeat cõiunctũ: quia præfertur cõiunctus per ius accreſcẽdi, quod eſt potentius. vt vult ſing. Alex. *in l. ex aſſe. circa fi. ad l. falcid.* Idẽ.

50 Legatario non accreſcunt quæ acquiruntur ex re legata, ante aditam hæreditatem, Petr. Rauen. *in alpha. aur. in verbo legatum,* communem dicit.

Cõcord. cũ hac cõmuni à contrario ſenſu *l.* 37. *tit.* 9. *parte* 6. Et quando res relata pluribus accreſcit aliis, vide *l.* 35. *eo. tit.*

Amplia, etiam ad legitimam, quia poſtquam alicui eſt aſsignata: non accreſcit illi ſed patri, vel hęredi. Curt. ſenior. *conſi.* 84. *n.* 3. *contra Bald. in c. cum M. Ferrarienſis de conſtitut.* communem dicit. Idem Villal.

51 Renuncians filia partem facit, licet ipſa non admittatur ad partem: & idcircò eius portio remanet & accreſcit hæredi, cui pater prouidiſſe videtur, communiorem dicit Guid. Papa *deciſ.* 295. vt refert Minſ. *obſ.* 22. *centur.* 4. I. Fichard.

52 Ius accreſcendi trãſmittitur ad hęredes. *l. ſi ex pluribꝰ ff. de ſuis & legit. l. hac ſcriptura ff. de cõd. & demõſt. l. vnic. §. his ita. C. de cadu. toll.* Etiã ſi ſit additũ cũ ſubſtitutione pup. *l. qui patri hæres.* qui tex. eſt ſing. ſecundũ Bart. *ibi. ff. de acq. hæred.* Idem.

53 Si inſtituãtur tres hęredes, & grauatur vnus reſtituere fũdũ alicui, ille nõ habebit niſi tertiã illius fundi. Franc. Crem. *ſing.* 10. alleg. tex. *in l. ſi fundũ ſub cõditione. §. ſi libertus. de leg.* 1.

54 Ius accreſcendi non habet locũ in alimẽtis. Pan. *in* 2. *par. conſil.* 78. *in fin.* Et vide rationẽ. per Iaſo. *in l. qui quartã. §. ſi quis vnã. ff. de leg.* 1. Bald. *in l. dominus. §. per fideicom. ff. de vſufr.*

55 Ius accreſcendi non habet locũ, niſi portio ipſo iure deficiat. Iaſ. cũ limita. *in l. ſi duo patrons. in* 3. *&* 4. *col. ff. de iu. iur.*

56 Sola tamen naturalis obligatio nõ impedit ius accreſcẽdi. Iaſ. *in l. hac conſult. §. ex imperfecto. in* 4. *col. C. de teſta.* Idẽ.

57 Quid ſi inſtitutus mortuus ſit ignorãte teſtatore, an particulariter inſtitutus admittatur per ius accreſcẽdi? vide Iaſ. poſt Bart. *in l. ſeruo. ff. de cõdict. indebit.* vbi tenet quòd ſic. Idẽ.

58 Accreſcẽdi ius in hæreditatis emptorẽ, aut alium nõ generatim ſuccedentẽ non trãſit, tametſi in legatis honeſtatos trãſeat. cõmune ponunt Iaſ. *n.* 106. Rip. *n.* 90. Poli. *n.* 44. Crot. *num.* 44. *in l. re coniunctis. ff. de leg. lib.* 3. Suarez. & à Fina.

59 Accreſcẽdi iuri tũ locus nullus eſt, cùm portionis defectus hæredis culpæ, delictóve adſcribitur. vt com. opin. eſſe tenũtiat Ant. Gomez. *de teſta. c.* 10. *n.* 30. Suarez. & Don. à Fina.

60 Ius accreſcendi non habet locum poſt aditam hæredit. in proprietate. *l.* 1. *in fi. de vſufruct. accreſc.* Idem.

Secus in vſufructu. Ang. *conſi.* 153. Vide in materia, Ang. *in §. finitur. Inſtit. de vſufruct.*

61 Teſtãtor non poteſt prohibere ius accreſcendi. cõmunẽ dicit Alex. *in l. ſi quis priore. ff. ad Trebel. & in l. hæres. C. de hæredib. inſtit.* Durand. *vbi ſupra, de art. teſtan. tit.* 6. *cautel.* 15. Contrariã, imò quòd poteſt, tenet Iaſ. *conſ.* 8. *vol.* 3. & dicit magis cõmunẽ. Pro concordia vide Ant. Nicel. *in concord.* 194. Sed melius vide per Cur. iun. *conſi.* 12. *à nu.* 5. *vſque in fin.* vbi concludit, quòd quando teſtator fecit duo teſtamenta, vnum ſolenne, & aliud minus ſolenne, tunc bene poteſt prohibere ius accreſcendi, & ſi procedit doctrina Bart. *in l. ſi quis priore.* Et quod hæc eſt communis opinio, & nulli dubia. Sed quãdo eſt vnicum teſtamentum, procedit contraria eiuſdem Bart. *in l. quotiens. § fin. de hæred. inſtit.* quem vide Vezinus.

62 Ius accreſcendi non habet locum vbi eſt coniunctio verbalis, ſi ſubeſt diſiunctio legalis. Fulg. *in d. conſil.* 114.

63 Illud quòd habeo per ius accreſcendi, dicor habere ex iure meo. text. & Bald. *in l. ſi mihi & tibi. de leg.* 1. *& in l. ſi in teſtamento.* vbi etiam Angel. & Imol. *de vulg. & pupil.* vide Alex. *in d. l. ſi mihi & tibi.*

64 Ius accreſcendi non habet locum, quando eſt facta diſcretio per teſtatorem. Fulg. *conſil.* 114. Idem.

65 Ius accreſcendi non habet locum in feudis. vt eſt tex. *in c.* 1. *de benefi. frater. & in c.* 1. *de ſucceſ. fratr. ubi. quod ita intelligendum eſt, cum concordantib.* per Soci. iun. *in conſ.* 92. *n.* 6. *vol.* 4. vbi dicit, quòd hæc ſit vera, & communis concluſio Doctor. allegans inter alios Zaſium *in ſuo tractatu de feu. verſ.* 21. & Cur. iun. *in tract. feudum. verſi. primus effectus. verſ. ſic ergo aduertendum eſt.* E. Muſcul.

66 Ius accreſcendi non habet locum in feudo nouo. Paul. de Caſtr. *in* 2. *vol. conſil.* 158.

Et in materia, an in feudo habeat locum ius accreſcẽdi, vide Præpo. *in c.* 1. *§. & quia. in* 4. *col. in tit. quis feu. dar. poſ.* Cur. *in tract. de feud. in* 2. *part. in Rub. an in feud. habeat locum.*

67 Ius accreſcendi habet locũ in feudo nouo. quando Princeps inueſtiuit vt de antiquo. Cur. *in conſ.* 49. *in* 24. *col.* Idem.

68 Trãſmiſsio ex iure deliberãdi modo locum habet, cùm hæres trãſmiſſurus ſe ſciuiſſe hæredem inſtitutum probatur. commune inquit Ant. Gomez. *de teſt. c.* 10. *n.* 53. Nullus autem cuiuis, & ex quocunque cap. tranſmiſsioni locus eſt in hæreditate, vel legatis, ac fideicommiſsis, vel quibuſcunque ſubſtitutionibus quæ à conditione pendent. communis pronunciat idem Ant. Gomez. *eodem cap. num.* 49. E. Suarez.

De bonorum poſſeßione ſecundum tabulas.

TITVLVS VII.

BOnorum poſſeſsio ante aditam hæreditatem accepta iudiciũ teſtantis reſcindit, non verò ipſum teſtamentum, vt commune aiunt Alex. *in l. j. nu.* 2. *C. de bonor. poß. contra tabul. lib.* Iaſ. *in l. vt liberis. C. de collatio.* Emanuel à Coſta. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. part.* 3. *nu.* 123. *ff. de liber. & poſthum.* E. Suarez.

2 Bonorum poſſeſsio contra tabulas ſucceſſorio edicto locum facit, commune aio ex Alex. *nu. vlt.* Corn. *in fin.* Decius *nu.* 7. *in Rub. C. de ſucceſ. edict.* Aret. *in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.* Alex. *in l. ſi quis poſthumos. §. ſi filium exhæredauero. num* 4. *illo eod. tit. de liber. & poſthum.* E. Suarez.

3 Bonorum poſſeſsio contra tabulas tantum hodiè procederet filio emancipato cum cauſa pręterito. vt commune aſ-

firmo ex Paul.*nu.*7.Cor.*nu.*21. Cur. iun.*num.*44.*in authen. ex cauſa. C.de liber. prater.* E. Suarez.

4 Bonorum poſſeſsio liris agnoſcẽdæ gratia, etiam hodie, emancipato filio ritè exhæredato, ac tabulas paternas cẽtumvirali iudicio oppugnare volẽti neceſſaria eſt. cõmune pronuncio ex ſingul. ſcilicet. Periglis *in l.in ſuis.nu.*52.*ff.de lib. & poſth.* Alex.*num.*8.*in fi.in l.certum.C.vnde legit.* Corn.*in auth.ex cauſa nu.*30.*C.de lib.prater.* Iaſon *in l.ij.nu.*8.*C. vnde legit.* Galleau.*d.§.& quod ſi tantum.num.*49.*ff.de lib. & poſth.* Aut.Gomez.*de teſtam.cap.*11.*num.*34. E.Suarez.

De ſucceſſorio edicto.

TITVLVS VIII.

IN ſucceeſsione ab inteſtato, vocantur hi qui ſunt proximiores defuncto, & qui cõcepti erãt tẽpore mortis illius de cuius ſucceſsione agitur. At vbi de ſucceſsione ex teſtamento collata in euẽtũ cuiuſdam incertæ cõditionis, & tunc attenderetur tẽpus euenientis conditionis. Alex.*conſil.*26.*in fine.in* 3.*vol.* Cherianus.

2 Vocati ſub nomine collectiuo propinqnorum, de familia vel agnatione, ordine ſucceſsiuo vocati intelligũtur, & ſemper proximiores in gradu ad teſtatorem, ſecundum comm. per Burſ.*conſi.*1.*nu.*23.*lib.*1.

3 Conſanguineum ſe defuncti probans, admittitur ab inteſtato, licet non probet ſe proximiorem, ſecundum magis communem per Burſat.*conſ.*92.*n.*1.*lib.*1. poſt Cæphal.*conſ.*133.*nu.*53. Neuiz.*conſi.*10.*num.*8. Aym.*conſi.*249.*in princ.*

4 Succeditur ab inteſtato grauato moriente, cùm deſecerit conditio, ſecundum commu. per Burſat.*conſi.*1.*nu.*6.*lib.*1.

5 Succeſsio ab inteſtato, vel inſtitutio ſuccedentiũ ab inteſtato, nõ cẽſetur excluſa ex prohibitione alienãdi ſimpliciter à teſtatore remiſſa ſecundũ cõmu. per Burſ. *conſ.*64.*n.*5.*lib.* 1.

6 Nepoti patre repudiãte hęreditatẽ aui, vel lapſo tẽpore querelę de inofficioſo teſtamẽto, cõpetit querela de ſucceſſorio edicto. Iaſ.*in rub. de ſucceſſ.edict. C.n.*5.*in fi.* com.dicit Vill.

7 Nepotes vocati ordine ſucceſsiuo in ſubſtitutione facta nomine collectiuo, & per dictionẽ alternatiuã, vel nõ, ſubintrant in locum patris, nec admittũtur vnà cum patruo, ſecundum magis communem per Burſ.*conſi.*71.*nu.*6.*lib.*1.

8 Aſcendentes ſuccedunt deſcentibus, *l.nam & ſi parẽtibus, ff.de inoff. teſtam.* fallit in 8. caſib. quos no. Pet. Duen.*reg.* 61. *& reg.*364. Dona. à Fina.

9 Aſcendentes in feudis non ſuccedunt deſcendentibns, *c.*1.*in princ.de natu.ſucceſ.feud.* fallit in 4.caſib. vt per Frãc.Cur. iun.*in tract.feudo.in* 2.*par.*3.*par.prin.q.*17.*n.* 42. Dona. à Fina.

10 Pactum inter maritum & vxorem, vt ſibi inuicem ſuccedant, valet.no.doc.*in l.ſi pater puellæ, C.de inof.teſta.* ampliatur & limitatur per Iaſ.*in d.l.nu.*6. Dona. à Fina.

11 Fili⁹ ſpuri⁹ de iure ciuili patri nõ ſuccedit, *§.fin. in auth. quibus mod.nat.l.*1.*& in auth.licèt, C.de natu.libe. auth.ex cõplexu, C.de inceſt.nup.* fallit in 3.caſib. vt per Vigel. *in commento* 6. *anno. in* 2. *part.tit.de iure inter parentes. c.* 4. *reg.*2. *fol.* 320. ampliatur in 14.caſib. & limitatur in 11.à Pet. Duen.*reg.*366. Dona.à Fina.

12 Fratres minores ſunt ſucceſsionis incapaces, *cap.exiui de paradiſo.de verb.ſig.* ampliatur in 9. caſib. & limitatur in 4.à Pet.Due.*reg.*381.

13 Teſtamentaria ſucceſsio quandiu locum habere poteſt, ceſſat legitima, *l. quandiu.ff.de acq.hæred.l. antequam. C. commu.de ſucceſ.auth.ex teſtamento C.vnde lib.*

Fallit in 2.caſib.vt per Dec.*in d.l.quãdiu.ff.de reg.iur.* D.à F.

14 Succeſsio ſi duplici iure alicui deſertur, repudiato nouo iure ſupererit vetus, *l. quoties.ff.de reg.iur.*

Fallit in 2. caſib. vt per Dec. *in d.l.* Don. à Fina.

15 Filia renuntians cum iuramento hæreditati paternæ, amplius ſuccedere non poteſt, *c.quamuis, de pact.in* 6.

Fallit in 36.caſib. vt per Soc. *reg.*150. Don. à Fina.

16 Pactum factum cùm filia de non ſuccedendo firmatur iuramento, *c.quamuis pactum, de pact.in* 6.

Fallit in 10. caſib. quos not. Dec.*in l. pactum, C.de collatio.* Don.à Fina.

17 Pactum factum de ſucceſsione perdenda non valet, *l. fi. ff.de ſuis & legi.l.pactum, C.de colla.c.quamuis.de pact.in* 6.

Fallit in 5.caſib. quos no. Soc. *reg.* 280. Don. à Fina.

18 Pactum de futura ſucceſsione non valet, *d.l.pactum,* C.*de collat.l.ſtipulatio hoc modo concepta, ff.de verb.oblig.*

Ampliatur & limitatur in 4. caſib. per Baptiſt.à Villa.*cõcluſio.*1.*in litera P.*

Fallit in 4.caſib.quos no.Soc.*reg.*66.*in addit.*

Fallit in 3.caſib.quos no.Alex.*in l pactum quod.ff.de pact.* fallit in 5.caſibus.quos no.Fran.Cur.*in d.l.pactũ.n.*3.Don.à Fin.

19 Pater & filius ſi vocantur ad ſucceſſionẽ, an ordine ſucceſſiuo ſuccedere debeant? videas quatuor caſus per Soc. *in l. Gallus, §.quidam rectè, ff.de lib. & poſth.* Don.à Fina.

20 Tranſmiſſio ſuitatis iure, & in quoſcunque extraneos hęredes abſque dubio procedit. cõmune inquiunt Rom. *conſi.*58.*viſis narratis.* ac Dec.*conſ.*250. *antiqua & ſatis nota. & conſi.*331.*pro reſolutione.* & ante eos Corn.*conſ.*8.*ſemper dubitaui. lib.*3.Alex.*conſ.*20.*viſo.in prin.lib.*1.Soc.*conſ.*8.*poſt redditũ.li.*4.Idẽ.

21 Tranſuerſalium non habetur conſideratio, quando non agitur de hæreditate patrui vel ſimilium perſonarum, vt cõmuniter tenetur, vt plenè tradit Dec. *in conſ.* 217. *in caſu propoſito, circa medium. & in conſ.*444.*concurrit patruus, & frater patruelis.nu.*2.*&* 3.Soc. iun.*in conſ.*93. *nu.* 4.*vol.*4. E. Muſcul.

22 Furioſi nomine per curatorem ſuũ ſucceſſio agnita, non tranſmittitur ad eius hæredes, eo in furore defuncto, *l.fi.§.ſin autẽ in furore defuncto.C.de curato furio.l.fi.de ſucceſ.edicto.*

Fallit in 2.caſib. vt per Iaſ.*in l.infantis. C. qui admitt.* Don. à Fina.

23 Tranſmitti non poteſt hæreditas nõ adita etiã in matrẽ, ſec.com. niſi ſit paterna, & minus hęreditas materna, niſi ad deſcẽdentes tranſmittitur, & ad patrem, caſu quo infans decedat, iuxta aliam communem per Burſ.*conſ.*60. *num.* 2. *lib.*1.

24 Tranſmitti nõ poteſt ſubſtitutio cõditionalis ad filios filiorum inſtitutorũ decedente grauato pendente conditione, ex cõmuni per Burſ.*conſ.*71.*n.*15.*lib.*1. quę concl. fallit, ſi ſit vnita cum iure accreſcendi, iuxta magis com.*d.conſ. num.* 14.

25 Agnati vſque ad decimum gradum, cognati vſque ad ſextum ſuccedunt, *l.ſi.C.vnde legit.§ ſi.Inſt.de ſucceſ.cog.* fallit, vt per Marſil.*ſing.*422.

Fallit in 5.caſib.quos ponit Iaſ.*in l.certum eſt, C. vnde legit. & vnde cognati.* fallit in 4.caſib.vt per Dec.*in d.l.certum.nu.*6. fallit in 4.caſibus quos no.Io.Bolog.*in d.l.certum, C.vnde legi.nu* 37.Don.à Fina.

26 Promiſſiõ facta per filiam, quod dos reddatur patri, filia præmoriente, intelligitur talis promiſſio, ſi filia ſine liberis moriatur. Liberi enim ſuſcepti, facient ceſſare effectũ ipſius promiſſionis, Bal.*in l.*2.*C.de ſucceſ.edic.* Soc.*conſ.*9.*nu.*17.1.*par.* Bal.*in l.*2.*C.de bonis quæ liber.* quod procedit etiã ſi pater fuiſſet ſtipulatus in omnem euentũ dotem ſibi reddi: quia ſemper intelligitur, vt dos patri reddatur, ſi filia decedat ſine liberis. Bal.*in d.l.*2.& Soc.*ibi, nu.*20.

27 Si quis moriatur relicto fratre vtrinque coniuncto illi defuncto, ſuccedit frater vtrinque coniunctus, vnà cũ filiis alterius fratris vtrinq; coniuncti, & ſic in eo caſu filij fratrũ ſuccedent cũ auũculo aut patruo in ſtripes: tamen ſuccedent per cũ titul. & fratrũ filij. Boer *deciſ.*302.*num.*2.*ver.licèt aliud.*

28 Nepos ex fratre vtrinque cõiuncto, ſuccedit ſuo patruo vtrinque ſuo patri pręſdefuncto cõiuncto, excluſo ſuo patruo conſanguineo, vel vterino ſuo patri tantũ, qui ſolũ erat ſuo patri coniunctus ex vno latere. *authen. ceſſante. & in authen. poſt fratres.de legi.hære.* Corn.*conſ.*140.*nu.*15.1.*vol.* Cur.iun.*cõſ.*46.Guli.Bene.*in rep.c.Raynu.in verbo, ex vxore. num.*663. & Cor.*conſ.*219.*in* 3.*vol.* & ſic non attenditur.

29 Appellatione ſucceſſoris comprehenditur ſucceſſor vniuerſalis tantùm, & non ſingularis, *l.quadam, §.nihil intereſt. ff. de edẽdo.* fallit in 4 caſib.quos no. *Iaſ.in d.§.nihil intereſt, nu.*2.

Fallit in 2.caſib.quos no.Fely.*in c.quia* 5.*de iud.num.*11.

30 Succeſſor ſingularis colono ſtare nõ tenetur, *l.emptorem, C.locati.*

Fallit in 5.caſib. vt per Soc.*reg* 387.

Ampliatur in 3.caſ.& limitatur in 11.per Pet.Duẽ.*reg.* 240.

Fallit in multis caſib.quos no.Alex.*in l.ſi filiofam.§. ſi vir in quinquennium, ff.ſol.mat.* Don. à Fina.

31 Succeſſor per prędeceſſoris contractum obligatur, & quare cum ipſa eccleſia, quę nunquam moritur contrahere dicatur, *cap.grauis, de poſſeſ.* fallit in 3.caſib.quos no. Soc. *reg.* 388. Don.à Fina.

32 Succedens in iuribus defuncti preſcribere nõ poteſt, ſi à defuncto incipere vellet, ſecus ſi à ſe. *l.cum hæres, de diuer. & temp.preſcr.* fallit in 2. caſib.quos no.Soc.*reg.*389.Don.à Fina.

33 Cõſanguinei, nulla habita diſtinctione de agnatis, vel cõſanguineis, ſuccedunt conſanguineo ab inteſtato vſque ad

decimum

decimũ gradũ, Couar. in epito. de ſucceſſ. ab inteſt. cõcluſ. 11. com. dicit. & Port. Inſtit. de ſucceſſ. cognat. in fi. Villa. & Vezinus.

De iure regio ſuccedũt vſque ad duodecimũ gradũ. l. 6. tit. 13. par. 5. Et no. iſtã com. ad intel. illius l. in quãtũ aſsignat differẽtiã agnatorũ, & ſolũ quo ad fratres, vel eorũ filios, in aliis autẽ nõ ſit differẽtia, per iſtã com. Et in quãtũ d. l. extẽdit ſucceſsionẽ vſque ad duodecimũ gradũ: intellige ſec. cõputationẽ legalem, & ciuilem, vt per Præpo. in arbore conſang. nu. 49.

Nota quod quãdo agitur de ſucceſsione patruorũ vel auũculorũ, filij fratris ſuccedit in locũ patris ſui in ſtirpes, & nõ in capita, ſecùs tamẽ in qualibet alia ſucceſsione cõſãguineorũ: quia ſucceditur in capita. Iaſ. cõſ. 173. n. 2. vol. 4. com. dicit.

Concordat cum l. 5. tit. 13 par. 6. de quo per l. 8. in deci. ſau.

Amplia iſtas cõmunes, nõ ſolum in bonis allodialibus, ſed etiã in feudalibus, quia quãdo in feudalibus ſpecialiter non inuenitur aliquid diſpoſitũ, regulantur iſta bona ſecundum ius commune. Iaſ. in d. conſi. communem dicit. Idem Villa.

34. Filiua ex tribus capitibus põt ſuccedere, & ex quolibet habet annũ. hæc eſt cõmunis concluſio, quã ampliat in 7. caſib. & limitat in 4. Cagno. in l. 1. C. qui admitt. n. 83 Don. à F.

35 Filius etiã hodie ſuccedere poteſt per caput vnde cognati, l. bonorum, C. qui admitt. fallit in 3. caſib. quos not. Sebaſt. Sap. in d. l. bonorum, C. qui admitt. nu. 100. Don. à Fina.

36 Nepotes ex fratre in ſucceſsione patrui, vel aui, de iure cõmuni ſuccedunt in ſtirpes, non in capita, ex magis communi. quod ad feuda & teſtamenta extenditur, iuxta cõmunem per Burſ. conſi. 67. nu. 10. lib. 1.

37 Nepos etſi in ſucceſsione aui cum patruo cõcurrere ſoleat. §. cùm filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. defe. ea tamen ſententia tũ dicitur procedere, quando ſuccedit titulo hæreditario, & ſic ex diſpoſitione legali: ſecùs quãdo titulo fideicommiſſario, & ſic ex diſpoſitione hominis. ita voluit Bal. in l. cum ita. §. in fideicõmiſſo. in fi. verſ. quæro an filius fratris. cuius ſententiam alij approbarunt. Raph. Cuma. ibid. in fin. ff. de leg. 2. Dec. conſi. 1. n. 5. Ang. Aret. in d. §. cum filius. n. 2. verſi. deinde iſta regula, quod nepos ſuccedat in locũ patris ſui, habet locũ quãdo ſucceditur titulo hæreditario, non autem quando titulo fideicommiſſario. ratio ſecundum Bal. eſt, quia ſuccedendo iure hæreditario, cõſideratur iuris diſpoſitio, quæ habet, vt filius ſuccedat in locum patris: in ſuccedendo verò titulo fideicõmiſſario conſideratur affectio, quam natura debet habere magis ad filios vti proximiores, quã ad filios filiorũ. Alex. de Imol. in conſil. 204. nu. 6. lib. 2. & in conſi. 129. nu. 3 verſi. iſtis ſic præſuppoſitis. lib. 5. & Ben. Capr. in conſi. 5. nu. 4. 5. & 6. Hanc doctrinã Dec. dicit eſſe com. opin. Doct. in cõſ. 1. n. 7. ver. ex quib. omnib. patet. & in conſil. 480. nu. 10. & ita ipſe inquit Romæ in Rota eo conſulente iudicatum eſſe, in l. ſi auia. nu. 6. in fin. C. de ſucceſ. edicto. Plures authoritates doct. allegat Rollan. à Valle, in conſil. 68. n. 11. cum ſeq. in 1. Tomo.

Hac ſentẽtia nõ obſtante, alij doct. cõtra Bal. Cuma. & Deciũ, opin. magis com. eſſe referũt, approbãtes gl. cõmuniori calculo approbatã, in d. l. cùm ita. §. in fideicõmiſſo. volentem in relicto facto familiæ, & in quo admittũtur prout quiſque eſt proximior, nepotẽ ex fratre præmortuo admitti ſimul cũ patruo. auth. ceſſãte. C. de legit. hæred. cùm teſtator videatur in dubio voluiſſe illos de familia vocari, eo modo, & eo ordine quo fuiſſent ſucceſſuri ab inteſtato de iure cõmuni, per not. in l. Gallus. §. quidã rectè. ff. de liber. & poſth. quia verba teſtatoris & contrahentiũ à iure cõmuni, à ſtatuto & conſuetudine recipiũt interpretationẽ. Bar. & Doct. in l. hæredes. §. cùm ita ff. ad Trebell. cũ multis aliis authoritatibus & argumẽtis hinc inde in vtrãque partem adductis, quæ latiùs deducũtur per Aym. Crauet. in conſi. 67. n. 4. & 5. in 1. part. & prædictũ Rolan. à Valle, in d. conſ. 68. nu. 31. cũ ſeq. nu. 46. hanc ſententiã cõmuniorem eſſe ex doct. ibi relatis atteſtãtes. Quid autem reſpõdendũ ſit ad illam diſtinctionem in princ. adductam de ſucceſſione legali ad diſpoſitionem hominis, reſpondit Tiraq. d. loco, & Rollan. à Valle in d. conſi. 68. nu. 52. verſi. non obſtat. nec Baldi, Cuma. & Decij ſententiam, ante illos Sebaſt. Sap. in l. ſi auia, C. de ſucceſſ. edicto. & latè Tiraquel. in tract. de iure primogen. quæſt. 40. num. 191. & 192. probarunt. Et Moder. Pariſ. in ſuis additio. margina. Decij ſententiam improbant in d. conſilio 1. in quibus locis Tiraquel. & Apoſtil. allegatis Decij conſilium probant illum ſibi cõtrarium fuiſſe. & idem Apoſtill. in ſuis additi ad conſil. Alex. in d. conſil. 204. in verb. prouti. & in d. cõſ. 129. in verbo præmortuo, huius doctrinæ prędictę etiã meminit. Kirchouius.

38 Si quis moriatur nullis relictis liberis, ſed ſolum nepotib. ex vno filio, & nepotib. ex alio filio, eorũ legitima erit triẽs & ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita. Iaſ. in ea auth. nouiſſima. C. de inoſ. teſt. & ſic medietas illius triẽtis pertinebit ad nepotes ex vno filio, & ad alios nepot. ex alio filio. Iaſ. in eo loco.

39 Si quis moriatur relictis duobus filiis ex ſe, & nepotib. ex alio filio præmortuo, legitima eorũ erit triens, & illi nepotes pro vno habentur, repręſentando perſonã eorum patris, & in ſtirpes ſuccedent illi nepotes. §. cũ filius. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato. Iaſ. in d. authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſta.

40 Filij fratris ſiue ſuccedant patruo cũ alio patruo, ſiue cũ patruelibus, ſemper ſuccedunt in locum parentum: & attenditur pluralitas vinculorum. eſt magis com. opi. ſec. Alex. in conſ. 166 ſuper. circa fi. vol. 5. M. Chærianus.

41 Conſanguinei pares in gradu æqualiter ſuccedunt defuncto, non facta diſtinctione bonorum ex linea paterna vel materna obuentorum. eſt verior opi. antiq. & Moder. ſecundum Cornæum in conſ. 7 etſi videatur. vol. 3.

42 In materia ſucceſſionis, etiã in foro eccleſiaſtico, debet fieri cõputatio graduum, ſecundum ius ciuile. eſt com. opin. ſecun. Corn. in conſ. 248. videtur in prin. vol. 2. Idem.

43 Quando quis ingreditur religionem fratrum minorum, bona non quærũtur religioni: ſed venientes ab inteſtato ſuccedunt, non expectata morte naturali.

Fallit in 3. caſib. ſecun. Pariſ. in cap. in præſentia, de probat. nu. 175. Don. à Fina.

44 Proximior in gradu quãdo non admittitur, an habeatur perinde ac ſi non eſſet? & vtrum impediatur ſequens in gradu, vel in ordine? diſtinguendo declarat Bar. in l. pater filium, ff. de inoffi. teſta. Don. à Fina.

45 Nepoti quomodo ſuccedatur ab auo paterno, vel materno. limitãdo opiniones declarat Port. in lib. 3. concluſ. 19 Idẽ.

Mortuo liberto, in bonis eius ſuccedit patronus, l. liberto. ff. de bonis liber. fallit in 12. caſib. vt per Vigel. in commento 6. ann. in 2. part. lib. 20. ff. cap. 7. fol. 909. & fol. 928. q. 4. Don. à Fina.

46 Mortuo patrono, liberis eius ſucceſſio datur in bonis liberti. l. 2. in prin. ff. de bonis liber.

Fallit in 18. caſib. vt per Vigel. in commento 6. anni. in 2. part. lib. 20. ff. cap. 7. q. 3. fol. 920. Don. à Fina.

47 Auunculus ſeu patruus præfertur nepotib. qui ſunt filij ſui fratris iã defuncti, in ſucceſſione bonorũ alterius nepotis filij alterius fratris defuncti: vt ſi ſunt tres fratres, vnus iã defunctus eſt relictis liberis qui illi ſucceſſ ũt, alter demũ frater mortuus eſt relicto vno filio, qui filius fratris defũctus eſt relicto ſuo patruo, & cõſobrinis ex alio patruo iã defuncto, cui filio fratris defuncto ſuus patruus ſuperſtes debet ſuccedere excluſis ſuis cõſobrinis. eſt. n. patru' proximior ſuo nepoti, quã ſint filij alteri' fratris, qui ſolũ illi erãt cõſobrini. l. auũculo. C. com. de ſucceſſio. & ibi Bar. Bal. & Salic. & ibi Bart. aſſerit eã legẽ ad hoc ſingularẽ eſſe, & nõ eſſe correctã. & quã opin. approbat Boër. deciſ. 362. in prin. q́ procedit etiã ſi ille patru' aut auunculus eſſet frater vterin', aut cõſãguine', & ſic iũct' ex vno latere patri illius filij defuncti, & alij nepotes eſſent ex vtroq; latere cõſobrini illi cõſobrino defũcto. ita Boe. ibi.

48 Baſtardi in regno Franciæ non ſuccedunt ſuis parentib. nec parentes eis: ſec. Guliel. Bened. in repet. c. Raynu. in verbo & vxorem. nu. 713 de teſtam. Ius enim agnationis ſolùm reſidet in legitimis. Decius. conſ. 461.

49 Mortuo nepote, relictis poſt ſe auo paterno & materno, in bonis prouẽtis ex linea paterna, ſuccedit au' paternus, in prouentis ex linea materna, ſuccedit auus maternus: in cęteris verò bonis, ſuccedunt ęqualiter. eſt verior & magis com. opi. cum Bar. ſec. Alex. in conſ. 167. vol. 7. M. Chęrianus.

50 Coniunctorum appellatione quo ad agendi effectum, ad quartum duntaxat gradum tranſuerſales admittentur: vt omnib. probari dixit Alex. conſ. 146. videretur lib. 2. F. Suarez.

51 Cauſa per quam poteſt filius in teſtamento iuſtè exhęredari non eſt ſufficiens ad repellendum eum ab inteſtato à legitima ſucceſſione. l. in arenam C. de inoffi. teſtam.

Fallit in 2. caſib. quos ponit Iaſ. in d. l. nu. 1. Don. à Fina.

52 Statutum excludẽs fœminas propter agnatos à ſucceſſione ab inteſtato, an tollat eis ius veniendi contra teſtamentum? & dic quòd ſi extraneus reperiatur hęres inſtitutus, nõ intelligi certè tunc ſtatutum velle, q́ mulier aliquo iuris remedio teſtamentum infringere nequeat, nec poteſtate impugnandi cenſeatur in eo caſu priuata à ſtatuto, vbicunq; agnatus aliquis nõ eſſet inſtitutus hęres, cùm in fauorẽ agnatorũ

illud ſtatutũ editũ fuerit: vt ita pleniſsimè cõſulendo tradit Paul.Caſtr.conſi.196. in puncto quæritur de quadruplici, vol.1.& Dec.conſ.296. in caſu, n.4. & conſ.378. viſo moтиuo,& conſ.383. viſo puncto.Soc.conſ.150.n.26.vbi exprimit iſtã eſſe com.opin. & per multos vidiſſe conſultũ.& Alex.idẽ atteſtando quamplurimos congerit conſi. 47.abundè,nu.9.& vbi apoſtil.vol.2. & Albe. Brun.in tract.de ſtatu. exclud fœm.propter maſculos,in 10.articul. qualiter, & quando in qu 4.in princ. in 2. membro, & Doct. in l. Gallus.§.& quid ſi tantum ff.de liber. & poſth.

Et retenta ipſa cõmuni in deciſiuis, facit etiã, quòd ſtatutũ quãtúcũque exorbitãs,& odioſum ea parte fœminarũ loquẽs ab inteſtato, extẽdatur quoq; ad cauſam teſtati, & ſic filia ab inteſtato exclusã à legitima,quãdo ſtatutũ præfert maſculos, multo magis ab ea debet excludi cõdito teſtamẽto,vltra idq; ei relictũ eſt: quia tũc cõcurreret duplex prohibitio,ſcilicet legis, & hominis,quæ pl' ſolet operari, quàm ſimplex legis prohibitio.§.ſanctiſſima,in auth.de ſanctiſ.Epiſc. & l.2.C.de vſucap.pro empt.ſec. intellectũ Bar.in l.filiuſfa.§.Diui ff de leg.1. cũ quo trãſeũt alij cõmuniter,& not.Glo.in c.verũ.de cõd.appoſit.& in c.licèt.de voto in 6.& per Imol. & alios in c. dilect. de prob.cũ aliis cõcordãtibus per Alex.in d. §.Diui.in princ.

Cõgruit etiã præmiſsis, quòd ſi cõſuetudo excluderet matrẽ à ſucceſsione, & à legitima,quãuis loqueretur in ſucceſſione ab inteſtato,procederet nihilomin' & in cauſa teſtati, adeò,vt ſi à filio mater inſtituta, grauata foret poſt mortẽ teſtatoris fratri hæreditatẽ reſtituere,putaretur quippe tũc extranea,ita vt nec allegare poſſet legitimã ſibi deberi in reſtitutione fideicõmiſsi;quoniã ſatis eſſet,vt mater excluſa eſſet à ſucceſsione inteſtati,& ſic etiã à legitima. Nã eodẽ modo in cauſa teſtati excluſa cẽſeretur. ꝓpterea ꝙ legitimã ita in cauſa teſtati metimur,ſicut in cauſa inteſtati,à qua ſumit initiũ, & regulã.l.Papinianus.§.ſi quis mortis,& §. quoniã autẽ quarta. ff. de inoffi.teſta.Portius in §.ſed hac quidẽ.n.9.Inſt.de exha. lib. Afflі. dec.158.n.6.& Bru.in d.tract.art.9.q.1. Mater itaq; cũ ſit excluſa ab inteſtato,exiſtẽte fratre filij defuncti, nõ poſſet in aliqua cauſa teſtati legitimæ ſibi debitæ facere mẽſurationẽ.

Adducitur quoq; ꝙ filia ab inteſtato excluſa, tũc in teſtati etiã cauſa militet ſtatutũ,ita vt ſupplemẽtũ legitimæ nequaquã debeatur; & ſic in hoc caſu filia ab inteſtato excluſa in teſtameto, nõ poſsit petere ſupplemẽtũ legitimæ: ſec.magis. com.opin.quã ſequũtur Alex.& Aret.in d.l.Gallus.§.& quid ſi tãtũ, vbi etiã Ruin.col.71.Barb. cõſ.50.col.8. & ſeq.vol.3.Alex. in l.ſi emãcipati.col.3.C.de coll. Rui.cõſ.17.in prin.vol.2.& Brun. in d.tract.artic.9.q. 1. vbi reſpondet omnibus contrariis.

Quibus quidẽ omnibus accedat ſimiliter,ꝙ cõſuetudo auferẽs teſtãdi facultatẽ,fauorabilis cẽſeatur,& ideò extendenda eſt:vt cõſuluit Cranet. conſi.118.in hac cauſa non mediocriter grauũ.n.7.cũ aliis ſeq. & Rollã. à Valle.conſi.72.ſtatuto ciuitatis Caſalis vol.1. nimirùm ergò eſt ſi iſta cõſuetudo extendatur.

Quoniã in exorbitãtibus fit extenſio de caſu ad caſum in materia fauorabili,etiã ſi in caſu expreſſo ſit potẽtior ratio, quã in alio,& ſic quãuis nõ adſit omninò eadẽ ratio : vt probatur ex notatis per gl.in l. 1.C.de his,qui ante apertas tabulas, dũ vult ꝙ illa lex exorbitãs,quæ diſponit,quòd hęreditas delata deſcendenti ex teſtamẽto nõ adita, trãſmittatur ad deſcendentes, locũ etiã habeat in hæreditate delata ab inteſtato: & tamẽ potentior eſt ratio, quãdo defertur ex teſtamẽto propter volũtatẽ teſtatoris expreſſam,quàm ab inteſtato ob volũtatẽ tacitã.l.cõficiuntur.ff.de iure codicil.& ita etiã declarat Imo.in l.ſi verò.§.de viro.ff ſolut.matri. dũ tractat de extẽſione facienda in exorbitãtibus.& Natta conſi 210.legatum factum per nobilem quondam Matthæum.n.5.vol.1. & Albert.Brun. in d. tract. quòd ſtantibus maſculis, artic.8.nu.13.

Cõſiderandũ eſt itidẽ, quòd ſi ſtatutũ tenet,diſponens matrem excludi à filij ſucceſsione:& quidem illud valet,etiã reſpectu legitimæ. Ang. conſi.32.nu. 10. vbi ait hoc dubietatem non habere quantũuis minimam Alex.conſi.3. vol. 7.Cur.cõſ. 276.vol.4. Soc.conſi.466.nu.1.& Pariſ.conſi.20.vol.2.

Tãtò fortius poſſet cõſuetudo ꝓhibere teſtamẽti factionẽ mulieri,& inſtitutionẽ extraneorũ:quia fundatur ipſa cõſuetudo in ratiõe cõſeruãdę agnationis:iux.Bar.in l.ſi.ff.de hæred. inſt.l.cũ hi,in prin.ff.de trãſact.& Dec.cõſ.10.n.12.& cõſ.683.n.9.

Facit etiã ad hoc, quòd ſi ſtatutũ inducere poteſt, quòd filia non ſuccedat ex teſtamento , quod quidem ſtatutum valet & tenet: vt præſupponit Bart. & omnes in l.fin.C.de pact. & voluit Bald.in l.1.C.de ſacroſan.eccle.verſ.Dixi de ſtatutis,& Ancha. in c. canonũ ſtatuta, de cõſt. quare non poſſet inducere idẽ ſtatutum, vt nõ ſuccedat extraneus ex teſtamẽto? Viuius

53 Meretrix ſuccedit proximiori defuncto. Ang.in §.1. per illũ text. in auth. quib. mod.natur.effi.legi. licet teneat contrarium in auth. de trien.& ſemiſ.§.conſideremus. col.3.poſt glo.

54 Statuta quòd ſtantibus maſculis , fœminæ nõ ſuccedãt, cenſentur indiſtincte fauorabilia,quia bona cõſeruãtur in agnatione, & licet ex eis reſultet odiũ fœminarũ , tamẽ valet ſecundũ magis com.opin.vt latè oſtẽdit Alber.Brun.in ſolẽni ſuo tract.de ſtatu.exclud.fœm.&c.in 4.art.verſ.ſed verior.& magis com.opin. vbi poſt quàm plurimos doctores per eũ allegatos ita firmat, & probat ratione cõcludẽti. Sẽper enim ratio finalis, & principalis intẽtio diſponẽtis attẽditur, per iura vulgaria: ſed motus principalis, & finalis ratio ſtatuentiũ fuit fauere agnationi, vt dictũ fuit,ergo illud debet attẽdi:& licet ex eo reſultet odiũ fœminarũ , tamen diſpoſitio ſtatuti debet dici fauorabilis inſpecto eo , ꝙ principaliter intendũt facere ſtatuẽtes, iuxta l. qui exceptionem.& ibi tradũt doctor. maximè Bar.Iaſ. ff. de condic.indeb. prout hoc plenè declarat etiã alia allegãdò Brun.in loco prædicto vſque in fin.4. art.& per Soc. iun.in conſil.10.nu.14.vol.4.communem ait. E. Muſcul.

55 Statutum generaliter excludens mulierem dotatam ab hæreditate aſcendentis,intelligitur excludere ab hæreditate patris & matris,ſec. com. per Rollan.conſi.24.n.11.lib.3.vbi n. 12. quòd aſcendẽs appellatione venit pater & mater, & ibi.n. 13.quòd ſtatutũ excludẽs dotatã à ſucceſsione aui , patris vel patrui, reſpicit fauorẽ agnationis, de quo ſtatuto & maximè loquẽs in rẽ ſiue in perſonã; an extẽdatur ad forẽſem quo ad bona ſita in territorio ſtatuendũ,& dic quòd non, ſec. magis com. per Rol.d.conſi.24.nu.17.29.vbi quòd ſtatutũ loquẽs in perſonã,non habet locũ in forenſi. Quid in ſtatuto diſponẽs quod extãtibus filiis legitimis & naturalibus filia dotata nõ ſuccedat; an locũ habeat in legitimato per reſcriptũ? & dic quòd ſic, ſec. com.per Rolland.conſi.83.nu.11.& ſeq.lib.3.

56 Mater in medio exiſtẽs nõ excluditur ab agnatis ſubſtitutis,à legitima ſibi debita in hæreditate filij per ſubſtitutionẽ cõpẽdioſam verbis cõmunibus factã, ſec. magis com. per Burſ.conſi.8.n.39.lib.1.vbi articulum ad partes diſputat.

57 Mater filię defunctæ ſuccedit excluſa matre teſtatoris ſubſtituta filiis per hæc verba , nullis naſcẽtibus liberis , vel natis deficientibus,ſi vnus tãtũ naſcitur , iuxta cõmunẽ per Burſ.conſi.19.nu.1.nu. 4.lib.1.vbi nu. 31. dicit , quòd mater teſtatoris ſubſtituta , non excludit matrẽ pupilli in tacita pupillari, vel ex mente præſumpta teſtañ.ſecus in filio teſtatoris, ſecundum veriorem ſententiam ibi relatam.

58 Mater nunquã excluditur à legitima & Trebellianica facta aditione per ſubſtitutionem fideicommiſſariam , ſecundum communem per Burſ.conſi.19.nu.34.lib.1.

59 Statutũ excludens matrẽ exiſtẽte patruo , non habet locũ in patruo magno, i. in fratre aui paterni,ita cõcludit Bal. poſt Iacob. But. in l.1.in prin.C.de ſuc.edict.inquiẽs,ita Bononiæ conſultũ fuiſſe. & horum ſententiam doct. communiter ibi approbarunt.& hanc com.opin.docet eſſe inquit ibid.n.2. & 3.Philip.Dec. & in conſi.670.nu.1.& 3. Kirchouius.

60 Statutũ faciens mẽtionẽ de fratre ſimpliciter, debet intelligi per prius,& nõ per poſterius: Itẽ excludens fœminas extãte fratre,debet intelligi de fratre primi gradus , nõ autẽ ſecũdi.Bald.in l.iubemus.§.fin.C.ad Senatuſ.Treb. & hãc ſentẽtiã com. eſſe referunt Alb.Brun.Aſtenſ. in tract. ſuper ſtatutis excludẽtibus fœminas art.12.n.214.Roll.à Vall. in conſ.55.nu.17. cum ſeq.vbi ipſe plures authoritates adducit, & in vtrãq; partem hãc materiã proſequitur. in 1.Tom.conſi. Kirchouius.

61 Statutũ quod præfert patruos & alios agnatos fœminis, licet ſit contra ius cõmune.§.conſequens.& §.ſequenti.in auth. de hæred. ab inteſt. venientibus.colla.9. auth. defuncto. C.ad Senatuſ.Tertul.& doct.in rub.extrà, de ſucceſ. ab inteſta. Tamen cõmuniter doct. tradũt, tale ſtatutũ fauorabile eſſe, quia per illud cõſeruãtur agnationes,dignitates,& familiæ.l.1.§.ſi ſeruus.ff.de ventr.inſpic. cõſeruantur enim agnationes & familiæ per maſculos & non fœminas.l pronunciatio.§.fin.ff.de verb.ſign. & Bald.in l. maximum vitium.q.2.num.2 C.de liber.præt.ita conſulendo ſcribit Ioan.de Anan. conſi.69. Et hanc magis com. opin. eſſe, multis adductis authoritatibus inquit Phil. Decius in l.2.nu.5.in fin.C.de in ius vocan. Kirchouius.

62 Statutum excludẽs filias , includit eas quæ poſt conditum ſtatutum effectæ ſunt ſtatus clericalis,ſecundũ Brun. de ſtatut.

ſtatut. exclud. fœminas.6.artic.1.memb col.2.

63 Statutum excluſiuum fœminarum eſt ſimpliciter fauorabile, ſecundum magis communem per Burſ. conſ. 93 num.7. lib.1. licet ſecundũ aliam ratioñe reſpectu maſculorũ ſit fauorabile, reſpectu vero fœminarũ odioſum. quam cõcluſionem declara vt latiùs per eum ibi. & vide quæ idẽ ſcribit conſil.76. num.28.eod.lib. vbi quòd ſtatutum fœmininas excludẽs propter maſculos eſt fauorabile, iuxta magis communem ibi relatam.

64 Statutũ excludẽs filias, etiã propter patruos, licet ſit factũ fauore agnationis, vt com. dicũt docto. Et talis fauor pro vnica ratione ſolet cõſiderari, prout poſt alios plene relatos firmat Alber. Brun. in ſolenni ſuo tract. de ſtatut. exclu. fœmi. propter maſcu. art 3. & plene dixit Soci. iun. conſu. factũ tale propo nitur. n.38. vol.1. tamẽ nõ extẽditur in fauorẽ patrueliũ, & ſic filiorũ patrui, licet ſint agnati: ſed illa ratio intelligitur tãtùm in caſu expreſſo. vt poſt alios voluit Soci. ſenior cõſ.9. viſo ſtatuto 3.vol. quẽ & retulit & ſequutus eſt Soc. iu. in cõſ.6. moriatur vltimo loco, cũ multis ſimilib. deciſionibus. n.10. vol.1. & in ſimili, in teſtamentaria diſpoſitione firmat Ruin. in conſ.102. n 14. vol. 4. vt hæc refert Soc. iun. in conſ.13. nu.16. vol.4. E. Muſcul.

65 Statutũ excludens ſororẽ propter fratrẽ, fortius excludit neptẽ ex prædefuncto filio, propter patruũ, licet de eis in ſtatuto nulla fiat mentio, quicquid dixerit Bald. in contrariũ in l. venia. C. de in ius vocãd. ad fin. Nã eius opinio ibi, & alibi per doctores magis cõmuniter reprobatur, vt plene multos allegãdo ſcripſit Soc. iu. in cõſ.168. magnificus Comes n.45. vol.1. vti hæc refert in cõſ.10. n.17. vol.3. remittẽs ſe ad d. conſ.168. & ibi dictis addit Rui. in cõſ.140. viſa facti narratione. n.16. vo.3. & hoc voluiſſe, ſi bene aduertatur Alex. in conſ.36. viſo themate. in ſecundo dubio, lib. vj. Vult enim ibi, quòd ſtante tali ſtatuto, nepos ex prædefuncto filio, excludet neptẽ ex alio prædefuncto, & ſic eius ſororem patruelem attenta ratione ſtatuti, quę fuit fauor conſeruãdæ agnationis, vt per eum. Fortius ergo vellet Alex. quod illa neptis excluderetur per filium defuncti patrui eius, licet de eo nullum ſit verbum in ſtatuto. Hoc indubitatum putat Socin. iunior in d. conſ.10. vt ibi per eum. Idem.

66 Soror quãuis ſtatuto à fratris hæreditate excludetur, nõ idcirco etiam ab illius hæreditate frater abigetur. commune affirmat latè Franc. Viuius lib.1. opin.295. E. Suarez.

67 Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile: vt per Bald. in l. maximum vitium. C. de libertate Prætor. & per Alex. conſ.89. & conſ.138. vol.6. & cõſ.141. vol.7. & per Andr. de Iſer & Afflict. in conſtitu. In aliquibus, lib. 3. rub. 23. nu.11. & ſeq. & Grãma. ibi, & Ioan. de Neuiz in ſua Sylua nuptiali. lib.1. n.169. quia pro cõſeruatione agnationis, & familiarũ eſt introductũ: vt voluit Bald. & cęteri in d. l. maximum vitiũ. Coraſius in ſuis miſcellaneis iuris ciuilis. li. 2. c.16. n.2. Affl. in d. cõſt. In aliquibus, ſub n.71. & alij quãplures eiuſdẽ ſententiæ relati per Cur. iun. cõſ.87. n.5. vbi aſſerit hãc eſſe cõmunem opinionẽ, & per Loffredũ cõſ.14. ſub n.13. & ſeq. & luculẽter Georg. Nattã, in trac. quod ſtãtibus maſculis. in 1. q. principali. n.16. cũ aliis omnibus ſeq. vbi nonnihil corroborat dictam communẽ.

Socinus iun. verò conſ.1. nu.46. & 108. lib.1. circa iſtam materiam refert quatuor opiniones, & denique ſecundam opinionem, videlicet, quòd dictum ſtatutum ſit odioſum aſſeuerat eſſe magis communem. Sed quid concludẽdum in tam variis iuris noſtri interpretũ ſententiis? Ego pro nunc inhęreo primæ opinioni, hac potiſſimum ratione omiſſis aliis.

Quia huiuſmodi ſtatutum in totum legitimam tollere nõ poteſt, ſed diminuere, ex quo legitimã reduxit ad dotẽ datam vel promiſſam, quæ dicitur eſſe loco legitimæ: vt tent Bal. & Saly. in 2. not. per illum text. in l. quoniã nouella. C. de inoff. teſt.

Sed opinio hæc de plano procederet, & ſtatutum hoc fauorabile reputaretur, vbicunque excluderet fœminas tranſuerſales: ſecus verò ſi excluderet deſcendẽtes, vt filiam, vel aſcendentes, vt matrem: tunc quippè odioſum diceretur. ita Corn. conſ 90. ſcrupuloſè videtur. num. 11. vol.3. Curt. iun. conſ.9. circa præmiſſam, & Rubeus conſ 45. viſo ſtatuto. num.3.

Ampliatur primũ hoc ſtatutũ diſponẽs, quòd fili᷒ maſcul᷒ excludere poſſit fœminã, vt procedat etiã in nepote ex filio, qui quidẽ poteſt dictã fœminã excludere: ſecũdũ Bal. Ale. & alios doct. in l. venia. C. de in ius voc. Anc. in cap. canonũ ſtatuta, de conſtitu. Rui. cõſ.141. n.3. vol.2. & cõſ.58. n.5. poſt alios ibi per eũ cõgeſtos, vol.5. Nattã in d. tract. quòd ſtantibus maſculis, in 3 q prin. n.63. cũ aliis ſequ. & Laurũ de Palatiis, in tract. quòd ſtãtibus maſculis num.25. Afflict. in d. conſtitut. In aliquibus. num.64.

Quoniã appellatione filij nepos cõprehẽditur. l. liberorũ. vbi Bar. ff. de ver. ſign. & Mod. in d. l. venia. Rom. cõſ.129. Rocch. de Curte. in repe. ca. fi. de conſuet. Gozad. conſ.90. vol.4. Marſ. conſ. 85. n.14. & latius in ſing.303. Filiorum appellatione, & Iaſ. in l. de quibus. n.16. ff. de leg. vbi atteſtatur hãc eſſe com. opin. & Soc. Nepos, cõſ.144. nu 83. lib.3. poſt Dec. in l. 1. col.3. C. de in ius voc.

Cumprobatur etiam illa communis: quia conſuetudo extenditur quando caſus, ad quem fit extenſio, comprehẽditur ſub caſu expreſſo, ſaltem ex lata vocabuli ſignificatione: nam ad talem caſum extenditur conſuetudo etiam contra ius, aut à iure exorbitans. l. filium habeo ff. ad Macedon.

Comprobatur poſtremò iſthæc concluſio: quoniam nepos in caſu noſtro locum patris tenet: ſecundum Paul. Caſt. conſi. 154. præſens caſus, & Franc. de Aret. conſ.64.

Subrogatum etenim ſapit naturam eius, in cuius locũ ſubrogatur. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut l.1. §. hac actio, vbi Bar. ff. ſi quis teſta. lib eſſe iuſſus fuerit. Et perſona ſubrogata vtitur eiſdem priuilegiis, quibus ille cuius loco ſubrogatur. l. decernimus, & ibi per Bar. C. de aquaduct. lib.11 & l comperimus, vbi etiam Bar. C. de proximis ſacr. ſcrin.

Amplia ſecũdò præfatum ſtatutũ, vt non ſolùm habeat locũ in laicis, verùm etiam in clericis, quia abſque dubio poſſunt gaudere beneficio dicti ſtatuti cõtra fœminas, eáſq; excludere: ſecundũ Sand. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col.17. verſ. Septimò quæro. q/c. de conſtit. Bald. in l. cunctos populos, in 2. lect. col.2. verſ. Sed hic vlterius quæritur, & conſ.30. vol.1. Abb. in cap. conſtitutus. de in integ. reſtit. in 5. no. Lapus in alleg 100. & ſeq. in quæſtione propoſita. Barb conſ.54. in fin. Soc. iun. conſ.10. n.23. vol. 1. & alios quamplures relatos per Io. Baptiſt. Caſtellionei, in addit. ad Roma. in ſing.441. Habeo caſum in facto, vbi atteſtatur hanc eſſe cõmunẽ opinionem. Pariſ. quoq; conſ.47. nu.61. vol. 3. Brun. in tractat. quòd ſtantibus maſcul. in 12. art. princ. q.11. & Dec. in d. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, n.217. & ſequitur etiã, aduertit que ab ea nõ eſſe recedẽdũ, ac tollit omnia obſtacula Nat. in d. trac. quòd ſtantibus maſculis. q.3 principali, n.82. cum aliis ſeq.

Quoniam ſtatutũ inter laicos eſt obſeruandum etiam inter clericos, quando ſtatutũ iniecit vinculũ ante clericatũ. c. reſtitutus. de in integ. reſt. & notãt Canoniſt. in d. c. eccleſia S. Mariæ.

¶ Contrariam verò ſententiã ſequutus eſt Laurus de Palatiis in d tract. quòd ſtantibus maſculis. num. 106. & Soc. iun. in d. conſ.1. nu. 63. vol.1. vbi dixit hanc opinionem eſſe veriorem, tamen quidquid ipſe Soc. ſuadeat, ob hoc in iudicando & conſulendo, ſemper ſequeret communem.

Quia iudicare contra communem, eſſet contra ſtimulum calcitrare: vt per Crauet. conſ.91. nu.11.

Ampliatur 3. iſtud ſtatutũ excludẽs fœminas propter maſculos, quòd excludat etiã per legitimatos per ſubſequẽs matrimoniũ ſec Aneb. cõſ.242. ex tenore, & Dec. cõſ.155. & diligenter pro tenus. col. pen. & fi. & in c. cùm in cunctis. n.29. de elect. Bur. in c. innotuit. col.2. eo. tit. Pau. Caſt. in l ſi. C. de his, qui vẽ. ætat. imp Cãp. in trac. de dote. in 2. par.5. par. pr. q.59. in fi. Cro. in rep. l. Gallus. § & quid ſi tantũ. n.92. & 169 ff. de lib. & poſth. & Pariſ. cõſ.13. vol.2.

Ampliatur 4. dictũ ſtatutũ excludens fœminas extantibus maſculis, ligare etiã fœminas ingredientes religionem, & ſic operatur cõtra fœminas profeſſas religionẽ, ſeu moniales: vt per Io. And. in reg. ſine culpa de reg. iuris in 6. in mercurial. Pau. Caſt. conſ.339. primũ dubiũ, de quo quæritur col.2. & 3. Rom. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de ver. obl. Abb. & alios in ca. quod clericus. de foro compet. Abb. & Fely. col.18. in d. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, & Ripam in ſuis reſpon. in tit. de longa conſuetudine. c.26. nu.11. vbi audacter atteſtatur hanc eſſe cõmunem opinionem & Soc. iun. conſ.25. nu. 11. vol.3. & Io. Cæpha. conſ.146. nu.26. vol. 2. ac ei inhæret quoq; conſulendo, Iacob. Mandei. oſtenditq; magis cõmunem fore, conſ.98. nu.1. & Afflict. in d. conſtit. In aliquibus. nu.17. qui ait in hoc non dubitare, præſertimque ſi ſtatutum conditum eſſet ab Imperatore ſeu Rege. Nonnulli verò Doct. & malè fuerũt in contraria ſententia, quos refert Rui. conſ.200. nu.8. lib.4. & Laurentius Syluanus conſ.49. nu.4.

Amplia 5. hoc ſtatutum, quòd fœminæ excludantur propter maſculos, extẽdi etiã ad Iudęos, & ſic inter Iudęos hoc caſu à filiis maſculis fœminæ excludũtur: vt voluit Ana. in c. Iudæi. il 2. col.5. de Iudæis. & Fely. ibi n. 4. Coraſ. in miſcellaneis iuris ciuilis, lib.5. c.16. ſub n.8. Laurus de Palatiis in tract. quòd ſtãtibus maſculis. n.258. cum aliis ſeq. Natt. in d. tract. quòd ſtantibus maſculis. q.2. prin. n.105 cum aliis ſeq. Campeg. in tract. quòd ſtantibus maſculis. q.60. nu.239. cum aliis ſeq. vbi refert conſulentes

pro hac parte, tollit obſtacula, & meminit ita extitiſſe iudicatum, & obſeruatum Mantuæ in facti contingentia, & nouiſſimè Marq. de Suſan. *in tract. de Iudæis, & infidel. in 2. par. c. 2. nu. 4. & ſeq.* poſt alios ibi relatos per eum, vbi audacter aſſeuerat hanc eſſe communem opi. Quam arbitratur de plano procedere Brun. *in trat. quòd ſtantibus maſculis. q. 5 art. 6. n. 55. cũ aliis multis ſeq.* vbicunque maſculi eſſent conuerſi & Chriſtiani, ac fœminæ ſimul cum eis, de quorũ ſucceſſione ageretur Iudæi forent, vt tunc haberet locum antedictum ſtatutum.

Amplia ſexto loco, quòd dictum ſtatutum, quòd ſtãtibus filiis maſculis fœmina excludatur, habet locũ, & procedit etiã ſtãte vno: ſec. Bal. *in l. 3. C. de cõd. inſer.* per illum tex. quem refert & ſequitur Dec. *in c. prudentiam. §. aduertimus. n. 8. de offi. deleg.*

Præallegatúmque ſtatutum, quòd fœmina excludatur ſuperſtitibus maſculis, amplia ſeptimo, vt procedat, vt tam filia, quã venientes ex perſona eius à ſucceſſione repellãtur, vt per Bar. *in l. 3. §. videndum. in fi. ff. ad Tert. & in d. l. liberorum. col. pen. per illam legem. C. de colla.* Ruin. *conſ. 120. nu. 2. vol. 1. & conſ. 151. nu. 6. vol 2.* cum aliis congeſtis per Dec. *conſ. 656. iuridicam.* Laur. Sylua. *conſ. 1. num. 65.* & Rui. *conſ. 8. nu. 9. vol. 3.* & iſta eſt vera, & indubitata concluſio.

Amplia vlterius, quòd ſub huiuſmodi ſtatuto excluſiuo fœminarum, comprehenditur non ſolum filius legitimus, & naturalis, ſed etiam arrogatus in filium ab auo materno.

Quia per omnia ſimilis eſt filio vero legitimo, & naturali, tã ratione patriæ poteſtatis, quàm quò ad effectũ ſuitatis, ac etiam reſpectu ſucceſſionis ab inteſtato: vt *§. in noſtra. Inſt. de act. §. pen. Inſt. de here. quæ ab inteſt. iuncta l. cum in adoptiuis. circa finẽ. ff. adopt. & l. ſi te parens,* & ibi Bar. *C. de ſuis. & legitimis.*

Imò dic, quòd arrogatus filij appellatione continetur. *l. filij appellatione. l. iuſta, & dicta l. liberorum. ff. de verborum ſignificat.*

Ergo ſequuta arrogatione, cum in eo concurrant vinculũ ciuile, & naturale. *d. §. in noſtra,* filius legitimus, & naturalis dicetur, & eadem ratione, qua filius legitimus, & naturalis fœminam excludit, eadẽmet ipſe arrogatus excludere videtur.

Ampliatur, ſeu interpretatur nonò dictum ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, quod eſt de iure licitum, & cõſequenter, quod valeat, & teneat: ſec. Bal. *in l. cùm lege. C. de epiſ. & cle.* Io. And. Ant. de Bu. & cæteros omnes *in c. Raynutius. de teſta.* vbi deducunt iſtam eſſe communem opinionem: quam ſequitur etiam, & citat Brun. *in tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 1. art. 1. n. 12.* Georg. Natta, *in d. tract. quòd ſtantibus maſculis, in 1. quæſt. principali. nu. 1. cum aliis ſeq.*

Ampliatur decimò mentiõnatum ſtatutum excludens fœminas extantibus maſculis, habere etiam locum in maſculo virilia ſua non habente, vel quomodocunque, & qualitercunque incapaci, ac inhabili ad ſobolem procreandam, & conſeruandam familiam: vt voluit Bal. notabiliter *conſ. 68.* Martinus Ioannis de Florentia. *col. 2. ver. non obſtat, quòd quidam ſunt agnati,* poſito inter conſilia Angeli.

Cùm iſtud ſit impedimentũ accidentale & nõ naturale, attendi non debet, & ideò natura communis hominum, & non alicuius ſpeciale vitium attendi debet. *l. nam ad ea. ff. de legibus. l. iuſto. §. non mutat. ff. de vſucap.* cum aliis concordantibus.

Fallit primò loco iſtud ſtatutum excludens fœminas propter maſculos, non habere locum extra territorium ſtatuentium, & ſic non propagatur, nec extendit radices, & vires ſuas quòd ad bona exiſtentia extra territorium ſtatuentium: ſecundùm Bar. *in l. cunctos populos. q. 6. C. de ſumma Trin. & fide cath.* Alex. *conſ. 128. conſideratis verbis inſtrumenti vol. 1.* vbi latiſſime reſpondet omnibus ferè rationibus Bal. contrarium aſſeuerantis, *in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin.* & iſta videtur communis opinio: vt teſtatur Alex. *in allegato conſi. 48. n. 1. circa medium vol. 3.* vbi ait ab iſta ſententia communi non eſſe recedendum, & Rol. à Valle poſt alios relatos per eum *in tract. de lucro dotis, in q. 20. nu. 14.*

Interpretatur ſecundò dictũ ſtatutũ excludens filiam à ſucceſſione patris, quòd ipſo mediãte non excluditur ad inualidandum teſtamẽtum inter liberos conditum. Et ſic filia ſimpliciter à ſtatuto excluſa, ſi in teſtamẽto patris fuerit præterita, poteſt illud rumpere, ſi pater extraneos, vel filios inſtituerit: quia in hoc filia extranea perſona non reputatur: ſecundũ Corn. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, col. 3. verſic. prædicta faciunt. C. de teſta.* Cum. *conſi. 119. circa fin.* cum aliis relatis per Boer. *dec. 241. nu. 9.* vbi, ait hanc eſſe communem opinionem, & Berous poſt alios relatos per eũ, *in repet. c. Raynutius, num 234. cum aliis ſeq. de teſta.* vbi ad vtranque partem doctè, ſubtiliter, ac late hanc quæſtionem diſputat.

Et ratio dictæ cõmunis opinionis videtur iſta: quia pater tenetur neceſſario vocare filiã in ſuo teſtamento, vel eius filios: vt decidũt Bar. Iaſ. cæterique Docto. cõmuniter *in l. ſtipulatio hoc modo concepta ff. de verb. obl.* & de dicta cõmuni atteſtantur Mod. inibi, & Guil. Benedic. *in repe. d. c. Raynutius de teſta. n. 81.*

Fallit tertio prælatum ſtatutum diſponens, quòd ſtantibus maſculis filia fœmina non ſuccedat; nõ habere locũ in filiis legitimatis per reſcriptum Comitis Palatini, vel alterius habẽtis poteſtatem legitimandi, cum non excludant fœminam, ſecundum Nattam *in d. tract. quòd ſtantibus maſculis. q. 3. nu. 1. cũ quatuor ſeq.* Dec. *in l. liberos, circa fi. C. de colla. in c. in præſentia. nu. 40. ext. de prob.* & latè cõſuluit *conſ. 52.* & Cur. ſenior *conſ. 16. nu. 5. & ſeq. & conſ. 35. nu. 16.* cuius conſilio complures excellentes, & illuſtres Doctores ſe ſubſcripſerunt, & ita in opulenta hæreditate fuit Mediolani iudicatũ, & iſta eſt communis opinio: ſecundum eundemmet Dec. *in d. l. liberos,* & de dicta cõmuni atteſtatur etiam Franc. Curt. *in præallegatis conſiliis.* & D. Cardinalis Albanus *in lecub. in Bart. in l. filium, nu. 2. & ſeq. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.* & Gozad. *conſ. 6. nu. 9.* vbi ſequitur etiã, & dicit ab ea non eſſe diſcẽdendum in iudicando & conſulẽdo. Et de veritate iſtius concluſionis communis plura ſcribit Iaſ. *in l. ſi is, qui pro emptore. ff. de vſucap.* Crotus *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſth.* Brunus *in tract. quod ſtantibus filiis maſculis, filia fœmina non ſuccedant. q. 12. art. 4.*

Declaratur hoc non procedẽre in filio ſpurio legitimato per Principem, qui quidem ſub ſtatuto prædicto ad excluſionem fœminarum comprehenditur.

Quia ipſe verè ac propriè legitimus, & naturalis cenſetur: vt concludunt Bar. & alij omnes communiter, *in d. l. ſi is qui pro emptore,* & latè per Alex. *conſ. 52. vol. 1.* ergo filius iſte dicetur excludere fœminas, ſicut legitimus & naturalis. & hoc voluit idem Alex. *in l. ſed ſi hac. §. patronum. ff. de in ius vocan.* qui atteſtatur iſtud Doctores communiter tenere. *& in d. conſ. 18. col. 5. & conſ. 87. col. 5 vol. 2.*

Limitatur quartò, quod dictum ſtatutum excluſiuum fœminarum ceſſat, ſi maſculi ſint incapaces, vtputà ſi ſint deportati, vel fratres ſancti Franciſci.

Quia tunc habentur pro mortuis, & pro non ſtantibus: vt per Bart. *in l. 1. §. penul. ff. de bonorum poſſeſſ. ſecundùm tab.* quem ſequitur Bal. *in auth. ingreſſi, circa fin. C. de ſacroſ. eccle.* Ruinus *conſ. 154. n. 5. vol 2.* & Afflict. *in d. conſtit. In aliquibus, nume. 10.*

Interpretatur ſimiliter hoc ſtatutum habere etiam locum ſi maſculi extarent, & ſuccedere nollent. *l. 3. §. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Tertul.* & ibi notat Bar. quia huic ſtatuto poteſt maſculus renunciare: vt per Bal. *in l. maximũ vitiũ. col. 7. ver. ſed pone frater. C. de libe. præt.* & Afflict. cum aliis aggregatis per eum *in d. conſtit. In aliquibus. n. 9.* & hoc non habet difficultatẽ aliquã.

Fallit ſexto hoc ſtatutum, quòd ſtantibus filiis maſculis fœminæ non ſuccedant, quod ſi maſculi nũ ſuperſint, ſed ſolùm fœminæ, ipſæ admittentur: vt per Bar. *in l. fin. in q. 1. ff. ad Tertul.* Bal. *in l. in quibus C. de ſecun. nupt.* & iſta eſt communis ſententia omnium ſcribentium, & longo, & diutino tempore obſeruata: vt refert & atteſtatur Soc. Nepos, *conſi. 80. num. 6. vol. 2.* & eſt text. in Regno, *in d. conſtitut. In aliquibus,* vbi diſponitur quòd pater non habens filios maſculos, nec nepotes maſculos, ſed duntaxat filias fœminas, tunc ipſæ filiæ fœminæ ſuccedunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus, excluſis agnatis tranſuerſalibus.

Cæterùm, ſi antedictæ filiæ minores reperirentur, Rex daret eis balium in feudalibus, & cùm peruenerint ad ætatem nubilem 14. vel 15. annorum, prouideret eis de viro, atque maritare, ſecundùm paragium earum. & ex hoc text. *in d. conſtitut. In aliquibus,* decidit tres vtiles, & quotidianas quæſtiones ibi Afflictus *num. 5 & ſeq.*

Limitatur ſeptimò, hoc ſtatutum excludens fœminam dotatam à ſucceſſione dotantis, non excludere eam à bonis emphyteuticis, cùm de ipſis non fiat mentio: prout voluit Bald. *in l. liberti, libertæque C. de oper. liber.* & alij Doctor. communiter *in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ff. de oper. liber.* Imol. & aliis omnes, *in cap. potuit, de locat. & conduct.* & Ruinus *conſ. 4. num. 6. vol. 1.* vbi hoc declarat, & limitat.

Interpretatur octauo loco dictum ſtatutum præferens maſculos fœminis, non habere locum in adoptiuis: vt voluit eleganter Io. de Ana. *conſ. 37. viſo caſu.* cuius dictum refert, comprobat,

probat,& ſequitur Dec. *in d.c. in præſentia nu.117.& ſeq.*& Tiraq.cum aliis infinitis ibi relatis per eum, *in repe l.ſi vnquam. C.de reuocand.donat. in verb. ſuſceperit liberos. nu.11.fol.146.*

Interpretatur nono præallegatum ſtatutum,ꝙ licet excludat fœminas à ſucceſſione,nõ propter hoc excludit à ſupplemento legitimæ:vt per multa cõcludit Saly. *in auth. nouiſſima. C.de inoff teſta. in l.ſeruus noſtri. propè fi.ff.de noxal. in l. ſancimus. C.de nupt.& in authen. res quæ. C.communia de lega.* vbi etiam Raph.Cu. Hoc idem tenet Alex. *conſ.7.col.2.lib.2.conſ.46. vel 69.vol.1.& conſ.78.vol.4.* Et hoc idem tenuit Soc.iun. *in d.l. Gallus.§.& quid ſi tantum.*& ita conſuluit, *conſ.30.& 150. vol.1.*& iſtam ſcribit eſſe communem opinionem Soc. *in l.heredes mei.§.cum ita.col fi.ff.ad Treb.*& Gramm. vltra alios per eum congeſtos. *dec.101.nu.46.& in d.conſtit. In aliquibus,num.22.& ſeq.* Et iſtam quæſtionem late diſputat ad vtranque partem Aug.Berous, *in repet.d.c.Raynutius,nu.230.*

Moderatur,& coarctatur hoc ſtatutũ non procedere,quando ex diſpoſitione ſtatuti,fœmina non poſſet ſuccedere, ſed deberet ſtare dote cõtenta:tunc filia nõ poſſet petere ſupplementũ legitimæ:ſec.Bar.& alios *in d.§.& quid ſi tãtum.* Ang. *conſ.105.in fi.*& iſta eſt cõmunis opinio ex allegatis per Alex. *in d.§.& quid ſi tantum.*& Iaſ. *in d.auth.nouiſſima,* Soc. *conſ.150. primò igitur radix,* Iaſ. *conſ.82.ſtatuto ciuitatis,lib.2.* Dec. *conſ.26. diligenter, in conſ.89.viſo pũcto,in fi.& conſ.203.in caſu,*&c. Cur. *conſ.37.conſiderato themate,* Brun. *in conſ.ſuo poſito in fi.d.tract. quòd ſtantibus maſculis,n.8.* Calca. *conſ.21.col.pen.& fin.*

Quia legitima non debetur illi,qui ab inteſtato ſuccedere non poſſet,vt filiæ ipſi dotatæ,quæ ſtante hoc ſtatuto nõ ſuccederet:ſecundùm Ang *in d conſ.105.* ſtatuto cauetur,ꝙ ſi aliquis deceſſerit ab inteſtato,& Alb.Brunum cum magna catherua Doctorum relata per eum *in memorato conſ. ſuo poſito in fi d.tract.quòd ſtantibus maſculis, num.9.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem.

Et quamuis iſtud ſtatutum prohibeat ſupplementũ dotis, vel legitimæ:nihilominus non habet locum in magno exceſſu,ex quo detegitur patris dolus. *l.vndè ſi Nerua.ff.pro ſocio,*& tenet,ac declarat Pau.Caſt. *conſ.110.col.pen.* quod refert Ruin. *conſ.98.nu.4.poſt princ.vol.2.*

Et quia etiam dos ipſa in caſu mentionati ſtatuti ſuccedit loco legitimæ:ſec.Bal. *in auth.res quæ.col penul.C. communia de leg.* Cy.& Bar. *in l.ſancimus. C.de nup.* And.de Iſer.& Affl.cum magna catherua Doctorum relata per eum *in d.conſti. In aliquibus,ſub nu.42 & ſeq.* Alex. *conſ.109.nu 201. vol.5.* Iaſ. *in l.j. §.veteres,ſub nu. 26.ff. de acq. poſſ.*& Cur.ſen. *conſ.5.num.3.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem : quam ſequitur Laurus de Palatiis *in tract.quòd ſtantibus maſculis ſub nu 36.*

¶ Et quãuis Brunus *in tracta.præcitato, quòd ſtantibus filiis maſculis.q.5 ſub n.34.* aſſerat cõtrariã partem,videlicet, ꝙ dos non ſubrogetur,ſeu ſuccedat loco legitimæ,eſſe magis communẽ,nihilominus ſpreta huiuſmodi aſſertione vti falſa,concurrendũ eſt in practica cum prima opinione , tanquã realiter cõmuni,& ſacroſancta,cum qua concurrit etiã Corn. *cõſ. 107.n.3.vol.2.* Dec. *conſ.260.n.3.* Affl. *dec.111.nu.11.* Capic. *deciſ. 176.n.9.* Pariſ. *conſ.63.nu.51.vol.2.& conſ.26.nu.83.vol.3.* Affl.cũ cæteris aggregatis per eum *ſub num.42.& ſeq.*& Gram. *in d. conſti.In aliquibus,nu 18.* vbi pariter concludit,quòd iſta legitima portio debetur filiabus ipſis ex rebus , & bonis hæreditariis,& ita aſſerit vidiſſe de facto ſeruari : prout latiùs ſcripſimus *ſuprà in opi.455. Legitima non debetur,poſt prin.*

Fallit decimò,ꝙ filia excluſa à ſtatuto donec ſuperſunt maſculi poſſit aliquando ſuccedere. Vnde ſcias,ꝙ filia,quam ſtatutum à ſucceſſione donec ſuperſunt maſculi excludit,etiam ſi poſt quadraginta annos deficerẽt maſculi ad ſucceſſionem admittetur:vt per Bat. *in l.ſi.ff.ad Tertul.* cuius opinionem fatetur eſſe communem Soc. *conſ.63.in,cauſa vertente,col. 1.lib.1.* Dec. *conſ.607.nu.16.* Io.Dilectus, *in tract.de arte teſtãdi, caut. 6.nu.5.nu.11.*& Soc.Nepos *conſ.110.nu.4.& 16. vol. 2.& conſ.1. nu.1.lib.1.& conſ.31.nu.1.eodem vol.* quam quidẽ Bat.doctrinam communem ſequuntur Bal.Pau.de Caſt.Sal.Corn.cæteríque omnes *in l.1.C.de libēr. præte.* poſt alios quamplures relatos per Soc. *conſ.1.nu.1.lib.1.* Et intelligit procedere vltra præallegatos Doct.ipſemet Soc. iun. *in d.conſ.110.nu.16.& conſ.114. nu.1.2.& 3.eodem vol.* quando fœmina non ſimpliciter excluditur,ſed temporaliter,veluti donec,& quandiu maſculi ſuperſint;ſecus autem eſſet ſi fœminæ excluderentur ſimpliciter per ſtatutum extantibus maſculis : quia hoc caſu excluſio earum eſſet perpetua.

¶ Et hoc idem procedit etiam in feudo:vt conſtitutio Regni,In aliquibus amplificetur,atque locũ ſortiatur ſimiliter, vbicunq; tractaretur de ſucceſſione in feudo plano,& de tabula:adeo quod deficientibus maſculis,fœminę in eo ſuccedant:vt extat religioſe quidẽ deciſum in facti contingentia, in ſacro concilio Neapo.atteſtante intelligẽtiſſimo domino Vincentio de Franchis, *in dec.7.in cauſa Angela,ſub nu.1.*

Interpretatur vndecimo loco dictũ ſtatutũ,ꝙ filius maſculus excludat fœminã,ſimpliciter locũ habere etiã in ea , quæ momẽto fuit excluſa,vt in perpetuũ excludatur,& ſic ſufficit tũc,ꝙ momẽto maſculus fœminã excluſerit,vt ſit excluſa in perpetuũ:ſec.Bald. *in l.ſi quis poſthumus.§.1.col fi.ff.de liber.& poſth.* quam ſequitur Dec. *conſ.623 col.1.*& Alex. *conſ.43. lib.3. repetito in conſ.53.conſideratis his quæ in themate,n.4.vol.6.*

Interpretatur duodecimò prędictum ſtatutũm excludens fœminas dotatas à ſucceſſione , verificari etiam in ea fœmina , cui dos promiſſa fuit:vt per Bald. *in l. non ſine. C.de bonis quæ liber.* Affl. *dec.61.*& Iaſ. *conſ.11.col.2.lib.1.*

In cõtrariã verò ſentẽtiã videntur inclinare Iac.de Arer. Pet.Cyn.& Fulg. *in d.l.no ſine.* Cuin.& Imo. *in l.Titio contũ.§. Titio genero,ff.de cond & demon.* Alex *conſ.13.col.4.vol.3.*&Soc. *cõſ.207.col.2.vo.2.* Sed in iſto cõflictu opinionũ caſu euenẽte, ſemper conſulerẽ pro prima opinione,quę videtur verior,vbi ſtatutũ ſimpliciter excluderet fœminã dotatã,ſecus vbicũque exigeret dotẽ eſſe datã:vt per Soc. *conſ.92.col.3.vol. 1.* quẽ ſequitur Brun. *in tract excluſ. fœminarum. in 7.quæſt.col. penult.*

Limitatur decimotertio hoc ſtatutũ,vbicunq; filius maſculus moreretur antequàm portionẽ ſibi debitã ex forma dicti ſtatuti adiret,& agnoſceret:quia tũc portio , ad quã ipſe filius admittitur ex diſpoſitione ſtatuti excludentis fœminã, nõ trãſmittitur ad quoſcunq;hęredes:vt voluit Sal. *in l.j.col.2. & ſeq.C.de adult.* ſed Salyceto noli adhibere fidẽ,ne te decipiat:quia cõtra eũ eſt com.opin.vt per Alex. *cõſ.20.vol 1.* Soc. *conſ.143.vol.1.& cõſ.296.vol 2.*& per Bru. *in ſuo trac.excluſ.fœmin.in 13.art prin.q.6.* Tiraq. *in tract.res inter alios acta,in limit. 42.& ſeq.fol.part.54.*& Nat. *in add. Alex in d.conſ.20.nu.1.*

Quia ſecũdum præcitatos Doct.ſufficit,quòd filius maſculus fuerit momento temporis,vt perpetuò excludat fœminã, & ſic ex potentia ſuitatis ipſe filius infans , ſi horam vixerit tantòm poſt mortem patris,hæreditatem patris ſui non aditam,tranſmittit ad quoſcunque hæredes.

Limitatur decimoquartò mentionatum ſtatutum,quòd filiæ iſtæ excluſæ per ipſum ſtatutum à ſucceſſione patris,cõputentur in numero filiorum ad faciendum partem in legitima : quia non excluduntur in totum,ſed vocantur ad dotem ipſam,quæ loco legitimæ ſuccedit. Vnde ſi extarent quatuor filię fœminæ , & vnus maſculus : tunc legitima dicti maſculi non eſſet triens , tanquam fœminæ haberentur pro non exiſtentibus,ſed eſſet ſemis,tanquàm filię ipſæ excluſæ facerẽt partem cum maſculo,& in numero filiorum computarentur ad calculandum eandem legitimam : vt voluit Cur.ſen.cum magna catherua Doct.relata per eũ *conſ.5.vbi ſub nu.1.& ſeq.* iſtam opinionem communem vocat,quam , vt veriorem ſequitur illuſtris Affl. *in d.conſtit. In aliquibus , nu.54.& ſeq.* vbi profert vtile,& magnum quippè verbum , ſe intellexiſſe ita ſemper iudicatum extitiſſe in ſacro regio concilio Neap.

¶ Et licèt contrariã partem,videlicet , ꝙ ipſę filiæ excluſæ aliter non numerentur in filiorum numero in minuendã legitima,firmauerit Brunus cum aliis Doct. aggregatis per eũ *in d.tract. quòd ſtantibus maſculis.quæſt.5.art.13.nu. 19.cũ cæteris multis ſeq.* aſſerẽdo eã veriorem,& cõmunem , ac ita fuiſſe in facti contingentia iudicatũ in patria ſua ; nihilominus à prima opinione,vti ſacroſancta,& cõtinuò obſeruata in ipſo ſacro regio Cõcilio,& realiter & re vera magis cõmuni,fatuũ foret in deciſiuis diſcedere. Et iſta opinio ita tetẽta aduerte, ꝙ eſt vtilis ad multa in practica:vt oſtẽdit Br. *in d.art.13.n.43.*

Limitatur decimoquintò antedictum ſtatutũ , vbicunque filia vigore eiuſdem ſtatuti dotata eſſet à patre,&poſt mortẽ ipſius moreretur vnus ex fratribus ſuis ab inteſtato:quia tũc repelli non deberet à ſucceſſione ſui fratris premortui ipſa ſoror,eſto ꝙ amplius nõ ſunt bona patris à quibus per ſtatutum filia excludebatur , ſed patrimonium ipſius fratris effectum apparet,& cõſequenter ſoror ipſa poſſet ſuccedere cũ aliis fratribus in bonis quondam patris,quæ reperirentur in hæreditate ipſius fratris vltimo loco mortui:vt voluit Bal.&

Pau.Caſt.*in l.1.C.de leg.hær.*Bald.*in c.1 §. quinetiam,nu.3.in tit. Epiſcopū,vel Abbatem,in vſib feud.*Ang.*conſ.*126 *teſtamenti fa-ctio.*10.Campeg.*in tract.de dote,part.5.quæſt.*67 Rom *conſ.*40. *viſis,ac diſcuſſis punctis,& conſtitutionibus,& conſ.* 442. *vt deci-ſionem accipiat.ſub n.1.cū aliis ſeq & in d.l.1.§.veteres.ff. de acq. poſſ.*vbi iſtam opinionem ſequuntur Alex.*nu.*8. *& ſeq.*& Iaſ. *nu* 23.*cum cæteris ſeq.*vbi allegat communem eſſe, *& in l.ſicut maior,nu* 3.*C.de repud.hære.& in l lecta.§.quod ſi ſtipulatus,ſub nu.*6.*ff.ſi cert.pet.*Cur.iun.*conſ.*65. *nu.* 1. & Afflictus etiam *in d. conſtitut.In aliquibus,nu.*22.*& ſeq.*

Sed vbicumq; ſoror eſſet maritata,& dotata à fratre poſt mortem communis patris,ei ſuccedere nequiret ſtātibus aliis fratribus,& præſertim in bonis,quæ habebat tēpore dotationis ipſius ſororis:deberet.n.remanere contenta dote recepta,ſecundū formam allegati ſtatuti:vt voluit gl.*in conſtitut.Regni, vt de ſucceſſionibus,in verb.coniugata.* Affl.*in d.conſtit.In aliquibus,nu* 16.*& in dec.*248.*n.*5.*& ſeq* & eſt tex. expreſſus *in d.conſtit.vt de ſucceſſionibus,*vbi apertiſſimè diſponitur,q̄ cōiugatæ & dotatæ à fratrū ſucceſſione repellātur.Sēper enim in excludendo fœminā à ſucceſſione per exiſtentiā maſcolorū cōſideratur an de bonis illius,de cuius ſucceſſione agitur, dotē receperit.*l.quoniam nouella,in fi.C.de inof.teſta.& l.vt liberis* C. *de collat.*And.de Iſer.*in c.1.de nat ſucceſ.feud.& in d. conſtit. In aliquibus,num.*32. *& in d.conſtit.vt de ſucceſſionibus* , *num.*18.& communiter Doct.*in l.1.§.veteres.ff.de acq.poſſ.*

Nec obſtabit ſororem extitiſſe nuptam,ac dotem recepiſſe poſt mortē patris,vt ſic dicatur dotata de bonis fraternis,& non paternis , iuxta *l ſed ſi plures.* §. a *ff.de vulgari & pupil.*& per Affl.*in d.conſtit.vt de ſucceſſionibus,*10.*not.* quia; cum hæreditas peruenerit ad filios cum onere dandi paragium ſorori, & ſic ex neceſſitate,non diceretur de bonis fraternis , ſed de hæreditate patris , & erit dos profectitia à bonis paternis, non autem aduentitia de bonis fratris.

Vnde ex his cōcluditur excludi ab omnibus bonis,quæ de hæreditate paterna fuerūt:à bonis autem poſtea quæſitis per fratrē ſuccederet fratri vnà cū aliis fratribus:quia de illis bonis nouiter acquiſitis per fratrē non eſt dotata,ſed tātùm de bonis fratris,quæ fuerūt paterna,& trāſierunt cū onere prædicto,videlicet dādi dotem ſorori , & ab illis excluſa repetitur per dotationē:vt elegāter determinauit Afflict. *in d.conſtitu.In aliquibus,nu.*23. Et ita in facto vidimus conſultum,& reſponſum,obtentumq; in anno 1563.per D.Ioannem Franciſcum de Nobilibus de ciuitate Ducali compatrem meum, & Iuriſconſultū equidem emūctæ naris,& inſignis eruditionis,in quo quippè conſilio apparet elegantiſſima,& profundiſſima ſubſcriptio illuſtris D.Ale.Oliuæ cōciuis mei, aduocati cōciſtorialis,& præclaris animi dotibus mirificè ornati.

Et cum præſens res non careat difficultate , ideò inuento alto mari neceſſariò nauigādū arbitror,ne poſt terga diſcrimina,obſtaculáq; obſcura remaneāt , & lectores in labyrinthum erroris facile incidere poſſint. Diſcurro itaq; q̄ hæreditas adita per fratrē , non dicatur amplius hæreditas patris, nec bona paterna,ſed fraterna:ſecund.Bald. *in c.1.§.quinetiā, in tit.Epiſc.vel Abbat.*Iaſ.*in l.1.§.veteres,col.3.ff. de acq.poſſ.& in l.eius qui in prouincia,col.5 ff.ſi cert.pet.* Io.de Neuiz. *in Sylu. nupt.lib.*4.*nu.* 82.Gram.*conſ.cuuli* 53.*in cauſa hæreditatis* , *nu.*9. *& ſeq.*& Cæſarem Vrſil.*in additio. Afflict.in deciſ.*178.*n.*3. vbi explodit,deridétq; diſtinctionem Afflicti , & ſequacium ſuprà relatam *in d.conſtit.In aliquibus,ſub nu.*16. & refert etiam ita obtinuiſſe in facti contingentia in magna curia Vicariæ.

Et ratio eſt:Nam mutata perſona,mutatur quidem conditio rei.*l.per procuratorem,aliàs Paulus.ff.de acq.hæred.*& firmat And.de Iſer.*in c.1.in tit.de nat.ſucceſ.feud.ſub nu.* 14.*cum aliis ſeq.*quòd ad hoc,vt repellatur mulier dotata à ſucceſſione alicuius,requiritur,quòd ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur.& refert,ſequitúrque Afflictus *in conſtit.ob filiorum culpas,nu.*9.*in tit.vt pater ſeruidicati, nihil ex delicto filij poſſit condemnari,in* 2.*part.rub.*9.& idem And.de Iſer. & Affl. *in d.conſtit.In aliquibus,n.*20.*& ſeq.*& Gram.*conſ.cuuli* 31. Vincentius,*ſub nu.*25.*& ſeq.*

Et hinc meritò concludebat Andreas de Iſern. *in d.ca.1.de nat.ſucceſ.feud.in vſibus feudorum* , quòd feudum paternum poſtquàm peruenerit ad filium , non dicatur amplius paternum,ſed ipſius filij.

Et ad hoc vt ab hæreditate patris excludatur filia , neceſſe eſt,vt ſit dotata de bonis patris,antequam tranſeant ad filiū: ſtante maximè,q̄ præmemorata conſtitutio,In aliquibus,eſt ſtricti iuris,& ſtrictè debet intelligi,& ſolūmodò in caſu,de quo loquitur,& nō dilatatur Alex.*col.*151.*n.*3.*vol.*2. *& conſ.*29. *vol.*1.vbi propriè loquitur de antedicta cōſtitu.Regni,In aliquibus.Et inter alia ponderat accuratè quidem conſtitu.illā cōtinere illud verbum,debere(quod neceſſitatem importat) intelligi,q̄ dotata excludatur ſolum,& dūtaxat ab hæreditate dotantis.Et licet ibi loquatur in materia feudali:tamen quātum ad intellectū ipſius conſtitu.concordat cum aliis.Vnde Affl. *in d.conſtit.vt de ſucceſſionibus,n.*23. determinat nō obſtare,quòd filia habuerit dotē de bonis paternis,& frater teneat,& poſſideat per ſucceſſionem bona paterna:quia nō dicūtur amplius ea bona paterna,ſed fraterna: ea ratione potiſſimùm,mutata perſona,&c.vt *d.l.per procuratorē,aliàs Paulus.*

Et ſic demùm ſtatutum excludens ſimpliciter fœminā à ſucceſſione,intelligendū vtiq;foret à ſucceſſione dotātis,&non vlterius:ſecundum cōmunem opinionē omnium in iure ſcribentiū,trutinatam,diſcuſſam,atq; citatā per Curt.iun.*conſil.*65.*caſus talis eſt,ſub nu.*1. Et hanc partem audiui aliàs verbotenus, & in ſcriptis fulcitam ſubtiliſſimis & nouis argumentis,& realiſſimis rationibus per accuratiſſimū,peritiſſimúmque D. Terentium Turcanicum V.I.D.conciuem meū : quē in conſulendo,atq; diſceptando ſemper noui in fractione panis veritatis ſtrenuum defenſorem. Cùm itaque ego infœlix peccator videā quæſtionem hanc cōtrouerſiſſimam,atq; plenam in ſentibus,& ſpinis,in qua certatim omnes variant, difficulter quidem eius exitum,& veritatem inuenire poſſū. Vnde in tam dubitabili,& tenebroſo paſſu,expectarē videre deciſionem ſacri regij concilij Neapolitani pro reſolutione, &extricatione præſentis quæſtionis:& tāto magis,cùm Vrſil. *in add.Afflict.in d.dec.*178.*n.*3. recenſeat præſentem caſum in eo pendere , & controuerti per remedium appellationis indeciſum.Attamen fateor aliàs præſtitiſſe patrocinium in anno 1573 ad fauorem reuerendi D.Marij de Altouatis , contra magnificā D. Violantem eius ſororem,ciues meos,penes grauiſſimum D.Alphonſum de Hoyo,tūc meritiſſimū,& laudatiſſimū auditorē ſereniſſimæ D.Margaritæ de Auſtria,in ciuitate noſtra.quę quidē D.Violantes,cùm prætēderet ſuccedere in bonis Pōpeij ſui fratris ab inteſtato mortui,ſimul cū prædicto D.Mario,conſului ex diſtinctione memorata Afflicti,& ſequacium,prælibatā ſororē non potuiſſe ſuccedere in bonis antedicti Pōpeij ſui fratris:& cùm partes ipſæ vidiſsēt tā magnū torrentē cōtrouerſiarū , nō aliter expectato dubio litis euentu,& ſententia,inter ſe ad concordiam deuenerūt.

Sed ſtatutum hoc excludens fœminas dotatas, an excludat eas ab hæreditate patris decedētis ab inteſtato à bonis vbiq; exiſtētibus,vel à bonis ſolummodò in loco ſtatuti ſituatis?Et quia materia hæc,quomodò,& quibus caſibus forenſis ſtatuti ſubijciatur,confusè admodum tractatur,conſiderandi vtique neceſſariò forent complures caſus.

¶ Et primus eſt,quādo defunctus de cuius ſucceſſione agitur,&fœmina,quæ prætēditur excluſa ab hæreditatē,& is qui vult ſuccedere,omnes ſubſunt iuriſdictioni alicuius loci,in quo viget ſtatutum excludens fœminas : defunctus verò alia bona habebat in alieno territorio,in quo huiuſmodi ſtatutū viget;& quæritur an vires ipſius ſtatuti porrigātur ad iſta bona;ita quod fœmina excluſa à bonis in territorio ſtatuti exiſtentibus,cenſeatur ab aliis,quę alibi reperiuntur excluſa.Et Alex.*conſ.*16.*& cōſ.*128.*vol.*1.Lapus *in alleg.*91.*n.*7.& ibi Quin. Mando. *in add.in litera P.*Card.*conſ.*2.Corn.*conſ.*202.*n.*11. *vol.* 2.*& conſ.*162.*nu.*6.*vol.*3.Iaſ.*conſ.*163.*per totum.vol.*2.*& in l re cōiunctis,nu.*215.*ff.de leg.*3.Goza.*conſ.*49.*nu.* 8. Curt. iun.*conſ.*110. *nu.*7.Pariſ.*conſ.*68.*nu.*9.*vol.*2. omnes indiſtinctè firmauerunt ſtatutū non extendi ad bona in alieno territorio ſita, & plerique ex eis planum faciunt iſtam eſſe communem opinionem:cui inhæret Rota Rom.atteſtante Puteo,*dec.*357.*lib.*1.& hæc eſt quæſt.Bar.*in l cunctos populos,nu.*42.*C.de ſum. Trinit. & fide catho.*qui in ſua diſtinctione eſt communiter reprobatus:vt in medium referauit Curt.iun.*conſ.*5.*nu.*42.

¶ Secūdus verò caſus eſt,quādo defunctus ſtatuto erat quidē ſubditus,ſed tā is qui vult ſuccedere,quā fœmina excluſa, ſunt forēſes.Et in his terminis Bru.*de ſtat.fœ.& cogn.lin.à ſucceſſione exclud. art.*6.1.*q.n.*26.*v.In hoc difficili;* Soc. iu.*cōſ.*25.*n.* 15.*vol.*3.& Ruì.*conſ.*48.*n.*4.*vol.*3.tenuerunt,q̄ fœmina nō excludatur. Mens.n.ſtatuentium nō eſt ſtatuere in cōmodū illorū,quibus incōmodum,& damnum præſtare non poſſunt.

Natta

Natta, *conſ.*148.*nu.*1.*vol.*1. Nam in huiuſmodi ſucceſſione, quæ ab inteſtato per ſtatutum defertur, habenda eſt ratio vocatorum, non autem defuncti: vt concedit Alex. *conſ.*100.*nu.*2.*vol.*3. Et vt idẽ Alex. inquit *conſ.*44.*nu.*15.*vol.*5 requiritur, quòd & perſona defuncti, & is qui vult ſuccedere, ſint ſubditæ ſtatuto. & Alexandrum ſequitur Pariſ. *conſ.*1. *nu.*26.*vol.*3.

¶ Tertius caſus eſt, quãdo & defunctus, & fœmina, & is, qui vult excludere, ſunt forenſes. Et iſte eſt caſus, in quo cõſuluit Rui. *in d. conſ.*48.*col.*3. qui firmat fœminã nõ excludi, cui' opinio adiuuatur, & optima ratione: quia forẽſes nõ debẽt gaudere beneficio ſtatutorũ. Brun. *in d. artic.*6. Pariſ. *vbi ſup.* & Tiraq. *in tract. de primogen. q.*44.*nu.*4. & etiã ex his, quę ſup. adducta fuerunt; & in hoc caſu loquitur etiam Bartol. *in d. q.*

¶ Quartus caſus eſt, quando perſona, quæ venit excludẽda, eſt ſubdita ſtatuto: forenſis autẽ ille, qui prætẽdit ſuccedere & excludere. Et hoc caſu Alex. *conſ.*111.*nu.*3.*&* 14 *vol.*7. concedit, quòd forenſis ſuccedit de iure communi, cũ per ſtatutum ſit remotum obſtaculũ fœminæ: ſed cõtrarium firmauit *cõſ.*41. *per totũ, eod. vol.* & hoc caſu Rota Rom. tenuit in cauſa Parmen. de Valentib. forenſem nõ excludere perſonam excluſam à ſtatuto, cuius tamẽ præcipua intẽtio fuit excludere nubentes extra territoriũ, nõ autẽ includere cõſanguineos.

¶ Quintus caſ. eſt, quando is, qui vult excludere, & fœminæ ſunt ſubditæ ſtatuto, defunctus autem forenſis. Et hoc caſu conſuluit Rui. *conſ.*195.*nu.*5.*vol.*2. fœminam non excludi, licet male: ſecundùm aliquos ex præcitatis doctor.

¶ Sextus igitur, & vltimus caſ. eſt, quãdo is, de cui' hęreditate agitur, eſt forenſis: perſona autẽ, quę vult excludere eſt ſubdita & incola, & fœminę ſunt forẽſes. Qui caſ. cũ in ſpecie diſcuſſus, & decis' nõ reperiatur, authoritatib. decidi nõ põt, ſed rationib' in quib. Doct. inter ſe diſcordes reperio, qui. n. aſſeuerant ſubditũ, & incolã poſſe excludere ſorores, mouentur primò:

¶ Quia cũ ſubditus tãquã incola debet gaudere beneficio ſtatuti, & intẽtio ſtatuti ſit nõ tãtũ excludere fœminas, quã includere maſculos: cũ excluſio oriatur propter incluſionẽ; vnde ipſe põt ſui incluſionẽ tãquã id dp fuit principiũ in mẽtem ſtatuentium allegare contra forenſem, dicentem excluſionem ſibi non obſtare.

¶ Secundò, ſi quando vterque eſſet ciuis, maſculus excluderet fœminam: multo magis dicendum eſt, quòd ex tacita ſtatuentiũ mente excludat forenſem non agnitam à ſtatuto, & ideò malè conſuluit Alex. *conſ.*44.*vol.*5. vt ibi in additione.

¶ Tertiò cũ Bar. diſtinctio *in d. l. cunctos populos. n.*42. quod ſi ſtatutũ loquatur in perſonã, ſi defunctus erat forenſis, ſtatutũ nõ liget: ſi autẽ ſubditus ſtatuto, ſecus, ſit cõmuniter reprobata; neceſſe eſt, q̃ Doct. noluerint conſiderari perſonam defuncti, & reprobent Bar. etiã quando defunctus eſſet forẽſis. Doct. n. vt plurimũ generaliter loquendo reprobãt diſtinctionẽ Bar. & conſequenter intelligunt ſtatutũ habere locũ, ſiue defunctus ſit forenſis, ſiue ſubditus. Cyn. *in d. l. cunctos populos. col. fi.* & Bald. *nu.*17. *cũ ſeq.* Alex. *conſ.*19.*nu.*7.*vol.*6. vbi apoſtil. & eadem *conſ.*44.*vol.*5. q̃ iſta eſt cõmunis, & vera opinio. Soc. iun. *conſ.*25.*nu.*8. *cũ ſeq. vol.*3. Brun. cumulatiſſime in loco pręcitato. Ioan. Le cirier, *de primogen. lib.*2.*q.*7.*nu.*6. Pariſ. *conſ.*84.*nu.*42. *& ſeq. vol.*1. Tiraq. *de primogen. q.*46.*num.*2. qui *in fine d. quæſtionis* planũ facit ita ſeruari in Gallia, & Natta *conſ.*148.*nu.*1.*vol.*1. *& conſ. ſeq. nu.*13. *&* *conſ.*14.*vol.*3. Et opinio hæc adiuuatur ex eo, quòd perſona defuncti nõ videatur habenda in conſideratione, cùm ſtatuentes prouideant non defunctis, ſed ſuperſtitibus. Reſpectu enim defuncti ſtatutũ non poteſt diſponere, niſi de rebus: cùm enim poſt obitum perſonę tractetur de ſucceſſione ipſius, ipſa perſona non eſt habenda in conſideratione, ſed perſona potius, cui ſtatuentes prouidere voluerunt: alioquin nullus daretur caſ. in quo procederet antiquorum Doctor. opinio, & eorum, qui illos ſequuntur, qui conſtituunt commu. opin. vt ex eorum numero ſupra allegato, vt ex authoritatibus eorum, qui teſtantur de communi, apparet, niſi detur iſte.

¶ Quartò, quia Doctor. antiqui ea moti ſunt ratione, ſiquidem, ſtatutum quomodocunque ſit conceptum, ſemper de bonis dicitur diſponere. Cyn. *in d. l. cunctos populos*, cum aliis pręcitatis, & quamplures refert d. apoſtil. ad Alex. *in d. conſ.*44.*vol.*5. *& in conſ.*16.*vol.*1. quę dicit, & explanat hanc rationem veram, & diſtinctionem Bar. verbalem.

¶ Nec illos mouebat maximus numerũ, & caterua Doct. quos refert Rol. *conſ.*24.*vol.*3. Alex. enim *conſ.*41. *in fin. vol.*7. quærit, an ſtatutum cõprehendat clericum. idem *conſ.*111.*n.*3. *&* 14. *eod. vol.* loquitur iuxta quartũ caſum, cuius contrarium tenuit *in d. conſ.*41. *in prin.* & in his terminis procedit conſ. Bald. 460. *vol.*1. & Sign. 168. loquitur in lõgè diuerſa materia, Abbas etiam *conſ.*52.*n.*2.*vol.*2. quærit an ſtatutũ reſpiciens ſolennitatẽ actus, liget forenſem. Soc. *conſ.*97.*vol.*1. loquitur in ſtatuto habilitatẽ notariũ, & ſequitur opinionẽ Bart. q̃ ſtatutum loquens in rẽ, afficiat forenſem. idẽ *conſ.*132. *vol.*2. loquitur de ſtatuto habilitante minorẽ. Corn. *conſ.*45. *lib.*1. ne verbum quidẽ, *&* *cõſ.*152. *eo. lib.* loquitur etiã in aliis terminis Iaſ. *conſ.*59.*col.*2.*vol.*3. agit de ſtatuto, q̃ minor habeatur pro maiore. Areti. *conſ.*54.*col.*2. loquitur de ſolennitate adhibẽda per mulierẽ. Tiraq. *de legib. connub. Gloſſ.*1.*nu.*225. Marſ. *in l. fi. n.*91. *de iuriſd. omn. iud.* Brun. *conſ.*20. Alciat. *conſ.*84.*n.*2. Franc. Marci *deciſ.*155. *in fine*, & Natta *conſ.*47. oẽs tractant longe diuerſas materias ab iſta, de qua agitur, & Dec. *conſ.*276. *vol*3 *ver.*2. refert doctrinam Bart. ſed aſſerit, quòd requirit altiorem indaginem, qui omnes ſi deducantur ex his, quos refert Rol. non admodum multi pro ſua opinione remanebunt.

¶ Prętereà oẽs ſequi videntur Bart. quãdo tã is, qui vult ſuccedere, quã is qui vult excludere sũt forẽſes, quorũ opinio cõuenit his, quę primo, & ſecũdo caſui ex ſupra diſtinctis dicta fuerũt, qui nihil habent cõmune cũ propoſito: cũ is qui vult excludere ſit ſubditus ſtatuto, & conſequenter ab eo vocatus.

¶ Qui verò contrariã opin. tenebãt, mouebãtur, q̃ veniens ab inteſtato, venire dicitur ex tacita defuncti voluntate. *l. ſi quis cũ nullũ, & l. conficiuntur. ff. de iure codicil.* & illa voluntas defuncti cenſetur conformis ſtatuentiũ menti. Bar. *in l. heredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebel.* quod nẽpè intelligendũ eſt ſec. legem ſuæ patriæ. Georg. Natta, *in tract. de ſtatu. q.*2.*v.*36.*v.*7. *&* 8. Si igitur pater in propria patria potuit ſec. legem ipſius patrię vocare filias vnà cum filio, ita & tacitẽ. quòd argumentũ fuit Iacob. Butrig. *in d. l. cunctos populos, in* 3. *col. verſ. Quidã dicunt* & Salyc. *ibid. n.*13. *& ſeq.* & Putei *deciſ.*31. *lib.*2. licet non ſit deciſio, ſed votum particulare ipſius datum Ioanni Aloyſio Aragoniæ, qui ſequutus fuit opinionem Putei, & vidi in voto ſuo iiſdemmet rationibus, quę leguntur *in d. deciſ.*

¶ Secundò, arguebãt à cauſa teſtati ad cauſã inteſtati, Bal. *in l. precibus. C. de inoffic. dot.* & Euerar. *in loco à cauſa teſtati.* Sicut. n. ſtatutũ excluſiuum fœminarũ ceſſat ſtãte teſtamento. Alex. *conſ.*131.*n.*2. *in fi. & n. ſeq. vol.*1. Iaſ. *in l. ſi emancipati. nu.*34. *C. de collat.* & Rui. *conſ.*144.*n.*15. *& conſ.*152.*n.*3.*vol*2. cum aliis, de quib. per Tiraq. *in l. ſi vnquã, in verſ. Suſceperit liberos, n.*123. ne filię fœminę ſint deterioris conditionis, quã extraneus. Et quia ſtatutum diſponit in cauſa inteſtati, cui diſpoſitio ex teſtamento refragatur: ita etiã debet ceſſare in cauſa inteſtati. Voluntas. n. tacita teſtatoris habetur pro expreſſæ: vt *in d. l. ſi quis cũ teſtamentum nullũ*, ponderanda ex ratione tex. *in illis verbis: Intelligitur omnino is quoque hæres ſcriptus.*

¶ Quibus in contrariã partem inclinantes reſpondebant, q̃ opinio Salyc. reprobatur per Doct. & Bal. *in d. l. cunctos populos, n.*17. & Alex. *conſ.*128. *co.*3. *vol.*1. & Cor. *conſ.*162 *propè fin. vol.*3. & quòd in caſu Putei defunctus erat ciuis, & inter forẽſes de ipſius ſucceſſione agebatur, ſec. terminos ſecundi caſ. ſup. conſtituti: hîc verò verſamur in caſu, in quo ciuis vult excludere forenſes à ſucceſſione bonorum illius, qui non erat ſubditus ſtatuto, ſed habebat bona in territorio ſtatuẽtiũ, & allegabatur ad hoc præmemorata deciſio Putei 357. *lib.*1. *in ep. Dubitaui ego ſecundo Octobris*, & in Rota fuiſſe reſolutum teſtatur, quòd ſtatutum Parmen. excluſiuum fœminarum nõ porrigitur ad bona exiſtentia extra territorium, quę Rotæ deciſio vnà cum opinione omnium, qui firmant ſtatutum nõ extendere vires ſuas vltra ſuum territorium: neceſſe eſſet cõcludere, quòd ſit falſa, ſi præſumendum eſt mentem teſtatoris decedentis ab inteſtato fuiſſe conformem ſtatuto patriæ ſuę, & ita indirectè ſtatutũ habebit locũ extra ſuũ territoriũ.

¶ Quò verò ad argumentum à cauſa teſtati ad cauſam inteſtati, aſſerebant Doct. ipſi, quòd ex eo ſequeretur, q̃ nunquã daretur caſus, in quo ſtatutum excluſiuum fœminarũ locum haberet. Nã ſi ex pręſumpta mente teſtatoris deberet ceſſare diſpoſitio ſtatuti, ſicut per expreſſam, certè daretur pręſumptio, quod ex ęqualitate affectionis erga filios vtriuſque ſexus defunctus ab inteſtato ex æquis portionibus ſemper vocaſſet maſculos, & fœminas: & eò magis, cùm mens ipſius adiuuetur ex diſpoſitione legis maximum vitium *C. de liber. prater.* quæ cùm ſit clara adiuuat dubiam defuncti mentem,

ex quo ſtatutum redderetur eluſorium, quod eſt abſurdum. Ruin. *conſ.160.num.4.vol.4.* cum mille ſimilibus.

¶ In hac igitur quæſtione plena ſentib', & ſpinis, in qua certatim omnes ita variãt, vt difficulter eiuſrei exitum inuenire poſſim, videndũ eſſe duxi de veritate opinionis Salyc. *in d.l. cũctos populos.n.14.verſ.Si verè bona.Cod. de ſumma Trin. & fide catho.* an ſit vera, vel pro ipſa, & an cõtra ipſam ſit cõmunis opinio: & infiniti prope Doct. tutrinãtes hũc tenebroſum, diſputabilẽmq; articulum in mediũ reſerauerũt illam eſſe cõmuniter reprobatã, & præſertim Tiraq. *de primogenit.q.46.n.15.& 23.* & contra illam vigent duæ concluſiones pariter cõmuni calculo receptæ, videlicet, quòd ſtatutum non porrigit vires ſuas extra ſuum territorium. magis communem pateſacit Crau. *conſ.30.n.3.* qui plures refert, Rub. Alex. *conſ.71.in vl. dubio.* & Tiraq. *in loco allegato, nu.1. & ſeq.* & hanc opinionem ſequuta fuit Rota Rom. *in deciſ. Putei 355.lib.1.*

¶ Altera etiam eſt, ꝙ ſtatutum, ſiue ſit conceptũ in perſonam, ſiue in rem, ſemper afficiat bona contra diſtinctionem Bar. quam opinionem eſſe communẽ teſtantur allegati in diſcurſu in 3. fundamẽto Doctorũ aſſeuerantium, ſtatutum excluſiuum fœminarum habere locum, etiã quando teſtator, & perſona excluſa ſunt forenſes: quæ quippè opinio vix poteſt habere locũ in alio caſu, præterquã in hoc, in quo verſamur: vt ex diſtinctione caſuũ, quæ habetur in diſcurſu videri põt.

¶ Quò verò ad veritatẽ rationis, quę per Saly. allegatur, pariter explanauerũt Doctores. illã non ſubſiſtere, nititur. n. in diſpoſitione *l.conficiuntur.ff.de iure codic.* vbi hæredes venientes ab inteſtato, ideò intelliguntur inſtituti ex teſtamento, quia creditur, ꝙ teſtator relinquendo ab illis fideicõmiſſum, illos hæredes inſtituerit: quæ ratio Baldo Corneo, & aliis allegatis in diſcurſu non placet: quia hæc eſt præſumptio, & ſupra præſumptionem diſpoſitio: & ideò Gloſ. *ibi in verſ. Creditur*, dicit, quod non admittit probationem in contrarium. ex quo Bald. ibi colligit, ꝙ ſi defunctus reputauerit hæredẽ ab inteſtato indignũ, & inteſtatus deceſſerit, ipſe hęres ſuccedet perinde ac ſi fuiſſet inſtitutus, non obſtãte reputatione defuncti. Lex. n. eſt, quæ defert hæreditatẽ decedentiũ ab inteſtato. *l.2.§.hæc autem bonorum.ff.vnde legit. & §.1.Inſtitut.de hæredit.quæ ab inteſtato defer.ibi in illis verbis ex l.12. tab. quæ denotant eam immediatam.* Vnde licet perſona defuncti ſit cauſa mediata, tamen immediata debet attendi. Sarn. *in regn. de iur. quæſt.non toll.quæſt.3.prope finem.verſ. Et hoc plurimum*, cum aliis congeſtis per Tiraq. *in tract. ceſſan.cauſa, limit.20. nu.6.* Et ideò non à teſtatore, ſed à lege dicuntur habere titulum. Bal. *in l.ſi emancipati, nu.11.C.de collat.* Io. de Garron. *in repet. auth. ex teſtamento.C.de ſecund.nupt. nu.7. & ſeq.* Non enim poteſt dici inſtitutus, licet veniat ex tacita mente defuncti. Mar. Salom. *in repet.l. Gallus.in prin.nu.39.ff.de liber.& poſthum.*

¶ Præterea ſicut ex præſumpta mẽte defuncti nõ poteſt argui, ꝙ in bonis in alieno territorio exiſtẽtibus ſuccedatur, ſecundũ ſtatutũ ſuę patrię, & originis: quia cẽſetur cõformare ſe cũ diſpoſitione iuris cõmunis, ꝙ ſtatuta nõ porrigũt vires ſuas extra territoriũ: ita iſte forenſis cenſebitur ſe cõformare cũ diſpoſitione iuris cõmunis volẽtis, ꝙ ſuccedatur ſecundũ ſtatuta locorũ, in quibus ſita ſunt bona, cùm præſumatur quodãmodò hæc ſtatuta ſciuiſſe: quia de illis ſaltem in genere potuit cogitare. Are. *cõſ.11.n.4.* Ale. *cõſ.33.n.29.& ſeq.vol.2.* Ex alio etiã tollebãt Doct. diſpoſitionem *d.l.conficiuntur*, vt non mirum ſit, ſi ibi ex fideicõmiſſo iniuncto hæredibus ab inteſtato, iidẽ ex teſtamẽto cenſentur inſtituti: quia cùm aliter grauari nõ poſſunt. *l. ab eo.C. de fideic.* in neceſſariũ antecedens cẽſetur eos teſtator honoraſſe. Sicut dicitur de ſeruo ſimpliciter hærede inſtituto, cui in neceſſarium eſt relicta libertas, de qua nulla fuit habita mẽtio. *l.quidem. C. de neceſſ. ſeru.hære.inſt.§.1.Inſt.quib.ex cau.manumit.non licet.* Nõ quippè obſtant authoritates, quæ allegantur ad probandum, quòd quando teſtatur eſt forenſis, ſtatutum loci, in quo ſita ſunt bona, non debet attendi: quia Ruin. *conſ.48.vol.3.* reſpondet in caſu, quo & defunctus, & is qui volebat excludere, & fœmina excluſa erant forenſes. Idem *conſ.49.nu.5.eod.volu.* receedit ab opinione pro qua allegatur, *nu.7.* idem *conſ.39.nu.16.v. Nec prædictis, vol.1.* loquitur in caſu, quo teſtator erat ſubditus, & bona erãt in territorio ſtatuẽtium. Iaſ. *conſ.80.n.3. vol.3.* videtur facere in contrarium, dum vult in ſucceſſione habentis bona in diuerſis locis attendi debere ſtatuta vniuſcuiuſq; loci. Grat. *conſ.21.n.30.vol.1.* fuit potius in contrariũ, dum firmat, quòd attendatur perſona filij ſubditi ſtatuto excludente matrem, non autem matris forenſis. & hanc opinionem dicit magis communem Alex. *conſ.19.nu.7.vel.1.* proponit caſum, quando defunctus ratione incolatus erat ſubditus ſtatuto: no autem verſamur in defuncto forenſe.

¶ Præterea ipſe teſtatur de cõmuni, ꝙ ſtatutũ ſiue ſit conceptũ in rem, ſiue in perſonã, ſemper afficiat ipſas res. idem *conſ.44.vol.5.* reprobatur per addit. Cur. iun. *conſ.5.n.42. verſ. Ad ſeptimũ.* meminit de communi concluſione diſtinctionis Bar. Et licèt aſſeueret, ꝙ debet attendi domicilijũ viri, tamen adijcit copulatiue, & vbi bona ſunt ſita: nã ſi ſimpliciter attẽdi deberet locũ domicilij, ſequeretur, ꝙ adhæreret opinioni, quàm ipſemet reprobatã communiter teſtatur & Butrigarij, qui pariter cõmuni voto Doctorũ omnium reijcitur. Berous *conſ.60.n.30.& ſeq.* loquitur in diuerſo ſtatuto, videlicet prohibente aliquid relinqui. Et mouetur, ꝙ ſtatutũ loquens in perſonam, nõ afficiat forenſem, & nõ ex ratione Saly. Soc. *conſ.36.nu 4.* ſequitur opinionẽ Salyceti, quòd ſtatutũ loci originis porrigat vires ſuas extra territorium, quæ eſt dãnata, Natta *conſ.581.nu.24.vol.3.* eſt merus relator opinionũ, & de veritate illarũ nihil affirmat, ſed vnamquamque earũ ſupra quo cõſuluit dicit applicari: & ita Capha. *conſ.309.n.68.vel.3.* Rimin *conſ.268.n.14.vol.2.* nititur ea ratione, quòd defunctus cenſetur relinquere bona vẽniẽtibus ab inteſtato, quibus cõtra ſuam voluntatẽ non poteſt adimere hæreditatẽ: quæ ratio falſa vtiq; eſt, cùm diſponendo de rebus ſtatuta ligent etiã forenſes, vt inquiunt Doct. omnes. Pariſ. *conſ.53.nu.84.* ſequitur diſtinctionem Bart. quæ pluries dictum fuit, diſcernitur apertiſſimè cõmuniter reprobata. Crau. *conſ.271.nu.4.* cõſuluit in ſtatuto dante formã actui. Votũ Putei *inter ſuas deciſiones 31.li.2.* cõtinet diuerſum caſum à propoſito, videlicet, quãdo defunctus erat ſubditus ſtatuto. Et nõ ſequitur, quòd rationes, quas ipſe ſequutus extitit, fuiſſet etiã amplexus quãdo defunctus eſt forenſis, & is qui vult excludere eſt ſubditus. Ex quibus reducẽdo omnia, quàm ſimpliciſſimè ad veras, & genuinas ſententias cõcurro cũ regula, quòd quando defunctus, & perſona ſunt forẽſes, is vero qui agit ad excluſionẽ ſubiacet ſtatuto excluſiuo fœminarũ, excludat ſorores vigore *l.maximum vitium.C.de liber.præt.* prætendẽtes ex æquis portionib. cum fratre ſuccedere. Viuius.

68 Satutũ excludẽs fœminas propter maſculos, nõ habet locũ in hæreditate clerici, ex vna cõmuni, licet contrariã dicat magis com. Burſ. *conſ.93.n.16.& 36.* & vide *conſ.76.nu.28.lib.1.*

69 Satutu in quo cauetur, ꝙ primogenitus ſuccedat in hæreditate paterna, etiã ſtãtibus aliis liberis, ſortitur effectũ cõtra clericũ, vel filios, qui effecti sũt clerici. Io. de Rip. *in lib.1. de legib.reſpõſ.2.n.2. & in reſpõſ.6.n.11.* commun. dicit. B. Vill.

70 Clericus agnatus excludit fœminam propter ſtatutum excluſiuum fœminarum ſtantibus maſculis, ex magis cõmuni per Burſ. *conſ.93.nu.27.lib.1.* vbi *nu.44.* dicit, quòd clericus ſecundo genitus, ligatur ſtatuto laicorum, licèt ſit factus clericus poſt ſtatutum. ſecundùm magis communem per Burſ. *ibi, & nu.29.* quòd clericus vtens ſtatuto laicorum ad ſui fauorem, & eodem contra ſe vti debet.

71 Statutũ excludẽs matrẽ per patrẽ, nõ extẽditur ad patruũ magnũ. Iaſ. *in l.ſi mater.n.2.C.de ſucceſſ.edi.* communem dicit.

72 Statutum excludens aliquem à ſucceſſione, an intelligatur ipſum excluſiſſe quoque à petitione legitimæ? Reſpon. quòd in iis caſibus in quibus ſtatutum poteſt in ſpecie aliquẽ excludere à legitima, ſi excludat ipſum generaliter à ſucceſſione, intelligitur quoq; excluſiſſe à petitione legitimæ. vt firmat Ang. *conſ.105 incip.ſtatuto cauetur.* Pau. de Caſt. *conſ. 110.incip.ſi domina cornelia. & conſ 135.inci.viſo puncto.* Alex. *l. Gallus. §. & quid ſi tantum .ff.de liber. & poſthu.* vbi ſubdit ſe nunquam voluiſſe conſulere pro parte contraria. eandem dicit eſſe communem Socin. *conſ.288.cum ſeq.vol 2.* & Dec. *conſ.26.* cum multis per eum alleg. *& in conſ.276.* Aym. Crauet. *conſ.11.& vltimo.* Dec. *conſ.305.nu.9.* & eam tenet Bald. *in l.cum lege.C.de epiſc.& cler.* vbi dicit, quòd fauore agnationis & familiæ, quæ per maſculos conſeruatur, poteſt ſtatutum in totum legitimam tollere. & tenet Curt. iun. *conſ.10.* licèt ab alimentis excludi non poſſint. Eãdem cum pluribus allegatis dicit eſſe communem Thom. Grammat *deciſ.101.num.6.*

In iis autem caſib. in quibus ſtatutum non poteſt aliquem in ſpecie excludere à legitima, ſtatutum excludens aliquem ſimpliciter à ſucceſſione, nõ intelligitur ipſũ excluſiſſe à pe-

tutione

titione legitimæ.ita communiter teneri firmat Soc. in conſil. 150.vol.1.

73 Succeſſio fit ſecundũ ſtatutũ loci, vbi ſita ſunt bona, quãdo defunctus dicti loci erat ciuis, non autẽ ſecundũ ſtatutum originis, ſecundum communem per Burſ. conſ.8.nu.35.lib.j.

74 Quæro, an ſtatutũ de hæreditate ab inteſtato aliter diſponẽs, quàm iure cõmuni cautum eſt, extẽdatur ad bona extra territorium ſtatuentiũ ſita? Reſp. in hoc articulo doctor. variè loquuti ſunt. Bar. in d.l.1. C. de ſum. Trinit. diſtinguit, an ſtatutũ cõceptum ſit in rem, vel in perſonam. Primo caſu, vt ſi ſtatutũ dicat, quòd bona defuncti perueniãt ad filium primogenitum, vel quòd bona deſcendentium perueniant ab inteſtato ad aſcendentes excluſis tranſuerſalibus, tunc debent attendi ſtatuta iſtius loci, in quo bona ſita ſunt.

Secundo caſu, vt ſi ſtatutum diſponat quòd primogenitus diſcedat, vel quòd aſcẽdentes ſuccedãt ab inteſtato deſcendẽtib. excluſis tranſuerſalibus, tunc ſtatutũ extendit etiam effectũ ſuum extra territorium ad quæcunque loca. Ita tenet Pract. Papienſ. de for. libell. quo pet. hæred. ex teſta. verb. vallatum.

Contraria tamen opinio cõmuniter recepta eſt, quòd ſ. ſtatutum in ſucceſſione ab inteſtato aliter diſponens, quàm iure communi ſtatutum eſt, nullatenus ad bona extra territorium ſita extendatur, ſiue ſit conceptum in rem, ſiue in perſonã, vt firmat Alex. conſ.128. & conſ.16.vol.1. Card. Pariſ. conſ.84.num. 43.vol.1. Vide Burſ. conſ.6.nu 35.lib.j. M. Graſſus.

75 Statutũ diſponẽs ſuper gradibus, vel de gradibus loquẽs debet interpretari, & intelligi de gradibus iuris ciuilis, & fieri cõputatio graduũ, ſecundũ ius ciuile. ita tenẽt, & cõcludũt per quamplures rationes Iac. Butr. & Bal. in l. fin. C. de ſucceſſ. edict. & inter alias rationes aſſignant iſtã, quia cõputatio graduum ſecundũ ius canonicũ eſt impropria, ſequitur ibi Ale. in 6. Bar. l. iuriſconſultus. §.1. ff. de grad. affi. & in d.l.fi. & idẽ ibi Saly. & Iaſ. in d.l fi. nu.12. & Dec. nu.14. & Alber. Brun. in tract. quòd ſtantibus maſculis art.5.nu.20. ſub quæſt. 2. vbi etiam latè diſtinguit ante nu 20. & idẽ conſuluit Bar. conſ. exordiente, quæritur vtrum gradus. & iſta eſt com. opi. vt per Cot. in memoral. in ver. graduum computatio. & Moder. in d.l.fi. vbi Iaſ. Dec. & alij ſcriben. ampliãt, limitant, ac latè declarant in pluribus caſibus dictam communem. Et quia etiam cõputatio ipſa graduum regulariter fieri debet ſecundum computationem iuris ciuilis, non autem canonici etiam in terris eccleſiæ. Nam computatio graduum quæ fit de iure canonico, habet locum duntaxat quoad matrimonia, & non quo ad alia: vt firmauere gloſ. & alij omnes doctor. in § hactenus. Inſtitut. de grad. cogn. Cyn. Bald. Alex. Iaſ. & cæteri in d.l.fi. & Fely. in c. ex literis. de conſtitut. vbi dicit iſtam communem opinionem. Viuius.

76 Agnatis defertur hæreditas per ſtatutum excludens fœminam, ſtantibus agnatis maſculis: & actio competit eis maſculis pro ea conſequenda. Iaſ. in l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. nu. 3. de leg. j. quem refert Ioan. Nico. in l. generaliter. nu. 46. C. de ſecund. nupt. B. Villalob.

Vnde vir & vxor.
TITVLVS IX.

VXor, ſeu mulier ſuccedit in quarta parte bonorũ viri, & ſic mariti ſui, ſi liberi non ſint vltra tres; aliàs ſuccedit in virili portione, quo ad vsũfructũ, proprietate liberis ipſis reſeruata: ſecũdũ indubitatã, & communem opinionem omnium ſcribentiũ, in auth. præterea. per tex. ibi. C. vnde vir & vxor. Si verò filij non extãt, tunc ſuccedit etiam in dominio, & proprietate. §. quia verò legem dudum poſuimus, in auth. vt liceat matri & auiæ.

Si autem nullus deſcendentium, vel aſcendentiũ extet, ſed ſolummodò tranſuerſales: tunc ſimiliter mulier ſuperſtes laborans inopia, lucratur quartã partem bonorum, etiam quo ad dominium, & proprietatem: vt voluit glo. in d. §. quia verò legem dudum poſuimus, in verſi. in talibus, in fi. & in d. auth. præterea. in ver. Non extantibus, vbi omnes ita firmant.

Et iſta cõcluſio ita, & taliter enucleata, ampliatur procedere etiam in viro, qui tanquàm pauper vxori ſuæ defunctæ diuiti ſuccedit in quarta parte bonorum ſuorum: vt eſt tex. in §. ſi. aliàs, quoniam verò ad clementiam, ante finem, in auth. de exhibendis reis, & ibi Gloſ. in ver. In illius deſcendentis. & Iaſ. ſub nu.1. & alij omnes in d. auth. præterea.

¶ Sed allegando d. §. quoniam, in Curia noſtra de menſe Septẽbris præſentis anni 1573. in facto, in cauſa Magnifici D. Fabij, Cornerij, Iuriſcõſulti Aquilani, prætẽdentis quartã in bonis ſuæ vxoris diuitis defunctæ abſque liberis; perſpicaciſſimus D. Ioſephus de Ruſticis, aduocatus partis aduerſæ, tunc aſſerebat, d. §. quoniam, allegari no potuiſſe tanquàm correctum, cui ex tempore reſpondendo, replicabam nunquàm talem legem inueniſſe correctam.

Et quòd d. §. quoniam, remaneat in ſui viridi obſeruantia, & quod non corrigatur aliquo modo per d. §. quia verò legem dudum poſuimus, voluit, & conſtanter firmauit ſpecifice, & expreſſe Gloſ. ibi, in ver. In talibus.

Imo legatum factum coniugi non tollit dictam ſucceſſionem, ſed computatur in partem. tex. eſt in d. auth. præterea. C. vnde vir & vxor.

Iſta vero ſucceſſio, nota, habet locum, quando matrimonium eſt abſque dote, vel cum parua dote: vt declarat Alex. & Iaſ. poſt alios Doctor. communiter, in d. auth præterea.

Et dos iſta intelligitur parua, quando non ſufficeret ad alimoniam vxoris, & iſta eſt communis opinio: vt conſtat ex congeſtis, relatiſque per Barb. conſ.74. Scripti, lib.4.

Quod quidem procedit etiam ſi coniugi, poſt acquiſitionem huiuſmodi quartæ, ſuperuenirent diuitiæ. Nam poſt effectum conſummatum, ceſſante cauſa, non ceſſat effectus. l. fi. C. vnde liber. & latè per Dec. conſ.24. pro virili.

Ampliatúrq; prædicta vltimo loco ſimiliter procedere, ſi teſtator expreſsè prohiberet vxori ſuæ in teſtamento detractionem iſtius quartæ: nam teſtator nõ poteſt prohibere dictã detractionẽ: & ſic ita debetur ipſa quarta ex teſtamento, & cõtra voluntatẽ mariti, ſicut ab inteſtato: ſecundũ Glo. in §. ſin verò expreſſim, in verſ. Heredẽ, in auth. de hæred. & falcid. cũ qua ſentiũt omnes Doctores cõmuniter: vt patet ex congeſtis per Alex. in d. auth. præterea, & per Scrib. in l. ſi cum dotẽ. §. ſi pater. ff. ſol. matr. & ſequitur etiam, & cõmunẽ dicit Dec. in d. conſ.24. ſub nu.6. Corn. conſ.4. ſub nu.3. vol.4. Rolan. à Val. conſ.72. Statuto ciuitatis Caſalis diſponitur, vol.1. Ioannes Baptiſta, Plotus conſ.168. Ieſus Rex æterna gloriæ, n.45. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, vol.1.

Vbi hoc ampliat in caſu ſtatuti cõtrariũ diſponẽtis procedere etiã. Et cõfirmatur hoc ex dictis per Bald. in l. filium quẽ habentem, col.10. verſ. Deinde quæritur. C. famil. ercisc. licet Saly. & malè in d. auth præterea, teneat contrarium.

Interpretantur prædicta vlterius, quòd illa quarta, quæ debetur ex diſpoſitione d. auth. præterea, marito inopi, præmoriente vxore locuplete, locum habeat, tam condito teſtamento, quàm ab inteſtato, & ſic contra voluntatem vxoris: ſecundùm Doctor. omnes in d. auth. præterea, & iſtam ait eſſe communem opinionem Corn. conſ. 4. col.2. & 3. vol.4. & Soc. conſ. 121. col. 4. vol. 4. & Dec. in d. conſ.24. ſub nu.6.

Et tũc vxor indotata, viro ſuo defuncto teſtato, cũ prohibitione perceptionis quartæ, poſſet cõſequi prædictã quartam bonorum viri conditione ex lege, vt debitum neceſſarium ſecundùm Gloſ. in d. §. ſi verò expreſſim, in ver. Heredem Paul. Caſtren. Bald. Rom. Alex. & alios in d. auth. præterea.

Sed vbicunque mulier moreretur teſtata, vel inteſtata, tũc maritus inops accipit ipſam quartã à ſeipſo, propria autboritate vt hæres, vtẽdo iure, & actione retẽtionis pro eadẽ quarta in bonis mulieris diuitis, nõ expectata aditione hæreditatis faciẽda per inſtitutos, vel hæredes veniẽtes ab inteſtato. d. §. quoniam verò ad clementiam, & ibi Gl. in ver. In illius. Cor. in d. conſ.4. ſub nu 5. & ſub nu.7. & Natta, cum aliis concertatis per eum, conſ.605. manifeſta eſt iuris nouiſſima diſpoſitio, num.9. vol.4. & ita obtinui de præſenti menſe Septẽbris 1573. in Curia noſtra, in cauſa prælibati D. Fabij Cornerij, qui poſt mortem D. Paulæ Antouiæ ſuæ vxoris, retinuit eius domum pro quarta ſibi ſpectante, & petiit conſeruari in poſſeſſionem dictæ domus, pro moleſtia, quæ ſibi inferebatur ab hæredibus tranſuerſalibus ab inteſtato eiuſdem mulieris. fuit iudicatũ in Curia prædicta per D. Iudicem, D. Bartholomæum de Goriostriola Hiſpanum, virum inſignis literaturæ, antedictum D. Fabium, ſimul cum aliis hæredibus mentionatis, conſeruandum eſſe in poſſeſſione domus memoratæ. Viuius.

2 Maritus & vxor ab inteſtato adinuicem ſibi ſuccedunt, l. j. C. vnde vir. vbi videas Cur. iun. qui ponit fallentias, & aliquas reprobat.

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 6. à Dec. in d.l. j. nu.3. Ampliatur in 6. caſib. & limitatur in 5. a Guliel. Bened. in ca. Raynutius. num.230. ff. de teſtam.

Falli

Fallit in 6.caſibus vt per Iaſ.in d.l.1.nu 2.videas Viuium in ſuis concl.in verb.vxor.ſeu mulier.Don.à Fina.

3 Coniuges ſibi mutuò ſuccedunt in quartam hæreditatis partem,ſi ſuperſtites liberi numerum ternarium nõ egrediãtur:aliàs in virilem portionem vel inteſtato,vel defuncti ſpõtè,vel eius in gratiis admittentur.commune inquiunt Corn. conſ.4.lib.4.Soc.conſ.121.lib.4. intellige tamen hoc proceſſurum,ſi aut nulla dos dicta eorum matrimonio ſit, aut tã exigua,vt inde ſeſe vxor alere non poſſet.cõmune ponit Viuius lib.1.opinio.vltim.cum Barba.conſ.74.lib.4. E.Suarez.

4 Vxor quæ ex forma ſtatuti debet lucrari aliquid de bonis mariti,cõpenſatur cum legato ei facto per legatum mariti.Iaſ in authen.præterea.C.vnde vir,& vxor.nu. 20. & Suarez in l.1.tit.de las arras.com.dicit,ſed tamen Ioan. Cora. in cap.1. Miſcell.lib 2 dicit ſibi non placere,nec obſtat huic communi.l.decimaſexta.tau.huius regni, quia ibi maritus nondũ debitor,nec in illo obligatus mulieri:& non eſt mirũ, ſi nõ fiat compenſatio cum legato,quia lucra veniunt ex diſpoſitione legis,& per Segu.in l.3.§.fi.nu.126 ff de liber.& poſthum.& trãſmittitur ad hæredes,etiam ſi non ſint agnati, vt per eũ ibid. ex dicto Bald.in l.fi.C.de bon.matern.& maritus poteſt,durãte matrimonio,alienare etiã inuita vxore.l.205 ſtyli.& l.ord. libr 5.titu.3.l.4.de qua per d.Suarez in titu. de laſgana. & Gome.Areſ.in l.quinquageſimaſecunda.tau. ac Segu.in tract. de bonis duca.durante matrimonio.nu.primo.& Ioan.Lup.in repetit. rub. de donat.int.vir.poteſt etiam alienare, dummodò hoc nõ faciat in fraudẽ vt d.l.205.per d.Lup.in col.364.Sed nota, quòd licet hæc bona ſint mariti,durante matrimonio, & poſſit alienare,ſi tamen ſit condẽnatus,vel maritus perdit omnia bona ex delicto,medietas hęc non dicitur confiſcata.lege, ſeptuageſimaſeptima.tau.quã opin.antea tenuit Segu.in d.tract. nu.15.& Doctor.Ioannes Lup.in.d.repetit.rubric. Villal.

5 Maritus & vxor,ſunt coniuncti.l.fi.§.cũ autẽ in conſinio. & ibi no.Bal.C.de fur.ita volunt Iac.But. Franc. tig. & Sal. in l. maritus.C.de procu & no.gl.in l.Quintus la 1.§. fi.ff. de aur. & arg.leg.Bar.in l.cus eorum.§. affinitates ff.de poſtul. vt refert Alex.in d.l.maritus.vbi ſubdit,quòd tamen non dicuntur propinqui,vel proximi al.tex.not.& ibi Bar.in l.1.C.vnde vir & vx.& in l.cum alienam.C.de lega. Chærian.

De collationibus.

TITVLVS X.

Collatio nuſquã locũ habet niſi inter ſolos deſcẽdentes ſuccedentes ſuis aſcendẽtibus.l.illud. C.de colla.& tria requiruntur ad hoc,vt locũ habeat illa collatio.primũ quòd deſcẽdẽtes veniãt ex primo capite.Secundò,quod ſint in pari gradu,aut quòd ſuccedant titulo vniuerſali:& inter eos deſcẽdentes ſolũ profectitia cõferũtur.l.vlt.C.de colla.Iaſ.in l.ſi emancipati.C.de colla.n. 26.& 28.Boër.deciſ.302. aliàs autẽ quãdo deſcẽdens cõcurrit in ſucceſſione ex teſtamento,vel ab inteſtato cũ alio, quã cũ deſcendente,ceſſat collatio.Cor.conſ.105.in 1.vol.

2 Collatio locũ nõ habet inter aſcendentes ſuccedẽtes deſcendentibus.Alex.de Im.& alij in l. ſi emancipati.C. de collat. Licet autẽ Iaſ.ibi.nu.28.diſputationis gratia,quædã argumenta contra com.adduxerit,quib. reſpondet Dec.num.8.addens fortiores,cõtra cõmunẽ rationes:tamẽ nec ipſe auſus eſt recedere à communi,vt ibi latiùs per eum. Quam commun.eleganter defendit Hieron.Cagnol.in d.l.emancipati.nu. 119.cum ſequen.verſ.ſecundus articulus. Kirchouius.

3 Solum conferuntur,& in legitimam imputantur quæ reperiũtur tẽpore mortis eius,de cuius hęreditate agitur,fallit in 2.caſib.vt per Corn.in l.illud.C.de collat.nu.5. Don.à Fina.

4.Emancipati inter ſe non conferunt.l. ſi emancipati. C.de colla.fallit in 2.caſib.quod not.Sebaſt.Sapia.in d.l.Don.à Fin.

5 Donatio ſimplex facta per patrẽ filio in poteſtate,mortuo patre nõ debet fratrib.cõferri:hãc eſſe com.opi. teſtatur Iaſ. in l.ex teſtamento,C.de collat.Alex.conſ.8.vol.2.Oldrad. cõſ. 151. fallit in 6.caſ.vt per Cor.in aut hẽ.ex teſtamẽto.C.de collat.n.6.

Fallit in 7.caſ.quos no.Iaſ.in d.auth.ex teſtamẽto,n.9.fallit in 8.caſ.vt per Io.Bolog.in l.ſi emancipati,C.de col.n,52. Dõ.à Fi.

6 Filius emancipatus donationem ſimplicem conferre tenetur:hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. in d. auth.ex teſtamento,nu.14.vbi limitat. fallit & fallentia limitatur à Corn.in d.l.ſi emancipati.C.de collat. Don.à Fina.

7 Filius ſtudens,non tenetur conferre libros ſibi traditos à patre cauſa ſtudij,ſed mortuo patre debent eſſe ſui præcipui:hanc opinionem cum 2.limitationibus ponit Iaſ.in l.filia licet,C.de collat.num.3.

Ampliatur in 4.caſibus & limitatur in 5.à Petr. Rebuff. in tract.de priuil.ſchola.priuileg.55. Don. à Fina.

8 Aduentitia non conferuntur,l.vt nemini, C.de colla.fallit in 2.caſibus,vt per Iaſ.in d.l.vt nemini,nu.3. Don.à Fina.

9 Iura quę volunt collationem fieri debere,locum habent in collatione dotis,& aliarũ donationũ inter viuos, & in his locum habet ea collatio.authen.ex teſtamento.C.de collationib. & non locum habet collatio in partibus inæqualibus,in quibus hęredes ſunt inſtituti diuerſimodè.Dec.conſ.58.

10 Si pater dedit vni filiorũ pecuniã ad mercandũ, & talis filius mediãte pecunia patris exercuit mercantias, & multũ eſt ſuperlucratus,lucrum tenetur fratribus conferre.fallit in multis caſibus,quod colligere potes ex diſtinctione doct.in l.illud ſive.C.de collat. Don.à Fina.

11 Soror quæ vult ſuccedere cum fratribus,tenetur dotem conferre,l.filia dotem,C.de collat.

Fallit in 2.caſibus ſecundum Dec.in l.filia dotem.

12 Si à patre data eſt dos filię,quæ viuo patre, mortua eſt relictis filiis,an mortuo auo iſti nepotes, teneãtur imputare in legitimam præfatam dotem.Bar.in conſ.190.incip. Gubernens tenet quod ſic.Dec.conſ.181.in fi.

Contrarium tenet Bal.in l.illam.& vbique. C.de colla.Pet. de Anch.conſ.315.& conſ.365.Pau.de Caſt.in 1.vol.conſ.29.incip.circa primum quæſitum.in quibus locis dicunt, quòd ſi in inſtrumento dotis pater ſtipulatus eſt dotem filiæ reddi, nepotes non tenentur ſibi imputare: quia tunc habent hęreditatẽ iure matris,non autẽ vt de bonis aui.Cor.in 2.vol.conſ.116.in 2. dubio,& conſ.190.& in 4.vol.conſ.168.Bened.in conſ.53.Barb.in 4.vol.conſ.61.in 4.col.& ſeq.& conſ.85.Alex.in 2. vol. conſ. 142. concordat opiniones,quòd aut nepos ſuccedit cum patruo, & tunc quia aſſumit perſonã matris,imputabit ſibi in legitimam,ſicut imputaretur matri.Aut ſuccedit cum aliis nepotibus ſibi paribus in gradu,& tunc non imputabit. & idẽ vult in 1.vol.conſ.24.repetito in 4.vol.conſ.23.Vide etiam in materia Bal.in 1.part conſ.209.vbi dicit,quòd aut liberi ad hęreditatẽ veniunt cũ aliis liberis,& tunc ſibi imputant dotem maternam:aut cum extraneo,& non imputant. Adde etiam Pau. de Caſt.in 1.vol.conſ.109.incip.dubia.de quibus & in conſ. 144. incip.viſis ponderatis.& in 2.vol.conſ.62.incip. dubitatio.& conſ. 124.incip.dubia & conſ.250.& ſeq.Imo.conſ.63.Bened.de Peru. conſ.53.Barb.in 2.vol.conſ.40.Iaſ.in l.quoniã nouella in 2. col. C. de inof.teſt.& l.illã.circa fi.C.de colla.Cor.in 3.vol.cõſ.132.vbi dicit,quæſtionem eſſe dubiam.& quãlibet partẽ eſſe ſuſtẽtabilẽ.& aliquid per eũ in 4.vol.cõſ.168.Ang.in §.fi.Inſti.de inof. te.

13 Dos data filiæ cõputatur ei in legitimam,etiã ſi pater inſtituat talẽ filiã dotatã in legitama.ita notabil.Iaſ.in auth,præterea.in 9.col.vnde vir & vx.al.Bal.in l. quoniam in priorib. in vlt.col.Paul.de Caſt.in l.quoniam nouella in 1.col.C. de inof. teſta.& alia multa.adde Alex.in 3.vol.conſ.57.& in conſ.93.in fi.

14 Quid ſi inſtituat in dote,& legitima, an tunc dos cõputetur in legitimã?Cor.in 3.vol.conſ.200.circa tenet quòd nõ.

15 An in legitimã quàm poſſunt petere filiæ ex perſona patris,computentur dotes relictæ ab auo ipſis filiab. ſeu neptibus.de quo vide Alex.in l.in quartam.in vlt.cap.ff.ad l.fal.& in aliis locis al.per Deciũ.conſ.81.in 6.dubio. & eſt conclu. quòd quando dotes datæ fuiſſent ab auo contemplatione neptum non imputantur,ſecus ſi cõtemplatione filij.de quo remiſſiuè per Alex.in 5.vol.conſ.165. circa fi. & in conſ. 179. Ang. conſ. 78,& ſeq.

16 Dos data filiæ meæ à patre meo,non cõputatur mihi in legitimam.per Alex.in 1.vol.conſ.26.in 2 dubio.Cor. in 4. vol. conſ.34.Dec.conſ.66.in fi.Fac.quod vult.Alex.in 5.vol. cõſ.138. vbi dicit,quòd donatum ab auo nepoti cenſetur aduentitiũ. Contrarium tenet ipſe Alex.in 4.vol.conſ.31.ibi, ſed iuxta hoc eſt viden.vbi dicit contrariam op.procedere,quando appareret patrem meum non contemplatione mea,ſed filiæ dotem dediſſe.in dubio autem præſumitur contemplatione mea. Ipſe tamen Alex.in 5 vol.conſ.138.praal. tenet quòd in dubio cenſeatur donatum contemplatione nepotis. Idem.

17 Si pater dotem filiæ ſuæ promiſerit,& dote promiſſa & nõ ſoluta decedat inſtitutis filio,& ea filia hæredibus,nõ poterit filia ab ipſo fratre coherede partem dotis cõſtitutę pe-

tere po-

rete pro ſua parte hæreditaria. *l.j.§.filiam.ff.de collat.dotis.*quē tex.in hoc ſingularē & admirabilē aſſerit Lud.Rom.*in l.poſt dotem.n.6 ff.ſol.matri.*& ibi hoc etiam notant Alex.& Iaſ.*in l. auus neptis.nn.7 ff.de pact.* quamuis ea deciſio videatur contraria diſpoſitioni iuris,perquam cauetur onera hæreditaria pro parte pro qua ſucceditur, exoluenda,eſſe per *titulum de hæredit.actio.*C.tamen eſt *in l.ea l.j.§.filiam.*deciſio illud onus dotis ſoluendæ,quæ per patrem promiſſa fuerit,non ſpectare ad filiam pro ſua parte,ſed totum erit in parte filię,Iaſ.*ibi.*

18 Si pater filiæ ſuæ fundum in dotem cōſtituerit, & demū ab inteſtato mortuus fuerit,relictis aliis liberis cū filia, qui omnes patri ab inteſtato ſuccedūt,tenebitur filia eundē fundū ſibi in dotē cōſtitutū conferre,& in mediū apponere: expēſas tamē in eo fundo factas,vt quia fortaſſe eundē fundū in vineā reduxit eum fundū plantando,poterit deducere,*l.j.§.ij.ff.de impenſis in reb.dotal.factis.*quid ſi ille fundus effectus fuerit pretioſior,nō proter plantationē, ſed propter mutationē tēporis:illud plus in quo eſt factus pretioſior quàm eſſet eo tēpore quo habuit,illud pluserit tanquā aduentitium, & nō tenebitur conferre:ꝙ ſi eſſet plus valoris ex ſola tēporis mutatione,tūc vt eſt erit cōferendus.Soc.*conſ.64.in 1. vol.*

19 Veſtes feſtiuæ,& iocalia computantur in legitimā.Alex. *in 4.vol. conſ. 31. & in 5.vol.conſ.*27.adde Paul.de Caſt.*in 2.vol. conſ.*120.Idem in veſtibus factis nurui,videlicet,quantuor valent nunc,non autem quantum fuerunt emptæ:Alex.*in l.j.athas in l.& quæ.ff.de mu.& ho.*

20 Neptis agens ad ſupplementum legitimæ,ex teſtamēto aui,dotem maternam in legitimā imputare tenetur.eſt com. opin.ſec.Dec.*in conſ.*181.ſatis nota *ver.3.poteſt.* M.C.

21 Filia ſimpliciter excluſa à ſtatuto,ſtantibus maſculis,nō cōnumeratur inter filios,nec facit partē in legitima.Eſt magis com.op.ſec.Pariſ.*cōſ.*55.quoniā Iac.*in 16.vol.3.*Cōtrariam opinionē dicit magis com.Guid.Pap.*dec.295.an filius.*Idem.

22 Neptis quæ ſummā pecuniæ pro ſua dote à ſuo auo receperat ſuo patre viuēte:patre ſuo mortuo ab inteſtato, illā dotem à ſuo auo acceptā tenebitur cōferre,ſuccedēdo ſuo patri cū aliis ſuis fratribus,ſi iſtā dotem habuerit ſui patris contēplatione:ꝙ ſi auus ſuæ nepti eam dotē conſtituerit contemplatione ipſiuſmet neptis,nō teneretur eam dotē conferre, ſuccedendo ſuo patri cū aliis ſuis fratribus:quod ſi dubiū & incertum ſit an ſui patris an intuitu ipſius neptis dos à ſuo auo cōſtituta ſit,in hoc dubio teneretur conferre eā dotem: idem cenſendum erit ſi ea neptis à ſuo auo dotē habuerit.& ſi quæratur an teneatur eam imputare in ſua legitima in ſucceſſione ſui patris : nam ſi eā dotē habuerit cōtēplatione ſui patris,eam ſibi in ſua legitima delata,in bonis paternis computabit:quod ſi intuitu ipſius neptis,nō imputabit, ſed ſuā integrā dotē in bonis paternis habebit.in caſu autē dubio eā dotē imputabit.*Alex.conſ.31.n.4.in 4.vol.*& Dec.*conſ.* 81.*n.*5.

23 Nepos patre ſuo mortuo cui eius pater auus ipſius nepotis donationē fauore matrimonij fecerat,aut matre mortua, cui eius pater dotem cōſtituerat:& demùm ſuo auo mortuo condito teſtamento in quo vnum ex ſuis filiis hæredē fecit, & in quo idem nepoti aliquid pro ſua legitima reliquerat,ſi velit ille nepos petere ſuæ legitimæ ſupplementū:tenebitur imputare donationem factam ſuo patri,aut dotem ſuæ matri conſtitutā,& quam eius pater au mater acceperat. *l.illam.C. de colla.*& ibi Pau.de Caſt.*in fi.*qui aliàs contrariū conſuluerat *conſ.*29.*&* 109.*in j.part.*& inquit *in illa l.illā.*quod id quod ibi tenet verum eſt,& quod ipſe nepos imputat in ſuam legitimam dotem aut donationē, quam eius pater aut mater acceperat, quando ille nepos ſuccedit ſuo auo patre ſuo iam mortuo,aut matre iam mortua,repręſentando ſuum patrem aut matrē:& hæc eſt Bar.opin.*in l.in quartam.ff.ad l.Fal.*quoniā ea dos aut donatio originaliter proceſſerat ab ipſo auo, propterea nepos illud acceptum à ſuo patre aut matre tenebitur imputare.Secùs autē vbi nepos aliquid à ſuo patre aut matre habuiſſet,quod non originaliter ab ipſo auo proceſſiſſet,quia tūc ille nepos illud nō imputaret ſuccedendo ſuo auo poſt mortē ſui patris,aut matris.& ita tenet Ro.*in d.l.illā.*

24 Si pater fecerit expēſas pro ſuo filio ſtudēti,eſt præſumēdum patrem eas expenſas feciſſe de ſuo in caſu dubio. *l. qua pater.ff.famil.erciſcun.*tamen ſi filius peculium caſtrenſe, aut quaſi,aut aduentitium haberet,&quādo habet ea bona penès patrem,tunc cenſendum eſſet patrem eas expenſas feciſſe de bonis filij,& non de ſuo.Iaſ.*in §.fuerat,nu.11.de actio.*

25 Si pater filio ſuo libros legales reliquerit,ſi fuerit legiſta, & ſi in legibus profecerit, & libros medicinæ,ſi in arte medicina ſtuduerit:filius cōſequetur & libros legales & medicinæ ſi in vtraque arte profecerit. *Alex.in l.Titia textores.ff. de leg.3.*Alex.& Iaſ.*in l.ſi ita ſcriptum.per illum textum ff.de liber.& poſth.*quia ſub ſimplicibus & caſus mixtus continetur. *l.ij.*& ibi Doct.*ff.de verb.oblig.*

26 Pater ſi emerit libros filio Doctorato,& ei tradiderit,illi non conferuntur,ſed efficiuntur proprij tanquā caſtrenſe peculium.*l.j.in 2.reſponſo.C.de caſtrenſi pecu l.lib.* 12. Bar.*in l.j.§. nec caſtrenſe.nu.2.ff.de collat.bon.*vel ſi emiſſet libros, & donaſſet filio,qui in vita patris cōpleuit ſtudium, & inſignia Doctoratus adeptus fuit ante mortem patris,tunc talis donatio valuit,& irreuocabiliter fuit confirmata,quàmprimum filius doct.factus fuerit.Quā opi.magis cōmunē eſſe inquit *Alex.* de Imo.*in conſ.142.verſ.quo autē ad libros.n.25 in 2.vol.*ita quoque & alij Doct.aſſerunt.Iaſ.*in l.filia licet.C.de collat.* Dec. *in l.ſi donatione.n.42.verſ.3.concl.*Bar.eſt.*C.eo.*Rol.à Vall.*in conſi.* 12.*n.16.cum ſeq.in 2.*T e.Pet.de Ferr.*in ſua Praxi,in forma libelli pro hered vel re ſingulari diuiden in verſ.communiter & pro indiuiſe.verſ.deinde pro latiori.nu.*6.noſter Chilian. Kennius,*in ſuo proceſ.c.133.de expenſ.circa perſo.*& Vitalis Nemauſ *in trac. de collat. in q. 5. incip.quære de libris emptis per patrem.* Kircho.

27 Donatio à patre filio facta qui eſt in poteſtate,& quę nō ſtatim,valet:ſed morte patris cōfirmatur,nō venit in collationē bonorū cū aliis fratribus,quia ea donatio habet vim legati,& legata nō conferuntur.*l.illam.C.de collat.*ergo nec ea donatio erit cōferēda:donatio autem quæ ſtatim valet, vt eſt ea quæ eſt iuramento firmata,bene valet,& venit in collationē. Soc.*conſ 91.in 1.vol.auth.ex teſtamento.C. de collat.* & ibi doct. in legitima tamen talis donatio quæ nō ſtatim valet,filio nō imputatur *l.ſi quando.§.generaliter.C.de inof.teſta.*Soc.*conſ.93. n.21.in 1.vol.* Alex.*rēſ.8.lib.2.*Oldr.*conſ.151.*& donatio facta filio emancipato,& quæ ſtatim valet,bene confertur. doct. *in auth.ex teſtamento. C. de collat.*hanc opinionem communem eſſe aſſerit Dec.*conſ.*59.& procedit etiam ſi illa ſimplex donatio eſſet facta poſt emancipationē, quæ ſemper cum filiis in poteſtate eſt cōferenda,& ibi per Decium:emancipatus autē ſuccedēdo cum emancipatis non confert.vt ibi per Decium.

28 Donatio,quę à patre in liberos ei°ditioni adhuc ſubiectos collata ſtatim valet,nō aliter poſt eiuſdē mortem cōferetur, quàm ſi legitimā ipſorū portionē exceſſerit,quippè alioquin & ratione legitimæ facta videbitur,& magis legati naturam, quàm donationis induet.cōmune aiunt Rui. *in l.in quartam. nu.18.& n.23 ff.ad l.Falc.*Soc.*conſ.18.lib.ij.*Io.Coraſ. *in l. filium quem habentem.nu.106.C.famil.erciſc.* E.Suarez.

29 Si pater rem aliquam nomine filij ſui emerit, qui eſt in ſua poteſtate,& ipſi filio eam rem tradiderit, & in eadem voluntate pater vſque ad mortē perſeuerauerit,talis emptio & donatio ipſius patris,ipſius morte confirmabitur, habebitq; vim donationis,nec veniet in collationem cum fratribus.*l.j.* & ibi *Io.*Platea poſt Bar.*de caſtrenſi peculio, lib* 12. *C.* & *Iaſ.in l.ſi donatione.C.de collat.*

30 Donatio facta à patre filio inter viuos,quæ ſtatim valet, vt eſt donatio remuneratoria,& donatio facta à patre filio in præmiū emācipationis,quæ donationes ſtatim valēt. *l. Attilius Regulus.ff.de don.*& ibi notantur.Bar.*in l.in quartam.ff ad l.Falc.*tales donationes nō cōputantur filio in legitimā, niſi hoc à patre expreſsè dictū eſſet,vt talis res donata computetur.*l.ſi quando.§.& generaliter:*& ibi doct. *C.de inof.teſta.*ea autem donatio quæ non eſt ſtatim valet,ſed morte patris confirmatur,filio in ſuā legitimam erit computanda, quia habet vim relicti.ita cōcludunt omnes doctores *in auth.ex teſtamento.C.de collat.*lata autē in legitimā computantur.*l.etiā.§.ſi de bua.ff.de bonis libert.*& ita communiter tenetur per Bar.& alios doct.*in l.in quartam ff.ad l.Falcid. Alex.conſ.31.vol.*4. Ergo & talis donatio quæ morte confirmatur erit computāda. & procedit prima regula, vbi quantitas data non aſcenderet ad legitimam.ꝙ ſi ea quantitas data à patre filio in eo caſu,in quo poteſt valere donatio inter patrem & filiū aſcenderet vſque ad legitimā,bene tunc computaretur. *Alex. in l.illud.C. de collat.Iaſ.in l.ſi quando.§.& generaliter.C.de inof.teſtamento.*

31 Donatio ſimplex facta per patrē filio in poteſtate, mortuo patre non confertur:ex quo facta nō valet, ſed per mortem confirmatur.*Iaſ.in auth.ex teſtamento.nu.*10. *C. de collat.* communem dicit.

Fallit primò, ſi eſt donatio iurata, quia ſtatim valet. Alciat. in l. cum contingat. nu. 207. de iureiur. Ioan. de Ripa, de donat. in d. nu. 8. & Dec. conſ. 688. & conſ. 266. & 239 & Ioan. Durand. in arte teſtan. tit. 3. cau 2 communem dicit. B. Villal.

ADDITIO. De hac fallentia, & quòd communis ſit, vide plura apud Hipp. Riminal. in d. §. 1. n. 291. Inſtit. de dona. I. Fic.

Fallit ſecundo, in quantū dicit, quod valet ſtatim, quòd eſt conferenda in donatione facta filio exiſtenti ſub patria poteſtate ex cauſa ſtudij quæ ſtatim valet, & non cōfertur. Segur. in l vnum ex familia. § ſed ſi fundum. nu. 131. ff de leg. 2. & Iaſ in l. 1 nu 52. ff ſo. lut. matri. com. dicunt. Contrariam, ſcilicet quod conferatur, dicit magis com. Ripa in l. 1. ff. ſolut. matri. nu. 104. ſed opi. Didac. de Segur. & Iaſ. approbatur per l. 5. tit. 15 part. 6. vbi diſponitur valere donationem, & non conferri. quam limita in peruerſo ſcholari, vt per Stellam recitatur colla. in v. quæ res ſint quæ non cadunt in collationem, vt per Alex. in auth. quod locum de collat. C. & ibi Iaſ. & vide Curaſi. in l frater à fratre, nu. 64. ff. de condi. indebit. & ad hoc pertinet quod dicit Tiraq. tract. ceſſante cauſa. in ver. priuilegij cauſa. nu. 207. vbi dicit eſſe com. opin. quòd priuilegiū conceſſum ſcholaſticis, comprehendit parum ſtudentes ex Domini. in proœm. libr. 6. Decret. licèt ſibi non placeat. B. Villal.

32 Donatio ſimplex facta filio emancipato confertur. Iaſ. in authen. ex teſtamento, nu. 14. C. de collat. communem dicit.

Amplia iſtā com. quia non ſolùm eſt conferenda cū alio filio ſub poteſtate, ſed etiam cum emancipato. Iaſ. in authen. ex teſtamento. communem dicit. B. Villal.

33 Donatio facta per patrem filio in poteſtate, non debet cōferri, quia morte confertur, & ſic videtur eſſe ius quæſitum poſt mortem patris, ſec. com. opin. Doctorum in auth. ex teſtamento C. de collatio. de qua per Vaſquiū, in tract. de ſucceſſionum reſolutione, lib. 2. §. 19. ſub nu. 49. & per Iaſ. in d. authen. ex teſtamen. & iſtam com. limitat in tribus caſib. Gloſ. ibi, & Socin. in tracta. fallentiarum, in litera D. regula cij. F. Viuius.

34 Donatum filio in præmium emancipationis, nō imputatur in legitimam. Segu. conſ. 20. Alex. in d. conſ. 142. vol. 2. Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter. in 1. col. C. de inoffi. teſta. Limita quādo donatio facta filio per patrē ſtatim valet: ſecus ſi à prin. non valeret, ſed morte confirmaretur: quia tūc haberet vim relicti. & ea quę relinquuntur, in legitimam cōputantur. ita Iaſ. in d. §. & generaliter. in 1. col. adde Alex. in 4. vol. conſ. 31. Limitat etiā ibi Iaſ. procedere, quando expreſſe fuit donatum: ſecùs ſi ſimpliciter datum, quia tunc imputatur in legitimā. vide ibi per eum. Et ita vult Alex. in d. conſ. 142. in 6. col. in fin. Pater tamen donando cauſa emancipationis, poteſt apponere legem quòd in legitimam computetur. Alex. in 4. vol. conſ. 89. in 2. col. ibi, & licet pater.

Adde quòd Oldrad. in conſ. 138. tenet, quòd datum in prēmiū emancipationis, imputetur in legitimam.

Limitat prętereà notabil. quādo quantitas data non aſcendit vſque ad legitimam: ſed ſi aſcenderet vſq; ad legitimam, computaretur, quamuis non eſſet dictum per ea quæ alleg. maximè Alex. in d. conſ. 142.

35 Donatio facta filio emācipato, aliis filiis in poteſtate cōferri debet, ſed nō aliis emācipatis. Eſt verior & magis com. opin. ſec. Dec. in conſ. 59. licet in cauſa circa fin. verſ. non obſtant allegata, vol. 1. & com. opi. maximè procedit, quando nō conferendo fratres ad maiorem ęqualitatem reducūtur, vt ibid. tradit Dec. ver. ſed tamen diligenter. M. Chęrian.

36 Fructus percepti per filiū, nō cōputantur in eius legitimā. Alex. in 3. vol. conſ. 165. per l. licet. C. ad Trebel. Quod intelligit in filiis primi gradus. Adde Iaſ. in l. ſcim'. circa fi. C. de inof. teſta. vbi dicit, quòd fructus percepti poſt mortem teſtatoris nō imputātur in legitimā filij alle. multa. Cor. cōſ. 265. in prin.

Matri autē cōputātur. Calde. in tit. de teſta. cōſ. 42. alias 369. fac qd vult Philip. in c. ſi pater. in 8. col. de teſtamen. in 6.

An autem fructus percepti computentur in Trebellianicam. vide Paul. de Caſt. in 2. vol. conſ. 92. incip. Quia dubia ſupra forma ta. in fi. vbi videtur velle quòd ſic.

Vide tamen Benedict. in conſ. 150. vbi in filiis primi gradus tenet contrarium.

37 Scriptoria empta per patrē filio in curia Romana, an cōputetur ei in legitimā? Paul. de Caſt. & Iaſ. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoffi. teſta. videntur contrariari. quia Paul. tenet ꝙ ſic. Iaſon videtur tenere contrarium. ſed opinionem Paul. ſequitur ipſe Iaſ. in l. illud. in 3. col. C. de col. & propterea tenet Iaſ. in d. l. illud. in 3. col. ꝙ talis ſcriptoria ſit cōferenda. Idem.

38 Illud ꝙ capitur ex ſubſtit. fideicōmiſſaria, cōputatur in legitimā. Alex. in 3. vol. conſ. 93. in fi. Cōtrariū tenet Angelus in conſ. 101. verſ. ſequitur, videre de centum florenos. Idem.

39 Aduētitia non cōputātur in legitimā ſec. Bar. in l. quarta. ff ad l. Falcid. Alex. in 4. vol. conſ. 89. ver. & illud quod obuenit.

Emphyteuſis eccleſię an imputatur in legitimā? Alex. in 3. vol. conſ. 8. dicit ꝙ non: quia talis emphyteuſis trāſit ad filios vt filios, non autem vt hæredes. & idē tenet in 4. vol. conſ. 89.

40 Sed quid de feudo & emphyteoſi tēporali, an computetur in legitimam? Alex. in 5. vol. conſ. 27. tenet quod ſic, in feudo paterno acquiſito pro ſe & liberis. Idem vult in effectu in eodem vol. conſ. 29. vbi dicit ſecus eſſe in feudo, vel emphyteoſi acquiſita ab auo, vel pro auo: quia tunc dicuntur aduentitia. ergo, &c. De quo etiam habetur per Bar. in conſ. 55. incip. dominus Amatus. & in conſ. 60.

41 Donatum filio contemplatione patris, imputatur ei in legitimam. Alex. in 5. vol. conſ. 179.

42 Legitima ex primogenituræ bonis nō debetur cęteris liberis, cum hęc bona vigore primogenituræ acquiſita, ac ubtēta primogenitus habet pręcipua, nec recognoſcit aliter ab hæreditate patris, nec ab ea proueniunt aliquo modo, ſecun. Tiraq cum aliis citatis per eum, in tract. primogenitorū q. 5. & 55. & iſta eſt communis opinio, teſte Pariſ. conſ. 27. nu. 30. vol. 2. & hinc eſt quòd minime conferendum eſt aliis fratribus, illud quod ad primogenitū iure primogenituræ puenit, vt voluit Bald. in repet l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fide cathol. quia hoc propriū lucrum eſſe apparet, vt per eum ibi, & in auth. ex teſtamento. C. de collat. & refert atque ex aliis cōprobat Tiraq. in d. tract. primogeni. q. 51. F. Viuius lib. 2. opin. 157.

43 Aduentitia hodie non conferuntur, ſicut nec caſtrenſia, vel quaſi caſtrenſia. l. fin. de collat. C. I. Bellon.

44 Acquiſita ab vno ex fratribus patre mortuo, & qui poſt mortem patris tenuit bona paterna cū altero fratre indiuiſa, prēſumuntur eſſe acquiſita & empta èx pecunia ipſius fratris acquirentis, & non ex bonis patris: hoc tamen prēſuppoſito ꝙ ipſe frater acquirens poſt mortem patris fuerit induſtrioſus, & qui ex ſua induſtria potuerit acquirere aliundè, quā ex bonis patris, licèt ipſe acquirens ea bona paterna cū aliis fratribus indiuiſa habuerit, per l. ſi defunctus. C. arbit. tutela. quare ea acquiſita non venient cū aliis fratribus communicanda. tenebitur tamen ille frater acquirens de bonis paternis per eū adminiſtratis rationem reddere. Guid. Pap. conſ. 104. n. 2. Alex. conſi. 137. in 5. volumine.

45 Si filius lucratus aliquid fuerit cum pecunia paterna ſine aliquo ſuo labore, & opera, totum illud lucrum erit profectitium, & totum in collationem veniet. Bart. in l. 1. §. nec caſtrenſe. ff. de collat. bonor. vt quia pecuniam apud campſorem tenebat Iaſ. in l. illud. C. de collation.

46 Si pater filio ſuo ceſſionē faciat de re aliqua, & cōfiteatur pater pecuniā quam recepit à filio pro ea ceſſione eſſe de pecunia filij, talis patris aſſertio nō faciet fidē, & neq; ſtabitur tali aſſertioni. Bald. in l. iubemus. §. 1. C. ad Trebel. Iaſ. in l. ſi donatione. n. 5. C. de collat. Dec. conſ. 96. talis tamen patris cōfeſſio iuſtificabitur, ſi filius lucraretur in aliquo exercitio. Dec. ibi.

47 Fratres qui patre mortuo ſtant in cōmunione bonorū paternorū, ſi vnus ex illis habet filios, qui tota die laborāt, & lucrātur, & omne lucrū exponunt in cōmuni, vel in cōmuni laborāt: alter autē frater nullos filios habet: tēpore diuiſionis debet haberi ratio illarū operarū quas filij expoſuerūt, & quibus filiis imprimis exolui debet. l. fi. §. ſi quis. ff. de donat. inter vir. & vxor. Alex. conſ. 99. n. 2. in vol. 2. Pau. Caſt. & Iaſ. in l. vt nemini. n. 6. C. de collat. idē dicendū in duob. ruſticis ſociis, quorū alter habet familiā aptā ad laborandū, alter verò non, & interim per longū tempus ita bona ea adminiſtrata ſunt, certè tēpore diuiſionis debet haberi ratio dictarū operarū, quas filij expoſuerunt. ita Alex. ibi, n. 2. & n. 4. & debet ille qui habet filios plus de lucro percipere, quia etiā plus operarū ille expoſuit: & hoc arbitrio boni viri, iuxta veriſimilem qualitatem operarum. Bald. in leg. ſi patruus. C. commun. vtri. iudi. Paul. Caſt. & Iaſ. in l. vt nemini. circa finem. C. de collat.

48 Qualitas in aliqua diſpoſitione allegata, eſt probāda: aliàs agens ſuccumberet. l. 3. §. docere. ff. de vi bonor. rapto. Dec. conſ. 3. Et neque ſufficeret actum probare ſine illa qualitate. Rebuffus in concordatis, in tit. de colla. §. cùm verò in gloſ. in verbo, deponentes, & Alex. conſ. 172. in 2. vol.

De teſtamento militis.
TITVLVS XI.

MILES inſtituens vnum in caſtrenſibus, alterum in paganicis, & vnus eorũ repudiet, tunc alter non admittitur ad partem repudiatam per ius accreſcendi, ſed venient hæredes ab inteſtato. communem dicit Clarus *in §. teſtamentum. quæſt. 16. verſ aliquando & tertio. & verſi. ſeq.* P. Fich.

2 Militi damnato de crimine militari, poteſt per iudicem reſeruari factio teſtamenti. *l. & militibus. C. de teſta. militis.*

Ampliatur & limitatur per Corn. *in d. l.* Don. à Fina.

3 Quæro, ſi miles inſtituat in teſtamento vnum hæredẽ in certa re, alium in alia re, nunquid præſumatur teſtatus eſſe iure communi, an verò vſus priuilegio militari? Reſpon. doctor. in hoc articulo variè ſenſerunt. Salyc. enim *in l. 1. C. de milit. teſtam.* diſtinguit, An interuenerint ſolemnitates iuris communis, vel non. quem refert & ſequitur Ang. *Inſtit. de hæred. inſtitu. §. hæreditas.*

Glo. vero *in l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſtit.* omninò vult, quòd intelligatur quo ad reſiduum inteſtatus deceſsiſſe, & ſic vti priuilegio militari. quam ſequuntur ibi Imol. Fulgoſ. Rom. & Alexan. *d. l. 1.*

Contrarium vero directè tenet gloſ. *d. l. 1. verſi. militis.* quòd ſcilicet inſtituti in rebus certis, intelligantur in totũ inſtituti, ſecundũ iuris cõmunis diſpoſitionẽ, quo inſtitutus in vna re, nullo alio cohærede dato, ſuccedit in tota hæreditate per ius accreſcendi, vt in præcedenti quæſt. diximus, & hæc opinio glo. receptiori calculo approbata eſt, vt firmat Iaſ. *ibi n. 30. & 12. d. §. hæreditas. nu.* 11. Michael Graſſus *in verbo, teſtamentum. quæſt.* 42.

4 Mulier eſſe poteſt teſtis in teſtamento militis. cõmunẽ dicit Clarus, *§. teſtamentum. quæſt. 55. verſic. ſed hoc.* P. Fichard.

5 Teſtes in militari teſtamento, debent eſſe rogati vt in ſolenni. communẽ dicit Clarus, *in §. teſtamentum. quæſt. 58. verſ. item quæro quid.* P. Fichard.

6 Miles ſi non prohibuit ius accreſcendi, tunc inſtitutus in re certa per ius accreſcendi, ſuccedit in tota hæreditate. cõmunẽ dicit Clarus, *in §. teſtamentum. quæſt. 16. verſi. aut verò.* intellige tamen, ſi miles habeat bona caſtrenſia, & bona paganica: tunc inſtitutus in bonis caſtrenſibus, non habet per ius accreſcendi reliqua bona paganica, in quibus nullus reperitur inſtitutus, vel econtrà, ſed illa deferuntur hæredibus ipſi militis ab inteſtato venientibus. communem dicit Clarus, *d. quæſt. 16. verſ. aliquando autem.* P. Fich.

7 Priuilegia militum in teſtando. vide per Ang. *in §. ſed & ſi quis. Inſtitut. de teſtam. mili.*

8 Milites auratæ militiæ, vt ſunt milites noſtri temporis, nõ gaudent priuilegio. *l. 1. ff. de iuris & facti ignorantia.* Iaſ. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. eccleſ. n.* 7. com. dicit. B. Villalob.

Amplia, ad milites cœleſtes, Iaſ. ibi communem dicit. Idẽ.

9 Teſtator miles ſi in bonis caſtrenſibus teſtetur, & filiũ in poteſtate ſine cauſa exhæredet, vel prætereat, tale teſtamentum hodie ſubiacet querelæ. communem dicit Clarus, *in §. teſtamentum. qu. 5. verſic. ſed quæro. in fin.* P. Fich.

10 Paganus ſi ſit in caſtris & loco hoſtili, poteſt eodẽ modo. & forma quo milites, condere teſtamentum: ſi tamen nõ ſit in loco hoſtili, non gaudebit priuilegijs militum. cõmunem dicit Clarus, *§. teſtamentum, q. 15. verſic. vlt.* P. Fich.

Qui teſtamenta facere poſſunt, vel non.
TITVLVS XII.

ADVLTVS habens curatorem poteſt teſtari, etiã ſine ſuo curatore. *l. Aurelio. §. Caius. ff. de liber. legi.* & ibi gloſ. & Bart. *in l. ſi frater.* & ibi Iaſ. *C. qui teſta. facere poſſunt.* & quamuis adultus non poſsit nec contrahere ſine curatore, nec ſtare in iudicio, *l. 1. C. qui legiti. perſo. & toto titulo de authorit. præſtan.* Iaſ. *in l. ſenium. nu. 5. C. qui teſta. facere poſſ.* donare cauſa mortis tamen poterit atque teſtari ſine curatore. Iaſ. *in l. 2. nu. 15. ff. de leg. 1.*

2 Meretrix turpiter facit quòd ſit meretrix, tamẽ lucrari poteſt, & de lucro teſtari. Bald. & doct. maximè Alex. & Iaſ. *in l. 4. §. ſed quod meretrici. ff. de cond. ob turpẽ cauſam.* Chærian.

3 Prodigus etiã liquido, palàm, atque aperte bona profundens, antequam illi bonis interdicatur, omnia pro ſui animi arbitratu gerere poterit. commune inquiunt Alex. *in l. is cui bonis. ff. de verbor. oblig.* Areti. *in l. is cui lege bonis. ff. de teſtam.* Anto. de Tremo. *in addi. ad Bonacoſ. in pract. exceptionum, rub. quibus mod. ciui. num.* 7. Villal *in ſua collecta.* Aufrer. *in addi. ad quæſt. Capell. Toloſ.* 362. magis cõmune affirmãt Vigl. *in §. itẽ prodigus. nu. 3. Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facere teſtamen.* Boer. *in conſuetu. Biturig. §. 8. in fin.* Franc. Viuius. *lib. 1. opi.* 247. & 248. ſtant pro illis (ne nunc iuris loca promam) Cicero elegãtẽ in officiis de Sophocle hiſtoriã contexens, & Horatius *in tertia illa Satyra omniũ facetiarũ plena, libro 2 ſerm.* Quãobrẽ cõtrariũ ineptè inquit cõmune Anto. Nicel. *in gl. concord.* 65. Quin & citãdus prodigus erit, cùm ei curator aſsignari vult. cõmune aiũt Cagn. *in l furioſi. ad fin ff. de reg iur.* Frãc. Viuius *d. lib. 1. opin.* 245. & antequã aſsignetur, pupillariter etiam filiis ſuis ſubſtituere poterit, cõmune dicit Segur. *in l. Imperator. n. 10. ff. ad Treb.* Vbi autẽ ſemel à bonorũ gubernatione abactus fuerit, nec ſi vere frugi erat, atq; eſt, contractũ vllũ, vel teſtamẽtũ facere poteſt, cõmune ponunt Vigl. *n.* 4 Steph. Bud. *ad finẽ in d. §. itẽ prodigus.* Nec veri prodigi contractus à iureiurãdo vires capiet. comm. effatur Alciat. *in c. cũ cõtingat. n. 238. de iureiur.* Si tamẽ poſtea iſte prodigus, cui bonorũ adminiſtratio ſublata eſt, & curator aditus iã fuit, ſeſe colligat, & ad prudẽtes, bonóſq; mores redeat, ſub alterius cura ſtatim iure ipſo eſſe deſinet. cõmune proferũt Iaſ. Hiero. Butig. *nu. 33. in l. is cui bonis. ff. de verb. obligat.* Franc. Viuius *lib. 1. opinio.* 246. nos tamen ea de re alibi probabiliter dubitamus. E. Suarez.

4 Prodigus antequam ipſi interdicta ſit bonorum ſuorum adminiſtratio per iudicem, poteſt teſtari. cõmunẽ dicit Clar. *in §. teſtamentum. quæſt.* 33. P. Fichard.

5 Prodigus eſt inhabilis ad teſtandum, adeò vt etiã ad pias cauſas non poſsit teſtari. communem dicit Clarus, *in §. teſtamentum. q. 5. verſi. 2. infertur.* Idem.

6 Prodigus cui bonis interdictum eſt, ſicut nec furioſus teſtari non poteſt, etiam ad pias cauſas, ex quo bona alienare nõ poteſt, prout notatur *in l. is cui bonis. & l. ſi ita quis. §. ea lege. ff de verb. obligat.* vt voluit Bar. *in l. ſi quæramus. ff. de teſta.* Bal. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccle.* quòd tamen ſublimitatur, quãdo patiens defectum mentis, iuris præſumptione eſſet à ſtatuto habilitatus ad teſtãdũ, cũ per ſtatutũ habilitari poſsit, ex quo talis prohibitio procedit ex diſpoſitione iuris. p id ꝙ habetur *in l. oẽs popul. ff. de iuſtitia & iure.* vt voluit bar. *in d. l. ſi quæram.* & ita cõmuniter teneri refert Ben. Capr *reg 193 n. 11.*

7 Teſtamenti condendi facultatem qui à Principe impetrauit, cùm id communi iure facere poſſet, abſque ſolennitatibus ritè teſtabitur: aliàs ſecùs. communia affirmant Deci. *in l. Eunuchis. nu. 15. C. qui teſta. fac.* I. Clarus, *§. teſtamentũ. quæſt. 34. verſi. in propoſito.* E. Suarez.

8 Teſtamentum, contractus, & quælibet alia diſpoſitio eius qui eſt in extremis, valet. Iaſ. *in l. quoniam. C. de teſta. & in l. iubemus. C. eod.* Alex. in 1. *vol. conſil. 12. in 2. col.* Barb. *in 3. vol. in conſil* 43. maximè *in 9. col.* Dec. *in c. ſi pro debilitate. in 1. col. de offic. deleg.* Cardinal. *conſi.* 34.

Intellige dummodo ſit intelligibilis, & articulatè loquatur. *l. iubemus. C. de teſtam.* Iaſ. *in d. l. quoniam. & in d. l. iubemus,* in quibus locis multa alleg.

9 Cæcus poteſt donare & facere omnes contractus inter viuos, ſicuti & quilibet alius, cùm non reperiatur iure prohibitũ. Iaſ. *in l. hac conſultiſsima. C. de teſtam.* Alex. *conſi. 12. vol.* 1. Boer. *deciſ. 240. n. 20. per l. cæcus* & ibi docto. *ff. de iud.* poteſt & donare cauſa mortis nõ ſeruata forma. *§. ex imperfect. l. hac cõſultiſsima. C. de teſtamentis.* ita Boerius.

10 Laborans in extremis, etiã in balbutiens poteſt condere teſtamentum. *l. quoniam.* & ibi doctor. maximè Iaſ. *C. de teſta.*

Limita dummodo ſit intelligibilis, & poſsit articulatè loqui, aliàs nõ. *l. iubemus. C. eo.* & ibi Bart. & doct. Iaſ. *in d. l. quoniam,* alleg. multa. maximè Ludo. *conſ.* 306. Paul. de Caſt. *conſ. 366. incip. viſo puncto.* Alex. *in 3. vol. conſ.* 33. & idem vult ipſe Iaſ. *in d. l. iubemus. in 1. col.*

Et ita intelligo quod vult Iaſ. *in l ſi mihi & tibi. §. 1. de leg.* 1. vbi dicit, ꝙ cõſtitutus in vltimo articulo vitæ, nõ põt teſtari.

Subiungit ibi Iaſo. quòd contractus etiam poſſunt fieri vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, ſi memoria nõ ſit læſa. alleg. text. *in l. Seia. §. fi. in verſi. in extremis vitæ conſtitutus. ff. de dona. cauſa mor.* quem ad hoc reputat ſing. Bald. *in c. quoniam frequẽter. vt lite non conteſt.* & idem vult Iaſon *in dict. l. ſi mihi & tibi §. 1.*

Addit Iaſ. quòd alibi dicit gloſ. *in c. 1. in verſ. mutus. in tit. Epiſcopum, vel Abba.* quod quilibet in articulo mortis efficitur mutus. & ideo repetit *in d §. 1.* E. Suarez.

11 Teſtamentum furioſi & mente capti, ante furorem, vel per dilucida interualla recurrēte ſana mente factum, licet valeat, *l. furioſum. C. qui teſta. facere poſſ. cap. fin. de ſucceſſ. ab inteſtato. l. 1. §. exigu. ff. de bon. poſſeſſ. ſecundum tab.* Bald. *l. 1. C. de ſacroſanct. eccle.* tamen ſi ante perfectionem teſtamenti ſuperueniſſet furor, vel mentis defectus, nō valebit, etiā ſi tēderet ad pias cauſas, vt voluit Petr. de Anch. *in c. quia ingreſſa, de teſta.* quia ſecūdū eū nō valet teſtamētū imperfectū etiā inter liberos, vt not. *in l. fin. C. fam. ercisc.* ideóque multò minus ab pias cauſas, vt not. *in l. ſi is. l. ex ea. ff. de teſt.* fauorabilior enim eſt cauſa filiorū, quàm eccleſiarū. 17. *q. 4. c. ſi.* vt not. *in l. ſi quis ad declinādā. C. de Epiſc. & cleric.* quod ſequitur Imol. *d. c. quia ingreſſa. & in c. relatū. 1. de teſtamētis.* idque cōmuniter teneri refert *ibid. n. 15.* Ben. Capr. de quo vide Bar. *d. l. ſi is.*

12 Teſtamētū condēnati ad mortē ciuilē, ſiue perdat libertatē, ciuitatē & bona, ſiue retenta libertate ciuitatē & bona tantùm perdat, iure ciuili non valet. *l. quidā. C. de bonis dam. l. deportatorum C. eod. tit. l. eius. §. 1. ff. de teſtam.* quia cùm tales perdāt ea quæ ſunt iuris ciuilis, vt *d. l. quidam.* & teſtamenti factio ſit iuris ciuilis. *l. teſtamenti. ff. de teſtam. argumento l. eius. §. ſi cui. ff. eod. tit.* nō poſſunt teſtari, etiā ſi vellent teſtari de bonis, quæ remanere debent liberis & aliis perſonis, ſecūdū præſcriptū *auth. bona dānatorum. C. de bon. dam.* ſicut ſecūdū Imol. *in c. quia ingreſſa. de teſtam.* communiter teneri refert *ibid. n. 120.* Ben. Capr. quod verum eſt, niſi taliter cōdemnat* ad mortē ciuilē, ad pias cauſas ex eiuſmodi bonis teſtari aut diſponere vellet, quod pōt, per id quod habetur *in c. cùm eſſes. & in c. relatum. de teſtam.* ſicut voluerunt Bar. & Bald. *in l. 1. C. de ſacroſanct. eccl.* quod in relictis ad pias cauſas ceſſat omnis ſolennitas iuris poſitiui, cùm ſufficiāt ſolēnitates iuris gētiū, cū quibus cōmuniter tráſire ſcribētes refert *ibid. n. 122.* idem Capra. Fallit tamen *d. reg.* in 8. caſib. vt per Soc. *reg. 76.*

13 Mutus & ſurdus à natura nō pōt teſtari, nec vltimā volūtatē cōdere. *d. l. diſcretis.* & ibi doct. C. *qui teſtam. facere poſſ.* Ph. *in rub. de teſt. in 6. col. 5.* Fallit vt per Cor. *in d. l.* & ibi Iaſ. *n. 1.*

Limita in milite, vt volūt communiter doct. *in d. l. diſcretis.* vbi tamen vide Iaſ. hanc limitationē ſubtiliter impugnātem. Limita etiā niſi teſtamento ad pias cauſas. ita firmat Alex. *in d. l. diſcretis.* ſed Iaſ. ibi tenet contrarium. alleg. Lud. ibi. & Bal. *in l. 1. col. 2. C. de ſacroſ. eccl.* Ph. vbi ſ. tenet hāc. *vlt. col.*

Limitat etiam Alex. ex diſpo. Principis, quia tunc poterit teſtari. Sed etiā in hoc contrariū tenet Iaſon ibi, alleg. multa. maximè Aret. *in l. ſi mutus. ff. de teſtamentis.* vbi hoc tenet vi-uaratione. quam vide per eum.

Teſtamētum obſidis populi Romani, id eſt, eius qui ex infidelibus apud Chriſtianos obſes ſit, vel cōtrà; non valet. *l. obſides. ff. de teſtā.* aliàs obſes pro vna ciuitate vel Principe, ad aliam vel alium teſtari poteſt, ſicut *in d. l. obſides,* vult Bar. & docto. vt not. *in c. ex reſcripto, de iureiur.* & ita communiter teneri refert Ben. Capra. *d. regul. 103. nu. 203.*

14 Teſtamentum eius qui incertus ac dubius eſt de ſuo ſtatu nō valet. *l. de ſtatu. ff. de teſta.* & licet Bald. *in l. 1. C. de ſacroſ. eccleſ.* id dicat procedere, etiam ſi ad pias cauſas factum eſſet, quod ſequitur etiā Ancha. *cap. quia ingreſſa. de teſta.* Bart. tamen *d. l. 1. C. de ſacroſan. eccleſ.* cōtrariū tenet, & ad pias cauſas factum valere ſuſtinet, per id quod habetur *in l. ſi militari. §. ſi miles. ff. de teſta. milit.* quod verius videtur, cùm tale impedimentum à iure ciuili inductū, non debeat piis cauſis nocere, per id quod habetur *in c. cùm tibi. de teſtamentis.* quod etiam tenet Imol. *d. c. quia ingreſſa.* cum quibus cæteros quoque doctores reſidere refert Bened. *ibid. nu. 206.*

15 Teſtamentū natura muti ac ſurdi, licet non valeat, id tamē fallit ſi ex accidente talis eſſet, quia modò ſcribere nouerit, teſtari poterit. *l. diſcretis. C. qui teſta. fac. poſ.* Idem eſt ſi mutus tantùm ſit, & ſcribere ſciat, alias ſecùs: quia ne ſtatuto quidē induci poteſt, vt mutus neſciēs ſcribere teſtari poſsit, niſi hoc à Principe, cui ſoli id reſeruatum eſt, habeat. *l. ſi mutus. ff. de teſta. arg. l. 1. §. de qua re. ff. de poſtul.* vt voluit Bar. *in l. ſi quæramus. ff. de teſta.* & Imol. *in c. quia ingreſſa. eo. tit.* Surdus verò, ſed idem nō mutus, rectè teſtatur *d. l. diſcretis,* & codicillos facit. *l. mutum. & ibid. not. ff. de acquir. here.* quod tamē cōmuniter teneri refert Ben. Capra. *reg. 103. nu. 22.*

16 Teſtamentū vſurarij, in quo non fuit præſtita cautio ad formam, *c. quanquam. de vſur. in 6.* ſi poſtea fuit præſtita, teſtamentum reconualeſcit, vt eſt communis opin. Apoſtil. ad *cōſilium Paul. de Caſtro 39. nu. 26. in 3. vol.* vbi ponunt nouem pœnas contra vſurarios. Bonacoſſa.

17 Teſtamentum facere non poteſt filiusfamilias *l. nemo ex lege, C. qui teſtamen. facere poſſunt.*

Plures caſus tradit Cæpol. *caute. 113. incipiente filiusfam.* Iaſ. *in l. ſi. ff. qui teſta. face poſ.* Purp. *in rep. l. placet. C. de ſacroſ. eccl.*

Ampliatur & limitatur in 2. caſib. à Iaſ. *in d. l. nemo. nu. 4.*

Fallit in multis caſibus vt per Gab. Saray. *in annot. ad Matheſ. not. 19. num. 18.*

Fallit in 5. caſib. vt per Corn. *in d. l. nemo.* fallit in multis caſib. quos ponit Benedict. Cape. *in ſuo tract. regu. 103.* fallit in 7. caſib. quos not. Soc. *regul. 153.*

Ampliatur & ampliatio limitatur à Baptiſt. à Villa *concl. 86. in litera F.* Ampliatur & limitatur per Viuium *in ſuis conclu. ver. filiusfamil.* fallit in 4. caſib. vt per Alex. *in l. 1. §. hoc autem. ff. ad Senatuſconſul. Trebel. nu. 3.* Don. à Fina.

18 Excommunicatus poteſt facere teſtamentum. Bart. *in l. ſi quæramus. in fi. de teſtamentis.*

Fallit in 2. caſi. quos not. Soc. *reg. 233.* Ampliatur & limitatur in 2. caſib. vt per Pet. Duen. *reg. 272.* Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 4. à Port. *lib. 3. regul. 23.* Don. à Fina.

19 Statutum, quòd vxor teſtari nequeat ſine viri ſui conſenſu non valet, neq; tenet. ita Paul. Caſt. *in leg. ex facto, in princ. per text. ib. ff. de vulg. & pupil.* & Alex. *conſ. 55. conſideratis verbis dicti ſtatuti, in fi. vol. 1, & conſ. 155 vol. 2.*

¶ In cōtrariā verò partē, videlicet, quòd ſtatutū prohibens vxori teſtamentū condere abſq; conſenſu viri valeat, inclinauit Ang. *in §. 1. in auth. vt facta no. conſtit. & conſ. 126. teſtamēti facto.* Bald. *in l. 3. ff. de teſtamentis.* & Dec. *conſ. 455. placet cōcluſio.* Quia ſecund. allegatos doctor. poteſtas teſtandi inducta eſt de iure ciuili, quod alio iure tolli poſſet. Sed quicquid iſti doctores ſuadeant, noli aliter recedere à prima ſentētia pręmemorata tanquā ſacroſancta, & cōmuni: cui accedit etiā Ioan. Lupi. *in repet. c. per veſtra. §. 81. ſub nu. 14. & ſequen. de donatio. inter virū & vxorē.* & Cotta *in memorab. in ver. Statutum, quod vxor non poſſit teſtari:* vbi meminit non obſcurè quidem de prædicta Pauli Caſtrenſis opinione communiter recepta.

Cæterū vbicunq; ſtatutū exigeret tantūmodo pręſentiā mundualdi in teſtamento vxoris: tunc ex quo tractatur de re more fauorabili vxori, fragilitatiq; ſexus proſpiqua, & nō depēdēti aliter ab alieno arbitrio valeret vtiq; & teneret: ſec. Afflict. *deciſ. 160. Nunquā mulier de iure Longobardorum,* vbi refert ita extitiſſe deciſum, & iudicatū in ſacro Concilio, & etiam in conſtit. Inſtrumentorum robur, cui innititur non vulgari anchora Maran. *in tract. de iudic. in 3. part. prin. nu. 95. cum aliis omnibus ſeq.* & Vrſil. *in additio. Afflicti in d. deciſ. 160.* & ita ſeruatur quotidie in Regno, ſine ſcrupulo aliquo.

Sed iſthęc cōmunis opinio ita explanata coarctatur primò, nō ſortiri locū in minore. Nā ſtatutū, quòd minor vigintiquinq; annis nō poſſit teſtari ſine cōſenſu, vel pręſentia propinquorum valet, facitq; aliàs teſtamētū eſſe nullū: & ſic teſtamentū ipſius minoris cōditū, tunc ſine cōſenſu requiſito à ſtatuto, non tenet modo aliquo. teſte Bartol. *in l. nō idcircò. C. de codicil.* cū quo ſentiunt omnes ibi cōmuniter, & *in l. 2. ff. de leg. 1.* & Bal. *in l. ſi. col. vlt. verſ. Extra quære. C. de fideicom.*

Secundo, claudicat eadē cōmunis etiā, vt locū non obtineat in filiofamiliàs: quoniā ſtatutum, vt filiusfamiliàs teſtamentum abſque patris conſenſu cōdere poſſit, valet & tenet. ita Ioan. Cęphal. *conſ. 256. videbatur prima fronte, nu. 36. col. 2.*

Verū ſtante huiuſmodi ſtatuto, vt teſtamētū filiusfamiliàs condere liceat, non licebit vtique tunc filiis in teſtamēto diſponere de vſufructu, quē in eorū bonis ad parētes ſpectare legūlatores decreuerunt: vt voluit expreſsè, conſtanterq; Bal. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtam.* & Cæph. *in d. conſ. 256. num. 37.*

Nec ſimiliter ſtante pręlibato ſtatuto, vt filiifamiliàs teſtamētū cōficere poſſint, minimè valet teſtamētū filię de dote profectitia conditū: ſec. Cęphal. *in terminis in d. conſ. 256.*

Et licet ſtatutū non valeat, quòd vxor teſtari non poſſit abſq; viri conſenſu: tamen ſtatutū diſponens, quòd pupillus poſſit adire hęreditatem, & ſe obligare ſine tutore, indubitanter valeret. ita Angel. *in l. more. ff. de acquiren. hered.* Viuius.

20 Teſtamentū cæci non ſeruata ſolennitate *l. hac conſultiſſima. C. qui teſtam. facere poſſ.* non valet niſi per ſtatutū expreſsè aliter diſponeretur, cū per ſtatutū talis ſolēnitas poſſit diminui, vt voluit Bar. *in l. ſi quæramus. ff de teſta.* quod verū eſt, modò id expreſsè circa cæci teſtamentum diſponeretur, aliàs ſi ſimpliciter ſtatutū diſponeret, quòd teſtamentum cū quinquē teſtib. valeat ad cæci teſtamentū nō porrigitur, prout voluit Bal. *in d. l. ſi quæramus.* cū quo reſidet Imol. *in ca. quia ingreſſa.*

de teſt.& ita communiter teneri teſtatur Ben.Capr.ibid.n.25.

21 Furioſus teſtamentum facere non poteſt, l.furioſum.C. qui teſta.facere non poſſ.l.filiusfa.ff.de teſtam.§.item furioſi. Inſtit. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.

Ampliatur & limitatur per Marſi.in ſing.386.

Fallit in 4.caſib.quos no.Iaſ.in d.l.furioſum,pro ampliatione videas Dec.in l.in negotiis.ff.de reg.iur. Don.à Fina.

22 Quæro,nunquid in teſtaměto cæci ſufficiat numerus ſeptem teſtium,de iure cōmuni requiſitus?Reſp.quod non,ſed requiritur quod octo teſtes interueniāt,vel ſeptem cum notario. ita eſt tex.expreſſus in l.hac conſultiſſima.& ibi omnes doct.C.qui teſtamenta facere poſſunt. Mich.Graſſus.

Sed núquid diſpoſitio d.l.hac cōſultiſſima, habet quoq; locũ in teſtamento patris cæci inter liberos?Reſp.ꝙ dicta ſolennitas nõ requiritur,ſed ſufficit,ꝙ fiat corā duobus teſtibus,iuxta notioā d.§.ex imperfecto.Hāc opinionē tenēt Bar. Ang.Sal. Pau.de Caſt.& Alex.in d.l.hac conſultiſſima, & dicit ibi Ludo. Rom.ꝙ ab opinione Bal.in conſulendo & iudicādo nõ ſit recedendũ,quia nõ habet contradicentē, licet ipſe in cõtrariā inclinet partē.Eandem opinionem dicit eſſe communē Iaſ. ibi,n.4.& tenet Ang.Inſtit.de teſta.§.cæcus. Michael Graſſus.

23 Ægritudo corporis ſi adſit ſanitas mentis, non impedit ad teſtandum,nec ad contrahendum.l.4.ff.de teſtamentis.l.ſanum,C.de tranſact. I.Bellonus.

24 Teſtamentũ pupilli,vel impuberis etiā ſagacis ad pias cauſas factũ, licet nõ valeat.l.qua ætate.ff.de teſta.c.ſi pater. de teſta.lib.6.ſec.Imol.in d.c.quia ingreſſa.eod.tit. tamen valebit ſi ſtatuto induceretur,vt eiuſmodi impuberis ſagacis,& cuius malitia ætatē ſuppleret,teſtamentũ valeret.idq; contra Anc. d.c.quia ingreſſa,ſecundùm Bar.in l.ſi quæramus.ff.eod.vbi vult quòd talis defectus ætatis ſtatuto tolli poſſit.quod ſequitur ibid. Ang.per id quod habetur in l.fin.C.de teſta milit. cũ quibus doct.communiter tranſire refert ibid nu.30.Bened.Capr.

25 Teſtamentũ minus ſolenne factũ per filium inter parentes non valet.non.n.poſſunt liberi inſtituere parentes in minus ſolenni voluntate.l.hac cōſultiſſima.§.ſi quis autē.C.qui teſta.facere poſſunt.Spec.in tit.de inſtrum.editione.§.compendioſè. verſ.quod ſi filius.Bald.in auth ſi qua illuſtris.C.ad Orfician. Sal. in l.fi.C.familiæ erciſcund. Guliel.Bened. in verbo,teſtamentum primum nu.58.in repet.c.Raynutius.extrà,de teſtamentis.

26 Vxor nõ poteſt ſine conſenſu mariti vel propinquorũ,ſi ita in ſtatuto eſſet prouiſum,teſtari.Nā poteſtas teſtandi vni magis q̃ alteri cōceſſa,& declaratio qui teſtari poſſunt,vel ne, dicitur de iure ciuili introducta,vt per Dy. & alios in c.indultũ.de reg.iur.in 6.vnde cùm ſtatuta in ciuitate quapiā dicātur ius ciuile.l.omnes populi.& ibi Bar.& alij doct.ff.de iuſt.& iur. infertur,ꝙ tale ſtatutũ valere debeat,quaſi limitatiuũ poteſtatis teſtādi mulierib.de iure cōmuni conceſſæ.ita expreſsè affirmat Ang.de Peru.in §.prouinciarũ.auth.vt factæ nouæ cōſtitutiones.Cõtrariā ſentētiā multi alij doct.approbarũt. Pau.de Caſt.in l.ex facto.n.6.Frāc.de Acoli.Are.n.7. Alex.de Imol.n. 14.ff.de vul.& pup.ſubſt.& idē Ale.de iure ita reſpõdit in conſ. 155.n.6.ver.in tantũ.quod dicit Pau.de Caſt.in 2.lib. conſ. & in conſ.55.n.8.ver.præterea.in lib.3.conſ, & hāc eſſe verā cōmunem ſententiā inquit Iaſ.in d.l.ex facto.n.9.licet ipſe ibidē contrariā ſententiā defendat.verſ.ego teneo contrariũ.Quā etiam Maria.Soc.iun.in puncto iuris ſuſtineri poſſe arbitratur in l.ſtipulatio hoc modo cōcepta.ver.2.vbi ipſe à n.3.ver.ex iſto tex. cum nu.ſeq.ff.de ver.obl.egregiè illam doctrinam explicat. Verùm hanc quæſtionē in vtramq; partem multis adductis hinc inde argumentis & authoritatib.doct.latè & copioſè And.Tiraq.in tract.de legib.connub in glo.5.nu.94.ver. imò verò ſunt qui negant poſſe ſtatutum,cum ſeq.95.96.97.& 98.& in glo.8.n. 120. ver.& in eadem quoque ſententia proſequitur. Kirchouius.

27 Statutum prohibens mulierem teſtari,vel contrahere ſine conſanguineorum conſenſu,vel ſine eorum præſentia,debet intelligi in mulieribus quę habēt cōſanguineos qui poſſunt adeſſe,& cōſenſum pręſtare.Bar.in l.3.C.vnde vir & vxor. quod ſi nõ eſſent præſentes in loco vbi actus celebratur,adeò quod nõ poſſunt de facili haberi,vel ſi aliàs ſint inhabiles: poterit mulier tunc contrahere & teſtari:& talis contractus ſeu teſtamentum ita factum ſine præſentia conſanguineorum,qui ſunt abſētes vel inhabiles,ſuſtinebitur.ita Cronęus conſil.3:6.num.32.in 1.volum. quod ſi quis demùm iſtum contrariũ impugnaret,debebit ille impugnās articulare & probare,quod mulier eo tempore quo contraxit, aut teſtata eſt, habebat in eo loco conſanguineos.qui enim actũ impugnat, debet probare ea quæ ſunt cauſa impugnationis.ita Cornęus eodem loco,num 34.

28 Statutum prohibens vxorem teſtari ſine licētia mariti, non habet locum in teſtamento ad pias cauſas.Bello.conſ.19. communem dicit ex Iaſ.in l.3.C.de ſacroſanct. eccle. Villalob.

29 Mulier ſi vellet ipſis propinquis,quorum conſenſus,ſtatuto diſponente,deſideraretur in teſtamento mulieris,bona ſua relinquere,illi nõ poſſent ad propriā vtilitatē cōſenſum accōmodare.glo.& Bar.nu.6.in l.3.ff.de autho. tuto.Bar.in l.frater à fratre.n.50.cum ſeq.ff.de cond.indeb.Et hāc doct.com.opi. eſſe inquiunt Philip.Dec.in conſ.612.nu 6.vbi ipſe plures autoritates adducit.& Ioan.Dilect.in tract.de arte teſtan.tit.1. de his qui non hab fac.teſta.cautel.2.num.4. Kirchouius.

30 Filiafamilias quæ dotem habet a patre, nõ poteſt in ſuā dote teſtari,nec eā poteſt donare donatione cauſa mortis ſine ſui patris conſenſu. Bald. in l.pen.C.de falſa cauſa adie.& in l. quod ſitus.C.de bon.quæ libe. Alex.conſ.166.in prin. ſed & neq; ea filia eam dotem profectitiam donare poterit donatione inter viuos,quando pater fuiſſet ſtipulatus dotem ſibi reddi aut filiæ:quia cum eo caſu actio de dote communis ſit & patri & filiæ,nõ poterit ipſa filia in patris præiudicium dotem donare: quòd ſi pater ſolum diſpoſuiſſet dotem reddi filiæ, tunc filia bene poſſet dotem alienare.ita Alex in eo conſil n.3.

31 Teſtamentũ excōmunicati licet multi iuxta gl.in c.decernimus.de ſent.excō lib 6.& ibid.refert Io.And.dicāt non valere,quā ſequũtur ibid.Hoſt.Garziaz,& Pet.de Vndella, idq; ob periculũ cōmunionis cum excōmunicato,quę eſt fugienda,auth.de priui.dotis heret.mulier.non præſt.§.antepen.col.8.cum ei interdicti ſint actus legitimi.d.c.decernimus. & ſimilis deportato videatur,qui eſt inteſtabilis.l.eius cui §.1 ff. de teſtam. Stephanus Prouincialis in quadam diſputat.ſua per auth. vt cũ de app.cogn.§ generaliter colla.8.per quem tex. Hoſt.in ſum.de teſta.§.quis ſit effectus.ver.& prodeſt hoc notare,colligit ꝙ nec hęres iuſtitui poſſit,quod tenuit Io.Monac.Card.in c.quāquā de vſuris lib.6. quibus accedit quod nec arbiter eſſe poſſit.l. pedius.ff de arbitris,&c.Cõtraria tamē opinio quā tenuit Inn. in c.cũ voluntate.de ſent.excom.excōmunicatũ teſtari poſſe,dicēs,ſequutus eſt Archid.in c.pia de excep.lib.6.& ibid. Pet.de Anch.Abb. & Bellamera.d.c.decernimus.& ibid.Io.And.priorem opinionē mutādo.& Iac.de Belui.in auth.de ſanctiſ. Epiſ. §.omnibus.coll 9.verior eſt,& magis cōmuniter tenetur,quēadmodũ refert Bened.Cap.d.reg.103.n.174. quia excōmunicatus poteſt cõtrahere & donare.d.c.cũ voluntate. ergò & legare,cum legatũ ſit donatio.l.fi.C.de leg.& Inſtit.eo.tit.in pr. quod eſt verum,niſi excōmunicatus foret ob hæreſin,vel crimen,quod inteſtabile eſſet,c.excōmunicatus.§.credētes. de hæreticis nec eſt verũ quòd ſimilis ſit deportato, ſed relegato, prout voluit glo.in c.paſtoralis. de appellat.qui teſtari poteſt,vt tenuit Fred.de Sen.cōſ.80.& 124 quē ſequitur d.c.decernimus. Pet. Anch.& D.Bald.in l.3.C de ſacroſ.eccl.Rot.dec.19. incipit, item quod accept.& procedit etiā in publice excōmunicato,& communiter teneri ibidem nu.18.& 189 refert Bened. Capr.

32 Quæro, An filiusfamiliàs poſſit teſtamentum condere? Reſp. quod non,etiam cum conſenſu patris & hoc expeditũ eſt per tex.expreſſum in l.qui in poteſtate.ff.de teſta.& ibi communiter doct.teſte Aret.& tenet Iaſ.l.ſenium.nu.4. C.qui teſtamenta facere poſſunt.

Et hæc concluſio procedit etiam in aduentitiis, ſiue pater habeat vſumfructum,ſiue non.& ita communiter teneri firmat Iaſ.l.nemo.C.qui teſtam.facere poſſunt.& ibi Alex.

Limita hāc concluſionem non procedere,ſi filiusfam. velit teſtari ad pias cauſas:namq;id facere poteſt,dūmodò fiat cum cōſenſu patris.ita tenet Bal.in d.l ſeruũ.Cuius opio.magis cōmuniter approbatā eſſe firmat Iaſ ibi nu 5.Mar.Ant.Bauer.Inſtit.qui teſta.fac.poſ.in prin.n.2.& 3.Iaſ.d.§.ex imperfecto. Hanc opi.tenet Ang & Sal.d.l.ſeniũ.Fred.de Sen.cōſ 194.incip.habuiſtis conſ.268.incip. quoniam veritatis.dicit tamē, quòd licet hæc opi.ſit æqua,ſe tamen non audere pro ea conſulere.M.Graſſ.

33 Filiusfamiliàs etiā cum conſenſu patris teſtari nõ poteſt. l.qui in poteſtate.ff.de teſta. excepto in caſtrenſi vel quaſi caſtrenſi peculio:vt per Io.And.in c.ſi pater.de teſta.lib.6. Ioan. de Fantuciis, Anchar. & Dominic.in c.licet.de ſepult.eod.lib. Teſtamēta enim cùm ſint publici iuris ex alieno arbitrio nõ debent pendere.l.illa inſtitutio.ff. de hæred. inſtit. l.captatorias. C.de teſtamen.milit.Bar.d.l.qui in poteſtate.& in l.ſenium C.qui

teſta facere poſſ. Canoniſt. in d. c. licet. Poterit tamē donare cauſa mortis de cōſenſu ſui patris. l. tam is. §. 1. ff. de don. cauſa mor. l. 9. in prin. ff. de dot. praleg. & ita doct. omnes tenere atteſtatur Iaſ. in d. l. ſemin. nu. 7. alias non valet donatio etiā de bonis aduenticiis, etiā pleno iure ad ſe ſpectātibus. hanc dicit indubitanter eſſe com. opi. Soc. conſ. 172. vol. 2. & ſufficiet patrē conſenſum præſtare etiā ante donationem factā. nec. n. requiritur vt in ipſo actu donationis præſtetur ille conſenſus, ſed & poſt, & ex interuallo, & ante præſtari poterit. l. filiusfamiliàs. §. pars ratione. ff. de don. & ibi Bar. & poterit talis cōſenſus præſtari per nuncium, vel per epiſtolā: per eā l. j. quod ſi filius conſenſu ſui patris teſtamentū fecerit, cū clauſula codicillari, & cum clauſula, ſi nō valet iure teſtamēti, ꝙ valeat iure codicillorum, vel iure cuiuſcunq; vltimæ volūtatis, tunc tale teſtamentū ſuſtineretur vt donatio cauſa mortis. Alex. in l. ſemin. C. qui teſta facer. poſ. & operatur ea clauſula idē ac ſi eſſet facta mentio donationis mortis cauſa. cap. qui ad agendum. de procu. in 6. cum donatio cauſa mortis ſit vltima voluntas. quod ſi ſolum in eo teſtamento eſſet adiecta ſola clauſula codicillaris, tunc teſtamentū illud nō poſſet valere vt donatio cauſa mortis. Iaſ. in l. 3. §. ſi quis ita. nu. 22. ff. de ver. oblig. Sed magis valebit illud teſtamentum, ſi eſſet appoſita ea clauſula, ſi teſtamentū non valet vt teſtamētum, quod valeat vt donatio cauſa mortis, & eo caſu illud teſtamentum conditum à filio cum conſenſu ſui patris, valeret vt donatio cauſa mortis. Soc. conſ. 125. in 3. vol. qui ibi dicit hanc opinionem eſſe communem.

34 Communis eſt hęc doctorum concluſio, quòd filiusfamiliàs non poteſt teſtari, nec donare cauſa mortis in bonis aduentitiis ſiue ipſius patris conſenſu, in quibus bonis aduētiis filij, nec teſtari, nec codicillari, nec legare aliquid poſſūt. l. nemo. C. qui teſtamenta facere poſſunt. Ant. Rub. Alex. conſ. 46. nu. 2. 3. & 4. & conſ. 127.

35 Teſtamentū damnati ad mortē, in abſentia ex forma ſtatuti, ſecūdùm ius cōmune factum, valet: ſed factum ſecūdùm formā ſtatuti, non valet, vt notat. in l. eius qui. §. 1. & ibidē per Bal. ff. de teſtamētis. & Pet. de Anch. in c. quanquā. de vſuris, lib. 6. quod cōmuniter teneri refert ibidem num. 110. Bened. Cap.

36 Damnatus ad mortem non poteſt teſtari etiam ad pias cauſas. communem dicit Clar. §. teſtamentum. quaſt. 6. Alex. conſ. 182. lib. 5.

37 Minor poteſt ingrediendo religionem teſtari, vel aliàs diſponere de bonis ſuis, etiam ſine authoritate tutoris, ſi quē habeat. communem dicit Clarus, in §. teſtamentum. quaſt. 28. verſ. Sed nunquid. P. Fich.

38 Papa poteſt dare facultatem teſtādi de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis. Dec. conſ. 157. Ioan. Dur. in arte teſtandi. cau. 3. tit. 3. num. 1. communem dicit. Villal.

Limitat etiā, quia licet ingreſſus monaſteriū non poſſit teſtari, tamē eius fili⁹ poterit teſtari, quia liberatur à patria poteſtate. all. Bar. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris.

Minor habens curatorem, poteſt teſtari, etiam eo inuito. Iaſ. in l. qua de legato. col. 6 ff. de leg. 3.

39 Obſides populi Romani, & ſic hodie in bellis contra infideles dati aut recepti, teſtari non poſſunt. lege obſides. ff. de teſtamentis. Secus ſi ciuitas vel Princeps ciuitati, vel Principi obſides dederint, aut ab his receperint: quia tales nihilominus teſtari poterunt, ſecundùm Bar. & doctores in l. obſides. per notat. in cap. ex reſcripto. de iureiurando. & ita communiter teneri refert Bened. Capr. regul. 103. nu. 203.

40 Filiusfamiliàs ſine voluntate ſui patris de aduentiis ſuis rebus in quibus pater habet vſumfructum, non poteſt diſponere etiam quo ad ſuum præiudicium: nec valeret alienatio, nec alia diſpoſitio, etiam quoad proprietatē ipſorum bonorum. ita vt ipſe, nec filius qui fecit talem alienationem poſſet cōtra eā venire, & eā reprobare atq; factum ſuū circa talē alienationē. per l. quēadmodū. C. de agricolis & cēſitis. lib. 10. & hoc per l. fi. §. filius. C. de bonis qua liberis. & ibi Bal. & alij & Paulus Caſt. in l. haredi. §. filius. ff. de pactis n. 4. Cur. iun. conſ. 152. vol. 2.

41 Sed quæro, nunquid ſi filius patre exiſtente apud hoſtes, & ita ſuſpenſa patria poteſtate teſtetur, tale teſtamentum patre reuerſo valeat? Reſp. in hoc articulo diſtinguendum eſſe: Aut filius adhuc viuit, dum pater reuertitur, & tunc ex quo filius ſemper fingitur fuiſſe in patria poteſtate, expeditū eſt, teſtamētum filij non valere: Aut verò, tempore quo pater ab hoſtibus reuertitur, filius mortuus eſt, & adhuc teſtamentum rumpitur. Ita ſentit gloſ. l. fin. C. de ſent. paſ. ver. rata, quam ibi ſequitur Bar. Bald. Sal. & omnes doct. Bar. in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſuc. Nec obſtat ſi dicatur fictionē poſtliminij non habere locū, ex quo reperitur extremū ad qđ inhabile, mortuo filio. Namq; reſpondetur, quod fictio poſtliminij principaliter fit ſuper patre, vt ſcilicet fingatur ſemper fuiſſe in ciuitate: itaq; in hoc reperitur habile vtrūq; extremū, nec requiritur poſtea habilitas in eo, ꝙ reſultat in cōſequētiā. Hæc reſolutio approbatur cōmuniter per doctores in d. l. ſi is qui pro emptore. vt firmat Aldo. Inſtit. quibus modis ius patr. poteſt. ſol. § ſi ab hoſtibus. n. 30. Iaſ. d. l ſi is qui. nu. 141. Mich. Graſſus.

42 Clericus filiusfamiliàs licet teſtari poſſit, tamen de vſufructu bonorum tam aduentitiorum, quàm maternorum patri quæſito non teſtabitur, vt crebro doctoribus probari teſtes ſunt. Ant. Gom. in l. 48. Tauri n. 7. Arius Pinel. in l. j par. 1. nu 43. C. de bonis mater. E. Suarez.

43 Clericus nepotes ex filio, quem iā ſacris initiatus ſuſcepit, natos non prohibetur hęredes inſtituere, vt receptum ait Didac. à Couarr. de ſponſal. 2. par. cap. 8. §. 5. nu. 14. E. Suarez.

44 Pupillus nō poteſt cōdere teſtamētum. l. ſi frater. C. qui teſta facere poſ. quod procedit etiā ſi ſit doli capax. ſed nec ad pias cauſas teſtari poterit, Pet. de Anch. in c. 2. de teſta. & Bal. in d. l. ſi frater. & nec poterit teſtari cū cōſenſu ſui tutoris. l. j. §. 1. ff. de tute. & rat. diſtra. & adde ꝙ ſi fecerit teſtamentum, nō reconualeſcere etiam ſi factus eſſet pubes. §. Prætereà. Inſtit. quibus non eſt permiſ. facere teſtamentum. & Iaſ. in ea l. frater.

45 Pupillus ſiue impubes, licet quidē ad pias cauſas teſtari poſſit. l. qua ætate. ff. de teſtam. cap ſi pater. eodē tit. lib. 6. idq; procedat etiā ſi ſagax ſit, & malitia ſuppleat ætatē. Imo. c. quia ingreſſa. eo. tit. tamen ſtatuto induceretur quòd talis pupillus ſagax teſtari poſſit, contra Pet. de Anch. d. c. quia ingreſſa. teſtamentū valeret, quia ſtatuto talis defectus tolli poteſt, vt voluit Bar. in l ſi quæramus. ff. eod. tit. quod ibidem ſequitur Ang. per id quod habetur in l. fi. C. de teſtam. milit. cū quibus doct. communiter tranſire refert Bened. Capr. reg. 103. nu. 30.

46 Emancipatus non poteſt teſtari in præiudicium patris, licet ſecus contra. Bald. in l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

47 Monachus non poteſt concedere teſtamētum. Iaſ. d. authen. ingreſſi. col. 2. not. 2. Phil. in rub. de teſtam. in 6. ca. quia ingredientibus. 19. quaſt. 3.

Limitat de licentia Papæ, & dicit ſufficere quòd licentia ſuperueniat. alleg. Bald. in l. fin. C. vnde leg. & alia quæ vide.

Limitat 2. niſi efficiatur Epiſcopus, quia tūc poteſt teſtari, non de bonis monaſterio iam quæſitis, ſed de aliis poſtea obuentionibus, de quo tamen vide latiùs per eum.

Limitat 3. niſi haberet filios. auth ſi qua mulier. C. eod. tit.

• Sublimita niſi eſſet ingreſſus ordinem fratrum minorum. quia non poterit teſtari. doctores, maxime Iaſ. auth ſi qua mulier. col. 1.

Limitat 4. quia licet monachus non poſſit facere teſtamentum, tamen teſtamentum quod fecit in ſæculo, poteſt effectus Epiſcopus reuocare. alleg. Bar. & doct. in auth. ſi qua mulier. & alias.

Limitat 5. quia habet teſtamenti factionem paſſiuam, quia poteſt inſtitui.

Alios caſus in quibus fallit d. regula, vide per Soc. reg. 9. in addit. per Philip in rub. de teſtam. in 6. latiùs per Patiſ. in cap. in praſentia. nu. 106. de probat. Don. à Fina.

Ebrius teſtari non poteſt. Fely. poſt. Bald. in cap. 1. de teſtibus. Dec. conſ. 112.

48 Vſurarij non poſſunt donare cauſa mortis, nec teſtamētū condere, vt eſt com. opin. Suarez. verſ. vſuras. nu. 86. & 87. limita vt ibi. Sed magis cōmunis opinio eſt, quòd vſurarius manifeſtus poſſit teſtari etiam non præſtita cautione de reſtituendis vſuris. de qua Capr. reg. 103. nu. 154 & ſeq. & ſi vſurarius manifeſtus teſtamētū cōdidit, nō præſtita d. cautione, deinde redit, vt canis & ſus ad vomitum, teſtamentum factum nō valebit, vt eſt cōmunis opinio. de qua Capr. reg ipſa 103. n. 159. & teſtamentum vſurarij valet & tenet, ſi eo condito effectus ſit poſtea vſurarius, vt eſt communis opinio ibidē n. 162. & valet teſtamentum ad pias cauſas vſurarij, ſi oſtendit ſigna contritionis, vt eſt communis opinio ibidem nu. 163. idem in legatis pro male ablatis, communis eſt opinio ibidem nu. 166. & vide Curt. iun. in conſ. 344. nu. 85. in 3. vol. Bonacoſſ.

49 Vſurarius manifeſtus, nulla cautione præſtita de reſtituendis vſuris, non poteſt facere teſtamentum, ca. quanquam, de vſuris lib. 6. Zabarel. conſil. 91.

Et neceſſe eſt ad teſtamenti validitatem, quòd ipſi vſurarij caueant in vita, aliter teſtamētū eſt ipſo iure nullum: ſec. gl. in clemen. eos, de vſuris. & in d. c. quamquam, in verſic. Mandauerunt. quā ſequuntur cōmuniter omnes doctor. & in c. quia in omnibus, de vſuris. præſertimque ibi Aug. Bero. n. 52. & ſeq. quamuis, quo ad pœnam ſepulturæ, contrarium velit gloſſ. in clemen. 1. de vſuris. in verſi. Manifeſtos.

Bene tamen verū eſt, quòd vbicunque quis nō fuiſſet vſurarius, cū omnibus neceſſariò à iure requiſitis, & ſic ea manifeſtatione, quæ requireretur ad reddendum eum penitus inteſtabilem, & incapacem eccleſiaſticæ ſepulturæ, teſtamentum conditum tunc ab eo, nulla cautione præſtita, valeret, & teneret: vt conſuluit doctiſsimè, & cumulatiſsime Ang. conſil. 10. In Dei nomine, Amen. In cauſa prædicta eſt hoc ordine procedendum, vt recta poſsit ſequi deciſio.

Sed aduerte, quòd iſta cautio præſtāda per vſurariū ipſum, deberet equidem eſſe idonea, nec nuda & ſimplex fideiuſsio ſufficeret: ſecūdū gl. in d. c. quamquàm, in verſi. Idonee, cōmuniter ab omnibus approbatā, atteſtante Couarr. in lib. 3. reſolutio. c. 3. nu. 6. & Iulio Claro in tract. de teſtam. lib. 3. q. 26.

Limitatúrque iſta concluſio non procedere, quādo vſurarius deceſſerit nulla præſtita cautione, dimiſſo tamen procuratore ad præſtandum eam poſt mortem, qua quidem præſtita iuſtificatur teſtamentum abſque dubio aliquo: vt latè diſputant Canoniſtæ, & multi hoc firmāt in d. c. quanquàm Cōfirmátque hoc idē Cardinalis, in c. ſignificauerunt, de teſtibus. & in clemen. prima, quæſt. 23. de ſepulturis. meminit fuiſſe deciſum publicè Ferrariæ, quòd valeat prælibatum teſtamētū. eúmque ſequitur Ioannes Dilectus in tracta. de arte teſtandi, titul. 1. caute. 7. Felyn. in c. adhac, col. 2. de reſcriptis. & in c. quoniā frequenter, col. 4. vt lite non conteſta. iſtámque aſſerūt com. opin. Gaſpar. de Calder. & Ancha. inter conſilia Cardinalis, conſi. 40. in faile aliàs prædicta conſtitutionis, col. 2.

Claudicat etiam antedicta concluſio ſecūdo loco, quòd licèt vſurarius manifeſtus nō poſsit teſtari, niſi prius cautione præſtita: nihilominus benè, & rationabiliter poteſt donare cauſa mortis abſque prædicta cautione: vt voluit Bald. in l. executorem. C. de execu. rei iudic. col. 2. & conſ. 298. vol. 2. vbi refert collegium Mediolanenſe ſic conſuluiſſe. Idémque tenet Ang. in diſputatione incip. Aſtenſis Miles. Roma. & Imol. in l. tam is, in prin. ff. de don. cauſa mortis. Paul. de Caſtr. conſi. 283. in antiquiſsimis. Capra conſi. 92. col. 2. Decius conſi. 196. col. fin. Probus in d. c. quanquàm, in addit. ad Ioan. Monach. Guliel. Ben. in c. Raynutius, de teſtamentis in verſic. Teſtamentum. Ripa in l. 2. nu. 7. ff. de leg. 1. vbi audacter aſſerit hanc eſſe com. opin. & poſt eum Soci. iun. nu. 22.

¶ Et fundatur talis concluſio iſta optima ratione, quia tex. in d. c. quanquàm, corrigit ius antiquum, quo vſurarij teſtari poterant. l. eius qui in prouincia, in prin. ff. ſi cert. petat. & tradit Baptiſta de ſancto Blaſio in tracta. contradictionum iuris ciuilis, & canonici, contradic. 18. ſtatuitque ſpecialiter, vt omiſſa cautione ſint nulla, nec de cōtractibus quicquā dixit: ergò in eis locū non habet. l. verba contraxerunt. ff. de verbor. ſignific. & ſic d. c. quanquam, editum in pœnam, non vtique extenderetur ad contractus, vel diſtractus: vt voluit etiam eleganter Ang. conſ. 100. Ser Ioannes mutuauit Franciſco centum ſub vſuris.

Secūndò comprobatur quoque ea ratione, quòd antedicta cautio de vſuris reſtituendis, reſpicit ordinationem, & ſolēnitatem teſtamēti, quo reſpectu donatio cauſa mortis æquiparatur contractui: ſec. com. opin. de qua teſtatur Ripa in l. 2. ff. de leg. 1. nu. 10. & Illuſtris D. Guliel. Pontanus Peruſinus, præceptor meus. nu. 32.

¶ In contrariam verò partem titubanter, & ſibi parum cōſtans, inclinauit Bald. conſil. 294. volum. 2. Lapus in allegat. 125. poſt Ioannem Calderinum in diſputatione exordiente, Canonica inſtitutione. Stephanus de Feder. in tracta. de interpretat. iuris, in 1. parte, nu. 42. Laurentius de Rodul. in tracta. de vſuris, quæſt. 100. Ioan. de Ana. in cap. quia in omnibus, num. 15. de vſuris. Benedictus Peruſinus in rubr. de teſtamentis in 6. Deci. ſibi contrarius, in l. diſcretis. C. qui teſtamenta facere poſſunt. & ante ipſum Alexand. in princ. qui fatetur expreſse iſtā eſſe communem opinionem. Ioannes Dilectus in tract. de arte teſtandi, tit. 1. caute. 7. Soc. in d. l. 2. & poſt eum Ruinus, latè col. 17. cum duabus ſequen. vbi ad ſaturitatem vſque reſpondet omnibus ferè fundamentis pro contraria parte citatis & adductis.

¶ Sed in iſta ambiguitate, & in tā variis noſtri interpretū ſententiis, quid concludendū? Dico, quod caſu eueniente, ego ſemper cōſulerē, & iudicarē pro iſta vltima ſentētia negatiua, iſto potiſsimum argumēto inter alia Nā, qui nō habet factionem teſtamēti paſsiuè, nō pōt etiā ex donatione cauſa mortis capere. l. Senatus, in princ. ff. de donatione cauſa mortis. Ergò pari modo, qui nō habet liberā factionē teſtamēti actiue, ſicut vſurari⁹, nō debet poſſe donare cauſa mortis. & eādē opi. reperio ſequutū fuiſſe, tanquàm magis com. magis tutā, atq; animæ fauorabilem. Iul. Clar. in tract. de don. lib. 4. q. 7.

Coarctatur tertiò etiā iſta cōcluſio, ſeu diſpoſitio d. c. quāquàm, non habere locum in teſtamento Iudæi: ſecundū Ioā. Dilect. in loco ſuprà citato. qui quidem Iudæi, licèt ſint publici fœneratores nihilomin⁹ poſſunt teſtari nulla prius cautione præſtita: vt per Aret. conſi. 158. Copioſè in ſecundo dubio. & in hoc ſunt melioris cōditionis, quā Chriſtiani vſurarij. d. c. quāquam, & not. Alex. conſi. 3. in cauſa, & lite, vol. 2. Soc. conſi. 62. in præſenti conſultatione, col. 4. & conſil. 70. in præſenti, col. 1. vol. 1. & Coraſius in miſcellaneis iuris ciuilis, lib. 5. c. 16. in fine. Imol. conſi. 1. circa finem. cum duobus ſequen.

Vbi dicit, quòd Iudæi poſſunt, vt Chriſtiani, teſtamenta condere. & Corn. conſi. 114. Licèt primò, col. fin vol. 1. & Cotta in memorali, in verſic. Vſura trientes, circa finem.

Limitatur itidem quarto loco non procedere, præallegata cōcluſio in donatione inter viuos: vt per Bald. conſi. 198. quæritur, lib. 2. & Ioan. Dilect. in præcitata cautela 7.

¶ Quintam verò limitationem ponit quoque ſatis vtilem, & communem. Clarus in d. qu. 26.

Vndè his accedit vtiliter, quòd vſurarius manifeſt⁹ dicitur probatione legitima concurrente, & fama: vt per Abb. conſ. 34. attingam, lib. 1. & conſil. 2. lib 2. Imò probatur etiā vſurarius ex fama, & quibuſdā indiciis: vt poſt gloſſam tradunt Inno. & alij in c. cùm in diœceſi, de vſuris. cū concordantibus: vt per Fulgoſium conſi. 138. viſis præcepto. & tradit Gemin. in c. 1. §. & quia. col. fin. de vſuris. lib. 6. necnon cum aliis vtilibus, & neceſſariis requiſitis, poſitis per Ang. in d. conſi. 10. col. 1. & verſic. Nunc ergo ad quæſtionem propoſitam deſcendamus.

Et vſura ipſa, ſeu conſuetudo fœnerandi, poteſt per teſtes ſingulares etiā probari: ſecūdū magis com. opin. quā citat, & ſequitúrque Crau. poſt alios ibi per eum relatos, conſ. 73. n. 32.

Et accedit etiam prædictis, quòd vſurarius nō dicitur ille, qui tenet pecunias in monte; quoniā non poteſt petere quādo vult capitale: ſecundùm communem ſcholam, & opinionem omnium Scribentium, quam allegat, & ſequi videtur Alex. in l. item quia. §. 1. nu. 2. ff. de pactis. & Chaſſaneus in conſuetudinibus Burgundiæ, rub. 4. §. 23. n. 38.

Vbi à nu. 22. vſque ad n. 53. recenſuit viginti caſus, in quibus vſuræ permiſſæ ſunt.

Itē occurrit præmiſsis quoque, quòd vendens rem pluſquā valet, cenſetur vſurarius. c. in Ciuitate, & c. nauiganti. extra, de vſuris. & iſta eſt communis opinio, vt latè conſuluit Abbas conſi. 5. in fin. nu. 5. vol. 1.

Imò in foro poli etiam peccatum eſſet vendere carius, quā res valeret, & quòd generaliter res emi, ac vendi poſſet iuſto pretio: vt voluit Ferrarien. in ſua practic. Papien. in forma libelli, in cauſa venditionis, in ſummario, ſeu verſic. Pro pretio florenorum centum, nu. 2. & ibi Gloſſator in litera A. & Berous in d. c. in c. in Ciuitate, nu. 6. cum aliis ſequen. vbi concludit etiā, quòd talis venditor ad reſtitutionem occaſione peccati, tā de iure canonico quàm ciuili, cogi poſſet.

Sēd aduerte, quòd vbicunque quis venderet rem pluſquàm valeret, ob dilationem emptori factam, & conceſſam de ſoluendo tempore futuro: tunc contractus iſtæ non cenſeretur vſurarius, nec aliquo modo crimen vſurarum contineret, niſi tribus requiſitis neceſſariò interuenientibus: vt firmauit Berous conſil. 168. in præſenti cauſa videtur prima facie dicendum, num. 22. vol. 1. Sanctus Bernardinus protector noſter, in ſermonibus ſuis de Euangelio æterno, in ſermone. 34. arti. 1. ca. 3. & Roman. conſi. 419. nu. 1. & eruditus & diſertus D. Horat. Mādoſius, in addit. ibi, vbi ait, quòd venditor iſte, hoc caſu, nō incurreret peccatum, habita ratione lucri ceſſantis. ſed demùm procedendo religioſè, more ſuo aduertit: prout conſuluerunt etiam omnes Canoniſtæ in d. c. in Ciuitate, quòd tutiùs eſſet pro ſalute animæ, vt ab huiuſmodi celebratione contractuum abſtinere deberet.

Similitérque noſtro propoſito conueniunt, quòd bona

vſurariorum minimè præſumuntur pro vſurarum reſtitutione tacitè hypothecata: ſecundùm Ioan. Andr. & alios Canoniſtas, communiter *in d.c.quanquam.* quam quidē cōmunem ſequuntur, ſimul ac citan. Modern. ibi, & Ant. Neguza. de Fano, *in tract. de pignoribus, & hypothecis, in 2. par.4.membr. num.* 155. & Alex. de Neuo *conſil.* 92.*num.* 1.*& ſeq.*

¶ In contrariam verò partē, & ſentētiā inclinauerūt gl. *in c. tuæ nos, de vſuris. & in d.c.quanquā, in verſi. Facultates.* & ſimiliter Couarr. cū alijs aggregatis per eū *in d.c.3.ſub nu.*6. videlicet, q bona vſurarij non ſint tacitè hypothecata pro reſtitutione ipſarū vſurarū. Sed ipſe nō audeo me opponere cōtra torrētē doctorū, & com. opin. præmemoratā, quicquid in cōtrariū fabulētur præcitati ſcribētes: cuius quidē cōmunis opinionis veritatē demōſtrat Alex. de Neuo *in d. conſ.* 97. *n.* 2. *& conſil.ſeq.ſub nu.*12. vbi eam meminit in practica ſeruari.

His prælibatis ponā ob præmiſſorū intelligētiā, q vſura dicitur in mercatore de intereſſe ante morā reſtituendæ pecuniæ paciſcente: eſto q ipſe mercator tanquā lucrum in loco mutui veriſimiliter facturus eſſet: ſec. com. opin. Scribētiū, quam expreſsè citat, & amplectitur Crauet. *conſi.* 67.*nu.*5.

Et huc ſpectat etiā, q vſurarius aliquis dicitur, quāuis deſierit fœnerari: ſec. doctrinā Bar. *in l. Prætor ait, §. ut etiā. ff. de edēdo, & in l. quis ſit fugitiuus. in prin. ff. de ædil. edict.* cōmuniter & cōcorditer approbatā ab omnibus doct. atteſtāte Dec. *in c. ex epiſt n.*99. *de probat.* vbi eā declarādo nōnihil conatur ſuſtinere, & à plurib' cōtrariis amouere, ac diuellere. Et eidē opinioni, tanquā magis cōmuni, tutiorique animæ, inhęret Clarus *in tract. de teſtamentis. lib.*3. *q.*26.*verſi. Item quæro.*

Nūc verò rerum ordo expoſtulat, vt ſuadeā, q vſurarius teneatur actori edere rationes ſuas pro intentione eius fūdādā, quādo agitur de vſuris, vel ex cauſa reſpiciente vſuras. Secùs autē ſi cōtra vſurariū ageretur ex contractu venditionis, vel ex alia ſimili cauſa, quæ vſuras non reſpiciat: vt notat & tenet Anch. & Card. *in clem.*1. *§. cæterùm, de vſuris.* & Bald. *in c. clerici, col. fin. de vita & honeſtate cleric.* quorū opin. admittit com. eſſe Deci. *in d. c. ex epiſtola. nu.*101.*cum ſeq. de probat.*

Poſtremò non pręterœundum illud fore arbitror, quòd vſurarius eſt infamis. *l. improbum,* vbi Bartol. Paul. de Caſtr. & alij cōmuniter pe illū text. *C. de infam.* Matheſi. *in notab.* 49. *incip. Nota.* Cotta *in memorali, in verſi. Vſurarij,* vbi hoc limitat, & declarát.

¶ Modò verò diſquirēndum foret, non intempeſtiuè quidem, quòd ſi debitor vltra ſortem principalem ſolueret creditori, ac fœneratori vſuras promiſſas, & poſtea abſolueret eum, ac liberaret per Aquilianā ſtipulationē, & acceptilationē, &c. & cōfiteretur ſibi plenariè fuiſſe ſatisfactū: tūc equidē in foro iudiciali ſublata eſſet omnis obligatio: nec poſſet ipſe debitor, ſeu eius hæredes repetere dictas vſuras, vt conſuluit doctiſsimè Aog. *d. conſ.* 100. vbi in foro conſcientiæ in hoc eodem caſu aliter diſtinguit, & reſoluit. Viuius *opin.*1053.

50 Vſurarius manifeſtus nō poteſt teſtari, niſi præſtet cautionē de reſtituēdis vſuris. nec quidē ſufficit nuda cautio, ſed requiruntur pignora vel fideiuſſores. cōmunem *in §. teſtamētum,* dicit Clarus, *qu.* 26. *verſic. Sed quæro.* Et caſu, quo teſtatus eſſet, non præſtita cautione, tamē ſi poſteà adhuc præſtet, reconualeſcet teſtamentum. communem dicit idem *ead. qu. verſi. ſed pone.* Nota autem quòd etiam ſi deſiiſſet exercere vſuras: tamen non poterit teſtari ſine cautione præſtanda, niſi reſtituiſſet vſuras. comm. *in d. qu.*26. *verſi. Item quæro.* Et nota quòd vſurarius manifeſtus, etiam donare nō poteſt cauſa mortis. magis comm. dicit Clarus *in d.q.*7. P. Fich.

51 Teſtamētum vſurarij manifeſti, tametſi nō ſequuta cautione de reſtituendis malè ablatis regulariter, non ſolùm cū ipſa manifeſta contritionis ſigna apparent, quò ad relicta ad pias cauſas valebit, vt cōſuluit D. Ant. Butrig. & Pet. de Anc. *per l.* 1. *C. de ſacroſanct. eccle.* quod prius voluit Lapus *in alleg.* 125. quem ſequitur Dominic. *in cap. quanquam. de vſuris. lib.* 6. & communiter tenetur, ſed etiā tā quoad relicta certis perſonis, pro reſtitutione certarū vſurarū malè ablatarū, quàm quo ad relicta pauperibus Chriſti, pro incertis vſuris aliis malè ablatis: quia tunc quoad illā quātitatē, ſimiliter valebit eius teſtamentum, vt ſentit Ioan. And. *d.c.quanquam.* & Lapus *d. alle.* 125. quod verum eſſe & communiter teneri refert Bened. Capra *d. regul.*103. *nu.*163. *&* 167. quando de eiuſmodi vſuris & malè ablatis, aliter quàm per cōfeſsionem teſtantis cōſtaret, aliàs ſecùs: quia magis ſpeciē aut vim relicti quàm inſtitutionis haberet, ſec. Petr. de Anch. *d.c.quanquam.*

52 Teſtamentum vſurarij manifeſti, licet ante pręſtitā cautionem de reſtituendis ablatis factum, etiam ad pias cauſas, non valere, nec poſt præſtita cautione & ſatisfactione reconualeſcit. *c. quanquā de vſuris. lib.*6. Bal. *l.*1. *C. de ſacroſanc. eccleſ.* glo. *in clem.*1. *in verbo, manifeſtus. de ſepult.* & *ibid.* Pau. de Leazar. Bal. *in l. ſi hæredes. C. de teſtam. milit.* & ita *d.c.quāquā.* cōtra Ioan. And. tenuerunt Garzias. Ioan. Monach. Lapus Abb. & Ioan. de Lignano. & ita cōmuniter, tam per legiſtas quàm canoniſtas teneri refert Benedict. Cap. *regul.*103.*nu.* 141. tamē contrariam opinionē quā tenuerunt Nicolaus de Matarellis in quadam diſputatione. Bart. *in l. filio præterito. ff. de inuſto.* & Ioan. And. Ioan. de Fant. & Bald. ſibi cōtrarius. Petr. de Anch. Dominic. Ægid. Bellamer. & Guliel. de Pontolino *in d. cap. quanquam.* magis ęquam & com. à qua in iudicando & conſulendo non ſit recedendum, dicit *ibid. n.*154. Bene quod eſt verum, niſi vſurarius facto teſtamento, ac præſtita cautione redierit ad vomitum, & occultè exercuerit vſuras, quia teſtamētū tunc vitiabitur: ſecun. Ioan. Lignano. Franc. de Zabarel. & Paul. de Leazaro *d. clem.*1. *de vſuris.* & Laurent. de Florent. *in tracta. vſura. q.*206. Lapus Ancbar. & Dominic. *in d c. quanquā.* Bald. *in l. executorē. C. de execut rei iud. & in l.*1. *C. de ſacroſanct. eccl.* Frideric. de Senis *conſ.*7. Anchar. & Imol. *in c. quia ingreſſi. de teſta.* quod communiter teneri *ibid. n.*159. refert Benedict. Capra.

53 Vſurarius manifeſtus quēadmodū prohibetur teſtari, ſec. diſpoſitionē *c. quanquam. de vſuris. in* 6. ita etiam prohibetur donare cauſa mortis. Hanc magis comm. opin. doctor. eſſe dicunt Alex. de Imol. *in l. diſcretis. nu.* 2. multis adductis anthoritatibus. *C. qui teſtam. facere poſſunt.* & Ioan. Dilectus *in tracta. de arte teſtandi, tit.* 1. *de his qui non habent teſtamenti factionem. cautel.*8.*nu.*2. Kirchouius.

54 Quęro, An excommunicatus poſſit facere teſtamentū? Reſpon. gloſ. *cap. decernimus. verſ. & decernimus. de ſent. excom. in* 6. tenet quòd non, quia æquiparatur deportato: quod patet ex genere pœnæ, nam aqua & igne interdicitur excommunicatis, vt tenet glo. *§. minor. verb. interdictum. Inſtit. de capit. dimin.* Hanc opin. ſequitur Hoſt. *in cap. pia de except. lib.* 6. Archid. *d. cap. decernimus.* Iaco. de S. Georg. *in l. in pecuniarus, n.*3. *de procu.* vbi dicit gl. *d.c. decernimus,* eſſe ſingularem.

Contrariā tamen opinionē tenet Ioan. And. *d.c. decernimus.* Guliel. Benedi. *c. Raynutius. verb. mortuo itaque teſtatore. el* 1. *nu.* 288. Bertrand *conſ.*227. *n.*11. *lib.*2. vbi dicit eam eſſe communē. Eandem tenet Archid. *d.c. pia.* Abbas *c. veritatis. n.*32. *de dolo & contu.* Bald. *l. fi. C. ſi à non compet. iudic.* Hanc dicit eſſe com quoque opin. Fely *in cap. ad probandum. nu.* 1. *de re iudic. cap. cum voluntate de ſent. excom.* Phil. Franc. *rub. de teſta. lib.*6. *nu.*32. Barbat. *cap. quia ingredientib. nu.*17. *de teſta.* Ioan. Guald. *in tractu. de teſtam. titul.*1. *cautel.*10. Eādem dicit eſſe magis com. Abbas *d. rub. de teſta.* Certum eſt enim omnes qui expreſse de iure non prohibentur, teſtari poſſe, vnde cùm excommunicatus non reperiatur prohibitus, debet admitti.

Et hęc opinio ſine dubio procedit in occultè excommunicato. An autem idem ſit in notoriè excommunicato? dubiū eſt, & quòd ſic tenet Frider. de Senis *in conſ.* 71. Bart. *l. ſi quæramus. ff. de teſtamentis.* Fely. *d. cap. ad probandum. nu.*1. cum doctor. per eum alleg. Soc. *in tract. fallent. regul.*133. Franc. *d. rub. de teſtamentis. num.*32. Michael Graſſus.

55 Excōmunicatus pōt teſtari, niſi ſit ſolenniter anathematizatus, ſec. magis comm. per Burſ. *conſ.*14. *nu.*11. *lib.*1.

56 Excommunicatus an poſſit teſtari? habetur *in cap. decernimus. de ſent. excom. in* 6. & dicit Bald. *in l.*1. *C. de ſecun. nupt.* q excommunicatus ex cauſa quæ redde. eum inteſtabilem non poteſt teſtari. *cap. excommunicamus. §. credentes, de hæret.* ſecùs ſi ex alia cauſa. de quo vide Bart. *in l. ſi quæramus. ff. de teſtamentis. & in conſ.*238. & quòd excommonicatus pro hæreſi nō poſſit teſtari vult Bart. *in authen. credentes. C. de hæreticis.* Bald. *in l.*3. *§.*2. *de leg.* Reconualeſcit tamen teſtamentum ſequuta abſolut. Bald. *in l. cū quan. C. de fideicom.* vide amplè Phil. *in rub. de teſtam in* 6. *in* 15. *col. & ſequen.*

57 Excōmunicatus licet ſecun. quoſdam teſtari non poſſit, iuxt. gl. *in c. decernimus. de ſent. excom.* & ibid. Ioan. Aut. Garzi. Hoſt. & Petrus de Vndalla, idq; ob periculum communicationis cum excommunicato, *Auth. de priuileg. dot. hæret. mul. non præſtan. §. anteſen.* & quia actus legitimi ei interdicuntur, *d. cap. decernimus.* & ſimilis deportato habetur, qui eſt inteſtabilis

bilis *l.eius cui.§.1.de teſt.* vt tenuit quoq; Ioã. Monach. Card. *in c.quãquam.de vſur.lib* 6. tamẽ cõtraria opinio quam tenet Inno. *in c.cũ voluntate.de ſent. excõ.* quem ſequitur Archi. *in c. pia. de except.lib.*6.Pet.Anch.& Abb.Bellon.*d.c.decernimus.& ibid.* Io. And. Beluiſ. *in auth.de ſanctiſ.Epiſc.§.omnibus.* verior eſt & magis communis, vt refert Capr.*reg.*103.*n.*174.Bellon.

58 Bannitus non poteſt teſtari, vt eſt cõmunis opinio.Gozad. *conſi.*96.*per totum,* quòd intellige de iure ſtatutario loci, ſecus de iure communi. Bonacoſſa.

59 Deportatus non habet teſtamenti factionem.cõmunem dicit Clarus *in §.teſtamentum.quaſt.*22.*in prin.* P. Pich.

60 Deportatus, cui ex teſtamẽto, vel ab inteſtato delata eſt hæreditas, eſt incapax, & ſuccedũt alij inſtituti,vel veniẽtes ab inteſtato, ac ſi deportatus inſtitutus non eſſet. Alex.*conſi.* 26.*in prin lib.*1. magis communem ait. Villal.

61 Deportat⁹ eſt ſucceſsionis ac teſtamẽti actiuè & paſsiuè incapax, ſec.com.per Burſ.*conſ.*48.*poſt nu.* 27. *lib.* 1.vbi dicit quòd aliis inſtitutis, vel venientibus ab inteſtato, defertur hæreditas ſibi relicta, ac ſi deportatus inſtitutus non fuiſſet, ſecun. comm.ibi, ex Clar.*§.teſtamentum.quaſt.*21.*&* 22.

62 Teſtamenti paſsiua factio (vt doctores fantur) iis nõ eſt, quibus ob crimen aliquod condendi teſtamenti ius non eſt. commune affirmat Aret. *in l. ei cui.l.1 ff.de teſtamentis.* Iulius Clarus de teſtamentis. *quaſt.*34. E. Suarez.

63 Carceri in perpetuũ deuotus,ac dãnatus,teſtari nequit ſi ſit laicus, vt frequenti doctorum numero probatum aſſerũt Bertran.194.*num.*2.*lib.*4.& qui non de nihilo diſſentit Iulianus Clarus de teſtamentis.*q.*19. E.Suarez.

64 Teſtari non poſſunt (indiſtinctè) damnati in metallum, vel ab beſtias, vel opus publicum, vel ad murtem vel quibus aqua & igni interdictum eſt.Hanc receptionem eſſe ſententiam concludit Vaſq.*contro.illuſt.lib* 3.*cap.*96.*nu.*2. Villal.

65 Teſtari an poſſit reus mortis? Clar. *in §.teſtamentum.q.*21. vbi dicit,quòd hodie poſſunt, vt fuſiùs per eũ,licet in cõtrarium eſſet cõmunis opin.de qua Ruin.*conſ.*143 *nu.* 1. *in* 2. *vol.* damnati autem ad triremes,vel ad perpetuos carceres,vel ad vltimũ ſupplicium, ex priuilegio Principis condere poterũt teſtamentum, vt per Fulg. *conſil.*44. Bal *conſi.*382.*lib.* 2. ſi tamen aliquo modo ſententia capitalis eſſet nulla, poſſent teſtari, vt dicit Bald.*in conſi.* 434. *& ſeq. lib.* 1. vide Capram *reg.* 103.no.120. & ibi pleniſsimè de hoc. Bonacoſſa.

66 Teſtari licet quilibet poſsit, etiã ſi pauper ſit,& bona nõ habeat, cũ hæreditas ſine bonis eſſe poſsit, *per no.l.ſi quæramus. ff.de teſt.l.hæreditas ff.de pet.hær. l.hæreditas. ff de verb.ſig.* id tamẽ inter alia fallit in furioſo, vel mẽtecapto, vel ſimilẽ defectũ à natura patiẽte, ita vt ne quidẽ ad pias cauſas teſtari poterit. *l. furioſũ. C.qui teſt fac. poſſ.c.ſi de ſucceſſ.ab inteſt.* qd̃ procedit etiã ſi ſtatutũ cõtrariũ diſponeret:nã cũ talis defect⁹ proueniat à natura, p i⁹ poſitiuũ tolli nõ põt. *§ ſed naturalia. Inſtit. de iur. nat.gẽt.& ciuil* vt voluit Bar.*d.l.ſi quæram⁹.* Quod etiã locũ habet, ſi talis defect⁹ ex iuris præſũptione vel diſpoſitione proueniat, vt cõtigit in pdigo, cui bonis interdictũ eſt:quia nec talis teſtari poterit, ex quo bona alienare nõ poſsit. prout no. *in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verb.obl.* vt hoc voluit Bar. *d.l.ſi quæram⁹.* quæ tamẽ limitãtur, qñ patiẽs defectũ mẽtis, iuris pſumptione eſſet à ſtatuto habilitat⁹ ad teſtãdũ: qd̃ fieri põt quãdo phibitio talis pcederet ex diſpoſitione iuris, per id qd̃ habetur *in l. oẽs populi. ff. de iuſtit. & iure.* vt voluit Bar. *d.l.ſi quæramus.* & ita cõmuniter teneri refert Ben.Capr.*reg.*103.*n.*11. *&* 30.

67 Quæro, Vtrum definitiuè condemnatus ad mortẽ, poſſit teſtamentum condere? Reſpon. q̃ non, dummodò executio ſtatim ſit ſequutura. & ita eſt commu. opi. vt teſtatur Bal. *in l.ſi.C. ſi à non compe. iud.* vt eum refert Auguſt. Arim. *in addit. ad Ang. verſi. & ſibi caput à ſpatulis amputetur.nu.*20.

Limita hanc concluſionẽ, vt non procedat, ſi pœna per ſententiam impoſita, ſit de iure prohibita. Námque tũc cõdemnatus non efficitur inteſtabilis.ita communiter aſſerere doct. refert Augu. vbi *ſuprà nu.* 23. ita tenet Ang.*l.ſi quis mihi bona. §. 1.ff.de acquir.hæred.*& ſequuntur ibi Imol. & Roma.

68 Teſtamentum cõdẽnati ad mortẽ naturalem, etiã ſi poſt ſentẽtiam manus iudicis effugerit, ne quidẽ ad pias cauſas valet. *l.abſentem.ff.de pœnis.l. qui vltimo. & ibid.* Bar. *ff eo.tit.* Ioan. And. *c.quanquam.de vſur.lib.*6.Imol. *in c. quia ingreſſa. cap. filios.de teſta.* quod etiã procedit, ſi teſtari vellet de bonis liberis ac aliis perſonis. *iuxt. auth.bona damnatorum. C.de bon.dam. reſeruandis, ſecun.Imol.d.c.quia ingreſſa.* quia in illis prout cõmuniter tenetur, dãnatus teſtari non poſsit, niſi in ſententia id illi cauſa cognita fuerit reſeruatũ, per *l.ex militari.ff.de teſta. militari.* in alius bonis poſt ſentẽtiã cõdẽnato veniẽtibus ſi de delicto pœniteat, ad pias cauſas teſtari ac diſponere poterit, *iux.l.1.C.de ſacroſ.eccl.* ſicut refert *ibi.n.*109.Ben. Capr.

69 Alienare prohibitus, nõ propterea prohibetur quin poſſit hæredem inſtituere, ſiue illa prohibitio fiat à lege, vel à teſtatore, vel à contrahente. Alex. *conſi.*55. *in* 3.*vol.nu.*5.

70 Alienare prohibitus, nõ impeditur inſtituere ſibi veniẽtes ab inteſtato, licet nõ ſint de familia, ſicut nõ prohibetur etiã ſucceſsio ab inteſtato. *l.cũ pater.§.cum inter.* & ibi tradũt Bar. & alij doct.*ff.de legat.*2. & eſt gl. *in l.pater.§.Iulius Agrippa.ff.de leg.*3. Tradũt Bart. & alij *in l. ſi ita quis. §. ea lege.ff.de verb. obli.* Alex. & alij *in l. qui Romæ.§.coheredes.eo.tit.*& *in l. filiusfam.§.diui.de leg.*2.Paul.de Caſt *in conſi.*60.*viſis ſtatus.in fin.* 2.*vol.in nouis.* Alex *cõſi.*23. *cõſideratis verbis, n.*8.*lib.*2.& *in conſ.* 59. *attẽtis verbis, nu.*10. *&* *n.*11.*lib.*3.*cũ multis aliis,* qui allegari poſſunt,& de quib⁹ per Ludo.Carũ dominũ, cõſulẽtẽ ibi, qui lõgè hoc proſequitur, demõſtrando, q̃ ita ſe habet cõmunis opinio. Quã & com. refert Soc.*iun. in conſil.*30 *nu.*11. *vol.*4.adducens contra tenentes, vt ibi plene per eum. E. Muſcul.

71 Prohibitus extra famil à alienare, prohibetur teſtari, & hæredẽ inſtituere, ſecundũ comm. doct. ſententiã *in l. filiusfamiliâs. §. diui. ff de leg.*1. Alex.de Imol. *in conſi.* 56 *n.* 6. *in primo lib.conſi.* Iaſ. *in conſil.* 120. *in* 1.*vol.*& *in conſi.*96 *in* 4.*vol.conſi.* Licet multi contrariam ſententiam ſequuti fuerint. Deci. *in conſi.* 23. & Soci. iun. *in conſi.*112. *in* 1. *part.* ſed cùm ea quæſtio nouiſsimè in vtram que partẽ explicata fuerit à Bar. Romul. *in d. §.diui nu.*60. non proſequor illam. Kircho.

72 Teſtamẽtũ qui cõdere regulariter nequeũt, nec ad pias cauſas teſtari quidquã efficiẽt. cõmune aſſerit Iaſ. *in l.2.nu.*12. *& ſeq.C.de ſacroſ.eccl.* Vnde nec ſi pupillus pubertati proxim⁹ ad pias cauſas teſtetur, eius teſtamentũ quicquã valebit. cõe atteſtantur Alex.*conſi.*182.*nu.*1.*lib.*5 Guliel. Bened. *c. Raynutius. ver. Adeò ſa impuberi.nu.*88. *ver. ſed aduertatis. de teſta.* Nec ſi prodigus, cui adminiſtratio bonorũ interdicta eſt, teſtamẽtũ ad eaſdẽ pias cauſas condiderit, quidquã validũ efficiet, cõe teſtificãtur Beſſet. *in repe.l.1.n.*100.*C.de ſacroſ.eccl.* Alex. *d.cõſ.* 58.*n.*6.*lib* 5. Nec itẽ furioſi teſtamẽto ad illas eaſdẽ cauſas cõſcripto vires vllę aderũt. cõmune ponit Grat *cõſ.*300.*n.*32. Iul. Clar. *§.teſtamẽtũ.q.*5.*ver ſed an furioſus.* Nec denique ſi ad mortẽ dãnatus piè teſtetur, validũ elogiũ emittet. cõmune ſcribũt Abb. *in rub.*11. *ver.de dãnato. de teſta.* Alex. *d.conſ.n.*5 Verùm enimuerò teſtamẽtũ filii fa.ad pias cauſas cõditũ valet, ac firmũ ſtabileq; eſt. cõmune profitetur Alex. *in l.*1. *§. hoc autẽ.n.*4. *ff ad Treb.* Quod tamẽ exaudiri ita debet, vt patris cõſẽs⁹ vnà in id acceſſerit. cõmune pnũtiãt Guli.Ben. *in d.c. Raynutius. ver. matrẽ inſuper.* Clar. *n.*28. Pariſ. *in c.in præſentia.n.*20. *de probat.* Io.Dil. *de arte teſtan tit.*1.*caut.*1.*n.*1.*in fin.* latè Iul.Clar.vbi ſ. *q.*5.*verſ ſed nunquid filiusfam.* Intellige 2.q̃ nõ ſic prorſus id teſtamẽtũ ratũ erit, vt legata extra pias cauſas in alios collata cõſequẽter robur habeãt, quẽadmodũ receptũ affirmãt Iaſ. *in l.hac cõſultiſsima.§.ex imperfecto n.*10. *ver.*2.*pro iſta. C. de teſta.* Gul. *in d.c.ver. teſtamẽtũ.n.*79.Iul. Clar. *vbi ſ ver.vnũ tamẽ.* Alioquin autẽ filiusfam. regulariter ac generaliter teſtamentum nequit exarare, quãuis & illi⁹ pater cõſentiat, & de bonis aduẽtitiis, quorũ ipſe plenũ i⁹ habet teſtari modo velit. cõe affirmãt Alex *in l.ſenium.n.*6.*in fin.C.qui teſt.fac.poſſ.* idẽ Alex. ac Iaſ. vterq; *n.*2.*in l.nemo.C.illo eod.tit.*& qui late cumulant Iul. Clar. *vbi ſ. q.*18.*verſi.vera igitur eſt.*& Franc.Vini. *lib.*1. *opi.*121. Quin nec filiafa. de dote ſua aduentitia validè teſtabitur. vt eſt communis doct. cõcluſio. teſte Alex. *in d.l. ſenium. nu.*3. Viui. *d. opin.* Si tamẽ codicillaris clauſula horũ teſtamẽtis adijciatur,& is qui inſtituitur, vel relicto honoratur, teſtamẽti tẽpore præſens fuerit, aut aliter ante teſtatoris mortẽ agnouerit qd̃ fit, factũve eſt, valebũt quæ relinquũtur in vim donationis cauſa mortis, quæ ab vtroq; illorũ iure fieri põt: aliàs ſecùs. cõmunia teſtificatur Socin. *conſi.* 125.*nu.*5.*lib.*3. Iul. Clarus *§. donatio.q.*6.*verſi.ſed quæro tu ſcis.* Memineris porrò q̃ nec illud teſtamẽti genus valebit, etſi tunc tẽporis factum ſit, cũ pater apud hoſtes captus detinebatur. cõe inquit Ioan. Crot. *l.ſi is qui pro emptore.nu.*10. *&. ſeq.ff.de vſuc.* Memineris deinde id generaliter proceſſurũ, ſi filiusfa. aduocatus de iis teſtamẽtũ cõdat, quæ à ſuis clientulis cõparauit, vt frequẽtius dogmatiſtatur Iaſ. *in l.vlt nu.*1.*C.de inoffic.teſta.* E. Suarez.

73 Qui non poteſt teſtari, nõ poteſt etiam codicillari, nec donare cauſa mortis. *l.2 ff.de leg.*1.*glo.* & Bart. *in l. tam is ff de donat.cauſa mortis.*

De teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.

TITVLVS XIII.

QVæro, quo iure introducta ſunt teſtamenta, ſiue ius faciendi teſtamentum? Reſp. quod teſtamenta introducta ſunt de iure gentium ſecundario, & hoc quo ad inuentionem, ſecùs autem quò ad formã & ſolennitatẽ. ea enim iuris ciuilis eſt. ita tenet Bart. *l. interdum.* & ibi Iaſ. dicit hanc eſſe com. opin. *nu.4. ff. de cõd. indeb.* Iaſ. *l. ex hoc iure. nu.46. & 47. ff. de iuſt & iur.* Iaſ. *in l. admonendi. ad fin. ff de iureiur.* Vigl. *in §. ſed prædicta. Inſt. de teſta.* Arius Pinel. *in rub. part.1. c.1 nu.23. C. de reſcind. vendit.* Didac. à Couarr. *lib. 3. reſolut. c.6. n.7.* Ant. Gom. *de teſta. c.1 n.2.* Bellõ. *conſi.2. nu.4.* Iul. Clar. *§. teſtamẽtum q.2.* doct. cõmuniter, *rub. de teſta. ext.* Paul. de Caſtr. *l. teſtandi C. eo.* Ex hoc ſequitur, quòd ſi teſtamentum ſit minus ſolenniter conditũ, ex eo tamen naturalem naſci obligationẽ. ita tenet Bart. *l.1. ff. de cõd. indeb. & l. cum quis. C. de iur. & facti igno.* Et cũ Bar. tenere doc. communiter firmat Iaſ. *d. l. interdum. n.4* Grain. *deciſ.106. n.22.* Sin verò ſollennitates interuẽnerint, vtramque tam naturalẽ quàm ciuilẽ oriri obligationẽ, vt per Iaſ. *d. l. interdũ*, ex communi doct. ſententia, licet quidã ibi cõtrariũ velint. M. Graſ.

2 Et prædicta quidem concluſio procedit in legatis, nãque illa in teſtamento minus ſolenni naturaliter debentur, vt per gl. & Bart. *in l. cùm quis. C. de iur. & fact. igno.* Imol. & canoniſtæ communiter *in c. fi. de ſolu.* vt firm at Iaſ. *d. l. cùm quis.* Hinc eſt, quòd legatarius, qui poſsidet ſine vitio rẽ ſibi relictã in teſtamento minus ſolẽni, tutus eſt exceptione, ſi cõuenitur. ita tenet Bart. *in l nemo poteſt. ff. de leg 1. per l militis. §. veteranus. ff. de teſt. mili. & in l. etiam.* vbi omnes doc. eum ſequũtur, *de compenſ.* vt teſtatur Capy. *deciſ.89 n 2.* Mich. Graſſus.

Sed dubiũ eſt in hæreditate, & doct. cõmuniter cõcludũnt, quòd inſtitutus in minus ſolẽni teſtamẽto, nõ poteſt hæreditatem tãquã naturaliter ſibi debitã retinere: ſed ſi cõuenitur in foro iudiciali, debet condemnari ad reſtitutionem, ſecùs in foro cõſciẽtiæ, quia põt retinere. Ita tenet Imo. *d. l. nemo poteſt.* & ibi Iaſ. dicit hãc eſſe cõm. opi. & Alex. *ff. de leg.1.* & ita doc. vnanimiter cõcludere firmat Capy. *d. t. dec. n.3.* M. G.

3 Teſtamento minus ſolenni relicta naturalẽ obligationem gignunt. commune dicunt Corn. *conſi.261. in hac conſultatione. lib.1.* Alex. *in l. non dubium. nu.2. C. de teſta.* Iaſ. *nu.70.* Rip. *nu. 97. in l. nemo poteſt. ff. de leg. lib.1.* Iaſ. *in l. cum quis. nu 9. C. de iuris & fact. ign. & in l. 1. nu.16. ff. de cond. inde. & in l. ſi creditoris. in fin. C. de fideic.* & qui latiſsimè hanc quæſt. cum appoſitis illationibus, tract. Iul. Clar. *§. teſtamentũ. q.90.* Franc. Vi. *lib. 1. opi.146.* Limita tamen primo, vt ſi relicta illa vel in dilectã, vel in coniunctam perſonam conferantur, nõ ſolùm naturaliter, ſed etiam efficaciter debeantur, ac ſoluãtur neceſſe ſit. commune pronunciat Iaſ. *in d. l. non dubium. num.6. limit.* 2. vt iſthæc recepta concluſio in ipſamet hæreditate nõ procedat, quæ minus ſolẽniter relicta nullo iure debetur: vt præter ſuperius relatos commune ait Bertr. *conſi. 212. nu.21. in fi. lib. 4.* quamuis quo ad animum ſpectat impunè ab hærede retineri poſsit, ſi non poſcatur. commune inquiunt Capy. *deciſ.89. n. 3.* Rip. *in d. l. nemo poteſt. n.99.* quamuis Did à Coua. *in c. cum eſſes. nu.10. de teſta.* Iul. Cla. vbi *ſupra, verſi. ſed quid ſi iſte.* non admodum neceſſariò reluctentur, vt alibi oſtendo. Intellige porro ac memoriæ vtiliter cõmẽda, quòd id genus relicta nõ idcircò hæres ſoluere cogetur, quia illocũ aliquis iſ ſuamet ſponte aliquibus ſoluerit. commune efferunt Alex. *in d. l. nõ dubium. nu 3.* Iulius Clarus *d. q.90. ad finem.* E. Suarez.

4 Teſtamentum minus ſolemne, facit aliquem naturaliter obligari. com. *in §. teſtamentum. q.90. verſi. Præterea.* Intellige de legatis, *ibid. q. ver. ſed huc.* Ideò ſi legatarius poſsideat rẽ ſibi legatã, poterit retinere ope exceptionis. com. *in d. q.90. verſi. Hinc infertur. cum ſeq.* Secùs autem eſt in hæreditate, illa enim ne naturaliter quidem debetur hæredi ſcripto. com. *in d. q.90. verſic. Cæterùm.* Si tamen hæres ſcriptus eam poſſideat, & aliter hæres ab inteſtato eum non moleſtet, tut⁹ erit in foro conſcientiæ. com. dicit. *in ead. q. ver. Sed quid iſte hæres*, quod tamen Claro non placet. P. Fich.

5 Teſtamẽtum tempore peſtis coram quinque teſtibus factum, valet. Afflict. *deciſ.25. num.24.* Barb. *conſil.87. vol.4.* Dec. *conſil. 284.* communem dicunt. Franc. Turzan. *concl.45.* vbi limitat. Fallit in 2. caſib. quos not. Port. *reg.9. ſuarum concluſionum.* Don. à Fina. & Vezinus.

6 Teſtamẽtũ factũ corã presbytero parrochiali, & duobus teſtibus etiam ad nõ pias cauſas, valet. Durand. *de arte teſtan. tit.2. caut.2.* Corn. *cõſ.261. vol.4.* Præcipue in terris Eccleſiæ, vbi ſi presbyter parrochialis abſit, pro eo alij duo teſtes sũt adhibendi, vt per eum *nu.4.* & Dec. *conſ.284.* Vezinus.

7 Teſtamẽtũ in quo quis inſtituitur intuitu pietatis, valet, etſi nõ ſint adhibiti niſi duo teſtes, ſi vere pauper eſt hæres. Durand. *ibi tit 2. caut.2.* Barb. *in c. ad hæc ſecundò, de teſta.* communem dicit. Vezinus.

8 Teſtamẽta omnia ex diſpenſatione valent; quòd quę illis cauentur poſt mortẽ fiant. vt frequẽter placitũ renuncio ex Dec. *in rub. C. qui teſta facer. poſſ. & in l. cũ qui. n. 4. ff. de iuriſdiction. iud.* Gul. Ben. *in c. Raynu. ver. teſtamẽtũ. in 1. n. 4. & n.6. de teſta.* Alex. *in l. filiusf. §. 1. n.5 ff. de leg. lib.1.* Ant. Gomez. *de teſta. c. 2 n.1.* Ari. Pin. *in l. 2. n. 7. in fi. C. de bo. mat. & in rub. c.1. n.23. C. de reſcind. vend.* quãuis nõ pauci aliud inepte deblaterẽt. E. Sua.

9 Teſtamẽtũ patris inter liberos, per cedulã, vbi de volũtate & inſtitutione cõſtat, valet etiã ſine teſtib. Alex. *cõſ.105. vol. 3.* & Iaſ. *conſ.57. vol.2.* Duran. vbi *ſup in fine.* com. dicit. Vezin.

10 Teſtamẽtũ ſubuertitur filijs nõ inſtitutis, etiã ſi eis ſit legata res certa. Durãd. *de arte teſtand. tit.3. caut.1.* cõ. dicit. Vezi.

11 Teſtamentum non valet ſi filij inſtituantur ſub conditione nõ poteſtatiua. Durand. *ibi caut. 1. nu.3.* Soc. *conſ.97. vol.3.* cõmunem dicit. Vezinus.

12 Teſtamentum inter liberos non ſuſtinetur ea via, quę de iure minor poteſt. Durand. *ibi nu.7.* comm. dicit. Vezinus.

13 Teſtamentum rumpitur per ingreſſum religionis. Duran. *ibi tit.3. caut.9.* communem dicit. Vezinus.

14 Teſtamentũ matris vel aui materni, ſubſtinetur per clauſulam codicillarem, etiam ſi filius ſit præteritus, quia grauari cenſentur venientes ab inteſtato reſtituere. Durand. *ibi caut. 15.* communem dicit. Vezinus.

15 Teſtamentum ſecundum valet, etſi in primo ſit clauſula derogatoria, ſi conſtat teſtatorem velle voluntatem mutare. Durand. *ibi tit.10. caut.1.* communem dicit. Vezinus.

16 Teſtamentum non reuocatur ex eo quod teſtator corã ſeptẽ teſtibus dicat nolle valere teſtamentum, niſi adiiciat, ſe velle mori ab inteſtato. Duran. *ibi caut.3.* com. dicit. Vezinus.

17 Teſtamentum filij patre non inſtituto nõ valet. Duran. *de arte teſtand. tit.3 caut. nu.8.* communem dicit. Vezinus.

18 Teſtamentum patris in quo filius fuit pręteritus cũ clauſula codicillari, valebit in vim codicilli. Alciat. *in l. 1. §. ſi quis ita. ff de verb. oblig.* Vezinus.

19 Teſtãdi forma poteſt dari à lege municipali, vltra formã traditam à iure ciuili. Durand. *de arte teſtan. tit.2. caut.6.* communem dicit. Vezinus.

20 Teſtator ſub conditione poteſtatiua, poteſt hæredẽ inſtituere, & valet inſtitutio. Durand. *ibi tit.3. caut.4.* communẽ dicit. Vezinus.

21 Teſtatoris mens coniecturata, nõ operatur in materia fideicommiſſi, quando ratio recti ſermonis non patitur. Cur. iun. *conſ. 69 num.2.* communem dicit. Vezinus.

22 Teſtamentum in vna, atque eadẽ charta, plures cõdere ac ſeſe inuicem inſtituere quin poſſint, nihil omninò prohibet. cõmune ponunt Bell. *conſ.85 nu.9.* Iul. Clar. *§. teſtamentũ. q 60. l. patris. & filij. ff. de vulg. & pupil.* E. Suarez. & P. Fichard.

23 Coiuges, maritus & vxor, teſtari poſſunt in eadẽ ſcriptura & mẽbrana. Cõmuniter tenẽt oẽs Doct. *in l. licet. C. de pact.* Et com. dicit etiã Nicola. Bello. *conſ 85. n.9.* vltimò tamẽ ſuperſtes, ſemper põt alterare ſuũ teſtamẽtũ: nihilominus enim duo eſſe teſtamenta cẽſentur. *arg. l. eo qđ. C. ſi cert. pet.* Et quilibet intelligitur loqui de ſuis bonis & iure ſuo diſcretiue *l. qui tabernas. ff. de contrah. ẽpt. l. ſerui electione. §. cũ ſũdus. de lega. 1.* cũ nemo poſſit alteri teſtari. *l. captatorias. ff. de hæred. inſtit.* Et pro hac opinione cõſuluit in terminis Old. *cõſ.174.* I. Fic.

24 In teſtamẽto inter liberos, neceſſe eſt relinquere titulo inſtitutionis. Eſt communis opin. ſec. Iaſ. *in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſt.* Licet idem Iaſ. teneat cõtrarium bonis fundamẽtis, & in iudicando dicat contrariam opin. communiter eſſe amplectendam, tanquam de iure veriorem. Latè Petr. de Vbal. *in repetitione c. Raynutius teſta. in antiq.* M. Charian.

25 Teſtator dicens, filio meo relinquo centum, non cenſetur reliquiſſe iure inſtitutionis. com. dicit Clarus *in §. teſtamentum. q.38. verſ quid verò.* P. Fich. ex Cla.

26 Teſtator dicẽs, filio meo relinquo cẽtũ pro legitima, vel pro

pro Falcidia. tale relictũ ſufficit pro titulo inſtitutiõis. com. dicit Clarus in §.teſtamentum.q.38.verſi.ſed quid ſi dicat. Idẽ.

27 Teſtator inſtituẽs filium in legitima, cẽſetur ipſum purè inſtituiſſe, ideò tale teſtamentum ſuſtinebitur. Magis com.dicit in §.teſtamentum.quæſt.39.verſi.ſed quæro nunquid. P. Fich.

28 Inſtitutio de qua in l. illa inſtitutio, ff. de hæreds. inſt. an ſit captatoria, diſputat Marian. Soc. in l.moiib.ff.de vulg.nu.12. vbi dicit communem opinionem eſſe quòd ſic.

Fallit in 3.caſib. vt per Alex. in l. captatorias, C. de teſt. milit. fallit in 2.caſib. vt per Aluiſ. de Alber. ſing.213. Don. à Fina.

29 Inſtitutus in re certa, non habet beneficium l.fi. C. de edi. diui Adria.tollend.

Fallit in 2.caſib. vt per Sebaſt. Sapia. in d.l.fi.n.65. Do. à Fi.

30 Inſtituto facta de filio, & nepote teſtatoris, intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt primò filius, & ſi filius moriatur ante teſtatorẽ, nepos ſuccedat. hæc eſt communis opinio, vt refert Lancillot. in l.Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſthum.

Fallit in 3.caſib. vt per eundem, nu.12. fallit vt per Matth. in ſuis concluſ. in verſi.inſtitutio. Don. à Fina.

31 In inſtitutione eorũ inter quos cadit ſolus ordo affectionis, ratione ſanguinis & ſucceſſionis ab inteſtato, omnes admittuntur ſimul, nõ autẽ ordine ſucceſſiuo: hanc opinionem dicit eſſe communem, & eam limitat in 2.caſib. Lancilot. in d. §. & quid ſi tantum, num.20. Don. à Fina.

32 Si in inſtitutione vocantur plures perſonæ per nomẽ collectiuum, vt familia, liberi, deſcendentes, cognati, agnati, cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo, ſecundum gradus prærogatiuam, not. doct. in d.§. & quid ſi tantum.

Fallit in 4. caſib. vt per Lancil. in d.§.nu.24. Don. à Fina.

33 Quando plures perſonæ in inſtitutione copulãtur, inter quas cadit ordo charitatis, & affectionis, & cõcurrit neceſſitas ſaltem cauſatiua inſtituendi, tunc intelliguntur vocati non ſimul, ſed ordine ſucceſſiuo: hanc eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ. in l.Gallus, §.quidam rectè, ff. de lib. & poſth.

Ampliatur in 5.caſib. & limitatur in 5. per Iaſ. in d. §. quidam. num.20. Don. à Fina.

34 Teſtator ſi exprimat nomẽ in inſtitutione, & omiſit, hæres eſto, vitiatur teſtamentũ, ſecùs tamẽ ſi ſint omiſſa hæc duo per errorẽ notarij: & exẽplificat Iaſo. in teſtatore, qui facit teſtamentũ in ſcriptis manu propria, & in notario in nuncupatiuo, in l. errore. C. de teſtam. nu.2. cõmunem dicit. Villalob.

Error notarij non poteſt probari, niſi per ſeptem teſtes in teſtamẽto, & in codicillis per quinque, cùm ſint de ſubſtantia teſtamenti. Iaſ. in d.l. errore, nu.7. com. dicit. Idem.

36 Si allegetur erratum fuiſſe in teſtamento per notarium in ipſa diſpoſitione, & ſic in ſubſtantia diſpoſitionis, talis error per ſeptem teſtes debet probari: quia tunc agitur de probãda voluntate defuncti, quæ per ſeptem teſtes probari debet. l. hæredes palam. ff. de teſtamen. Quod ſi allegetur erratum fuiſſe in aliqua qualitate, ſeu quantitate teſtamenti, & tunc talis error per duos teſtes probandus eſſet. Bart. in l. cùm proponeretur ff. de legat. ij. & ibi gloſſ. & Bart. in d. l. hæredes palàm. §. ſed ſi notã. ff. de teſtament. Paul. Caſt. in l. quoties. ff. de teſtament. & Soc. in conſ.51. in fin. volum.3. Decius conſ.105.

37 Religionẽ ingredi volẽtis, teſtamẽtũ nõ ſubiacet diſpoſitioni iuris cõmunis, ideoq; nõ vitiabitur etiã ſi id quod filiis ſuis relinquit nõ inſtitutionis titulo relinquat, ſufficit enim quocũq; titulo relinquat, filij tamẽ nihilominus habebũt legitimã ſuã. com. dicit Cla. §. teſtamẽtũ. q.38. verſ. itẽ quæro. P. Fich.

38 Licet per l. iubemus. C. de teſta. requiratur vt teſtator exprimat nomẽ hæredis in teſtamẽto, ſufficit tamẽ quòd alio interrogãte an velit talẽ inſtituere, teſtatorẽ dicere quod ſic. Nã paria ſunt quòd tales nominet, vel quòd cõſentiat nominationi factæ per aliũ. l. ſi ita ſcripſerit. & ibi Bar. ff. de cõd. & dem. Alex. cõſ.12.n.8.1 vol. ſufficit enim quòd notarius, vel alius in præſentia teſtatoris exprimat, vel legat nomina hæredũ, vel quòd teſtator talẽ nominationẽ cõfirmet, vel approbet. nã perinde eſt ac ſi teſtator expreſſiſſet. Iaſ. in d.l. iubemus. n.10. & ibi inquit eã eſſe cõmunẽ opinionẽ approbatã & in iudiciis & in ſcholis. idẽ Cor. cõſ.73. in 1. vol. n.7. quod tamẽ procedit vbi ille teſtator reperiretur loqui articulatè, id eſt intelligibiliter, aliàs nõ, vt ibi per Iaſ. & ſufficit quòd teſtator vel nomẽ hæredis palàm exprimat, vel quòd illud ſcribat in teſtamẽto. auth. quod nõ obſeruato. C. de teſt. vel quod ad interrogationẽ reſpõdeat. Boe. deci.1.n.22.

39 Teſtamentum non ſolenne, ac deficiens in forma obligationẽ naturalem producere ſolet, hoc eſt hæredem obligare naturaliter ad præſtandũ legata, & fideicõmiſſa: adeò quod licèt non poſſit cogi ope actionis, ea ſoluere, præſtaréque; nihilominus ſi ea ſolueret, etiã per errorẽ, vtiq; & abſque dubio aliquo ea repetere nequireret: ſecundũ Gloſſ. Bart. alióſque omnes in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. Bart. n. 17. in l. nemo poteſt. ff. de lega.1. & ibi Moder. etiã, qui oſtẽdunt iſtã eſſe cõmunem opinionẽ; & voluerunt quoque Gloſſ. Bar. col.1. & cæteri omnes cõmuniter in l.1. ff. de cond. indeb. Viuius opin.882.

40 Teſtamentũ eſt validũ, ſi quis interrogatus, an velit facere hæredẽ talẽ? reſpondeat ſimpliciter, muſſerſi, & talis dicitur inſtitutus hæres, per gl. illã ſingularẽ, licet vulgatã in l. iubemus. & ibi Bald. C. de teſta. quæ eſt magis cõmuniter recepta, vt ibi per doct. & vt atteſtatur Ruyn. in cõſ.2. viſo teſtamẽto. n.8. vol.2. & Dec. in cõſ.489. in caſu occurrẽti. n 3. Hoc tamẽ non videtur procedere, quãdo grauiter infirmus ab alio, quàm à Notario fuiſſet interrogatus. De Notario enim videtur confidendum, propter fidẽ publicã, non ſic de alio, quãdo ad id non apparet requiſitus à teſtatore. Ita declarat Bald. in d. l. iubemus. & plerique ibi ſequuntur. & Paul. de Caſt. cõſ 366. viſo pũcto & allegationibus in antiquis, in nouis eſt ſub n.155. lib. v. Dicitur enim tũc infirmus ſic reſpondiſſe potius, per ſuggeſtionẽ interrogãtis, quàm deliberato animo teſtandi. Soc. iu. in cõſ.32. n.2. vol.4. & arguit Ruin. in conſ.12. ſuper iſto puncto. n.3. vol.1. E. Muſcul.

41 Teſtamentum licet pendere debet à propria voluntate teſtantis, & non ex alieno arbitrio, l.1. C. de ſacroſ. eccleſ. Tamẽ voluntas teſtatoris etiam oſtendi poteſt ad interrogationem alterius, vt eſt communis opinio omnium doct. poſt gl. in l. iubemus. C. de teſtam. Et licet de modo reſpondendi poſſit diſputari, data graui infirmitate teſtatoris, vt traditur in d.l. iubemus. tamen quo ad hoc quod valeat teſtamentũ, licet teſtator non ipſe incœperit, ſed alius eum interrogauerit, & ſic dicatur factũ ad interrogationem alterius: tamen valebit non obſtante regula, l. illa inſtitutio ff de hæred. inſtitu. Soc. iun. in conſ.32. nu.5. vol.4. vbi dicit, non eſſe dubitandum: omnes enim doct. ſentire, teſtamentũ valere, ſi ex alio non poſſet infringi, quoniam etiam tunc dicitur factum ex proprio arbitrio ipſius teſtatoris, qui ſic ex animi libertate, & non coactè reſpondit, & ſuæ mentis eſſe declarauit, vt per eum in d. conſ.32. E. Muſcul.

42 Teſtamentum valet in quo inſtituitur hæres ad interrogationem eiuſdem hæredis emiſſam, ſecundum communem per Burſ. conſ.47. num.27. lib.j.

43 Teſtator ſi ad interrogationẽ alterius aliquẽ hæredẽ inſtituat, talis inſtitutio valet, dũmodò nõ ſi ille morti proximus, ſed mẽtis adhuc cõpos. cõmunẽ eſſe multi teſtãtur doc. quos recẽſet Vaſq. illuſt. contr. lib.3. c. 102. nu.4. I. Fichard.

44 Teſtator magis præſumitur diligere nepotes quàm extraneos. l. cùm auus. ff. de cond. & demon. l. Lucius, in fi. ff. de hæred. inſti. gl. in l.j. C. de dote caut. non num. Don. à Fina.

45 In conditionibus teſtamentorum, potius voluntatem quàm verba conſiderari oportet, l. pater Seuerinam ff. de cond. & demonſtr. l penult. ff de leg.j. Don. à Fina.

46 Teſtamentum factum ad interrogationẽ notarij ex reſponſione teſtatoris, ſaltem præcedente rogatu notarij adhibito per teſtatorem, & poſteà lectum, valet & tenet, & conſuetudine obſeruatur, vt eſt communis opi. quod non ſit falſum, de qua Corneus in conſ.261. litera. Q. & communiter approbatur in iudiciis, & ſcholis, vt ibi per eum. in 4. vol. Bonacoſſ.

47 Teſtator potens loqui & intelligere, ſi per notarium interrogetur, an velit Lucium ſuum hæredẽ inſtituere? & ipſe reſpondet quòd ſic, & notarius dicit quòd ſuum hæredem inſtituit, valet teſtamẽtum. Io. Duran. in arte teſtan. tit.4. caut.2. Boer. dec.55. nu 6. Bell. conſ.62. & Iaſ. in l. iubemus. C. de teſta. nu. 20. communem dicit. & de intellectu iſtius communis, vide Sorez. in alleg. j. diſtinguentem, an notarius ſit rogatus à teſtatore, vel non? Apoſtil. in addit. ad Alex. conſ.12. in verbo, quod ſi hanc communem dupliciter, intelligit quando teſtatorem cõſtat eſſe ſanæ mentis, & articulatè loquentem, ſecundò, quando apparet teſtamentum ab initio ſcriptum de voluntate teſtatoris. ſecus ſi eo inſcio ſit ſcriptum. ex Io. And. in addit. ad Spec. de teſta. §.1. & Iaſ. in l. iubemus. in fi. & cõſ.196. & Hyp. ſing. 380. & ſing.449. & Affl. deciſ.143. quod nota. Villal. & Vezin.

48 Teſtator filios impuberibus inſtituens & eos inuicem ſubſtituens, & pupillares & pupillaris eſt ſubſtitutio, inter puberes autem ſolum vulgaris facta cenſetur Iaſ. in l. Lucius. ff. de vulg. & pupill. & conſ.34. vol.1. Duran. ibi tit.5. caut.29. communem dicit. Vezinus.

49 Teſtator excludens fœminas propter filios maſculos, videtur & propter nepotes excluſiſſe. Cur. iun. *conſ.* 116. *nu.* 10. communem dicit. Vezinus.

50 Teſtator in dubio in fideicõmiſſo videtur vocare eo ordine, quo ab inteſtato erant ſucceſſuri. Cur. iun. *conſ.* 125 *nu.* 2. & videtur ſe confirmare cum diſpoſitione ſtatutaria iuris ciuilis. *conſ.* 128. *nu.* 8. communem dicit. Vezinus

51 Teſtatorũ diſpoſitio inter perſonas, inter quas cadit, ordo neceſſitatis & affectionis. Nepos nõ cẽſetur vocat⁹ cũ patruo, ſec⁹ tamẽ quãdo ſolũ cadit ordo affectionis & charitatis, qui tũc admittitur ſimul & ſemel. Cur. iu. *cõſ.* 128. *num.* 1. com. dic. Vezinus.

52 Teſtator ſubſtituẽs Petrũ, & eius filios & hęredes, intelligitur ordine ſucceſſiuo. Cur. *ibi nu.* 5. com. dicit. Vezin.

53 Numerus teſtium in teſtamẽto, eſt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamenti. communem dicit Clar. *§ teſtamentum. q.* 56. *verſ. & numerus.* P. Fich.

54 Legatũ ſibi ipſi alterius teſtamẽto etiam nuncupatiuo adſcribens falſi pœnis fit obnoxius, vt cõmune inquiũt Bello. *conſ.* 80. *nu.* 3. Ægi. Boſſ. de his qui ſibi adſcribunt *nu. etiam* 3. ſi tamen per teſtes rei memores probare poterit ſibi reuera id à teſtatore legatum fuiſſe, non tenebitur, vt cõmune ponit cum Ana. Iul. Clar *in pract. § falſum. verſ. aſcribens.* E. Suarez.

55 Teſtamentum comprobatur legitimè eſſe factum, per duos teſtes teſtamentarios. Alex. *conſ.* 84. *vol.* 2. Duran. *ubi ſup. nu.* 6. communem dicit. Vezinus.

56 Teſtator poteſt prohibere detractionẽ Trebellianicę in fideicõmiſſo. Barb. *in conſ.* 10. *vol.* 4. Iaſ. *cõſ.* 84. *vol* j. *& conſ.* 146 *vol.* 4. & etiam nõ detrahitur ſi teſtator vtitur verbis ampliſſimis, vt plenam hæreditatem, vel quicquid ad eum peruenerit vel omnia bona reſtituere mandauerit. Alex. *conſ* 5. *vol.* 3. Duran. *ubi ſuprà tit.* 5. *caute.* 31. communem dicit. Vezinus.

57 Teſtator quãdo filius primi gradus inſtituitur grauatus, ſi prohibuerit detrahi Trebellianicã, eſt ineſſicax prohibitio, Iaſ. *conſ.* 99. & Dec. *conſ.* 81. *& conſ.* 299 Et Cur. iun. *conſ.* 70. *nu.* 16. com. dicit. Et idẽ Ludo Gozadi. *cõſ.* 45. *n.* 21. ſed Alex. *conſi.* 29. *n.* 5. & Cor. *conſ.* 22. *vol.* 2. dicũt com. contrariũ. Et pro concordia vide Dec. *conſ.* 480. dicentem, aut ſiue detrahendę duę quartę, & põt prohibere, ſi tamẽ vna, nõ. & Couart. *in c. Raynutius. de teſtamen. §.* 11. *nu.* 7. dicit primã veriorẽ indiſtinctè. Et Idem Cur. iun. *conſ.* 160. *nu.* 10. dicit. Vezinus.

58 Teſtatoris mens ſi non conſtat, inhęrendum eſt verbis, & eius virtuti. Cur. iun. *conſ.* 169. *nu.* j. comm. dicit. Vezinus.

59 Teſtator & contrahentes in dubio videntur ſe cõfirmare cum diſpoſitione ſtatutoria, vel conſuetudinaria. Cur. iun. *conſ.* 86. *nu.* 6. *& conſ.* 171. *nu.* j. communem dicit. Vezinus.

60 Teſtamentum valere non poteſt, ſi non habeat ſeptem teſtes. *l. ſi vnus. l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. C. de teſta.* & tot etiam requiruntur, ſec. com. ſententiam tẽpore peſtis. Matth. de Afſl. *in dec ſacr. conſ. Neap. dec.* 25. Licet autem Alex. & alij doct. voluerint illud ſubſiſtere, ſi modo duo teſtes interuenisſent. *l. ſeruiarios. nu.* 6. *C. de teſta. milit.* Myſing. *in obſerua. ind. imp. Camera in* j. *cent. obſeru.* 96. & ita in camera iudicatum eſſe ipſe inquit: tamen ſentẽtia magis cõmunis et approbata eſt in cõtrariũ, quæ requirit quinq; teſtes. Ang. Aret. *in §. fi. Inſtit. de teſt. ord.* Iaſ. *in l. fi. C. de teſt.* Et hanc ſententiã vti iuridicam, ęquiorẽ & magis com. eſſe dicunt, per multa fundamẽta & rationes Philip. Dec. *in cõſ.* 284. & ibi Apoſtil. *in verb. æquiorẽ.* & idem Dec. *in d. l. ſeruiarios. nu.* 20. Fran. Rip *in tract. de peſte. in c. de priuileg. vl. voluntat. cauſa peſtis. ver. aut ſumus. nu.* 12. Rol. à Valle *in conſ.* 81. *nu.* 47. *in* j. *Tom. conſ.* Kirchou.

61 Teſtamentum iure ciuili ſeptem exigit teſtes. *l. ſi vnus l. hac conſultiſſima. & l. fi. C. de teſta.* niſi iure canonico, quo caſu quinque, aut inter liberos, aut à milite fiat: quo caſu ſi in actu belli fiat, duo teſtes ſufficerent. *d. l. hac cõſultiſſima. d. l. fi. l. diu⁹. & l. Lucius. ff. de teſta. milit.* iure autem canonico in relictis ad pias cauſas, duo teſtes idonei in vtroque foro ſufficient. In relictis verò extra pias cauſas in terris eccleſiæ ſubiectis, ſimiliter duo teſtes cum presbytero parrochiali ſufficiunt, ſed non in foro ciuili, vbi ſeptem requiruntur teſtes, quemadmodum concludit Io. And. *in c. cùm eſſes. de teſta.* quem in effectu *ibid. & in c. relatum. eod. tit.* ſequũtur Petrus Peruſinus, Pet. Ancharanus, D. Floria. cuius opin. cõmuniter teneri, ac in practica obſeruari, & conſuetudine roborari, *argumento. l. minimè. ff. de legib.* refert Bened. Cap. *reg.* 104. *nu.* 2. & 8. refert Ben. Cap. idque Bart. Bald. & legiſtas *in l.* j. *C. de ſacroſ. eccl.* ſequi dicit.

61 Teſtes ſeptem puberes in teſtamentis regulariter requiruntur *l. hac conſultiſſima, & l. in teſtamentis. C. de teſtamen. & §. fina. Inſtit. eod. tit.* Nec valet teſtamentum ſi minor numerus teſtium adhiberetur, etiam quando ſufficiens numerus teſtium haberi non poſſet. *l. conſiciuntur. §.* 3. *ff. de iure codicill.* Et iſte numerus teſtium, aduerte, quòd eſt de ſolennitate ſubſtantiali, ac formali, non tantũ probatoria: ſecun. Bartol. Aret. *col.* 2. & Iaſ. *in* j. *lect. nu.* 17 *in l. nemo poteſt. ff de leg.* 3. vbi Ripa *nu.* 55. ait, iſtam eſſe communem opinione, & Couarruuias, *in epit. in cap. cùm eſſes, nu.* 8. *de teſtamen.* Iacobus Mandellus *in l.* 3. *nu.* 39. *cum alijs ſeq. ff de verb oblig.* & Clarus *in tract. de teſtamen. §. teſtamẽtum. lib.* 3. *q.* 56. vbi refert effectus iſtius communis.

Hoc itaque procedit de iure ciuili, ſed de iure canonico videtur ſancitum contrarium. Nã teſtator poteſt diſponere de rebus ſuis corã presbytero parrochiali, & duobus teſtibus, & valet ſuum teſtamentum, etiam ad non pias cauſas confectũ, maximè in terris eccleſiæ. *cap. cùm eſſes, de teſta.* Spec. not. *in ti. de inſtru. editio §. cõpendioſe, ver. Item per ius canonicum.* Io. de Imol. & Abb. *in d cap. cùm eſſes.* Zabar. *conſ.* 73. *puto de iure.* Bal. *conſ.* 351. *quoniam ex facto, & conſ. ſeq. lib.* 4. & Alex. *conſ.* 17. *ponderatis his, quæ in themate, nu.* 15 *vol.* 3. & 276. *viſo proceſſu, col.* 3. *lib.* 5. & iſta eſt communis opinio, teſte Corn. *conſ.* 261. *nu.* 9. & 30. *vol.* 4. Tobia Nonio *in § ſed hoc quidem, ſub num.* 4 *limit.* 8. *Inſt. de teſtamentis* & Moder. *in d. cap. cùm eſſes,* pręſertimque Couarruuias *ibi, nu.* 12. cum alijs innumeris relatis per eũ, & Beier. *in deciſ.* 95. *nume.* 2. & Claro copioſe *in tract. de teſta. in §. teſtamẽtũ li.* 3. *q.* 57. *v.* 1. *& ſeq* & Michaele Ciſuẽtes *in cõmentarijs ſuper leges Tauri, in l.* 3 *nu.* 3. vbi etiam firmat ex veriori ſentẽtia Doct. quòd ius ciuile, ſeu regium, non corrigatur per ipſum ius canonicum.

¶ Sed aduerte, quòd iſti duo teſtes interuenientes vltra parrochianum, debent eſſe idonei, ſec. com. opin. relatã per Alex. *conſ.* 177. *ſub nume.* 4. *vol.* 2. Et facit in hanc partem, quod ſcribit Bal *conſ.* 264. *ad euidentiam, in fi.* quòd ſufficiunt duo teſtes in legato ad pias cauſas, modò ſint õni exceptione maiores,

¶ Et iſtud teſtamentũ corã presbytero parrochiali, & duobus teſtibus conditum, habet vires etiã in terris Principi ſeculari, quo ad tẽporalẽ iuriſdictionẽ ab eccleſia cõceſſis: quales ſunt Ciuitates Regni Neapolitani, Ferraria, & Vrbinum: vt declarat, & ponit Corn. *in practicato conſ* & ſequitur Tobias Nonius *in d. §. ſed hoc quidem, ſub num.* 4 *limit.* 8. ſed in aliis nõ procedit: vt per Bald. *conſ.* 284. *dominus, lib.* 3.

¶ Vbicunq; verò presbyter parrochialis non reperiretur in partibus, & terris eccleſiæ, in quibus condendum eſt teſtamentum, nec haberi poſſet aliquo modo: tunc nota, quòd loco parrochialis, alij duo teſtes adhiberi poſſunt per teſtatorẽ: & ſic requiruntur quatuor teſtes ſine parrochiano, & valebit teſtamẽtũ. Nã duorũ vox eſt potẽtior, quã vni⁹, quãtũcunq; ſit authoritatis. *c. licèt, & ca. cũ à nobis. de teſti. & l. iuriſiurãdi. C. eo. tit.* & ita voluit Spec *in d. v. Itẽ per ius canonicũ*, quẽ ſequitur Calder. *conſ.* 8. *teſtator. in t. de teſta.* Gemin. *conſ.* 49 *ſuper iſto pũcto.* Alex. *conſ.* 17. *col pen. vol.* 3. *conſ.* 276 *lib* 3. *& conſ.* 105. *viſo, & diligẽter cõſiderato, lib.* 4. & iſtã opin. Spec. dicit, & aſſeuerat obſeruari in practica. Anto. de But. & Panorm *in d. c. cùm eſſes, in fi.* & comm. dicunt inibi Moder. præſertimq; Couarruuias, *nu.* 13. & Bellonus *conſ.* 14. *nu.* 3. & magis communem eſſe recitat eam ſequendo Clar *in d. q.* 57. *ver. Sed pone.* & Tobias Nonius *in d. §. ſed hoc quidem ſub nu.* 4. *in* 8. *limit.* vbi ait, ab huiuſmodi ſententia non eſſe recedendum in iudicando, & conſulendo, cùm ex ea teſtamentum ſuſtineatur.

Declaratur ſimiliter d. regula in teſtamento condito tempore peſtis, cùm eo tempore nõ ita copia teſtium haberi poſſit, ſicut alio tempore; ideoque numerus ſeptem teſtiũ regularis in teſtamento reſtrictus eſt ad quinque, & ſic adhibitis quinque teſtibus in teſtamento cõdito tempore peſtis valet, & tenet: vt tradit Nicola. de Mata. Bal. Saly. & Iaſ. *in l. fin C. de teſt.* Aret. *in §. fi Inſtit. de donat. & in ſuo tract. teſtamentorum, in verſ. Suum teſtamentum, in fin.* Cuma. *in leg. conſiciuntur. §. codicilli, de iure codicill.* Florian. *in l. milites. C. de teſt. milit.* Barbat. *in dicto capitul. cùm eſſes, colum.* 8. *& in conſ.* 87. *colum.* 2. *volum.* 4. Marſil. *in l.* 1. *§. præterea, numer.* 121. *ff. de quæſtio.* Deci. *in l. ſeruiarios, in fin. C. de teſtamen milit. & in conſilio* 284. *viſo puncto.* Zhan. *deciſio.* 115. & Card. Put. *deciſ.* 376 *& deciſ.* 386. *libro primo.* vbi adducit etiam, & expreſſè firmat, quòd in iſto numero quinque teſtiũ, non cõputatur modo aliquo notarius. Brunus etiam *in tracta. de forma*, dicens ibi, ſe pro hac parte

conſuluiſſe, & ꝙ in facti contingentia obtinuit. quem refert Pariſ. *conſ.33.nu.26.volu.2.* vbi ſubdit, quod iſta eſt magis communis opinio, magis æqua, & humana. Rubeus *conſ.* 165. Bertrand. *conſilio* 179. *vol.1.* Ripa *in l. Centurio, nu.* 8. *ff. de vulga. & pupill.* Boer. *in deciſ.* 228. *nu.* 9. *& ſequen.* Bal. Nouell. *in l.9.ff. de legat.1.* vbi concludit poſt Pontanum, *nu.*4. iſtam eſſe magis communem opinio. & magis æquam, & Soc. etiam, qui eam magis veram eſſe dicit *in conſ.*129.*nu.*14.*vol.*15.

¶ Alexand. verò *in conſ.*70.*vol.*2. & Iaſ. *in l. ab antiquis, nu.*4. *C. de teſta.* dicit communẽ contrariã, videlicet, quod in teſtamẽtis tẽpore peſtis requiratur integer numerus ſeptẽ teſtiũ, & malè, quamuis eam nõ ſequatur, & cõmunem & veriorem de iure aſſeuerat Boër. *in præcitatâ deciſ.*228.*nu.*10. Ioan. Bertachinus *in tract. de gabellis, ſeu vectigalibus, in 2. par. de locatione gabellarum, ſub nu.*50. & Afflict. *in deciſ.*25. *incipien. In cauſa petitionis hæreditatis*, & magis cõmunem inquit Clarus *in tract. de teſtamen. lib 3. ſub q.*65. vbi concurrit cum prima opinione Bal. & ſequaciũ cum quodã moderamine: cui quidẽ intrepidè inhæremus, tanquàm veriori, æquiori, & cõmuniori: cui accedit etiam tanquã magis communi Tobias Nonius *in d. §. ſed hæc quidem, ſub nu.*4. *tomi.*14. aduertens, ſecundum eandẽ magis communem opinionem debere iudicari in actu practico, cùm in fauorem teſtamenti tendat, & Ciſuentes *in d. l.*3. *nu.*4.

¶ Imò intantum procedit ſine ſcrupulo aliquo iſthæc communis opinio, vt Card. Puteo placuerit quoque conſtanter aſſerendo *deciſ.*13. *in tit. de teſtam.* quòd in ipſo teſtamento tempore peſtis confecto, requirantur ſolummodo duo teſtes.

Declaratur quoque præfata regula non procedere, in teſtamento facto ad quaſcunque pias cauſas: Nam teſtamentum conditum ad pias cauſas coram duobus teſtibus, abſque preſbyteri parrochialis præſentia valet, tã in foro canonico, quàm ciuili, & in terris Eccleſiæ non ſubiectis: ſecundum tertiã opinionẽ Gloſ. *in d. cap. cùm eſſes*, quã ſequũtur ibi Anchar. Card. Imol. Barb. & omnes, vbi aiunt hanc ſententiam eſſe communem, & veriſſimam ſimul cũ Moder. Iaſ. quoque *in l.1.n.21. poſt mediũ, in 1. lect. C. de ſacroſan. eccle.* Alc. *in l ſi certis, n.5. C. de pac.* Ciſuentes *in d. l.3. Tauri, ſub n.4. verſ. Tertiò dubitatur.* Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſa, poſt præfationem, in ſe primum priuilegium*, & Boër. *in deciſ.93. ſuprà allegata.*

¶ Et hoc videtur cõtra ſententiã Specu. cõmunem in principio huius regulæ relatã. Tamẽ iſtas duas opiniones conatur Alc. *cõſ.*17. *põderatis iis, col. pe. vol.*3. ad cõſonantiã, & cõcordiã reducere. Doct. *in d. c. cùm eſſes*, & Boë. *in d. deci.93.n.3. & ſequ.*

Interpretatur quoque præfata regula non procedere in teſtamento patris imperfecto inter liberos condito, in quo nõ requiruntur ſeptem teſtes. Nam vbicunque pater faceret teſtamentum, adhibitis duobus teſtibus inter liberos, valeret & teneret. *l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.* cum materia: & notat Natta, *conſ.423. res in hoc conſiſtit, nu.*10. *&* 12. *vol.*2. vbi reddit optimam rationem.

Qui quidem tex. ampliatur, vt habeat locum etiam in teſtamento patris cæci imperfecto inter filios condito, non ſeruata forma, ſeu ſolennitate *d. l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. poſ.* ſecundũ Bal. Ang. Paul. Caſtren. Saly. Cor. Iaſ. & oẽs ibi, vbi aſſerũt hãc eſſe cõem opinio. quã ſequitur vltrà alios etiã relatos per eũ, Boër. *deci.*240.*n.*20 vbi atteſtatur de dicta cõi, referendo alios contrariũ aſſeuerantes, & Bertran. quoq; *conſ.*269. *ex themate mihi exhibita conſultationis .nu.*1. *& ſeq. vol.*8.

Et præſens teſtamentum imperfectum, in quo interuenerunt duo teſtes, ſuſtinetur non ſolùm inter ipſos filios primi gradus, ſed etiam inter nepotes: vt doctiſſimè, & religioſè more ſuo conſuluit Natta *in d. conſ.423. ſub nu.* 4. *&* 13.

Itẽ ipſum teſtamentũ patris imperfectũ, valet etiã ſi filij inæqualiter fuerint inſtituti: vt firmauere Cum. *conſ.113. ſtatutum, ꝙ nec in teſtamentis.* Alex. *conſ.146. viſo themate, col. fi vol.*2. Pau. Caſt. Cor. & Rimina. *in d. §. ex imperfecto*, Dec. *in l. vt liberis. 3. not. C. de collat.* Iaſ. *in l. hac conſultiſſima. C. qui teſta. fac. poſ.* & eſt de mẽte Bal. *in l. filij. q.6. C. fam. erciſ.* quãuis Gomez. *deciſ.*106. *lib.*1. videatur aſſerere contrariũ, quòd vbicunq; pater nõ æqualiter teſtetur inter filios, non ſit aliter loc⁹ *d. §. ex imperfecto.*

Item teſtamentum hoc patris imperfectum valet, etiam ſi vnus, vel plures filij fuerint exhæredati: vt tradunt Aret. & Corn. *in d. §. ex imperfecto.*

Item iſtud teſtamentum inter liberos factum, valet etiã cũ duobus teſtibus puberibus maribus, aut fœminis: ſecundum Glo. *in auth. quod ſine. c. de teſta.* quam ſequuntur omnes ibi, Cy. Bar. Pau. Caſt. Corn. & alij *in d. §. ex imperfecto*, vbi aſſeuerãt eſſe cõmunẽ opin. & Couarruuias etiã copioſè *in c. relatũ, n.5. de teſt.* & eã ſequitur vltra præcitatos Doct. & alios congeſtos per Mod. *in præmiſſis locis*, Boer. *in d. deciſ.*240.*nu.*1. vbi ait, cit ita vidiſſe iudicari in ſacro Cõcilio Burdegal. & vbique.

Et ipſum teſtamentum inter filios conditum coram duobus teſtib. valet etiam, ſiue ſit nuncupatiuum, ſiue in ſcriptis: ſecundum Glo. & Doct. *in d. §. ex imperfecto*, & Michaele Ciſuentes *in d. l.3. Tauri, ſub num.* 7. vbi oſtendit, & profert magnum verbum, quod ita quotidie practicatur.

Valet etiam teſtamentũ inter liberos, dato quòd teſtes non ſint rogati, qui in huiuſmodi teſtamento aliter nõ requiritur, vt rogati eſſe debeant: vt voluit Glo. *in l. fi. in ver. Excepto. C. de codicillis*, communiter approbata, teſte Dec. *conſ.610. viſo themate ſuprâſcripto, ſub nu.*2. Ant. Rubeo, *conſ.6. nu.*5. & Tobia Nonio, *in d. §. ſed hæc quidem nu.6. Inſtit. de teſtamen.*

Valet quoque teſtamentũ inter liberos, dũmodo ipſi liberi ſint legitimi, & naturales, non autẽ naturales, vel ſpurij: quia *d. §. ex imperfecto*, habet locũ duntaxat in filiis legitimis & naturalibus, non autẽ in naturalibus, ſeu ſpuriis: ſecundũ communem opin. Doct. *in d. §. ex imperfecto*, recitatam, & approbatam per Dec. *in d. conſ.610. ſub n.*2. vbi reſpondit etiam de iure *d. §. ex imperfecto*, minimè procedere in filiis legitimatis.

¶ Sed hæc cõmunis de plano procederet in filiis naturalibus, vel illegitimis de agnatione paterna: eſto ꝙ pater ipſe naturalis inter filios naturales coram duobus teſtibus teſtari nequiret, ſecundum antedictam communem, nõ autem in filiis illegitimis de agnatione materna.

Siquidem mater naturalis inter filios naturales coram duobus teſtibus, ſecũdum diſpoſitionem *d. §. ex imperfecto*, poſſet teſtamentum condere: vt per Doct. *ibi*, Alex. *in ſi ex facto. §. ſi quis rogatus, col.31. ff. ad Treb.* & Albert. Brun. *in tract. quod ſtantibus maſculis. q.5. art.12. principali, nu.*38. *& ſeq.* vbi reddit rationem, & perhibet iſtam eſſe magis communem opinionem.

Et quamuis teſtamentum inter liberos cõditum valeat coram duobus teſtibus, nihilominus ad eius reuocationẽ ſeptẽ requiruntur. *auth. hæc inter liberos. c. de teſta.*

Sed hoc limitatur non procedere in legato ad pias cauſas, quod, ſicut valet factum coram duobus teſtibus, ita etiam poteſt reuocari, & adimi coram aliis duntaxat duobus teſtibus: ſecundùm Cardin. Imol. & alios *in c. relatum, de teſta.* & ita cõſuluit Natta, *conſ.442. veram arbitror concluſionem, vol.*2.

Explicatur etiã antedicta regula, nõ procedere in caſu *l. fi. c. de teſt.* quã ſcilicet ruſticus teſtatur in iure, & nõ põt adhibere ſeptẽ teſtes: quia tũc ſufficerẽt quinq; teſtes. *d. l. fi.* & ibi Doc.

¶ Quæ quidem *l. fin.* habet locum in teſtamento in ſcriptis: ſecundùm Michaelem Ciſuentes *in d. l.3. Tauri ſub nu.*4. vbi teſtatur ita in practica obſeruari.

Imò ſi ipſe ruſticus teſtamentum cõderet ruri coram quinque teſtibus, deindéque ciuis euaderet, tunc profectò eius teſtamentum validum eſſet: vt voluit Bald. *in l. ſi quis hæredem, ſub nu.*11. *C. de inſtit. & ſubſt.* & Iaſ. *in d. l. fin.*

Sed ſi ciuis ruri teſtamentum conderet corã quinque teſtibus, vtique non valeret, nec teneret: ſecundùm Bar. *in l. conficiuntur. §. codicillis ff. de iu. codicil.* & ibi Card. Alba. *nu.*1.

¶ Quod de plano procederet etiam ſi maior teſtium numerus inueniri nõ potuiſſet: vt per mẽtionatos Doct. & Tobiam Nonium cum cæteris aggregatis per eum *in d. §. ſed hæc quidem, ſub num.4. tomi.*6. vbi corroborat iſtam opinionem, prædicátque veram, & magis communem eſſe. Viuius.

Teſtamentum iure perfectum contraria teſtatoris volũtate, etiam multis teſtibus comprobata non reuocatur, nec tollitur: vt voluerũt Bar. & alij *in l. ſi iure. ff. de leg.3.* Caſt. *in l. ſancimus. C. de teſta.* & Cor. *conſ.149. col.2. vol.*1. Et licèt Bal. *in d. l. ſancimus*, ſentiat cõtrarium, & Imol. etiam *in l. ſi ita ſcriptum. § regula. ff. de lib. & poſth.* & Barb. *conſ.60. col.2. & ſeq vol.*2. nihilominus in deciſiuis noli aliter diſcedere à præmiſſa cõmuni ſentẽtia Bar. & ſequacium, quæ cõmunior, & tutior apparet: vt demõſtrat cũ aliis relatis per eũ Cla. *in trac. de teſt. q.*91.

Sed limitatur iſta communis non procedere, ſi teſtator diceret, nolo primum teſtamentum valere, quia volo decedere inteſtatus: tunc quippe primum teſtamẽtum ipſum tollitur, & dicũtur quodammodo inſtituti venientes ab inteſtato, & ſic per ſecundum teſtamentum tolleretur primum: ſecũdùm Bar. *in d. l. ſi iure.* quia nõ ex teſtamẽto propriè ſuccederetur, ſed ab inteſtato. & iſtam Bar. opinionem ſequũtur Bal. & Sal.

ind.

in d.l.ſancimus, Imol.*in d.§.regula*, Alex.conſulendo *conſ.* 104. *pancis vtar,per totũ,vol.*2.& Cor.cum cæteris ſignatis per eũ, *conſ.*39.*quoniã in hac conſultatione,per totũ,vol.*2.vbi ſcribit iſtã eſſe com.opin.& in deciſiuis ab ea non fore recedendũ; & de eadem communi meminit quoque Clarus,& ampliatur cum alijs aggregatis per eum *in d.tract.de teſtam q.*92.

❡ Alias verò plures limitationes,& declarationes, & omnes quidẽ vtiles,tradunt,& ponunt Scriben. *in d.l.ſancimus, & in d.l.ſi in iure*,& Clarus *in d.q.*92. *cum alijs ſeq. ad mentionatam commun.in prin.poſitam*. Viuius *opin.*879.

63 Duo teſtes ſupplent præſentiam patrochiani in caſu.*c.cũ eſſes.ext.de teſtam.*com.dicit Iul.Clarus *§.teſtamentum. q.* 62. *verſ.ſed pone*. P.Fich.

64 Quæro,ſi adſint ſex teſtes cum notario, nunquid ſufficiat ad hoc,vt dicatur interueniſſe numerus de iure communi requiſitus?Reſpon.ꝙ nõ,quia notarius non cõputatur in numero teſtium,niſi fuerit antea per iudicẽ examinatus. ita tenet Io.de Imol.& communiter doct. *in l.hæredes palã*, *§.*1. *ff.de teſta.* vt teſtatur Matth.de Afflict.*deciſ.*25.*num.*4. Bonac.

65 Teſtamentum coram Principe vel Imperatore conditũ, requirit aliquot teſtes,ſec.gloſſæ ſententiam *in l. omnium. in verb.teſtibus.C.de teſta.* Licet ea nõ declaret quot teſtes requirantur,cuius ſententiam Bart.Bal.Ang.Sali.& Alex. ibi probant:tamen ſolummodò in numero variant,quia Ang.requirebat ſepte,Sal.tres.Bar.Bald.& Alex. dicunt duos ſufficere. *argumento l.vbi numerus.ff.de teſtib.* Verũ Paul. de Caſt. Fulg. & Iaſ.voluerunt nullũ teſtem requiri.Sed com.opi. doct.eſt, ꝙ aliqui requirantur,ſaltem duo.Ita referunt Marian. Soc. iun.*in conſ.*188.*num.*10.*in* 1.*part. conſ.*& Did.*in tit. de teſta. in* 2. *part.rub.nu.*2.*ver.imò teſtamentũ factum præſente iſto Cæſare, vel Rege ſupremo,in* 1.*To.*Kirchouius.

66 Teſtes debent videre & audire teſtatorem.comm. dicit Clarus *in §. teſtamento.q.*59.*in prin.* P.Fich.

67 Teſtes & ſi regulariter de auditu proprio fidẽ faciant,ſi voces vel contrahentium,vel delinquentiũ notas habeãt, vt cõmune inquit Alex.*conſ.*190.*viſis atteſtationib.ad fi.lib.*7. Tamen in teſtamentis ſpecialiter requiritur, vt & teſtatorẽ videant,& ipſummet loquentem audiant. cõmune pronunciãt Cor.*conſ.*18.*litera D.lib.*2.Pariſ.*conſ.*33.*nu.*1.*lib.* 2. & copioſius Iul.Clar.*de teſta.q.*59.ac Franc.Viui.*lib.*1.*opi.*406.Quin generaliter vbi hi teſtes de auditu admittuntur,oportet, vt bonæ famæ,atque ſpectatæ fidei ſint. commune ponit Io. Cæphal. *conſ.*82.*nu.*45.& ſẽper ac regulariter præſumptionem transferentes,probandi onus in partem aduerſam inducunt.commune pono ex Curt.*de teſtib.concluſ.*31.*conſ.*69.*n.*17.*lib.*1.Dec. *n.*18.Cur.iu.*nu.*57.*in l.*1.*ff.ſi cert pe.*Dec.rurſus *cõſ.*595.*n.*3.Rui. *cõſ.*173.*n.*5.*lib.*4.Io.Cęphal.*conſ.*140.*nu.*29.E.Suarez.

68 Quæro,An teſtes in teſtamento requiſitos, ſufficiat eſſe vocatos & adhibitos,an verò requiratur ꝙ ſint rogati? Reſp. Bar.*in l.ſciendum.ff.de verb.obl.*cõcludit,ꝙ ſufficit vocatos eſſe.idem tenet *in l.hæredes palã.§.in teſtamentis.ff.de teſtam.*Et hanc opin.dicit eſſe comm.Iaſ.*d.l.ſciendum.num.*41.

Contrariã opin.ꝙ ſcilicet non ſufficit vocatio teſtium,ſed etiam neceſſaria eſt rogatio,tenet Bald.*l.diuus.ff. de teſt. mil.* allegat gl.*in l.milites.C.de teſt.mil.*& pro hac opinione eſt tex. expreſſus *in d.l.hæredes palàm.§.in teſtamentis*,& meo iudicio Iaſ.fallitur,dũ dicit primã opin.eſſe com.& eã tenet gl. *§.fin. verb.adhibitis.Inſtit.de teſta.*Vbi dicit rogationem requiri,ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis teſtamentum fuerit factũ,quę gl.in hoc cõmuniter approbata eſt.vt teſtatur ibi Bauer. Et eam opin.tenet Alex. & Iaſ.*l.hac conſultiſſima.in prin.C.de teſta.*Nec refert,an ab ipſo teſtatore,vel notario, aut alio extraneo,teſtes ſint rogati,dummodò conſentiente teſtatore. ita communiter teneri firmat *Iaſ.d.l.hac conſultiſſima in prin. nu.*4. Michaël.Graſſus.

69 Teſtes in teſtamento adhibiti,debent eſſe rogati.com.dicit Clarus *in §.teſtamentum.q.*6.*ver.ſecundo.*

70 Teſtes in teſtamẽto nũcupatiuo æq;debẽt eſſe rogati vt in ſolẽni.com.Clar.*in §.teſtamẽtũ.q.*58.*v.& hac quidẽ.*P.Fich.

71 Teſtes rogari per ipſum teſtatorẽ nõ eſt de neceſſitate, ſed ſufficit ſi ſint rogati ab alio,pręſente tamẽ & patiente teſtatore.com.per Clar.*in d.§.teſtamentum.q.*58.*ver.ſcias.*Idem.

72 Teſtes,tam in teſtamento in ſcriptis quàm in nũcupatiuo ſine ſcriptis redacto,rogari debent.*l.hæredes palàm.§.in teſtamentis.ff.de teſtam.& l.hac conſultiſſima.C.eod.tit.* Gloſ. *in §.fi.in ver.Adhibitis,Inſtit.de teſtamen.*& iſta eſt cõmunis opinio.teſte Boër.*deciſ.*34.*nu.*8 & Tobia Nonio *in §.ſed hæc quidem,nu.*5.*Inſtitu.de teſtamen.*vbi etiam eam ampliat.

Vndè ſi notarius in teſtamento diceret teſtes præſentes,nõ adijciendo expreſsè vocatos ad hoc & rogatos,teſtamentum eſt nullum.In dubio enim non pręſumuntur rogati, cùm ſolemnitas ſit extrinſeca probatoria:ſecun.Dyn.& Bar. *in d. §. in teſtamentis*,Cyn.Fran.de Aret.& Iaſ.*in d.l. hac conſultiſſima*, Bart.& Alex.Iaſ.& alios *in l.ſciendum.ff.de verb. oblig.* & Spec. *in tit.teſtam.§.*1.*ver.Sed quid.*& Rui.*conſ.*1.*nu.*4.*vol.* 2. *& conſ.* 12.*nu.*5.*eod.vol.*& iſtã aiunt eſſe comm.opin.Moder. *in d.l.ſciendum*,Corn.*conſ.*176 *vol.*3.Io.Bapt.Plot.*conſ.*54. Dec.*nu.* 37. *vol.*1.Soc.*in tract.fall.reg.*420.& Ruin.*conſ.*154.*n.*2. *vol.*3. & ſequitur etiam Chiſ.*deciſ.*193. concludens ibi, quòd teſtes deſcripti in inſtrumento pręſumuntur rogati:ſecùs verò in teſtamento,licet aliqui Doct.auſi ſint tẽtare contrarium, relati per Moder.*in d.leg.ſciendum.*

Sequendo tamen dictam com. tanquã veriſſimã,cui inhęret quoq;Clar.*in tract.de teſtamen.lib.*3.*§.teſtamentũ.q.* 6.*verſi. Tertiò inſertur.*& Tobias Nonius *in d.§.ſed hæc quidem,ſub nu.* 7. *& ſeq.*vbi citat,& tuetur mentionatam commun.& limitat in quatuor caſib.Amplio procedere ſimiliter in teſtamento condito ad pias cauſas:eo enim caſu teſtes debẽt eſſe rogati: vt per Barbat *in ca.relatum,de teſtamen.*Zabarel.*conſ.*73.& Alexand.*conſ.*70.*col.fin.vol.*2.& alios complures aggregatos per Tiraq.*in tract.de priuilegiis piæ cauſa,priuileg.*3.*col.*2.

❡ Soci.verò *in prætacta reg.* 420.dicit audacter,communem opin.eſſe in contrarium,videlicet,quòd in teſtamẽto ad pias cauſas ſufficiant duo teſtes,etiam non rogati. & idem firmat etiam Alex.cum cæteris relatis per eum,*conſ.*131.*ſuper themate,& dubiis ſuprà ſcriptis,nu.*2.*vol.*7.& Couarruuias *in c. relatũ, nu.*4.*de teſta.* vbi ſimiliter perhibent iſtam eſſe veram,& cõmunem opinion. & magis comm.Horatius Mandoſ. *in add. Romani in conſ.*306.*in litera A*,prout ſacroſancta redditur ex ſcriptis Bart.Bal.& aliorum *in l.* 1. *C. de ſacroſan. eccl.* & Io. And.& aliorum *in c.relatum,il* 1.*de teſta.*& Tiraq.*in tract. præcitato,de priuilegiis piæ cauſa,priuilegio tertio,per totum.*

Sed limitatur,dicta concluſio communis ita declarata non procedere,quando teſtes ſe ſubſcripſerunt in teſtamẽto:tũc ex huiuſmodi ſola ſubſcriptione rogati,in dubio præſumuntur:ſecundùm Bar.& Soc.*in l. Dominus. ff. de teſta.* & Bart.& omnes communiter *in d. l.ſciendum.* licèt ibi præcipitanter contrariam partem tueatur.

Sed aduerte quòd ipſi teſtes ad teſtamenti validitatẽ ſufficit ꝙ rogati fuerint à notario,ſeu ab aliquo alio extraneo,nõ autem ab ipſo teſtatore: ſecun. communem opin. relatã per Iaſ.*in l.hac conſultiſſima.n.*3.quã citat etiam, & approbat Clarus *in tract.de teſtam.lib.*3.*q.*58.*verſ.Scias tamen.*

Imò idem teſtis à partibus rogatus,admittitur etiam ad teſtificandùm,licèt inhabilis ſit: rogatio enim idoneũ reddere videtur,vt ſentit Glo.*in c.licèt,de teſtib.in ver.Supplicans, & in penult. ff.de teſtibus*,& Bal.& Imol.*in l. ad teſtium. §.* 1. *de teſt.* Et licet aduerſus perſonã huiuſmodi teſtis opponi nequeat; nihilominus contra dictum ipſius opponi permiſſum eſſe arbitrantur Abb.& Fely *in cap.cauſam,de re iud.*

Et quanquàm adhuc tractatũ ſit vtiliter quidem ſuper re, & materia ad teſtes rogatos ſpectante:tamen non immeritò, & intempeſtiuè in præſentiarum arbitror repetendum eſſe, atque pleniori manu exarandum,quod ieiunc quodammodò abſoluimus *ſuprà,in Opi.*432.*Iuramentum ſufficit præſtari,num* 3.*& ſeq.lib.*1.videlicet,quòd notarius in depoſitione teſtis, nullam faciens de tactu ſcripturarum mentionem, quòd huiuſmodi præſumatur,vt valeat eius depoſitio.Et quia inuento alto mari nauigandum eſt:ideò non ab re contrariam ſententiam veriorem,communiorem,& ſecuriorem eſſe oſtendo,ſ.quòd talis tactus ſcripturarum in dubio nullatenus pręſumatur, & quòd tunc penitus corruat depoſitio teſtis ex huiuſcemodi tactus omiſſione.Et ratio viuax,& irrefragabilis in medium adducitur iſthæc: quoniam vbicunque teſtis examinatur, & deponit,debet iurare re ipſa manu tactis ſcripturis.*c.hortamur.*3.*quæſt.*9.vbi Glo.& Glo.etiam *in l.iuriſiurandi.C.de teſtib.*

Vndè de tali ſcripturarũ tactu neceſſariò notarius tenetur, & debet mentionẽ facere: & ſi tactus ipſe fuerit omiſſus, & ſolummodò aſſeratur,eius medio iuramento,eius dictũ ſanè non valet,neq;tenet.ita glo.*ſing.in c.vt circa,de elect.in* 6.Et ratio eſt,quia tangere ſcripturas,eſt ſolennitas extrinſeca,quæ

porrò

porro nullatenus præſumitur niſi appareat. *l.ſciendũ, cum vulgariter. ff. de verb. obli.* & *l. quacũq; ff. ſi pupillo. ff. de public.* Lanf. *in c. quoniã contra, in verſ. Teſtium depoſitiones, ſub n. 3. 4. &* 5. vbi *d.* ſtul. compluria cõgerit, *ext. de prob.* Et quòd nunquã ſit neceſſe tangere ſcripturas, conſtanter firmat *Alex.* poſt Pau. de Caſt. *in l. ait Prætor. §. fi. ff. de iureiur.* Fely. *in c. fraternitatis.* poſt *Abb. in ver. & aduerte, nu. 12. ext. de teſtib.* Boſſ. *in ſua pract. crim. tit. de oppoſ. cõtra teſt. n.* 83. *& ſeq. Alex. in d. l. ſciendum, col. 17. circa principiũ,* Fely. *in c. inhærentes, n. 21. extr. de iur. cal. & in c. Intimauit. ext. de teſtib.* Pau. Caſt. *in d. l. ait Prætor. §. iurari, nu. 3.* Bal. *in repet. l. 9. fol. 11. verſi. Sed nunquid. ff. de iureiur.* Gloſſ. *in Cle. 1. §. porrò, in ver. Tacta, de hæret.* vbi Abb. ſecundum nouiſſimã impreſſionẽ *in fol. par. nu. 18. & ſeq. Alex. conſ. 70. n. 20. vol. 2.* aliàs ipſi teſtes non præſumerẽtur modo aliquo iurat: vt concedit Boſſ. in loco præcitato. & quicquid teſti aſtipulatur, eſt vigore abſq; dubio iuramẽti. & hoc eo magis de plano, & ſine ſcrupulo procederet, vbicunq; in proceſſu in aliquibus nimirum depoſitionibus extitiſſet facta de tactu ipſo ſcripturarũ mentio, & in aliquibus non quia tunc cõpertum eſſet illos teſtes ex omiſſione tactus ſcripturarum nullatenus iuraſſe. Et huic opinioni, q teſti non alias fides adhibeatur, quàm ſi notarius dixerit, quòd talis teſtis iurauit manu tactis ſcripturis, innititur Rota Rom. teſte Caput Aquen. *in deciſ.* 213. *lib.* j. & ita etiã iudicatũ vidi in anno 1579. de menſe Februarij in Curia magnifici D. Gubernatoris Ciuitæ Regalis, ad fauorẽ Pompeij Mariſcotti de eadem terra, inquiſiti de blaſphemia: qui eo tẽpore mediante patrocinio ſui ſtrenui, prudentíſque aduocati D. Terentij Turcanici mei conterranei, poſt longam, & horribilem diſceptationem extitit à tali crimine religioſè abſolutus, ſtante quod notarius in pleriſque ex depoſitionibus teſtium, omiſerat tactum ſcripturarum.

Quæ concluſio licet indubitata quidem ſit de iure cõmuni tamen illa videtur etiam in Regno ſortiri locũ abſq; ſcrupulo, nõ obſtãte *c. Regina Iſabella, inſerto inter ritus magna Curiæ Vicariæ, n. 289. exordiẽte, Iſabella,* diſponente: q tã in cauſis ciuilibus, quã in criminalibus ſola facti veritate inſpecta procedatur, nõ attenta ineptitudine libelli, ac nullitate, etiam ſi totũ proceſſum reſpiceret: quia illud cap. de facto non ſeruatur, & limitatè loquitur, videlicet magna Curia Vicariæ: vt cũſtanter, & rectè firmat Io. Ant. de Nigris *ſuper cap. Regni, in c. 107. frequẽs, n. 62. circa fi.* & D. Carauita *in d. ritu. 289.* ideò in criminalibus proceditur ordinariè: vt concedit Pariſ. de Put. *in tract. ſyndicat. in ver. Sententia. §. an per dictũ capitulũ, cum ſequentibus. in 2. part.* Affl. *dec. 250. & in conſti. hoc legitimè conteſtata, in 6. not. & in conſt. ſi damna clandeſtina. in 9. notabili.* quãuis & malè Annibal Troiſius Cauen. *in d. ritu 289. & in pragmat. Diſpendia litium,* contrarium aſſeueret, & *Alex. conſi. 6. circa proceſſum cauſæ, nu. 1. vol 3.*

Imò iſthęc opinio adeò vera eſt etiã, vt ſi per reũ inquiſitũ fuerint habiti teſtes, ita examinati abſq; tactu ſcripturarum, pro iuridicè, legitiméque citatis, & repetitis, & q ob hoc videatur quodãmodò nullitas validita, q adhuc, nõ obſtante huiuſmodi declaratione, remaneret cauſa vulnerata, & nullitas ipſa in ſuo ſtatu penitus immutata. Nã habilitas ſuperueniẽs non confirmat aliter actum à principio nullum, irritum, & inualidum. ita Rom. *conſ. 509. circa propoſitam conſultationem, ſub nu. 19.* & Marſil. *in l pen. nu. 4. ff. de quæſt. & in pract. crim. §. Diligenter, ſub nu. 187. & ſeq.*

¶ Imò ob talem repetitionem factã per reum inquiſitum de habendo teſtes cũtra ipſum receptos, pro iuridicè citatis, & repetitis, non videtur approbare dicta, & depoſitiones ipſorum teſtium nulliter emanata. Sed eſto quòd ob hoc eſſet approbata receptio teſtium, prout non eſt: adhuc teſtis non ritè receptus minimè probaret, etiam de conſenſu partium. ita Inn. *in c. ſignificauit, in Glo. 1. in fine, de teſtibus,* & Franc. de Cap. Liſtæ, *in l. procurator, col. 8. C. de eden.*

¶ Quod ſane procedit ſine ſcrupulo, nõ ſolùm ſi pars cõſenſerit repetitioni prememoratæ, ſed etiã publicationi eorundẽ teſtiũ: vt voluit Bal. *in auth. ſi quis in aliquo, col. 1. C. de eden.*

Et circa intellectũ illi' pragmaticæ, ſuper illis verbis: Facti veritate inſpecta, aliquid tetigimus *in 1. lib. in Opi. 96. Clauſula vel aliàs Legatus de latere, per totã,* & præcipuè *n. 15. vſq; ad finẽ,* vbi etiã fuerunt repetita illa verba, q in cauſis in Regno debeat porrigi talis qualis petitio cũ ſtabilito termino ad probãdũ, adhoc ſciat reus an velit cedere vel contendere, &c. Vi.

Teſtes eſſe non prohibẽtur aliquo modo in teſtamento legatarij. *§. legatarius, Inſtit. de teſta. l. dictantibus. C. eod. titu. & l. qui teſtamento. ff. eod.* Nellus de Sancto Gemi. *in tract. de teſtib. in 1. par. ſub num. 34.* Alberi. de Maletis *in tract. de teſtib. c. 4. nu. 54. & ſeq.* Lanfran. *in c. quoniam contra, in ver. Teſtes, ſub nu. 60.* & Io. Crot. *in tract. de teſti. in 1. par. n. 15.* & ibi Pet. de Moncada. *in add. in litera O.* vbi poſt alios aggregatos per eum non obſcure deducit iſtam eſſe communem opinionem, quòd legatarius pro hærede, & pro aliis indubitanter teſtis eſſe poſſit.

Tamen legatarius non poteſt teſtificari ſuper ſuo legato, & ſic non admittitur ad probandum legatum ſibi factum, ſed vniuerſaliter poterit interrogari ſuper toto teſtamento. & eo caſu non dicitur deponere ſuper facto ſuo principaliter, ſed in conſequentiam. *l. omnibus. C. de teſti.* cum allegatis per Fely. *in c. inſuper. col 5. de teſti.* & ita tenent, & firmant etiam Barto. & Aret. *in d. l. qui teſtamento.* Alber. *in tract. de teſti.* quando teſtes repellantur ratione affectionis, *col. 8.* Iaſ. & Rim. *in d. l. dictantib.* Alex. *conſ. 14. col. 5. viſis, & conſideratis, vol. 6.* & Afflict. *in deciſ. 400. nu. 3.* Tiraq. *in tract. res inter al. acta, ſub 1. limit.* & Lanfran. *in c. quoniam contra, de probat. in ver. Teſtes, n. 70. poſt princ.* & iſtam dicũt eſſe communem opinionem, Alex. *in d. l. dictantibus.* Portius *in §. legatarius,* & ibi Moder. *Inſtit. de teſtã.* & Curtius iun. *conſi. 178. nu. 18.* & D. Tobias Peruſinus *in d. §. legatarius, ſub n. 9. & ſeq.* vbi eam limitat in tribus caſibus.

Et quod legatarius ſit idoneus teſtis in teſtamento, probatur multis rationibus per Doct. præcitatos, & ea maximè, quia eſt approbatus à teſtatore, & ſic redditur habilis teſtis legatarius in teſtamento. Nihilominus non habet locum vbicũque deponeret ſuper legato ſibi facto, & per conſequens ad proprium commodum, & vtilitatem: tunc enim (vt ſuprà deduximus ex communi opinione) non probaret.

Sed quando teſtamentum reperiretur in ſcriptis conditum, ac in eo vni ex teſtibus, ſeu omnibus foret legatũ aſcriptum, legatarius poſſet eſſe teſtis, & cõſequi legatum ſibi relictum: ſecundùm Nicola. de Matare. Bald. & Corn. *in d. l. dictantibus,* Paul. Caſtren. & Imol. *in d. l. qui teſtamento. in princip.* Faber. Aret. & cæteros *in d. §. legatarius.* vbi D. Tobias, *nu. 8.* exprimit iſtam eſſe communem opinionem, ac indubitatam.

Itidem quando nuncupatiuum extitiſſet conditum teſtamẽtum, quod à notario reaſſumptum in publicam formam non eſſet: tunc ſi teſtibus ibi legatum eſſet, teſtamentum vtique valeret atque hæreditas ex eo dari poſſet, & legatarij in eodẽmet teſtamento teſtes eſſe poſſent: vt voluerunt Bart. Bald. Imol. Pau. Caſtren. Aret. & cæteri *in d. l. qui teſtamento, in prin:* contra Gloſ. ibi contrarium aſſeuerantem. Idémque firmauit Corn. *in d. l. dictantibus,* Faber. & Aret. *in d. §. legatarius,* & iſtam eſſe communem ſententiam meminit Soci. *in l. ſi quis ita, nu. 5. ff. de reb. dubiis,* & Tobias *in d. §. legatarius, n. 9.* licet ibi teneat contrarium, ſimul cum aliis relatis per eum. Viuius.

74 Sed quæro, Nunquid teſtes in dubio præſumãtur eſſe rogati? Reſp. quòd non, ita tenent Cyn. Bald. & omnes doct. *in d. l. hac conſultiſſima.* Bart. & omnes docto. *in l. ſciendum. ff. de verb. obl.* Et hanc dicit ibi communem eſſe opinionem. Iaſ. *nu. 36.* & tenet Alex. *ibi, & in conſ. 70. incip. viſo conſ. vol. 2.*

Hãc tamẽ concluſionẽ limitat Bald. *in l. 1. ff. de hered. inſti.* vt teſtes præſumãtur rogati, quãdo teſtator & notarius ſunt periti iuris, & reperiũtur inſtituti. qui veriſimiliter debuerũt inſtitui, & hoc dicit ſingulare Aret. *in d. l. ſciendũ.* cõmuniter tamẽ illud dictũ reprobari teſtatur idẽ Are. *in d. l. hæredes palàm. §. fi.* quẽ refert *Iaſ. d. l. hac conſultiſſima. in prin. nu. 2. & d. l. ſciendum. n. 37.* & in ſpecie reprobat ibi Alexan. Michael Graſſus.

75 Sed quid ſi teſtes in inſtrumento teſtamenti ſe ſubſcripſerunt, nunquid præſumantur rogati? Reſp. q ſic, ita tenet Bart. & cum eo omnes indifferenter *in dict. l. ſciendum.* & ibi *Iaſ.* dicit hanc eſſe communem opinionem, *num. 42.* Licet ipſe contrarium teneat *in d. l. hac conſultiſſima. in prin.* Imol. & doct. *in l. Domitius per illum text ff. de teſtament.* Idem.

76 Quæro, An teſtes in teſtamento debeant eſſe præſentes? Reſpon. quòd ſic, & ita vt videre & audire poſſint ipſum teſtatorem loquẽtem. de hoc text. eſt expreſſus, & ibi omnes doct. *in l. ſi non ſpeciali. C. de teſta.*

Hinc infertur, quòd ſi cortina eſſet intermedia inter teſtatorem & teſtes, ita vt teſtatorem videre non poſſent, teſtamẽtum non valeat, & hęc eſt communis opinio, vt refert Iaſ. *d. l. ſi non ſpeciali. nu. 7.* licet contrariam teneat gl. *in l. 9. § idem Labeo el 1. ver. aduerint. ff. de aqua plu.* communiter in hoc reprobata, vt per Iaſ. *d. num. 7.* Idem.

77. Teſte-

77 Teſtamentũ, in quo teſtes rogati, atq; ad id ſpecialiter acceriti à notario nõ dicuntur, nũ aliter nec alias vnquã valebit, q̃ ſi vel ad pias cauſas attineat, vel ſeſe teſtes ſubſcripſerint. cõmunia inquiũt Boer. *dec.*34. Iul. Clar. cum aliis, *§ teſtamentũ. q.*6. *verſ.*2. Erunt autẽ ſatis ſupérq; pontificio iure duo teſtes, ac parrochialis presbyter, vel quatuor teſtes: & cuiuis alius ſacerdos, vt teſtamentũ rite conditũ cẽſeatur, ac robur viréſq; ſummas obtineat. cõmune eſſantur Alex. *conſ.*312. *n.*3. *lib* 3. Corn. *conſ.*16 *lib* 3. Io. Dilect. *de art. teſtan. tit.*2. *can* 2. Bel. *conſ.*12 *nu.*4. Cla. *§ teſtamentũ. q.*57. Peſtis tẽpore factũ coram quinque teſtibus teſtamentũ valet, ac ſolenne habetur. commune dicunt Barb. *conſ.*87. *lib.*3. Dec. *conſ.*284. Matth. de Affl. *dec.*25. *nu.*2. Quãuis Alex. perperã contra aſſerat *conſ.*321. *n.*6. *lib.*4. *& in l. vlt.* vbi etiã Iaſ. *C. de teſta.* vide *infrà verſ. ſecũdò limita.* Sed teſtamẽtũ omne ad pias cauſas generaliter duobus teſtibus contentũ eſt, vt frequens placitũ pronunciant Barb. *in c. adhac in* 2. *de teſta.* Alex. *in l. ſi certis annis, nu.*5. *C. de pact. & conſ.*131. *nu.*2 *lib.*7. Imo. *in c. cum eſſes. nu* 12. *in fin de teſta.* Amplia, vt idẽ ſit licet teſtes rogati non fuerint, vt præter ſuperius citatos, cõmune aſſeuerant Rom. *in repe auth. ſimiliter. C. ad l. Falc.* Cor. *conſ.*149. *& conſ* 235. *lib.* 4. Iul. Cla. late vbi *ſuprà, q.*6. *ver.*2. *infertur.* Amplia ſecundo, quãuis etiam mulieres teſtes ſint. cõmune aiunt Cro. *in tract. de teſtibus, nu.*8. Bell. *conſ.*14. *nu.*8. copioſe Iul. Cla. *vbi ſupra ver.*3. *infertur.* Eſt enim teſtamentũ, quod piè fabreſit, ſolennitate iuriſgentiũ duntaxat contentũ. cõmune ſcribit Cor. *conſ.*307. *litera B. lib.*3. Quin & præterea teſtamentũ inter liberos conditum, duobus ſolum teſtibus ritè condetur, quãuis teſtator cæcus ſit. cõmune interpretum dogma eſſe memoriæ produnt Soc. *conſ.*263. *lib.* 4. Iaſ. *in l. hac cõſultiſſima. nu.*4. *C. de teſta.* Iul. Clar. vbi ſ. *q.*17. *ver ſed quæro,* & vide j. *ver. teſtamentũ patris inter liberos.* Teſtamentũ deniq; vel coram Principe, vel curato iudice factum, ac duorum teſtium ope ſuffultũ valet, ratumq; prorſus eſt. commune aiunt Soc. iu. *conſ.*38. *lib.*3. Did. à Coua. *in* 2. *part. rubrica nu.*2. *de teſta.* & qui de hac teſtamentariorũ teſtium materia diligentiſſimè & vtiliſſimè tractant Iul. Cla. *d. § teſtamentũ. q.*55. *cum quatuor ſequentibus,* ac Viuius *lib.*3. *opin.*343. E. Suarez.

78 Regulariter in teſtamento debent interuenire ſeptem teſtes. ita probat tex. *l. hac conſultiſſima. C. de teſtam.*

Hæc communis regula plures recipit limitationes reſpectu perſonarum teſtantium, vel hæredum, aut locorum, in quibus fiunt teſtamenta.

Primò nõ procedit in teſtamẽto patris inter liberos: Námque ſufficit, q̄ corã duobus teſtibus fiat. ita tenet gl. & doct. omnes, *in d. l. hac cõſultiſſima. § ex imperfecto. & in auth. ibi poſita.* Et valet tale teſtamentũ vt teſtamentũ, & tanquã ex teſtamento ſucceditur, ſecundùm magis com. & verã opi. vt teſtatur Iaſ. *d. § ex imperfecto. n.*13. Et eã tenet gl. *in l. filij. verſ. ab inteſtato.* & ibi ſequitur Bald. Saly. Fulg. & Doct. Bellacomb.

79 Sed quid ſi reperiatur ſcriptura teſtatoris manu ſcripta, in qua nõ ſunt deſcripti teſtes, an probabit teſtatoris volũtatem? Reſp. quòd ſic, & eſt expeditũ per *d. auth. quod ſine.* & hãc dicit eſſe cõmunẽ Alex. *cõſ.*105. *vol.*7. Iaſ. *d. auth. quod ſine.* ſecùs ſi ſcriptura nõ ſit ſcripta manu teſtatoris. Námq; tũc talis ſcriptura, ſi produceretur, inter liberos quoq; nõ probabit patris volũtatẽ. ita tenẽt Bal. & Pau. de Caſt. *d. auth. q̄ ſine* & ibi Iaſ. dicit hãc eſſe magis cõ. op. *n.*1. Pau. de Caſt. *l. ſi is. ff de teſta.*

Sed quid ſi alterius manu ſit ſcripta, & à teſtatore ſubſcripta? Reſp. q̄ talis ſcriptura valet, & probat inter liberos. tex. eſt clarus *in auth. ſi modò. C. famil. erciſc.*

Secundò limita prædictam concluſionem in teſtamento condito tempore peſtis. Námq; tunc ſi maior teſtium numerus haberi non poſſit, valet teſtamentum coram quinque teſtibus. ita tenet Bal. *l. ſi. C. de teſta.* Et hanc opinionem ſequitur Cum. *l. cõficiuntur. § codicillis. ff. de codic.* vbi dicit quòd iſta eſt æquior & humanior ſententia. Et eam tenet Flor. de S. Petro. *l. iubemus, per illum tex. C. de teſta. milit.* Iaſ. *d. l. ſi. nu.*5. vbi dicit, quòd ſi caſus contingeret, ita iudicaret, maximè, ſi peſtis ita eſſet vehemens, vt veriſimiliter plures teſtes haberi non poſſent. & hanc opinionem dicit communem Dilect. *de arte teſtan. ti.*2. *cau.*2. *nu.*2. Et quòd contra Bald. non ſit communis opi. firmat Matth. de Affl. *deciſ.*25. *nu.*2.

Contraria tamẽ opinio videtur eſſe magis communis, quã tenent Ang. *d. l. ſi.* & ibi Paul. de Caſt. Alex. & Iaſ. Bar. *in d. l. cõficiuntur, & in l.*3. *ff de bono poſſ. ex teſta. mil.* Et eam dicit eſſe communem Bauer. *Inſtit. de teſta. § ſed hac quidem. num.*23. & ita iudicatum eſſe dicit Mat. de Affl. *d. deci.*25. ſed quicquid ſit, opinio Bald. ſumma nititur æquitate, à qua in iudicando minimè recedendum arbitror. Vide Iul. Clarum *§ teſtamentũ. q.*56. *verſ. & hac quidem concluſio.*

Tertio limita in teſtamento in rure per ruſticos condito: Námq; valet cũ quinque teſtib. de hoc eſt text. expreſſus *in l. ſi. C. de teſta.* & hoc indiſtinctè ſiue in ſcriptis fiat teſtamentũ, ſiue nũcupatiuè, vt tenet Bart. *d. l. ſi.* vbi dicit ita de conſuetudine ſeruari. Et hãc dicit eſſe commun opinionẽ Iaſ. *d. l. ſi. n.*2.

Quarto limita non procedere in teſtamento ad pias cauſas: Námque ſufficiunt duo teſtes. ita communiter teneri firmat Alex. *in conſ.*131. *vol.*7.

Quintò limitatur in teſtamento coram Principe vel Imperatore cõdito. Námque numerus ſeptem teſtium neceſſarius non eſt. ita eſt text. expreſſus *in l. omnium. C. de teſtam.* idem dic ſi fiat apud acta *l. ſancimus. eod. tit.* M. Graſſus.

80 Notarius computatur in numero teſtium vbi agitur de probando actum per teſtes, & non per inſtrumentum, *l. Domitius,* vbi Bar. *ff. de teſtam.* Secus vbi agitur de probando actũ per inſtrumentum, quia tunc non computatur in numero teſtium, *l. hac conſultiſſima.* vbi gl. & doc. *C. de teſtam.* communẽ dicit Rol. *conſ.*43. *col. ſi. nu.*21. *lib.*3. Bellacomb.

81 Teſtamentum perfectum non tollitur per ſecundum imperfectum, niſi in eo ſint ſcripti venientes ab inteſtato corã quinque teſtib. *l. hoc inter. § ſi quis autem, C. de teſt.* ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 6. à Iaſ. *in d. l. nu.*1. Don. à Fina.

82 Teſtamentum ſecundum validum, & perfectum, tollit ipſo iure teſtamẽtum primum, *l. ſancimus. C. de teſta.* niſi in primo teſtamento adeſſet clauſula derogatoria ad ſequentes vltimas voluntates, vt quia teſtator dixiſſet in primo teſtamento, quòd ſi contingeret eum facere aliud teſtamentum, nolebat illud valere. Ampliatur, vt per Marſ. *ſing.*566. vide Io. Dilect. *de arte teſtan. tit.*10. *caut.*1.

Fallit in 10. caſib. quos no. Iaſ. *in d. l. ſancimus.* fallit in multis caſib. quos no. Maria Soc. iu. *in l. ſi quis in princip. teſta. ff de leg.*3. *n.*53. videas pulchrã Io. Bolog. diſtinctionẽ. *in l. omnes populi, ff. de iuſt. & iur. n.*148. fallit in 3. caſib. vt per Cur. iun. *in l. poſth. C. de bon. poſſ contra tab. nu.*47. fallit in 3. caſib. vt per Corn. *in authen. hoc inter. C. de teſt. § ſi quis autem. nu.*2. Don. à Fina.

83 Quando apparent duo teſtamenta eodem die confecta, nec apparet de prioritate, & in vno eſt inſtitutus vnus, in alio alius, nemo erit hæres. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. *in l. edicto. ff. de edict. diui Adr. tol.*

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. edicto, nu.*30. fallit in 2. caſib. vt per Dec. *in l. ſi. C. de edic. diui Adr. tol.* Don. à Fina.

84 Teſtes monachi, ac fratres minores poſſunt adhiberi in teſtamẽto, in quo eorũ monaſteriũ heres inſtitutũ ſit, & ſic in hoc teſtamẽto, & in alio in quo fieret legatũ, ſeu donatio monaſterio pro fabrica eccleſiæ eſſent monachi, fratréſque mẽdicãtes ipſi idonei teſtes, *c. inſuper, ext. de teſtib.* & ita voluerũt gl. *in § cogitandũ, in ver. teſtes, in auth. de monachis.* Spec. *in ti. de teſte. § 1. verſ quid de monacho,* & Io. Andr. *ibi, in addi.* Bart. *in l. in tantũ. § vniuerſitatis, circa fin. ff de rer. diuiſ. & in ſua minorica.* Bald. *per text. ibi, in ca. nuper, de teſtib.* Fran. Are. *cõſ* 160. *longa eſt iſta concluſio,* Ac. & Bald. *in repet. l. prima C. de ſacroſ. eccl q.*3. *tertia par.* Ferrar *in ſua pract. Papien. in form iuramẽti teſtiũ, n.*32. *& ſeq.* vbi meminit ita cõſuluiſſe Ang. Peruſinũ, Fran. de Ramp. & Bart. de Sali. ac obtinuiſſe in cõtingentia facti, & opinionẽ iſtorũ ſequũtur quoque, aiũntq; indubitatã eſſe de iure canonic. Fab. Aret. & grauiſſimus iurecõſultus D. Tobias Nonius *n.*7. *& ſequen. in § ſed neque hæres, Inſti. de teſta* vbi eã tuetur, atque optimè declarat. Item monachus, ac frater minor poteſt eſſe teſtis in iudiciis, ſecun. glo. *in d. § cogitandũ,* ſed hoc falſiſſimũ apparet, præſertimque de iure canonico, vt *extr. de cler. & mona. per totũ,* & ſic tã monachi, quàm clerici in iudiciis teſtes recipi, examinarique nequeũt abſque ſuperioris eorũ licẽtia, vt firmauit Spec. *in d. ver. quid de monacho.* Ang. *conſ.*233. *poſt princ.* Albe. *in auth. ſi dicatur. C. de teſtib.* Lanfr. *in c. quoniã cõtra. in c.*8. *de teſtibus. n.*87. *de proba.* & Io. de Amicis *conſ.*77. *nu.*17. *& ſeq.* vbi conſuluit q̄ de licentia prædicta debet apparere in actis, aliter monachus examinatus nihil probat, ſecundum eũ, & eſt veriſſimũ. & ſimiliter ipſe monachus in cauſa monachi teſtis adhiberi poteſt, ſecun. gl. *in d. § cogitandum,* & ita ſe habet cõmunis obſeruantia, & conſuetudo, teſte Natta, *in repet. § ex imperfecto. ſub n.*181. *C. de teſta.* ſubiiciente ibi quod eſt valdè ratiupabilis, nã ſolẽt à teſtatoribus adhiberi, tanquã lega-

legaliores ſub ſpe quòd eorum voluntates non reuelent. F. Viuius l.2.opinio 284.

85 Fratres prædicatores poſſunt eſſe teſtes in teſtamento, in quo ipſorum Eccleſiæ relinquitur. Eſt com.opi.ſec. Dec. in conſ.72.in cauſa quæ agitur.in prin.vol.1. M.Chær.

86 Tabellio rogatus ad ſcribendum teſtamentum in eo cō putatur,& inſeritur in numero teſtiū,& ſic eſſet idoneus teſtis vbicunque citatus, & productus eſſet in iudicio ad probādū per viuā vocem ipſum teſtamentū:tunc quippe examinatus per iudicem probat teſtamentum, aliàs ſecus, ſecundùm gl.& om.doct.antiquos in l.hac cōſultiſſima,C.qui teſta.fac.poſ.Bar.in l.Domitius,n.4.ff.de teſt.& iſta eſt com.op.om.doct.teſte Affl.in dec.25.in cauſa petitionis hæreditatis,n.4. Alex.conſ.152.146.& conſ.133.in fi.vol.2.vbi declarat iſtam communem ſententiam latè & abundè. Viuius.

87 Teſtamentum non infirmatur ex eo,q teſtes ſint legatarij,ſi ſolenniter ſit confectū:ſecus ſi in teſtibus conſiſtit.Cur.iu.conſ.18.aliàs 178.nu.18.com.dicit. Villalob.& Vezin.

Concor. cum l.xj.tit.1.parte 6.& cum l.8.tit.5.For.ll.

Item,nec probatur legatum ſibi adēptum, Iaſ.l.in dictantibus,C.de teſta.nu.6.& Io.Durand.in arte teſtan.ti.2.communē dicunt,& Bello. in conſ.16.Idem concludendo,nu.7.& dicunt com.tam iſtam quàm præcedentem. Villalob.

88 Fideicommiſſarius vniuerſalis,in teſtamento teſtis eſſe nō poteſt.Bald.in l.dictantibus.C.de teſta.Alex.conſ.138.n.32.in 6 vol.& quāuis omnes teſtes eſſent legatarij,nō propter hoc reijcerētur.Iaſ.in d.l.dictantibus.vbi autē hæres ageret contra eos qui deberēt ſuccedere,nō eſſent idonei teſtes ab inteſtato ſoli legatarij:licet aliud ſit quādo cōtra alios ageretur,ita vt in omnē euentum habituri eſſent legatum: quia tunc eſſent teſtes idonei,niſi ageretur inter hæredem & legatarios,quia tunc nō eſſent teſtes idonei.Pan.in c.inſuper.n.9.de teſt.& Io.Dilectus in ſuo libro de arte teſtandi,tit.2.n.9. Bellacom.

89 Infamis poteſt eſſe teſtis in teſtamento,vbicunque non eſſet notariè infamis:& ſic infamis occultus admitteretur in teſtē:ſecūdum Gloſ.Bar.& omnes in l.cum lege.ff.de teſta.Gl.Bar.Bald.& alios in l.j.C.eo.tit.Et quamuis Ang.& Saly.ibi,& præcipitanter quidē,velint contrarium:tamen opinio dictæ glo.communiter approbatur:ſecundum Moder. in ca.cùm ab homine,de iud.& Pomatem in add.ad Bar.in d.l.cùm lege.Alex.in l.j.n.11.C.de teſta.& Clar.in §.teſtamentum.lib.3.q.55.in fine.

Sed hoc procedere poſſet, iudicio meo,in infamibus infamia facti:qui tūc regulariter poſſent eſſe teſtes. de quo vide Soc.in tract.fallentiarum,in reg.415.& ſeq.Bal.& Iaſ.in l.cunctos populos.C.de ſumma Trin.& fide catho.Secus autē eſſet in infamibus infamia iuris,qui in teſtamento ipſo teſtes eſſe nequirēt: vt firmat Alex.in l.Prætor.§.cogētur.ff.de edēdo.& Bal.Iaſ.& alij omnes in l.cūctos populos.C.de ſumma Trin.& fide catho.

Aduertendum tamen eſt, q ſi in numero teſtiū adhibitorum in teſtamēto,reperiatur vnus infamis:tūc defectus iſtius ſuppletur per bonā famam aliorum,ſecundùm Bal.in l.1.in fi.C.de teſta.Alex.in d.§.cogentur.Io.Fabrum in §.teſtes, Inſti.de teſta.Georg.Natt.in r.quamuis pactum,col 54.de pactis, lib.6.Marſ.ſing.196.& Boer.in ſcholiis ad Dynum in reg.vtile non debet per inutile vitiari,in prima add.de reg.iur.lib.6. Viuius.

90 Seruus teſtamento in teſtem adhibitus,qui tamen communi opinione non habebatur pro ſeruo,non ideò facit teſtamentum irritum,ſed valebit.com.dicit Cla.§.teſtamentum q.55.verſ.vlt. P.Fichard.

91 Teſtamentum ſi valet iure codicilloru,non valeret,niſi hoc teſtator expreſſerit,ita vt ab inteſtato venientes grauari videantur,l.ſi.C.de iure codic.

Fallit in 6.caſib.quos no.Soc.reg.368. Don.à Fina.

92 Teſtamentum in ſcriptis fieri poteſt.l.hac conſultiſſima.in prin.C.de teſta.

Fallit vt no.Soc.reg.399. Don.à Fina.

93 Teſtatus pro parte,& pro parte inteſtatus quis decedere non poteſt,l.ius noſtrum,ff.de reg.iur.

Fallit in 22.caſib.quos no.Soc.reg.400.fallit vt per Dec.in d.l.ius noſtrum. Don.à Fina.

94 Libera teſtandi voluntas per pactum tolli non poteſt,l.pactum quod dotali,C.de pact.

Ampliatur in 10. caſib.& limitatur in 6.vt per Dec. in d.l.pactum,vbi Iaſ.ampliat,& limitat in 4.caſib.

Fallit in 4.caſib.vt per Soc.reg.66.in addit.fallit in 6.caſib.vt per Georg.Nattam in repet.c.quamuis.de pact.in 6. fallit vt per Diaz.in reg.422.fallit in 5.caſib.vt per Fran.Cor.in d.l.pactum,nu.3. Don.à Fina.

95 Teſtis non poteſt eſſe mulier in teſtamento.tex.eſt in l.qui teſtamento.§.mulier,vbi Doct.ff.de teſta.& in §.teſtes,Inſti.eodem tit.& per Bal.ſingulariter in l.nec ſcripturas.C.qui pot.in pign.hab.Io.de Ana.in c.ſancta labes,extra de ſimo.& conſ.17.nu.16.Gandin.in tract.maleſi.in tit.de furtis.Afflict.in conſtit.mores diſſolutè viuentium,nu.7.lib.3.rub.53.& latè per Ruinum conſil.192.nu.3.vol.2.& eſt Gloſ.in d.§.mulier,in ver.Non poterit.quā omnes ſcribentes ſequuntur nemine diſcrepante,teſte Bell.conſ.14.num.8.

¶ Imo ampliatur hoc non ſolùm procedere de iure ciuili, verum etiam de iure canonico:ſecundum Glo.in c.forus, de verb.ſign.circa fin.in verſ.Teſtimonium.Federic. de Senis conſil.207.factum tale eſt,Rom.in auth.ſimiliter.C.ad leg.Falc.Imo.in c.cum eſſes,de teſt.& patet ex aliis allegatis,& congeſtis per Alex.conſ.70.vel 177.viſo themate.col.2. vol.2. & iſta eſt communis opinio:vt aſſerit idem Alex. conſ.84.viſo themate,circa fin.eod.lib.licèt Soc.in tract.fallen.in reg.419.Teſtis mulier in teſtamento,poſt Imo.in d.§.mulier,aſſeueret alteram opinionem contrariam eſſe communem,& Couarr.in d.c.cum eſſes,nu.14.quamuis ibi primam ſententiam tueatur, & Clarus quoque cum aliis relatis per eum,in §.teſtam.lib.3.q.55.verſ.Sed quid ſi.Bellon.conſ.14.num.8.

Sed limitatur præfata communis concluſio non habere locū in codicillis,in quibus fœmina poteſt eſſe teſtis:ſecūdùm Gl.in fi.quā ibi ſequuntur Bar.Bal Alb.Corn.Saly.Iaſ. Alex.col.6.& alij.C.de codic.Bal.conſ.8.licèt lib.5.Abb. in d.c.forus.& Alex.conſ.218.ante omnia,col.2.vol 1.conſ.105.viſo,& diligenter,col.4.vol.3.& acutiſſimus, eruditiſſimúſque D. Tobias Nonius Peruſinus,in Inſti.de teſta.in §.teſtes autem,nu.17. vbi exprimit iſtam eſſe communem opinionem.

Sed tamen animaduertendum eſt hic periculoſum eſſe ſeptem fœminas interuenire in codicillis:quia ſolæ fœminæ ſine vllo maſculo,etiam in codicillis teſtes eſſe non poſſunt:vt pote,quia Gloſ.in d.l.fin.de fœmina loquitur in numero ſingulari.& ita ſenſit Andreas Barbatius in cap. relatum, de teſtamentis,dicens hoc non eſſe vulgare,nec plebi tradendum.Sed hoc argumētum videtur leue iudicio meo,tollitúrque ex dictis eiuſdem Barb.in d.c.relatum,col.2. vbi docet diſpoſitionē cōceptam numero ſingulari,etiam locum habere in pluribus Proindè,ſat eſt mulieres nōn reperiri prohibitas adhiberi teſtes:nec in codicillis eadem, quæ in teſtamentis ſolennitas requiritur,vt per Dec.in l.fœmina,colum.4.ff.de reg.iur.

Benè tamen verum eſt,quòd in ipſis codicillis requiruntur teſtes omni exceptione maiores.d.l.ſi. C.de codicil. vndè ſi in confectione codicilli adhiberentur infra numerum quinque teſtium,aliqui teſtes affines,& conſanguinei hæredis inſtituti,vtique non admitterentur ad probandum ipſum codicillū tanquàm ſuſpecti:vt in terminis, & in notabili caſu cōſuluit Ang.conſ.128.in facto proponitur, quòd Bella Floræ.& ſic ibi Ang.concludit,quod ex quo in codicillo adhibiti reperiebantur inter alios teſtes ſocer,& maritus hæredis inſtituti,vt codicillus corrueret:nec ſufficerent ad probationem ipſius cæteri tres, vel quatuor teſtes codicillares.

¶ Imò aduerte etiam neceſſariò, quòd licet fœmina in codicillis teſtis eſſe queat:tamen de neceſſitate requiritur túc, vt ea literata quidem ſit, vt in illis ſe ſubſcribat, aliàs non probat.d.l.fin.C.de codicil.& ibi Bal.

Secundo limitatur etiam non procedere præallegata communis opinio in teſtamento ad pias cauſas condito:vt voluit Pau.de Caſt.conſ.161.Abb.& Doct.omnes in c.cùm eſſes,de teſta.per illum text.Bal.in l.1.in fi.in lect.& in repet.col. 20. C.de ſacroſ.eccl.& latè Ruinus conſ.9.nu.7.& 15.vol.3.& conſ.192.n.7.vol.2,& D.Tobias in loco ſuperius citato,nu.3.& iſta eſt communis opinio teſte Bellono in conſ.14.num 8.& Moder.in d.c.cùm eſſes, & Couarruuias cum aliis compluribus ſignatis per eum in d.c.relatum,il primo,nu.5.& Tiraquel.in c.221.de priuilegiis piæ cauſa.priuil.5.vbi col.2.oſtendit etiam iſtam communē in practica ſeruari.Quam limitat non procedere Ang.cōſ.233.punctus eſt,quædam Domina Margarita ſana mente, colum. 1. & fina.verſ.Tunc deſcendo ad dictum Bartoli, quando cauſa ageretur coram iudice ſeculari in terris Imperij.

Tertiò limitatur,vt mulier dicatur idonea teſtis ad probandum teſtamentum: vt latè per Abb.in d.l.qui teſtamento. §.mulier,vbi diſputat hanc quæſtionem ad partes examinando.

Quarto

Quartò limitatur, vt mulier poſſit eſſe teſtis in teſtamento inter liberos condito, & per cõſequens poteſt probare teſtamentum inter liberos, etiã non rogata, vt habetur per Doct. in l.fi.C.de codicil. & in l.hac conſultiſſima §.ex imperfecto.C.de teſta.Bal.in l.qui teſtamento.§.mulier.ff.de teſta. Bartol. Cæpol.in c.1.de cogni feud.in 11.côcor.in vſib.feud.& per Tiraq.in d.tract. de priuilegiis pia cauſæ.priuil.5. poſt principiũ, & declarat Bal. Ang.& Imol.in l.quoties.§.1 de hæred.inſtit.& Rui.conſ.73.n.6. vol.2.& ſequitur quoq; opin.iſtorũ Lanfran.in c.quoniã cõtra, de prob.in ver.Teſtes.nu.80.& Soc.in d.regul.419.in 1.fallent. & Tiraq. in loco præcitato.nu.3. vbi ampliat concluſionem iſtã in quatuor caſibus.& communem eſſe ait Clarus in tract. de teſtam.libro 3.q.8.ver.Secundò infertur.

Sublimitatúmque iſthæc limitatio in teſtamento patris baſtardũ inſtituẽtis: quia tunc mulier in teſtẽ adhiberi nõ põt: ſec.Bal in auth.q fine,col 2.C.de teſta. & in l.qui teſtamento. §. mulier ff.de teſta.circa fi.cuius opin. ſequitur, & latè declarat Mantua in ſuis apophtheg.apophtheg.74.

Et aduerte hic, quod codicilli non exigunt, vt teſtes ſint in cõſpectu teſtatoris, vel codicillantis; vnde ſi teſtes probè intelligebant quod agebatur, licet eſſet aliquid intermedium, ita quod codicillantem ipſum non videbant, codicilli adhuc valerent: vt in ſpecie firmant Alex.nu.7.& Iaſ. nu.8.in l.ſi non ſpeciali.C.de teſtam.& Mathe'.ſing.123.

Poſtremò limitatur, vt in teſtamento militis mulier ipſa teſtis eſſe poſſit: ſec.comm.opin.quam citat Bauer. in §. planè. num.5.Inſtit.de teſtam.milit.

Claudicat etiam eadem cõmunis, vt fœminæ in cauſis matrimonij ſimiliter teſtes eſſe queant, & hæ duæ mulieres ſolũmodò probant matrimonium.cap. ſuper eo. el 2. de teſtib. vbi Glo.Inno.Abb.Antiquus,Tancred.Ioan.And.Bal.nu.4.Aeg. Bel.Ant.Butr.n.4.Zabar.n.4.Imol.n.2.Ab.Penor. in 2. notab. & ſeq.& cæteri omnes conformiter.quãuis & malè Paul.Merenda poſt Alex.ſenſerit, affirmaueritque contrarium, conſi. 86.nu.47 poſito inter cõſilia matrimonialia,lib.1.videlicet, quod mulieres in cauſa matrimoniali non admittantur in teſtes.

¶ Quæ quidẽ cõmunis in tãtũ ſortitur locũ, vt teſtes vtriuſque ſexus, idonei ſimiliter ſint in cauſa matrimoniali, tã ſi agatur de ipſo matrimonio coniungando, quàm etiam dirimẽdo.ita Cæſar Lambert.in trac.de iure patronat. in 2.par.lib.2.12. art.10 q prin.nu 3.

Sed vbicunque ageretur ad dirimẽdum matrimonium, tũc profectò teſtes debent eſſe graues, & omni exceptione maiores.Caput Aquenſ.deciſ.171.lib.1.

Imò teſtes ipſi omni exceptione maiores, nõ ſolũm in ſeparatione matrimonij requiruntur, ſed in eius celebratione, & probatione etiam.teſte Nicol.Grauat.conſ.82.num.23.poſito inter conſilia matrimonialia.lib.1.& Ioan.Ant.Rub.conſ.73. n.12. poſito in eo.vol.1.conſiliorum matrimonialium, vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem.

Itidemque teſtes in probatione matrimonij clãdeſtini, debent eſſe etiam omni exceptione maiores, & de neceſſitate concludere.vt voluit Caput Aquenſ.deciſ. 171.lib.1. & deciſ. 119.lib.2. Miſ.deciſ.49.ſeu 94.Card.Put.deciſ. 393. & oculatiſſimus D.Oradinus præceptor meus, deciſ.63.& deciſ.318.

Necnon teſtes idonei non ſufficerent in cauſa matrimoniali, niſi forent omni exceptione maiores: vt per Fely.in rub. in 4.notab.num.15.de ſponſal.vbi hoc ponit pro regula, & firmat per not.per Doct.per illum tex.in c.literis. de teſtib. & in c.1. de conſanguin.& affinit.

Imò deniq; aduerte, q teſtes vbicunq; omni exceptione maiores requirũtur, illa qualitas debet de neceſſitate articulari, & probari, aliàs nõ probãt: ſec.Bar.in l.1.§.ſi quis neget, col.fin. ff.quemadmod.teſtam.aperiam.& Grat. cũ aliis aggregatis per eum, conſ.75. nu.24.poſito in d.vol.1.conſiliorũ matrimonialium, vbi in medium exponit iſtam eſſe com.opin. Viuius.

96 Teſtamentum imperfectum ratione volũtatis, vt puta, ſi teſtator incœpit condere, ac conficere teſtamentum ipſũ, & poſtmodum non habuiſſet illud pro abſoluto ſuperueniẽte aliquo impedimento: tunc teſtamentum hoc etiã quo ad pias cauſas non valeret: ſec.Glo.Bart. & omnes in l. ſi is qui. ff.de teſtamen.Gult.de Cun.& alios in l.fi.fam.erciſcun. & omnes communiter in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de teſtam.vbi Cur.iun.latiſſimè, nu. 4.Rui.conſ.137.ſub nu.10. vol.5. & iſtorũ opinio apparet eſſe communis ex relatis per Boeri. deciſ.93.n.10.& deciſ.240.n.4.& ſeq.& per Tiraquell.in tract. de priuilegiis pia cauſa, priuilegio 7.col.1.verſ. Contrariũ tamẽ tenuit, & ita expreſſe iſtam fore comm. aſſeuerat quoq; Franc. de Aret.in d.l.ſi is qui. Moder.omnes in allegato §. ex imperfecto, & Couarruuias cum multis aliis congeſtis per eum in cap. relatum, el 1.nu.9.de teſtamen.Et quãuis præcipitanter Abb. in rubr.de ſucceſ.ab inteſta.ſenſerit contrarium, cum aliquibus aliis relatis per Moder.citatos per Tiraq.in d.priuilegio 7. vbi confirmat hanc ſententiã, aitque cõmuniorem, per tex. in l. in teſtamento, de fideicommiſ. libert. tamen quicquid iſti Doct. abſq; aliqua concludenti ratione ſuadeant, ob hoc fatuum eſſet recedere à priori opinione tanquã canonica, & veriſſima.

Imò teſtamen tum hoc ratione voluntatis imperfectum ſimiliter non valet.l.inter liberos conditũ.d.l.ſi is qui.& ibi Glo. Bar.& alij, Glo.in ver.Impletũ, Gul.de Cun.Bar. & Bal. in d.l. fi.C.famil.erciſ.Bar.Alber.Ang.Corn & recentiores in d. l. §. ex imperfecto, Bal.conſ.296. licet regulariter in teſtamento, vol.5. Ant.in c.1.de ſucceſſ.ab inteſt.Panor.conſ.105.caſ.in facto ſic proponitur,lib.2.Ang.Aret.in §.ex eo autẽ,Inſtit.quib.mod.teſt.infir. & Cor.cõſ.308.pro deciſione.col. 3. vol. 3. & per Doct.in d. §.ex imperfecto, cũ cõgeſtis per Iaſ.conſ.155.in cauſa, & lite, lib. 2.vbi ſcribit iſtã eſſe com.opin.& conſ. 61. conſultus, lib.1. Barbatius conſ.9.illud,col.6.vol.4.& Dec.conſ.126.ad dubium,in fi.

Imò ſi pater ipſe loqui non valens, ſolo nutu, vel ſignis inſtitueret filium, vel filios in ſuo teſtamẽto: tunc quippe tale teſtamentũ, & inſtitutio filiorũ non valeret, nec teneret aliquo modo: ſec.Bald.& Angel.in l.iubemus.C.de teſtamen. vbi Ang.facit mentionem hoc accidiſſe de facto Peruſij in Epiſcopo Peruſino, qui patri ſuo loqui non valenti, & in vltimis cõſtituto, dixit verba hæc: ſi vis pater, q hæres tuus ſum, ſtringe manum meã cũ tua, & pater ita ſtrinxit, & nihilominus, extitit, ſec.eũ Peruſij iudicatũ, teſtamentum hoc nihil valere; & eandem opin.ſequitur etiam, & com.ait Bertran.conſ.129.viſo, & ponderato caſu mihi exhibito, nu.44.cum aliis ſeq. volum. 8. Gloſ.Ang.in l.in fraudẽ.§.1.ff.de teſtam.mil.Bald.Ang.Iaſ.nu.4. & Moder.omnes in d.l.iubemus.Bald.& Caſtren. in l. & in epiſtola.C.de fideicõ.& Fely.in c.in præſentia, ſub n. 43. de probat.& Tiraq.in tract.de priuilegiis pia cauſa, in 8.priuilegio, col.1. ſub v. Cõtrariũ tamẽ videtur voluiſſe, & ſub v.ſeq. vbi apertè deducit in practica periculoſũ eſſe ab iſta cõmun.opinione recedere.

Eſt benè verũ, q teſtamentũ dictatum à notario, ex ore teſtatoris, qui deceſſit ante ipſius teſtamẽti lecturã, valet & tenet inter liberos.ita affabrè Dui.deciſ. 251. & Creſcent. deciſ. 164.lib.1.

Itẽ nec miles nutu teſtari poſſet.d.l.in fraudẽ.§.1.& ibi Gloſ. & Iaſ.in d.l.iubem⁹, n.4.& Tiraq.in d.8.priuilegio, col. 1. & ſeq. vbi refert cũ opinione hac omnes tranſire, & refert etiã diſtinctionẽ ſuper hoc per Alex.in leg.diſcretus.C.qui teſtam.fac. poſſ.

Sed vbicunque quis conderet teſtamentum ad pias cauſas nutu, aut ſignis fauore piæ cauſæ valeret, & teneret: ſec.Gloſ. & omnes in c.cũ tibi, de teſtamen. Ancha. Imol.& cæteros, in c. 2.eod.tit.Calderi.conſ.4 de teſtamen.Bal.in l.1.C.de ſacroſan eccle.Ang.Alex.& Iaſ.num.5.in d.l.iubemus. qui ſcribit iſtam eſſe commun.opin.& magis commun. aſſerit Tiraqu.in tract. de priuilegiis pia cauſa, in d.8. priuilegio in prin. quam ſequitur etiam Barba.cõſ.43.illud, col. 5.& ſequen.volu.Iaſon in l. ſi cui legetur.§.hoc autem, colum.fin.ff.de leg.1.& Fely.in d.cap.in præſentia, ſub num.43.

Sed hoc non procederet in alio caſu, videlicet, vbicunque teſtamentũ ipſum eſſet ſcriptum per teſtatorem, vel per aliũ in cedula teſtamentaria, nec eſſet lecta, publicataq; corã ipſo teſtatore, teſtib.& notario: tunc teſtamentum hoc valet inter liberos, & ad pias cauſas cõditum: ſec Bar.in l. fideicommiſſa.§.quoties. ff. de leg. 3. cuius opinionem ſequuntur omnes Doct.ibi, & communem dicit Franc.de Aret.& Boër.in præcitatis deciſionibus, & ſequitur conſulendo copioſiſſime, atque doctiſſimè D.Ioan.Cæphal conſ.99.vol.1.Et admittit procedere de plano Achill.de Graſſis in deciſ. 359. vt teſtamentum ad pias cauſas valeat etiam ſine teſtibus, ſi totum ſcriptũ eſſet manu teſtatoris. Et de hoc mirãdũ vtique nõ eſt: quoniã fauore piæ cauſæ creditur ſcripturæ confectæ manu teſtatoris ſine teſtibus.ita Card.Put.deciſ.4.tit. de teſtamen. tempore peſtis. Et ita hæc omnia, & alia quamplura, materiam præmiſſam cõcernentia, referebat ſubtilitatũ Princeps, & vir omni ſcientiarũ genere refertiſſim⁹ D.Rainal.Ridolſius præceptor meus, interpretando publicè Peruſij d. §. ex imperfecto. Viu.

97 Inſtitu-

Inſtitutio patris & matris eſt neceſſaria de iure communi in teſtamento filiorum: vndè filius faciens teſtamentum in caſibus à iure permiſsis, tenetur parentes in aliquo inſtituere hæredes: quia illis præteritis teſtamentum viribus caret. §. ſicut igitur, & §. hæc autem diſpoſuimus, in auth. vt cùm de app. cogn. notat Cald. conſil. 5. an ſi teſtator. in tit. de teſta. Bald. conſ. 84. veritas, lib. 4. & hæc eſt cõmunis opinio: vt conſtat ex cõgeſtis per Scrib. in auth. nouiſsima. C. de inoff. teſta. & per Barb. in c. Raynutius. col. 67. de teſta. contra Bart. in d. auth. nouiſsima.

Quia legitima debetur parentibus propter honorem & reuerentiam, quam filij erga illos præſtare tenẽtur. d. §. hoc autem Et præcipuè debetur matri, ne à luctuoſa filij hæreditate dicatur excludi. l. fin. C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. factis, & l. liberi. §. 1. C. de inoffi. teſt. & hoc late docuimus ſuprà in verb. Filius in concluſione incip. Inſtitutio parentum, &c.

Imò ipſa matre ſine cauſa præterita, teſtamẽtũ iure cõmuni eſt ipſo iure nullũ: vt not. in §. exhæredatos, in auth. de hær. & falcid. Azo. in ſumma de lib. præter. circa fi. & Bar. in l. filio præterito. col. 10. ff. de iniuſt. teſtam. Cagnol. in l. 1. n. 5. ff. de inoff. teſta. & Doct. in §. fi. Inſti. de exhæred. liberor.

Limitatur iſthæc cõmunis opinio, ſeu limitari poteſt per ſtatutũ contrariũ diſponẽs: vndè legitima matri debita, cũ ſit de iure poſitiuo, poteſt per ſtatutũ tolli, ſicut legitima debita patrono: ſecundum Bal. in l. 1. §. ius naturale. col. fi. ff. de iuſt. & iure. Alex. conſ. 3. circa præmiſſa, col. 3. vol. 7. & Corn. cõſi. 150. circa præſentem, col. 2. & ſeq. vol. 2. & iſtã eſſe com. opin. aſſeuerãt audacter Io. de Imol. in l. quod de bonis. §. fi. ff. ad leg. Fal. Alex. cõſ. 168. col. 1. vol. 7. Dec. cõſ. 372. col. 2. & Pariſ. cõſ. 23. col. 2. vol. 2. & ſequitur Alciat. in tract. de præſump. reg. prima. præſ. 8. ſub n. 3.

¶ Et licèt hoc nullã in ſe dubitationẽ habeat, vt meminit Georg. Natta in tract. quod ſtãtibus maſculis in 1. q. princ. n. 7. & ſeq. nihilominꝰ ſi ſtatutũ tolleret in totũ legitimã filiorũ, iſta nẽpè eſſet quæſtio difficilior difficultate ipſa, & ſic difficillima omniũ quęſt. quæ inter Doct. hactenus diſcuſſæ appareãt.

Sed ꝙ ſtatutũ ipſum penitus legitimã filiorũ auferre poſſit, voluerunt Dy. in c. indultum de reg. iu. in 6. & Io. And. ibi, in mercur. Bar. & Inno. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de cond. & demon. Bal. in l. 1. nu. 17. C. de ſum. Trin. Old. conſi. 107. Ang. in auth. de hæred. & falc. in princ. Signoror. de Homodeis conſi. 37. Alex. conſi. 75. col. 4. vol. 1. Corn. conſi. 210. col. pen. vol. 1. Auguſt. Berous in c. Raynutius. nu. 209. de teſtam. & Dec. conſi. 19. in quibus locis iſtam com. opin. eſſe perhibent: prout hoc idem fatentur Nicol. Arelatanus in ſcholiis ad Alciat. in d. præſump. 8. & Ripa in 1. reſponſorum. c. 7. & magis cõmunẽ affirmat Loffred. conſi. 14. nu. 21. & ſeq. & Natta in d. q. 1. nu. 1. & 6.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quod legitima liberorum per ſtatutum prorſus tolli non poſsit, ſed tantũmodò diminui, inclinauere Cyn. & Bal. in l. ſancimus. C. de nuptiis. Sali. in auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſta. q. 2. Alb. in l. quoniam in prioribus. C. eod. tit. col. pen. Iacob. de Belui. in d. auth. de hæred. & falc. in princ. & Alex. cum aliis concordan. ſignatis per eum conſi. 55. col. fin. vol. 2. & iſtam præſupponunt eſſe communem Canoniſtarum ſententiã, Steph. Aufrerij in deciſ. Cap. Tholoſ. 437. Barba. in c. Raynutius, col. 45. de teſtam. & Arelat. in loco præcitato.

Cæterùm in huiuſmodi varietate, atque opinionum conflictu, pro reſolutione admittenda veniret iſta veriſsima diſtinctio, videlicet, quòd aut ſtatutum inductum eſt ex cauſa æqua, iuſta, & rationabili, & tunc valet & tenet, potéſtque legitimam penitus tollere.

Aut ſtatutũ caret ratione (& vt apertiùs loquar) abſq; cauſa conditum ac inductum ſit, eo caſu tanquàm irrationale non tenet. & diſtinctionẽ hanc tradit Curt. iun. conſil. 10. col. 2. vbi recitat iſtam com. opin. fore, & Dec. conſil. 525. viſis his, quæ accuratè, & eleganter ſcripta ſunt num. 5. & ei inhærent pariter Arelatanus, in d. addit. ad Alciat. circa finem, & Couarruuias in epit. tit. de ſponſalibus in 2. part. cap. 8. §. 6. num. 5. fol. paru. 175. in quibus locis faciunt mentionem de huiuſmodi communi. Viuius opin. 813.

98 Quæro, Si adſit ſtatutum diſponens, ꝙ teſtamentum coram quatuor, vel paucioribus teſtibus poſsit fieri, nũquid tale ſtatutum valeat? Reſp. ꝙ ſic. ita tenet Cyn. Bart. Bald. & Fulgoſ. l. 1. C. de ſum. Trin. & in l. ſi non ſpeciali. C. de teſtam. Hanc opinionem dicit eſſe communem Iaſ. d. l. 1. nu. 37. quem refert conſulendo Hiero. Schurff. in conſi. 92. cent. 2. & in conſi. 75. conſi. 58. cent. 3. Mich. Graſſ.

Relictum inſtitutionis titulo non cenſetur, ſi teſtator ita dicat: filio meo centum relinquo, nec volo ꝙ vlterius petere poſsit. com. in §. teſtamentum. q. 38. verſ. præterea P. Fich.

99 Teſtamentum ita poteſt incipere, & ſumere vires à vulgari ſubſtitutione, ſicut ab expreſſa. Eſt com. opi. ſec. Alex. conſ. 1. incip. perſpectis. vol. 1. M. Chærian.

100 Teſtamẽtũ eo ꝙ ſit ſecretò factũ, non per hoc rumperetur illud teſtamentum: intellige ſi aliàs hæres ſcriptus ſit capax hæreditatis: nec per hoc hæres puniẽdus eſſet. l. quod ſi dubitet. ff. de acq. hæred. Bart. in l. ſi ei qui. de delato. Bellacom.

101 Ex eo teſtamento quod quis nixus eſt impugnare, non debet fructum conſequi. c. ex eo non debet. de reg. iur. vbi Dyn. declarat. Don. à Fina.

102. Filiꝰ pręteritus habet ius dicẽdi nullũ. cõmunis eſt opinio, vt per Iaſ. in rub. ff. de lib. & poſth. vbi limitat in 2. caſibus. nu. 12. Idem.

103 Teſtamentum factum inter liberos à patre, nõ reuocatur per aliud ſecũdum teſtamentum, niſi duo copulatiuè cõcurrant: primò, quòd pater reuocet expreſſe primũ, & ſecũdum factum ſit cum ſeptem teſtib. auth. hoc inter. C. de teſta. vbi Iaſ. ampliat & limitat in 4. caſib. n. 1. & ſeq. Don. à Fina.

104 Teſtamentũ poteſt incipere à gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſi præcedens gradus inſtitutionis erat nullus. l. 3. §. fi. ff. de libe. & poſthu. vbi ſi filius fuit præteritus à primo gradu, & à ſecũdo exhæredatus, primus gradus inſtitutionis eſt nullus, ſed ſecũdus gradus ſubſtitutionis vulg. tenet, & ab eo teſtamentũ vires ſumit: hoc autẽ procedit in filio iã nato: in poſthumo verò ſi prætereatur à primo gradu, licet exhæredetur à ſecũdo, tamẽ quãdo naſcitur rũpit totũ teſtamentũ, nec tali caſu põt incipere à ſubſtitutione vulg. l. nam & ſi §. rũpẽdo. ff. de iniuſt. rup. gl. in d. §. fi. vbi Bar. declarat, & reddit rationẽ, & ibi etiã Caſt. illud autẽ generale dictũ, procedit etiã quãdo filius eſt præteritus à primo gradu: ſed in ſecundo eſt ſubſtitutus vulgar. quia etiã perempto primo gradu teſtamẽtũ incipit à ſecundo. l. ex facto. §. Lucius Titius ff. de vulg. vbi Caſt. dicit, quòd ſi filius eſt inſtitutus in primo gradu, nõ requiritur poſteà ꝙ inſtituatur in ſeq. gradibus, ſed ſi exhæredetur à primo, neceſſe eſt ꝙ etiã exhæredetur à ſecundo, vt latiùs p eũ ibi. à pupillari autẽ ſubſtitutione nõ poteſt incipere, nec ex ea poſſet filius præteritus à primo gradu ſuccedere, quia ſubſtitutio pupillaris habet dependẽtiã à teſtamẽto paterno, ita vt ſi non adeatur hæreditas ex teſtamento paterno, non teneant tabulę pupillares, l. 2. §. adeò. l. ſed ſi plures §. ſi ex aſſe ff. de vul. declarat Iaſ. in d. l. ex facto. §. itẽ quæro. 3. no. Bellac.

105 Teſtamentũ perinde ex tacita ſubſtitutione, putà in pupillari cõprehenſa, atque ab expreſſa, poteſt incipere, & effectũ aſſumere, quod & ipſa non requirit aditionem ad eius confirmationem, licet pupillaris requirat, ſicut voluit gl. in l. lex Cornel. & ibi Guliel. de Cuneo. Bar. & Bal. in l. ſi pater captus. ff. de vul. & pup. Ang. & Bar. l. 1. eo. ti. per l. neq;. §. fi. ff. de teſt. milit. & l. pen. ff. de ventr. inſpicien. idq; cõtra gl. l. apud Iulianũ. §. idẽ Iulianus. ff. ad Treb. cõmuniter teneri refert Ben. Capr. in tract. ſubſtitutionum, poſt regulas poſito, ſpe. 1. n. 83.

106 Teſtamẽtũ ſicut incipere poteſt ab expreſſa vulgari, ſic etiã à tacita cõtẽta in expreſſa pup. eſt com. opi. ſecũdũ Alex. conſi. 1. perſpectis circa med. vol. 1. & eſt magis com. ſec. eund. conſi. 88. viſo. verſ. & hoc ſecundum eos. vol. 2. M. Chærian.

107 Teſtator interrogatus à tabelliõe, an facit Titiũ hæredẽ: ſi reſpõdeat eũ facere, illius reſponſio tantũ operatur ac ſi nominaſſet hæredem. per gl. notabilem in verb. quemadmodum. in l. iubemus. vbi communiter doct. C. de teſta. & hanc comm. concluſionem & opin. Doct. appellant poſt alios Alex. de Imol. in conſi. 12. nu. 6. & ibi apoſtil. in verb. quod ſic, liter. dicit 1. lib. & in conſ. 47. nu. 7. verſi. circa quartum dubium. in 2. lib. & Roderic. Scarez. in allega. ſuas, alleg. 1. nu. 24. & maxime nu. 28. cum ſeq. licet ipſe contrariam ſententiam de iure veriorem eſſe arbitretur. Sed cùm de hac ſentẽtia Viuius in ſuis opinionibus. in verb. hæres quilibet. & Soarez in verb. hæres ſi quis inſtituatur, mentionem fecerint, non vlterius illam doctrinam proſequor, & potiſsimũ cùm Soarez ab aliis non allegatus, eleganter de ea re diſputauerit. Kirch.

108 Teſtamẽtũ cæci requirit pro forma quòd præcedat hæredis inſtitutio antequam fiant legata. l. hac conſultiſsima. in fi. ibi, vt ante latæ formæ declarant. vbi Cy. num. 2. Bart. nu. 1. annotarũt, aſſerẽtes id ſpeciale eſſe in teſtamento cæci. & Dec. nu. 7. C. qui teſta. face. poſſ. vel non. & in §. cæcus. ibi, per obſer-

uationem, & ibi Angel. Aretin. num. 2. dicit ſe non audere à ſentẽtia Bart.& aliorũ recedere,& ꝙ illa in practica obſeruaretur,maximè cũ tex. in d.l. hac cõſultiſſima. in cæco regulã negatiuã,ꝙ nõ poſsit teſtari, niſi his quæ ibi tradũtur ſeruatis, poſuerit. Inſtit. quib. nõ eſt permiſſ. fac. teſtam & idẽ Ang. in §. ante hæredes. Inſtit. de legat. & Bart Cæp. in tract. cantel. cantel. 90. Hac ſentẽtia i.ó refragãte cõtrariã ſentẽtiã Bal. defendit, inquiẽs in d.l. hac cõſultiſſima. n. 6. illũ tex. nõ cõtinere cauſam formalẽ, ſed ſolitum modũ teſtãdi, quo veteres vſi ſunt, qui ſemper hæredis inſtitutionẽ prẹferebãt. Quare cum hodie in quacũq; parte, vel in fine teſtamẽti hẹredis nomẽ ſcribatur, dicitur caput teſtamẽti. l. pen. C. de inſtit. & ſubſtit. Cũmq; talis omiſsio ſolẽnitatis ſit leuis, nõ debet vitiare teſtamẽtũ. l. 1. in fin. ff. de ventr. inſpic. cuius ſentẽtiã alij doct. cõmuniter ſequũtur Pau. de Caſt. in d.l. hac conſultiſſima n. 5. in fin. Alex. de Imol. n. 17. & copioſè Iaſ. per ſeptẽ argumẽta nn. 1. 2. & 3. & ita ipſe quoq; cõſulẽdo ſcribit in conſ 26. n. 1. in 1. vol conſ. Hãc ſentẽtiã magis cõ. eſſe teſtãtur Bru. in tract. de form. & ſolen. in art Quãdo aliquid cẽſeatur traditũ pro forma, in 8. cõcluſ. ver. & præpoſteratio. & in d. art. in 11. ver. prædicta cõcluſ. & Rol. à Valle in conſi. 82. n. 16. ibi, præſertim cũ ſimus in art in quo adeſt cõmunis pro nobis. & n. 17. verſi. 2. dicitur in 1. Tom. conſ. vbi ipſe argumẽtis quẹ in cõtrariũ adducũtur, ordine reſpõdet. Et illã etiã ſequitur Io. Dilect. in tract. de arte teſtand. tit. 2. de his qui non habent factionẽ teſtamẽti. cautel 8. Quo remedio ſuſtineatur vltima voluntas cæci. verſi. tertiò quòd legata. nu. 2. Kirchouius.

106 Omiſsio non vitiat niſi ea quæ ſunt de forma ſubſtantiali, nõ autẽ ad inſtructionem, vel demonſtrationem. ſecũd. communem per Burſ. conſi. 74. nu. 53. lib. 1. Bellacomb.

110 Teſtamentum non vitiat ſolennitas leuis omiſſa. Iaſ. in d.l. ſi vnus. nu. 4. C. de teſtam. communem dicit. Villal.

111 Teſtamentũ imperfectũ valet inter liberos. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Vnde nõ requiritur. ꝙ teſtes ſint rogati. gl. in ver. excepto. in l. ſi. C. de codic. cũ qua trãſeũt ibi doct. Et ita firmat Bald. in auth. quod ſine C. de teſtam cum multis concordãtibus, vt per Natt. in d. §. ex imperfecto. q. 30. vbi aſſerit, ꝙ ita ſe habet cõmunis opin. Nec prædictis videtur obſtare, quòd totũ teſtamentũ nõ fuerit poſteà corã teſtatore, & teſtibus lectũ, & vt dicitur publicatũ & ſtipulatũ, propter quod videtur inualidari, iuxta l. fideicommiſſa. §. quoties. cũ gl. cõmuniter ibi p Bart. & alios approbata. ff. de leg. 3. Quoniã reſpõdetur, quod cùm de volũtate teſtatoris circa hæredis inſtitutionẽ, & ſubſtitutionẽ: & ſic in ſubſtãtialibus teſtamenti cõſtet per teſtes, non videtur neceſſaria dicta publicatio, vt videtur cõcludere Abb. in c. cũ P. Tabellio. ver. infero etiã ad aliã quæſtionẽ. de fide inſtr. vbi reſpondet ad d. §. vt ſcilicet procedat, quãdo ſcriptura erat de ſubſtãtia teſtamẽti, vt per eũ. Et idẽ, vt ſcilicet poſsit releuari, & publicari teſtamẽtũ iã virtualiter voluit Paul. de Caſt. in conſ. 307. ad primũ quæſitum. q. 1. vol. 1. in nouis. in antiquis eſt n. 204. Imò videtur loqui in fortioribus terminis. nã cũ ibi velit poſſe publicari teſtamẽtũ ſcriptũ per Notariũ nũc defunctũ, per manũ alterius notarij, fortiùs vellet publicationẽ poſſe fieri per eundẽ Notariũ ſuperuiuentẽ: & ibi ponitur alia reſponſio ad. d. §. quoties, & ad notata ibi p Bart. vt ſcilicet procedat, quãdo teſtamẽtũ nõ appareret perfectũ, vt per eũ. Et quòd tale teſtamẽtũ valeat etiã, quod nõ fuerit lectũ & publicatũ corã teſtatore, & teſtibus, videtur probari ex illa opinione glo. magis cõmuniter recepta in l. iubemus. C. de teſtã. videlicet, ꝙ valeat teſtamentũ, ſi infirmus interrogatur, an faciat talẽ hæredẽ? & reſpõdet, in verſi. Nã eo caſu nõ prẹſupponitur aliqua lectura, vel publicatio teſtamẽti, & tamẽ valet, vti magis cõmuniter tenetur: vt per Cor. in conſ. 77. viſo themate. litera B. 4. vol. Et quod nõ requiratur prædicta publicatio, ſi ex alio de volũtate teſtatoris conſtet. videtur firmaſſe Soc. iun. conſ. 144. n. 58. vol. 2. & in conſi. 71. n. 3. q. 5. & 22. Vbi oſtẽdit hoc tantũ procedere in teſtamento inter liberos propter fauorẽ liberorũ, & non ratione extraneæ perſonæ, allegans ad hoc Bar. Paul. de Caſtr. & alios, vt ibi videri poteſt in 4. volumine. E. Muſcul.

112 Teſtamentum inter liberos, valet etiam ſi in eo non interueniant ſolẽnitates iuris ciuilis, attenditur enim in eo ſola diſpoſitio iuris gentiũ. com. d. Clarus in §. teſtamentum. q. 8. in prin. Sufficiunt autem in eo duo tantũ teſtes. ead. q. verſ. Hinc. Et poteſt etiã fœmina in tali teſtamẽto eſſe teſtis. ead. q. verſi. Secundò nec requiritur vt teſtes ſint rogati. com. in ead. q. verſ. Tertiò. Tenetur tamen teſtator omninò omnibus filiis ſuis aliquid relinquere tit. inſtitutionis. com. in d. q. ver. Sed pone Et in tali teſtamẽto ſemper ſubintelligitur clauſula codicillaris. com. in d. q. verſ. Veruntamen. Nutu autẽ conditum nõ valet. com. ead. q. ver Vlterius. Item non valet quãdiu aliquid in eo deeſt quod teſtator adhuc addere volebat, licet enim ſuſtineatur, etiamſi imperfectum ſit ratione ſolennitatis: tamen quatenus imperfectum eſt ratione volũtatis, non ſuſtinetur com. in d. q verſ. Habes. cum ſequen. Et nota, quòd licet in tali teſtamẽto dari poſſit vnus ex filiis alteri filio in tutorẽ, tamẽ pater nõ poterit etiã extraneũ dare tutorẽ. com. dicit Clar. in d. §. teſtamẽtũ. q. 10. v. Secũdò. Talis tamẽ tutor extraneus dat⁹ à patre, poteſt a iudice cõfirmari. Ibid. P. Fich. ex Claro.

113 Teſtamentum patris inter liberos, etiã ſi minus ſolenniter factum ſit, valet reſpectu ſolẽnitatis omiſſẹ de iure ciuili. l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta. Eman. à Coſta. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. part. 1. nn. 467. de libe. & poſthum. ſed ſi cũ liberis perſona extranea admixta ſit, reſpectu illius tertij, non valebit teſtamentum, ſed ſolùm reſpectu liberorum. d. §. ex imperfecto. & l. ſi. C. familia erciſcun. Boer. deciſ. 240. in prin. & ſic imperfecta volũtas teſtãtis inter liberos valet, pec eum titulum, de teſtamen. imperſ. in auth. quod intelligitur de imperfectione ſolennitatis, non autem de voluntatis ipſi⁹ teſtantis imperfectione. nam tunc teſtamentũ nullũ eſſet. Iaſ in eo. §. ex imperfecto. Boer. eo loco. nn. 5. Alex. conſ. 76. nu. 14. lib 3. Soc. conſ. 147. lib. 2. Ioan. Cæphal. conſ 99. nu. 1. & tale teſtamentum inter liberos factum, nun ſolum habet effectum teſtamenti, vt ex eo ſuccedi poſſit: ſed habet effectum derogatoriũ, & reuocatoriũ primi teſtamenti iam facti inter extraneos, quod ipſo iure per ſecundũ minus ſolenne tollitur, etiã ſi in primo ſolenni eſſent inſtituti alij ſucceſſores ab inteſtato. ita Gulɩel. Bened. in repe. cap. Raynutius. in verb. teſtamentũ, in 1. nu. 75 Corn. conſ. 86. par. 3. Bellacomb.

114 Statutum non ſolùm matrem, ſed & filias propter exiſtentiam agnatorũ à legitima in totum excludere põt. Eſt magis cõmunis opin. ſecun. Alex. in conſ. 68, circa præmiſſam. verſ. quinimò ſecundum. vol. 4. M. Chærianus.

115 Coram duobus teſtibus duntaxat, etiã fœminis, pater poteſt inter liberos facere teſtamẽtũ, ſec. glo. & docto. in auth. ꝙ ſine. C. de teſta. imò pater abſq; vlla teſtiũ prẹſẽtia, p ſimplicẽ ſcripturã, ac priuatã inter liberos teſtari põt: putà ſi ſua manu ſcribat ſchedulã, & in ea diſponat inter liberos pro teſtamẽto, ſeruabitur eius volũtas, tamẽ requiritur neceſſariò, ꝙ pater declaret in huiuſmodi ſchedula, volũtatẽ illã habere pro perfecta, & tũc proculdubiò valet vt teſtamẽtũ patris, quãuis nulli teſtes interuenerint, per doctrinã Bart. in l. ſi. ff. de teſtã. Alex. conſ. 4. lib. 7. & iſta eſt communis opin. teſte eodẽ Alex. conſ. 105. ſuper hiis, in ſi. vol. 3. & Iaſ. conſ. 57. vol. 2. præſuppoſitis, & Boer. deciſ 340. nn. 4. F. Viuius.

116 A pari procedit ꝙ teſtamẽtũ fiat corã iudice, vel coram Principe. l. omniũ. C. de teſta. ſed vbi corã Principe, requiruntur aliqui teſtes, vt tenet glo. Bald. Angel. Salyc. & Alex. ibi, licet non appareãt quot teſtes. Ang. verò requirebat ſeptẽ. Salyc. tres, Bart. Bald. & Alex. duos. & hæc eſt cõmunis opinio. prout teſtatur Soc. iun. conſ. 138. vol. 1. Couarr. in rub. de teſtam. in 2. part. num. 2. Viuius.

117 Schedula teſtamẽti inter liberos ſcripta manu patris, aut ſaltẽ manu ipſius patris ſubſignata, quãuis ſcripta ſit manu alterius, vel etiã ſi contineat diuiſionẽ bonorũ inter liberos, quãuis nulli ſint adhibiti teſtes, plenè probat, & tali ſchedulẹ ſtandũ erit. Bald. in auth. ꝙ ſine. C. de teſta. Bar. & Paul. Caſt. in l. ſi is qui. ff. de teſta. Clar. §. teſtamentũ. q. 7. in prin. & q. 14. in prin. Alex. conſ. 105. in ſi. lib. 7. & quãdo eſt ſcripta manu patris, non requiruntur teſtes quantũ ad ipſos liberos, ſecùs quantũ ad legatarios, aut alios: quia nõ probaret tale teſtamentũ ſine teſtibus. d. authen. quod ſine. ſchedula verò quæ reperitur in arca patris non ſcripta, nec ſubſcripta manu ipſius & ſine teſtibus, non probat nec inter liberos. Bald. & Caſtr. in d. authen. quod ſine ſi tamen ſit probatum eſſe ſcripturam patris, aut illius ſubſignationem, & faceret fidem iuxta primam regulã, ꝙ ſi non fuerit probatum, nõ valeret. Benedict. in repe. c. Raynutius. in verbo, teſtamentum. 1. num. 87. Bellacomb.

118 Schedula ſcripta manu propria ipſius teſtatoris, cõtinẽs eius voluntatẽ vltimã, diſponẽdo de bonis ſuis in fauorẽ piæ cauſæ, in tali caſu (ſc. piẹ cauſæ) illa non ſuſtinetur in vim teſtamẽti, neq; alteri⁹ vltimẹ volũtatis. Sed ſi inter liberos reperiatur talis ſchedula à teſtatore confecta, ſeruanda eſt tanquam teſtamentum. com. Clar. in §. teſtamentum. q. 7. in prin.

id.; procedit ſiue teſtes adhibiti ſint,néc.i.e.com.*in §.teſtamētum q.14.in prin cum verſ.ſeq.* Requiritur tamen quod dies ſit appoſita,qua cõfecta eſt.com.*in d.q.14.verſ. Sed nunquid.* itē requiritur ꝙ ſcripta ſit abſq; vllis abbreuiaturis,vel notis,etiã vſitatis.com.*in d.q.14.verſ.ſed quia.* hoc tamen Clarus intelligit de numero vnciarũ,vel ſumma aliqua pecuniæ,ne notis arithmeticis exprimãtur. Valet autē huiuſmodi ſchedula etiãſi non fuerit manu teſtatoris ſcripta,ſed ſaltē ſubſcripta. cõ.*in d.q.14.ver.quare quid ſi.* nã ſi neq;ſcripta neq;ſubſcripta eſſet manu teſtatoris,ſed ſaltē in eius arca reperiretur, nihil valebit.*d.q.14.verſ.itē quaro.* ſi tamen à filiis ſubſcripta eſſet (licet à patre neq; ſcripta neq; ſubſcripta)valeret. com. *in d. q.14.verſ.ſed pone.* intellige tamē,non vt teſtamentũ valere, ſed vt cõtractũ ex conuētione ipſorũ filiorũ.*ibid.* Si verò talis ſchedula reperiatur in libro Notarij,non tamē manu teſtatoris ſcripta,vel ſubſcripta,nihil valebit,etiãſi ibidē reperiatur nomina teſtiũ adhibitorũ.*d.q.14.verſ.praterea quare.* P.Fich.

119 Teſtamentum patris inter liberos,ſchedula voluntatē & inſtitutionem liquidò enarrante,cõprehenſum & validum ac iuſtum ſine aliis teſtibus ducitur.cõmune ponũt Alex.*cõſ. 105.li.43.*Iaſ.*cõſ.57.lib. 4.*& qui latiſſime ex receptis inceptetum ſententiis proſequitur,quibus in caſibus nuncus ſolennoe vel imperfectum inter liberos teſtamentum valeat : quibus ſecus,Iulius Clarus *de teſtamentis à q.8.vſque ad q.18.*& vide quæ inferius obſeruo *verſ.teſtamento imperfectè.* E. Suarez.

120 Teſtator ſi ſuã voluntatē in quada ſchedula confecerit, quã tamen nõ publicauit,& interim moriatur,talis voluntas teſtatoris quę ita reperitur,erit teſtamētũ,perfectũ quidē ratione volũtatis,imperfectũ autē ratione ſolennitatis,& ideò inter liberos & intuitu pię cauſæ valebit,ſed nõ inter extraneos. Ale.*in l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.* Dec.*cõſ. 159.*& hanc dicit com.opin.Are.*in l.ſi is qui.verſ.in primo caſu ff.de teſta.* quem refert Boer.*deciſ.93.poſt nu.* 10. Bellacomb.

121 Legatũ factũ io filiæ minori patre,quàm ſit leg.vel dos, ſi agnoſcatur per eã,an filia impedia.petere ſupp.vide Pau.de Caſt.*in 1.vol.conſ.73.incip.licet iſta domina Liſa. repetit in eod. vol.conſ.*259.vbi tenet quod nõ.adde quod illud conſ.eſt repetitũ *in 2.vol.conſ* 131.*&* *conſ.*235.Et ita vult Soc.*par.2. conſ.* 32. *col.3.*Iaſ.*in l.quotiens.col.5.C.de hared inſtit.*alleg. multa,maxi. Alex.*conſ.46.incip.ſuper 1.dub.* quod tamen eſt 69. *in 1.vol.* idē vult Alex. *in 4. vol.conſ.89.circa fin.* contrarium tenet ipſe Pau.de Caſt.*in.2.vol.conſ.65.in fi.* vbi dicit,ꝙ filia agnoſcen.tale legatũ ſine poteſtate ſibi præiudicat.& ita videtur velle *in conſ.*88.licet in illo caſu cõſuluerit in fauorē filiæ peten.hæred.ob voluntatem defuncti ab hærede nõ ſeruatam.Sed dic primam opinionem eſſe veriorem & communem. pro qua vide quæ dixi *in ver.legitima.§.36.ver. amplia etiam.* Bellac.

122 Sicut aucta eſt legitima deſcendentium vſq; ad tertiam, ita etiam legitima aſcendentium. Eſt magis com.opin.ſec. Alex.*in conſ.168.viſis ac ponderatis.vol.7.& in conſ.140.ſuper teſtamento.in fi.vol.1.* M.Chætiao.

123 Legitima filiis titulo honorabili inſtitutionis à patre teſtante relinqui debet in ſuo teſtamento.*§.aliud quoq.capitulũ in auth.vt cũ de appell.cogn.*& hæc eſt com.opin. legiſtarum & canoniſtarum.vt per Iaſ.*in auth.nouiſſima.C.de inoſ. teſta.n.16. l.tamen in l.ſcimus.§.cum autē in ver.celebrari.C.de inofficio.* tenuit ſufficere ſi filius ſit honoratus per viam fideicommiſſi: quam tamen reprobant doctores.& à tali communi opinione in iudicando nõ eſſe recedendum,atteſtatur *in d.auth.*Iaſ. idem Stephanus Bertr.*conſ.130.in 3. vol.num. 2.* Bellacomb.

124 Teſtamentum conditum ſecundum conſilium Galli Aquilij valet.communem dicit Clarus *in §.teſtamentum.quæ. 85.verſ.fin.* P. Fichard.ex Claro.

125 *Lex prima de ſacroſan.eccleſ.* habet locum in quocunque teſtamento facto.& ab illo, qui non eſt in articulo mortis. Iaſ. *in d.l.j.nu.31.*communem dicit.

Item *d.l.j.*habet locum in habilibus.Boer.*in conſuetud. Biturig.in rub.des couſtumes concernans les teſtamens.§.1.in princip.* communem dicit contra Bar. B.Villal.

126 Diſpoſitio *auth.quod ſine.C.de teſta.*habet locum etiam ſi filij in ſchedula non ſint æqualiter inſtituti.com.dicit Cla. *in §. teſtamentum.q.18.verſ.ſed quaro nunquid.* Fich.

127 Diſpoſitio *§.ex imperfecto.l.hac cõſultiſſima.C.de teſt.*non habet locũ in teſtamēto inter liberos,ſi vnus ex liberis ſit preteritus.com.dicit Cla.*in §.teſtamētũ.q.8.verſ.ſed quarò.* Fich.

128 Diſpoſitio *§. ex imperfecto.l. hac conſultiſſima.C.de teſta.* non limitatur per auth.ſubſequentem,quantum ad teſtamētum nuncupatiuum,ſed ſolum quantum ad teſtamentum in ſcriptis.com.dicit Iul. Clar.*d.§.teſtamentum. quaſt.*11. Idem.

129 Diſpoſitio *§.ex imperfecto.l.hac conſultiſſima.C.de teſta.* non habet locum inter liberos naturales tãtum vel ſpurios. com.dicit Clarus *in §.teſtamentum.quaſt.*12. Idem.

130 Diſpoſitio *d.§.ex imperfecto.* locum habet etiã in legitimatis.com.dicit Cla.*in §.teſtamentũ.q.12.ver.ſed quid.* Idem.

131 Diſpoſitio *d.§.ex imperfecto.*locum habet etiam inter liberos, qui per ſtatutum ſunt excluſi à ſucceſſione inteſtati. com.dicit Clar.*in §.teſtamentum.q.12.verſ.Item quaro.* Idem.

132 Diſpoſitio *d.§.ex imperfecto.* locum habet nõ ſolùm inter filios primi gradus tantum,etiã vlterioris,vt nepos, &c. com.dicit Clar.*in §.teſtamentum.q.12.verſ.quaro etiam.* Idem.

133 Diſpoſitio *d.§ ex imperfecto.*non habet locum ſi filiusfamiliâs teſtetur inter parentes.communem dicit Clar.*in §. teſtamentum.quaſt.12.verſi.vlt.* Idem.

134 Diſpoſitio *§.ſi quis autem.l.hac conſultiſſima. C. de teſta.* non habet locum quando in ſecundo teſtamento eſſet preteritus aliquis ex filiis teſtatoris.communem Clarus,*in §.teſtamentum.quaſt 95.verſ.Scias tamen.* Idem.

135 Diſpoſitio teſtatoris de perſonis \ ſibi ab inteſtato ſuccedere poſsẽt,in dubio intelligitur eo modo & ordine,quo de iure cõi vel municipali ad ſucceſſionē ab inteſtato vocarētur. com.dicit Clar.*in §.teſtamētũ.q.76.v.2.infertur.* Idem P.Fich.

136 Vltima illa volũtas teſtatoris quę validatur ex diſpoſitione *§.ſi quis autem.l.hac conſultiſſima.C. de teſta.* non eſt teſtamētũ,ſed defertur ex illa ſucceſſio ab inteſtato. com.dicit Cla.*in §.teſtamentum.q.97.verſ Item ſcias.* P. Fichar.ex Claro.

137 Naturales inter liberos cõditũ imperfectè à patre teſtamētũ,nullius põderis ac momēti eſt.cõmune aiũt Dec.*cõſ* 610. *n.2.in fi.*Boë.*dec.240.n.13.*latè Iul.Cla.*§.teſtamētũ.q.12.in pr.*at cõditũ inter eos non ſolēniter à matre teſtamentũ valebit,ac ratũ firmũmq; prorſus habebitur.cõmune affirmant Boër. vbi ſ.Gulie. Ben.*in repe.c.Raynutius.verſ.teſtamētũ 1.n. 84.de teſta.*vberius Clar.*d.q.12.verſ.& hac quidem concluſio.* E.Suarez.

138 Teſtamentum ruſtici requirit ſaltē quinque teſtes,ſiue in ſcriptis,ſiue ſine ſcriptis teſtetur.com.Clar.*in §. teſtamentum.q.56 verſ.Sed quid in teſtamentis.* P.Fichard.ex Claro.

139 Ruſtici teſtamentum,tum demum quinque teſtibus ritè conditum cenſebitur,cùm à ruſtico,& ruri exaratum erit. commune affirmant Boër.*deciſ.323.nu.*10.Iul.Clarus *de teſtamentis.quaſt.56.verſi.ſcias tamen.* E.Suarez.

140 Ruſticus ſi teſtetur in ciuitate, vel ciuis in comitatu, non gaudebunt priuilegio *l ſi.C.de teſta* in qua conceditur ruſticis, quod ſaltem coram quinque teſtibus teſtari poſſint. com.dicit.Clarus *in §.teſtamentum.q.56.verſ.ſed quid.* P.Fich.

141 Teſtamētũ cęci ſi ab hęredis inſtitutione nõ auſpicetur, nullius põderis ac momēti eſt.cõm. aio ex Pet.Cy.Richard. à Malũb.Iac.de But.Fulg.Phi.Dec.*n.7.in l.hac cõſultiſſima.C. qui teſt.fac.poſ.*Ang.*§.cacus.Inſt.quib.nõ eſt permiſ fac.teſt.*Cęp. *caut.*128. ꝙ nos alicubi falsũ eſſe apertè demõſtramus.E.Sua.

142 Cæcus ſi teſtari velit inter liberos,ſufficiũt duo teſtes, nec requiritur alia forma vel ſolēnitas à iure ciuili introducta.com.dicit Clar.*§.teſtamentum.q 17.verſ.ſed quaro.* Villa.

ADDITIO. An requiratur ſentētia declaratoria volũtatis, vel ſimplex volũtas ſufficit,per Iaſ.*in l in emphyteuticariis. nu. 12.C.de iure emphyt.*cum aliis per eum adductis, & per Fel.in aliis caſibus *in c.1.n.23 de conſtit.*& Alb.*in l.lex vectigali, nu 3. ff.de pign.*Quo verò ad expulſionē idem dicendũ. Alb. *in d.n. 3.*dicit cõmunem eſſe opinio. ꝙ authoritate iudicis fieri debeat,& *nu.6.*vbi ſi per biennium penſio ſoluta non fuerit, & poſtea ſit recepta.Sed an in cõtractu emphyt. finita generatione dominus emphyteotã inſerere patiatur,intelligatur tacitè renouaſſe, ſicut in colono & inquilino dicitur.Iaſ.*in l.j. n.65.& ſeq.ea.tit.*cõmunē eſſe opinionē, ꝙ quando cõtractus requirit ſcripturã,prout emphyteoticus,nunquã ex patiētia intelligitur renouatus,& no.Bald.*in l.vnica,n 32.C.quando nõ petentiũ part.* In reliquis autē de tacita renouatione & continuatione locationis & ſocietatis non ponit etiã Marc.Ant. Bard.*in tract.de temp.Vti & contin.in c.4.nu.10.* I.Fichard.

143 Cæcus non alia forma quàm quæ præſcripta eſt,*in l.hac conſultiſſima.C.qui teſtamenta facere poſſunt.* teſtari poteſt, niſi ſtatuto expreſſo aliter diſponeretur,quia ſtatuto poteſt talis ſolennitas diminui, vt voluit Bart. *in l. ſi quaramus ff.de teſtamentis.*quod verum eſt,ſi ſtatutum expreſsè diſponeret de

teſtamento cæci,aliàs cùm ſimpliciter diſponeret , quòd teſtamentũ valeret coram quinque teſtibus,non extenderetur ad teſtamentum cæci,ſicut voluit Bald.*d.l.ſi quæramus*.cum quo reſidet Imo.*in cap. quia ingreſſa de teſta.*& ita communiter teneri refert Bened.Capr.*regul*.103.*nu*.25.

144 Solennitas requiſita in teſtamento ex forma iuris communis,vel ſtatutorũ tẽpore neceſſitatis relaxatur,teſte Rol.*conſ*.30.*nu*.23 *& ſeq.lib*.3. vbi de ſtatuto ciuitatis Mãtuæ requirens quandã ſollennitatẽ circa teſtes,quãdo fiunt teſtamenta extra ciuitatẽ & diſtrictũ Mantuæ,& *d.cõſ.n*.21.quod licet teſtium numerus ſit de forma teſtamenti quæ omitti non debet,& omiſſa vitiat actũ,ipſa tamen forma tẽpore neceſſitatis remittitur,ſecundum Rol.*conſ*.82.*lib*.3. poſt Dec.*conſ*.284. Pariſ.*conſ*.33.*nu*.24.*lib*.4. Quid de ſtatuto diſponẽs ſuper obſeruantia ſolennitatis,quã exigit & requirit in actu teſtandi, vel inter viuos diſponens,an locũ habeat ſi fuerit conditum teſtamentũ in loco exẽpto à manu & iuriſdictione ſtatuens, ſitæ tamen in eorum territorio?dic quòd non,ſecundũ communem per Rol.*conſ*.33.*per totum.lib*.3.quia paria ſunt ſimiliter locũ eſſe extra territoriũ,vel intra fines , ſed exemptũ ex no.per Iaſ.*in l.ſi.col*.3.*ver.hinc cõſuluit Ang.ff.de iuriſd.om. iud.* & ſic doct.ibi alleg.*& in c.vt animarũ. §.ſtatuto. de conſti.in* 6. loquuntur in ſubdito,qui in monaſterio exẽpto,intra tamen territoriũ ſtatuentiũ condidit teſtamẽtũ.quid autẽ in nõ ſubdito?vide Rol.*d.conſ*.33.vbi ponit caſum notabilem. Bellac.

145 Teſtamẽtũ,licet ad hoc quòd valeat,requirantur ſeptẽ teſtes,per *l.hac conſultiſſima.C.de teſta.in prin.*tamen fallit primò tempore peſtis,qui ſufficit ꝙ fiat coram quinque teſtib. & valet. Matth. de Affl.*c.1.dec*.25.*nu* 2.Barb.*conſ*.83.*nu*.4.Dec. *conſ*.284.com.dicit,licet Alex.*conſ*.60.*vol*.2.dicat communem contrariam,quam refert Iaſ.*l.& ab antiquis.nu*.4.*C. de teſta.* ſed tamen eum non ſequitur. Villal.

Quod Horatius in arte Poetica ſcribit,

Bonus interdum dormitat Homerus:
Verùm opere in longo fas eſt obrepere ſomnum.

Id auctori videtur hoc loco accidiſſe. Nullus enim horum doct.hanc opin.dixit com.Quinimò Matth.de Affl.& Barb. (qui *in allegato hic conſ*.83.nihil dicit)*in conſ*.58.*verſ.circa ſecũdam dubitationem dico.vol*.3.expreſſè tenent contrariã,quemadmodũ etiam *Alex.in d.conſ*.60.*vol*.2. & inſuper *in conſ*.178. *vol*.3.Verũ quidem eſt,quòd Dec.*in d.conſ*.284.(quo in terminis hanc quæſtionem plenè tractat)cõcludit pro prædicta opinione,ꝙ tempore peſtis,quinq; teſtes ſufficiant , propter magnã eius æquitatẽ,vt dicit: & quia alij plures doct.eam tenuerunt,quos recitat,nẽpè Bald.Floria.*Ang.Aret*.And.Sali. Iaſ.Sed interim non audet com.dicere. Et ſi hoc dicat,nõ videri verũ eſſe,quod Alex.tradit cõtrariã eſſe com. Imò ſcribit *ibid.nu*.5.Alex.variaſſe,& *in l.ſerumarios.C.de teſta.inulti*.tradidiſſe teſtamentũ corã duobus etiã teſtibus tempore peſtis confectũ,valere.Poſtremò,inquit, dato ꝙ res eſſet dubia,tamen in dubio in fauorẽ teſtamenti eſſe iudicandũ,ſecundum receptã theoricã:quo argumento etiã Iaſ.*in l.ſi*.vbi latè hanc quæſt.examinat *C.de teſta.* vſus eſt. Et hanc Decij ſentẽtiam *in d.conſ*.384.(quam etiã retinuit *in conſ*.504.*nu*. 7.) approbat *in add.ibid*.Apoſtil.& inſuper pro hac allegat Cor.*conſ*.53.*lib*. 3.Fran.Rip.*in tract. de peſte*. Hipp. de Marſil.*in l.j.§.præterea. nu*.125.*de quæſt*.Et Stepb.Bertr.*conſ*.223. *viſo caſu*. de quo *ſup. lib.&c.*Hãc ſequitur etiam Rub. *Alex.conſ*.71.& plenius *conſ*. 165.cũ diſtinctione tamen.ſ.an peſtis ſit notabilis, vt tũc demum procedat,&c.Deniq;hanc opin.camerã quoq; imperialis iudicij hoc caſu,etiã in minore , ꝙ̃ quinq; teſtiũ numero,iudicãdo ſequutã eſſe,in cauſa Ioachini Gulichs,cõtra Philippũ Erlẽbacher,1.Iulij anno 1540.Et antea quoq; anno 1535. in ſimili cauſa,in obſeruationib.meis reperio.Solet.n.illa veritatẽ potius & æquitatẽ,quàm ſtricti iuris ſubtilitates in cognoſcẽdo perpẽdere,& obſeruare,ſecũdũ *c. dilectis.ext.de iud.* Poſteà reperi Iac.Philip.Port.*concluſionum lib*.3.*c*.9. hãc quæſtionem tractantem,& doct.pro & cõntra allegat(quem vide omnino)hanc poſteriorem opinionem ſimiliter tenere.

146 Circa iſtã cõ.& ſequẽtes,vide *l.j.ti.j.li*.5.*ord.& l.3.Tau.* quę diſponũt,ꝙ in teſtamẽto nuncupatiuo,& ſi ſit inter liberos,debẽt adhiberi tres teſtes:& ſi notarius defecerit,quinq; teſtes:& ſi quinq; nõ,ad minꝰ ſint tres,& in teſtamẽto in ſcriptis,requirũtur ſeptẽ teſtes& notarius,qui omnes vnà cũ teſtatore,ſubſcribãt teſtamẽtũ,vt per dictas ll.apparet.B. Vill.

Fallit ſecũdò,ſi fiat coram presbytero parrochiali,& duobus teſtibus.Io.Duran.*in arte teſtan.ti*.2.*caut*.2.Cor.191.com. dicunt.&Didac.*conſ*.284.& ſi non ſit parrochus,requiruntur quatuor teſtes Bellon.*conſ*.12.*nu*.2.com.dicit.

Fallit 3.ſi ſit in pręſentia Principis,quia nõ requiruntur teſtes ad eius validationẽ.Cou.*in rub.de teſta.par*.1.*n*.2.cõ.dicit.

Concordat *l*.5.*tit*.1.*par*.6.

Amplia non ſolùm,ſi fiat coram eo,ſed etiam ſi confirmet. Idem ibi com.dicit,ex Bar.*in l.omnium.C.de teſtam.*

Fallit 4.ſi quis inſtitutus ſit intuitu pietatis , ſi hæres verè pauper eſt,valet teſtamentũ,etiã ſi nõ ſint niſi duo teſtes.Io. Dur.*in arte teſtan.tit*.2.*caut*.2.Barb.*in c.1.de teſta*.com. dicunt.

Fallit quintò,in teſtamento patris inter liberos,quia valet etiam per ſchedulam,vbi de voluntate& inſtitutione cõſtat, etiam ſine teſtibus.Alex.*conſ*. 105. *vol*.3.& Iaſ.*conſ*.57. *vol*.2.& Io.Durand.*tit*.2.*caut*.2.com.dicit.

Concordat cum *l*.7.*tit*.1.*par*.6.

Fallit 6.ſi per ſtatutũ cõſtituatur,vt valeat teſtamentũ cum duobus teſtibus.Iaſ.*in l.j.de ſum.Trinit.C.nu*.37. comm.dicit.

Nota quòd tale ſtatutum non ligat forenſes,ſecundum magis communem opinionem,vt per Iaſ.*ibi,nu*.40.

Fallit ſeptimò,ſi à teſtatore eſt electa fides hæredis,quia nõ requiritur alia ſolennitas,nec alij teſtes. Iaſ.*in l.quaſtionem,n*. 14.*C.de fideic*.communem dicit. Villal.

ADDITIO.Quo ad primam fallentiam de teſtamento tẽpore peſtis facto cum quinque teſtibus, an valeat ? Dic illud valere,ſecun.magis com.& æquiorem opinio.per Rol.*conſil*. 81.*nu*.14.47.57.*lib*.3.Imò etiã cum minori numero, ex no.per eundem *d.conſ.nu*.44.Guid.Papæ *q*.543.*in fi*.Pariſ.*conſ*.32.*col. antepen.in fi.lib*.4.*concluſ*.9.Alex.*conſ*.177.*lib*. 2. Neuiz.*conſ*.26. *nu*.5.Iaſ.*in l.ſi. c.de teſta*.Dec.*conſ*.284.Idem Rol.*conſ*.30. *lib*.3. Imo etiam valere teſtamẽtum,ſi teſtator impeditus propter peſtem , non potuit illud publicare. concludit idem Rol. *d. conſ*.81.*nu*.40.poſt Ang.*conſ*. 337. & quòd ſufficiant quinque, ſcribit idem Rol.*conſ*.43.*nu*.39.*lib*.3. Bellacom.

147 In teſtamento tẽpore peſtis,non valet diſpoſitio minori numero ſeptẽ teſtium.Eſt magis com.opi.ſecund. Alex.& *Iaſ.in l.ſi.C.de teſta*.Hoc autem indubitãter procedit,vbi peſtis eſſet leuis:ſi autem eſſet contagio notabilis,& multũ ſæua,tunc in terris eccleſię coram duobus cum parrochiano,in terris imperij corã quinq; fieri deberet. eſt æquior & verior opin.ſecund.Rip.*in ſuo tract.de peſte*.vbi latè hunc articulum examinat,*in ſecunda parte*.2.*particula princ. in prin*. vbi *tract.de vlt.volunt*.contrarium tenet Dec.*conſ*.284.*viſo puncto*.vbi cõtra communẽ concludit,quòd valeat minori numero.de quo vide Alex.*conſ*.177.*lib* 4. M.Chærianus.

148 Quęro,an cõſuetudo valeat augens vel diminuẽs ſolẽnitatem numeri teſtium de iure communi requiſitam in vltimis voluntatibus ? Reſp. quòd ſic.iſta eſt communis opinio, vt firmat Iaſ.*in l.cunctos populos.C.de ſum.Trin*. Mich.Graſſ.

149 Teſtamenti ſolennitates,tum ſtatuto,tum conſuetudine demi,addive poterunt,ſolúmq; iis vel demptæ proderũt, vel additæ oberunt,qui in ſtatuti vel cõſuetudinis loco teſtabuntur,quamuis exteri,ac forenſes ſint. cõmunia ponũt Iaſ. *in l.j.verſ.ſecundum dubium.C.de ſacroſanct.eccleſ*. Boër. *deciſ*. 228.Franc.Viuius *lib*.3.*opin*.306.Atque ideo teſtium numerus imminui , coarctarique ſtatuto rectè poterit.commune inquiunt Fely.*nu*.17.Dec.*nu*.19.*in c.2.de probat*. & qui immeritò poſt nonnullos alios dubitat *Io.*Cæph.*conſ*.32.*nu*.6.libera tamen teſtandi facultas ſtatuto tolli nequit. commune dicit *Iaſ.in l.ex facto.in prin.nu*.9.*ff.de vulg*. E.Suarez.

150 Satutũ vel cõſuetudo diſponens,ꝙ teſtamẽtũ poſſit fieri corã quinq;,aut paucioribus teſtibus,tã circa leuia , quàm circa grauia,valet & tenet,ac integerrimè ſeruatur:ſecũdum Cyn.Bar.Bald.& omnes doct.*in l.j.C.de ſum.Trin.in l. cunctos populos,eo.tit.in l.3.ff.de teſta.& in l.ſi non ſpeciali.C. eod.tit*. Cifuentes *in cõmentariis ſuper leges Tauri,in l.3.n*.10.& iſta eſt cõmunis opinio,teſte *Iaſ.in d.l.j.nu* 33.*cum* 7.*alijs ſeq*. Dec.*in c. ſicut.de probat.nu*.71.vbi *n*.69.*& ſeq*.retulit omnes ferè doctores in contrariam partem inclinantes,licet ipſe demùm reſideat cum communi,& Boer.*deciſ*.228.*nu*.6.*& ſeq*.

Et ſic manifeſtè apparet legem municipalem,vel conſuetudinem poſſe addere formam teſtandi, vltra ſolennitatem traditam à iure ciuili.*d.l.ſi non ſpeciali*,vbi per illum tex.ita communiter no.doct.vt conſtat ex congeſtis per *Alex*. ibi,& per alia ſuperius relata.Imò conſuetudo Venetorum introducẽs ſeu diſponens,quòd teſtamẽtum fieri poſſit corã presbytero

parro-

parrochiali tantum, valida eſt, ſecun. Bal. in d. l. ſi non ſpecialı.

Ampliatur primo dictum ſtatutum, quod comprehendat non ſolùm ciues, verùm etiam forenſes ibidem teſtantes: ſecundum Bar. in prællegata l. 1. cum quo ſentiũt omnes Doct. communiter, vt meminit ibi Iaſ. num. 40.

Ampliatur ſecũdo loco præfata cõcluſio, ꝙ teſtamẽtũ ſec. formam dicti ſtatuti conditum, vbique poteſt effectum ſortiri, etiã quò ad bona alibi exiſtentia: vt volunt oẽs Scriben. in d. l. 1. præſertímque Iaſ. ibi, num. 44. vbi aſſerit hanc eſſe com. opin. quàm ſequuntur etiam Cyn. Bar. Bal. Fab. Salyc. & Iaſ. in d. l. cunctos populos, & Ciſuentes in d. l. 3. Tauri, nu. 21.

Interpretatur tertio loco dictũ ſtatutum, quòd licet quinque teſtes ſufficiunt in confectione teſtamenti, dic ꝙ ſufficiant etiam iidem in reuocatione ipſius: ſecun. Dec. & alios ibi relatos per eum, in c. cognoſcentes, in 2. lect. n. 16. de conſti.

Fallit primũ præfata cõcluſio habere locũ dũtaxat teſtamẽto, nõ autẽ in codicillis: quia ſtatutũ noſtrũ diſponens in teſtamẽto, ſufficere quinq; teſtes: nõ ob hoc præſumitur, ꝙ in codicillis ſufficiant tres teſtes, ſecũdũ notabilẽ doctrinã Bar. in l. 2. circa fin. ff. de leg. 1. cõmuniter ibi ab omnibus Scribẽtibus approbatam: vt referunt Modern. inibi, & Ripa in tract. de peſte, in tit. de priuileg. vltimarũ voluntatũ cauſa peſtis, n. 47.

Limitatur ſecũdo dicta cõmunis cõcluſio, quando aliquis ſubdit⁹ vel vaſall⁹ cõderet teſtamẽtũ extra territoriũ ſtatuẽtiũ, & in loco vbi ſeruatur ius cõmune: tũc enim valet teſtamẽtũ factũ ſecũdũ formã iuris communis. arg. l. ſi fundus ff. de euict. cũ aliis relatis per Corn. conſi. 232. circa primum, vol. 2. lib. 4. & per Ciſuentes in d. l. 3. Tauri, nu. 22. vtpote, quia ſeruãda eſt forma, quæ ſeruari conſueuit in loco vbi fit teſtamẽtum.

Adeò ꝙ Chriſtianus teſtator exiſtẽs in territorio Saraceno nõ poteſt cõdere teſtamentũ ſeruata ſolennitate iuriſgentiũ, quam ſeruãt hoſtes Chriſtianæ fidei in ſuis teſtamentis: ſec. Paul. de Caſt. eleganter, & Ang. in l. 2. C. quemad. teſta. aperian. quos refert & ſequitur Iaſ. in d. l. cunctos populos, col. 8. licet Bar. cõtrariũ aſſeueret in l. qui à latronibus. ff. de teſta. & Barb. in rub. de teſta. fol. 14. vbi poteris videre multa cõgeſta per eũ.

Et vide Ang. in auth. omnes peregrini. C. cõmunia. de ſucceſſionib. vbi per illum text. tenet, peregrinos poſſe facere teſtamentum, nõ ſeruata ſolẽnitate iuris ciuilis: cuius piã opinionem impugnare nititur Barb. in d. rub. de teſta. fol. 15. Ego verò inhæreo dictæ Ang. ſentẽtiæ, ne verba d. auth. omnes peregrini, non aliquid operentur. arg. l. ſi quando. ff. de leg. 1. & c. ſi Papa, de priuilegiis lib. 6. & l. 1. ff. de milit. teſta. Viuius.

151 Quæro, vtrum valeat ſtatutũ diminuens ſolennitatẽ numeri ſeptem teſtiũ de iure cõmuni requiſitã? Reſpon. diuerſæ ſunt opiniones, vt per Iaſ. in l. cunctos populos. lect. 1. nu. 31. cũ ſeq. & lect. 2. nu. 81. & ſeq. C. de ſum. Trin. ſed magis com. eſt, ꝙ valeat, vt dixi t. c. 4. q. 36. quia ſolẽnitas teſtium 7. eſt ſolũ introducta de iure ciuili. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & certũ eſt cõtra ea, quæ iure ciuili diſpoſita ſunt ſtatuta condi poſſe. §. ſed naturalia. Inſtit. de iure natur. ſic Imperator ſtatuit in teſtamẽto patris inter liberos duos teſtes, & à ruſticis cõdito quoq; ſufficere. Vnde ſicut lege cõtraria Imperator hoc ſtatuit, ita etiam ſtatuto vel conſuetudine id fieri poſſe dubium non eſt.

Nõ obſtat, ꝙ tale ſtatutũ inducat occaſionẽ delinquendi, falſitatis, ſc. cõmittendæ, quia nõ eſt præſumẽdũ id fuiſſe de mente ſtatuentiũ, ſed qđ plurimùm conſiderent de legalitate ſuorũ ciuiũ: vnde cùm ceſſet ratio, ſ. fraus, teſtamentum valet. Námque licet Princeps ex iuſta & rationabili cauſa poſſit ius naturale vel gentiũ diſtinguere: tamẽ ſi eo caſu de quo agitur, ceſſat illa ratio ſiue cauſa, cõſtitutio illa ſeruanda nõ eſt. Vnde quoque cùm ius diuinũ generaliter diſponat in ore duorũ aut triũ cõſiſtere omne verbũ, licet leges ciuiles ampliorẽ numerũ requirãt, falſitatis euitãdæ gratia, ſi illa cauſa in rei veritate ceſſet, minorẽ numerũ ſtatuto induci poſſe certũ eſt. Vtrũ autem tale ſtatũ extendatur ad forenſes in tit. de iuriſdict. omn. iud. plenariè dictum eſt. ibi vide. Mich. Graſ.

152 Statuto & cõſuetudine ciuitatis induci põt, vt teſtamẽtũ corã duobus vel trib⁹ teſtib⁹ cõfectũ valeat. l. ſi non ſpeciali. & ibi Alex. C. de teſta. & hãc opin. com. eſſe aſſerit Ben. in repet. c. Raynutius. in verbo, in teſtamentum 1. n. 54. Io. Durand. in arte teſtand. tit. 2. cautel. 6. Cyn. Bar. Bald. Saly. & Fulg. l. 1. C. de ſum. Trin. & fide cath. & Iaſ. ibid. poſt illos in ſua repet. n. 80. verſi. cõtrariã opinionẽ, vbi ipſe hanc ſententiã cõmunẽ appellat. Similiter hanc veram & magis communẽ eſſe teſtatur Hiero. Schurff. in conſi. 97. in 1. centur. conſil. & ſi in teſtamentis hoc recipi poſſit, vt duo teſtes ſufficiant, idem erit cenſendũ & in codicillis, & in donationibus cauſa mortis. Bal. in l. fi. C. de codicil. & Bened. in eo loco. nu. 46. Vtlal. & Io. Fich. & Kircho.

153 Teſtium numerus in teſtamento ſi remittatur per ſtatutum, & ad pauciores redigatur, putà ad quinque: talis remiſſio non extenditur ad codicillos, ita vt illis tres ſufficiãt. cõmuniter tenere poſt Bar. doct. in l. 2. §. fin. ff. de legat. 1. aſſerit Bar. Soc. conſi. 85. nu. 6. vol. 4. Bellon.

154 Et põt talis inhabilitas teſtiũ, ſi quidẽ appareat ex actis, vel aliàs notoria ſit, etiã poſt concluſionẽ cauſæ allegari, vel opponi, ſec. eũdẽ Iaſ. in 2. lect. l. admonẽdi. n. 63. ff. de iuriiur. Idẽ.

155 Quæro, vtrũ ſtatutũ quo cauetur, vt teſtamẽtũ corã tribus vel quatuor teſtibus factũ, valeat: extẽdatur ad bona ſita extra territoriũ? Reſpon. doct. in hac q. fuerũt varij, vt refert Spec. tit. de inſtru. edit. §. cõpendioſè. verſ. quid ſi de conſuetudine. Verior tamẽ & cõmunior opin. eſt, tale ſtatutũ extẽdi quoq; extra territoriũ, quò ad hoc, vt in bonis etiã extra territoriũ ſitis ratũ ſit. Et ꝙ iſta ſit cõmunis opin. firmat Practi. Papiẽſ. in for. lib. quo pet. hære. ex teſta. Et eam tenet Bar. n. 36. & 37. poſt Cyn. in d. l. cunctos populos. & ibi Iaſ. n. 91. in 2. lect. dicit hãc eſſe com. opin. Námq; cõmuniter receptũ eſt, ſtatuta permittẽtia id, qđ ſec. iuris cõmunis diſpoſitionẽ, in genere quidẽ permiſſum eſt: ſed ratione ſolẽnitatis, de qua ſtatuto diſponitur, prohibitũ, extra territoriũ vigorẽ ſuũ extẽdere, nõ quidẽ vt talis actus ſecũdũ ſolẽnitatem ſtatuti extra territoriũ etiã à ſubdito celebratus valeat: ſed adhuc vt intra territoriũ etiã à nõ ſubdito celebratus vbique locorum valeat, nõ tantùm in iis bonis, quæ habuit in loco vbi actus geritur, ſed in omnib⁹ vbique locorũ ſitis, vt firmant doctor. allegat. Mich. Graſ.

156 Cõmunis eſt hæc ſententia, ꝙ teſtamentũ cõditũ in aliquo loco ſecũdũ cõſuetudinẽ & ſtatuta illius loci habet vbique effectũ etiã quo ad bona alibi exiſtentia. Bart. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. & hanc eſſe com. ſententiã aſſerit ibi Iaſ. nu. 44. per l. in hac. & l. data. in fi. & ibi Bald. C. de donat. licet ipſe Iaſ. in l. ſi arrogator. n. 40. ff. de adopt. dicat opi. Petri, quæ huic cõtrariatur, cõmuniter teneri: ſed tenet primam. actus enim quæ ſortitur effectũ in vno loco ex ſtatuto illius loci habet vbique effectum. ita Bald. ibi. Didac. à Couarru. de ſponſalibus. 2. par. cap. 7. nu. 8. Adde Port. lib. 5. reg. 29. vbi limitat. Viuius, & E. Suarez.

157 Teſtamentum in certo loco conditum, an extendat ſe, valeátque quo ad bona vbicunque exiſtentia, vel ſita? Itẽ cuius loci ſtatuta vel conſuetudines ſint circa hoc attendenda? Quæſtio eſt maximè controuerſa.

Affirmatiuam huius, ſubſequenter doct. tenent. Spec. in tit. de inſtru. edit. §. cõpendioſè. verſ. quid ſi conſuetudine. Io. Andr. ibid. in addit. in verb. Cynus. Cynus ipſe in l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & fide cathol. verſi. quidam moder. Guliel. de Cun. in d. l. cunctos. ver. ex prædictis reſultat. & verſi. ſi eſt dubiũ, &c. Guido Suſa. in l. omnes popul. ff. de iuſt. & iur. vt cũ allegat Gozad. conſi. 49. in prin. Io. Cald. conſi. 34. ſub rub. de teſta. quibus annumerari poſſet Bar. ob diſtinctionem quam facit in d. l. 1. videlicet, an verba ſtatuti reſpiciunt bona, vel perſonas, &c. Alber. de Roſa. in d. l. 1. Bald. in repetit. l. 1. in 30. q. verſ. quintò quæritur. Salic. in eadem l. 1. verſi. Si autẽ bona ſunt immobilia. & ibidẽ cõmemorat, quod idẽ obtinuerit de facto concurrentibus doctiſſim. Iuriſconſultis tã Bononienſibus, quã Florẽtinis. Petr. Ancha. conſi. 37. verſi. venio ad ſecũdã rationẽ. nu. 7. Rapha. Fulgo. in d. l. 1. n. 24. in fin. Ludo. Roma. conſ. 39. Fr. Aret. in d. l. 1. ſequẽs ſupradictã diſtin. Bar. Ang. Aret. in tract. de teſt. in verb. ſecũdũ morẽ & ſtatuta noſtra ciuitatis regij, &c. in qu. 5.

Ioan. Cãpegius in tract. de dote. in vlt. par. q. 69. incip. An talis excluſio ſtatuti, &c. Iaſ. poſt longam diſputationẽ in vtrãq; partem, tãdem concludit com. eſſe opin. quòd teſtamentum ſe extendat ad bona vbicunque ſita, in d. l. 1. Et ita etiam prolixè conſuluit idem in conſil. 86. verſi. ſed præmiſſis non obſtantibus lib. 3. Alciat. d. l. 1. nu. 14. & ſeq. maximè verò n. 16. 19. & 20. & Ioan. de Amic. conſil. 75. nu. 3. Paul. Pariſ. conſi. 12. nu. 45. dicens communiter teneri. vol. 1.

Negatiuam autem & contrariam opinionem tenent Petr. de Bella pert. in d. l. 1. poſt dominũ ſuum Cyn. in ead. l. 1. circa fi. verſi. tu verò teneas. Iaco. de Rauen. vt refert Cyn. ibid. verſi. ſubſequenter quæro. & l. ſi arrogator. ff. de adoptionib. vt eum refert Alexan. conſil. 16. vol. 1. Pet. de Anchar. in repetitio. capitul. 1. de conſtitutio. dicens, eſſe hanc opinionem communem.

Alex. in d. conſi. 16. & conſi. 128. vol. 1. & conſi. 19. vol. 6. etiam ipſe dicens hanc com. Salic. (vt à quibuſdã intelligitur) in dicta l. 1. verſi. ex prædictis infero ad deciſionem. & verſi. præcedenti. Franc. Aret. perplexior quidẽ eſt, ob multifarias diſtinctiones, nec admodũ alienus hac contraria opinio. licet à diuerſa quoque non abhorrere videatur, in d. l. 1. Socin. verò conſil. 288. vol. 1. & conſil. 292. vol. 2. vbi dicit eſſe com. Alber. Brun. in tract. de ſtat. fœm. exclud. art. 8. princ. q. 25 Lapus alleg. 91. incip. in primis vidẽdũ eſt de conſuetudine, &c. Card. Flor. conſil. 2. & denique plenè Ludouic. Gozad. Bonon. conſil. 49.

Hãc q. poſteà etiã à Iac. Philip. Portio (cuius præclarũ opus cõcluſionũ, regularũ, & cõmuniũ opinionũ hoc anno 1567. Venetiis publicatũ eſt) tactam inueni in lib. 5. c. 29. per tot. vbi ipſe priorẽ opi. tanquã magis cõmunẽ tenet, & pro ea vltra prædictos doc. allegat inſuper Anch. conſi. 160 Chaſſan. conſi. 19. c. 19. Signer. de Homo. conſi. 169. Alex. (qui dicunt cõmunẽ) conſi. 44. vol. 5. Imol. c. cognoſcentes. de conſti. Barb. ſuper rub. de conſue. n. 64. Roc. Curt. in c. fi. o. n. & Bal. l. 2. not. 1. C. quemad. teſta. aper. & ibi clarius Paul. de Caſtr. &c. I. Fich.

158 Solẽnitas certa à iure requiſita in teſtamento, ſi per ſtatutum remiſſa ſit, propterea non cenſetur proportiune eadẽ remiſſa ſolẽnitas in codicillis, & cauſa mortis requiſita, vt ſi noua lege quinque tantum teſtes in teſtamẽto ſufficere ſanciatur, non ex hoc in codicillis, vel donatione cauſa mortis, ſufficient tres teſtes. ſec. Bar. in l. 1. ff. de leg. 1. quæ communis eſt, vt dicit Coua. in rub. de teſta. 3. nu. 21. I. Fich.

Solenniras omiſſa vitiat actum, l. ſi vnus. C. de teſta. Bellon.

159 Solennitas intrinſeca præſumitur. l. ſciendum. ff. de ver. obl. l. iuris gentium. §. quòd ferè ff de pact. l. 1. in prin. C. de rei vxo. actio. §. ſcriptum. Inſti. de inut. ſtipul. Idem.

160 Solenniras intrinſeca non præſumitur, niſi probetur. l. quæcunque. §. fi. ff. de pub. in rem actio. Idem.

161 Solennitas antiquo actui, cuius inſpectio nõ aliud præ ſe fert, adfuiſſe præſumitur. cõmune inquit Curt. iu. cõſ. 130. n. 4. Quin & extrinſecæ ſolẽnitates lõgiſsimo tẽpore præſcribuntur. commune ait Boer. deciſ. 281. n. 15. Quamuis ſolennitates, ſeu ſolennia, aut quæ formæ, ſubſtantiæve numero habentur, conſuetudine non ſuppleãtur. vt commune ponere auſim ex Fel. in c. ex literis. nu. 13. ver. ſed ad hæc. de fid. inſtr. Dec. in l. ſemper in ſtipulationib. nu. 16. ff. de reg. iur. in l. vt liberis. num. 8. C. de collat. E. Suarez.

162 Statutũ diſponens circa teſtamenta, cõprehẽdit forenſem ibi teſtantem, & trahitur teſtamentum ad bona vbicũq; exiſtentia, & hæres vbicunque ſuccedit. Iaſ. in l. cunctos populos, nu. 91. de ſumma Trini. com. dicit. Villal.

Contrariũ, imò quòd vel ſtatutũ loquatur cũ reb. vel perſonis, teſtamẽtũ nõ habet locũ, niſi in bonis ſitis in loco ſtatuẽtiũ, tenet Soc. conſi. 293. vol. 3. & conſi 288. eo. vbi dicit com. Et magis com. dic. Alex. conſi. 19. vol. 6. & conſil. 11. lib. 1. nu. 1. cui applaudit com. opin. de qua per Corn. conſi. 162. vol. 3. & in conſi. 15. vol. 2. dicentem, quòd ſtatutũ excludens fœminas propter maſculos, non extẽditur ad bona exiſtẽtia in alieno territorio. Et cum Soc. referens omnes has communes opi. trãſit Gozad conſi. 49. nu. 8. & 9. & 11. non referens Iaſ. reprobantem opi. Bar. in d. l. cunctos populos. Sed opinio quã com. dicit Iaſ. ego teneo. Scimus enim quod teſtamẽtum per forenſem factũ ſecundũ ſolẽnitatẽ loci, vbi teſtamentũ conficitur, vbique valere, etiã in locis, vbi aliæ vel diuerſæ ſulennitates & formæ requirũtur. l. 1. C. de eman. lib. cum concor. & Bart. in d. repe. l. cunctos populos, in 3. q. vbi tenet. Cy. Saly. & Fulgo. & alij, quos refert Alb. Bru. in tract. de ſeu. & ſolen. verſ. quas res vel quos caſus. ſed ſi vbique valet, quò ad effectum bonorum. ideo cogita. B. Villal.

163 Religionem profeſſuris, vel profeſsis ſi qua ſtatuta ſuccedẽdi ius adimãt, nihil generaliter atq; indiſtinctè valebũt. commune inquiunt Alex. conſi. 139. viſo themate libr. 2. Bolog. nume. 105. Marc. Mant. num. 78. cum ſeq. in l. vltim. C. de pact. Viuius libro j. opi. 312. an autem illi, & quando non ſolum hanc, ſed & aliam teſtamenti factionem habeant, differit latiſsimè ex receptis interpretum ſententiis Iul. Clar. §. teſtamentum. q. 28. cum duabus ſeq. ad quem de materia acturus recurrito. E. Suarez.

164 Statutum diſponens quòd teſtamenta inſinuentur, aliàs non habeant firmitatem aliquam, tunc ſi teſtator prohiberet in ſuo teſtamento illud inſinuari debere, profectò ex defectu huiuſmodi inſinuationis teſtamẽtum ipſum nõ valeret, quia teſtator prohibere nequit inſinuationem à lege municipali requiſitã, ſec. Bart. nu. 8. & omnes in l. nemo pot. ff. de lega. 1. cui opin. com. eſſe ſcribũt ibi Iaſ. in ſecunda lectura, nu. 41. Io. Anniba. nu. 272. & Ripa n. 47. & 57. F. Viuius lib. 2. opin. 275.

165 Teſtamentũ, vt dicatur perfectum & validũ, requiritur q́ poſtquam ſit ſcriptum, legatur corã teſtibus, & teſtatore, & per eum approbetur, & confirmetur, vt eſt tex. cũ gl. & ibi declarãt Bart. & alij in l. fideicommiſſa. §. quoties. de leg. 3. vbi de hoc eſt comm. opin. Et hanc opin. poſuit Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de inſtru. editio. §. oſtenſo. ver. illud quoq; prætereundũ non eſt. in additione magna ibi, in fine poſita, circa medium. dicens: quòd ſi notarius rogatus notam, vel Protocollum ſcripſiſſet, q́d poſtea coram partibus, & teſtib. nõ legiſſet, nihil valeret, nec fidem faceret, vt per eum. Et licet ipſe ibi loquatur in cõtractibus: idem tunc, & fortius intelligit in teſtamentis, tùm quia in eis maior diligẽtia, & ſolennitas requiritur, tum ẽt, quia allegat d. l. fideicommiſſa. §. quoties. de leg. 3. vbi de teſtamẽto agitur, iuncto eo q́d dicitur, dictũ doctoris intelligendum eſſe ſecundum legem quam allegat, iuxt. doctrinam Bart. in l. non ſolum. §. ſi liberationis verba. ff. de liber. leg. cũ concord. per Soc. iun. in conſ. 71. nu. 14. 15. & 18. in 4. vol. E. M.

166 Teſtatur ſi in ſchedula integrè ſcripſit volũtatẽ ſuã, vel ſcribi fecit per notarium, vel aliam perſonam, ſed nõ fuit corã teſtib. lecta, nec ab aliquo notario publicata, tale teſtamẽtũ valet ad pias cauſas, & inter liberos. ideò debet in illis caſib. ſuſtineri. com. dicit Clar. in §. teſtamentum. q. 6. ver. aliquãdo. Clar. tamen addit, dũmodo duo cõcurrant: Primùm, quòd teſtator hanc ſuam voluntatem ſaltem duobus teſtibus explicuerit, per relationem ad ipſam ſchedulam. ſecundò, quòd teſtator non dixerit ſe velle de contentis in ſchedula conficẽ teſtamentum per notarium, tunc enim eſſet potius præparatio quàm diſpoſitio. ibid. P. Fich.

167 Teſtamentum patens, notarius, vel alius, iniuſſu teſtatoris, etiãſi poſtea coram ipſo legatur, vel etiã coram teſtib. & teſtator interrogatus, an ita velit? reſpondeat quòd ſic, tamen teſtamentum nihil penitus valebit. com. dicit Clar. in §. teſtamentum. q. 37. verſ. Tertio. P. Fich.

168 Notarius ſi nõ dicat in teſtamento teſtes eſſe rogatos, & ad hoc ſpecialiter vocatos; non valet quod agitur. Boerius deciſ. 34 nu. 4. communem dicit. Villal.

Fallit ſi ad pias cauſas, idem ibi n. 5. communem dicit.

Fallit 2. ſi teſtes ſubſcripſerũt, idẽ ibi com. dicit n. 8. Idem.

Fallit ſi ſtipuletur pacem pro abſente. Alciatus in cap. cum contingat. nu. 237. de iureiurando.

169 Teſtamentũ pro parte valere non poteſt. l. ius noſtrum. ff. de regu. iu. vide Mant. ſing. 691.

Ampliatur in 3. caſ. & limitatur in 4. à Dec. in d. l. Dõ. à Fin.

170 In teſtamentis fit latiſſima interpretatio, l. in teſtamentis. ff. de reg. iur.

Fallit in duobus caſibus, vt per Decium ibi. Don. à Fina.

171 Teſtamentum fieri poteſt ad interrogationem alterius, no. Doct. in l. j. ff. de verb. oblig.

Fallit in multis caſib. quos no. Soc. iun. in d. l. j. nu. 6. vbi Io. Bolog. fecit contrariam regulam? cum limitat. num. 50. in §. ſi quis ita. d. l. j. Idem.

172 In teſtamentis ſeptẽ teſtes requiruntur. §. 3. Inſt. de teſta.

Fallit vt per Marſ. ſing. 156. fallit in 3. caſib. vt per Mantuam ſing. 63. fallit in 5. caſib. vt per Rim. in l. ſi vnus. C. de teſt. num. 1. Fallit in 5. caſib. quos not. Ben. Capr. in ſuo tract. reg. 104. fallit in 7. caſib. ſecun. Baptiſt. à Villal. conclu. 22. in litera T.

Ampliatur & limitatur per Viuiũ in ſuis concl. in ver. teſtes ſeptem. fallit in 4. caſib. vt per Alex. in l. ſi vnus. C. de teſta. Dõ. à Fina.

173 Quarto, An credatur notario in teſtamento atteſtanti, teſtatorẽ fuiſſe ſanæ mẽtis? Reſp. q́ nõ, & iſta eſt vera & cõmunis opinio, vt firmat Iaſ. l. ſenium ætatis. n. 2. & 3. C. qui teſtam. fac. poſſ. & eã tenet Bald. Ang. Cum. & Franc. Aret. l. 2. ff. de teſtam. Alex. conſ. 141. incip. maturè. vol. j. M. Graſſus & Villalob.

174 Teſtamentum per contratab. rumpere non poteſt, qui non ſuccedit ab inteſtato. fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. in rub. C. vnde liber. Don. à Fina.

175 Teſtamentum imperfectum ratione ſolennitatis omiſſe, valet inter liberos tantum, l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. C. de teſta.

Ampliatur in duobus caſib & limitatur in 6. per Iaſ. in d. §. ex imperfecto, col. 1. num. 1. vſque ad nu. 6. ſed ſi eſt imperfectum ratione

ratione voluntatis,nõ valet:videas Port.*in lib.y. ſuarum cõclu. reg.6.& 8.* Idem.

176 Teſtamentum ſi apparet cancellatum, & nõ apparet,an id fuerit factum voluntate teſtatoris,in dubio præſumitur factum voluntate teſtatoris.Bart.*in l.ſi vnus,C.de teſta.*

Fallit in 2.caſib. vt per Iaſ.*in d.l.* Idem.

177 Teſtamentum perfectum contraria voluntate teſtatoris etiam multis teſtib.comprobata,non reuocatur.

Fallit in 7.caſib.quos not.Socyn.iun.*in rub.ff de acq.poſſ.nu.* 126. ſed ſi interuenit lapſus decennij operatur reuocationẽ primi teſtamenti validi & ſolennis. Iaſ.*in l. ſancimus,C. de teſtam.*vbi limitat in 3.caſib. Don.à Fina.

178 Teſtari permittens aliquẽ de re ſua ſibi præiudicat,*l.ſicut,§.venditionis,ff.quibus mod.pig.vel.hypothec.ſoluit.*

Ampliatur,& limitatur per Diaz *reg.*23. Don. à Fina.

179 Si in vna parte teſtamẽti de filiis maſculis facta eſt mẽtio,& in alia de filiis mẽtio facta eſt, intelligitur de filiis maſculis.fallit vt colligere poteſt exPot.*li.y.ſuarũ concl.reg.*5.Idẽ.

Eodẽ teſtamẽto nõ licet vti cõrrariis remed.*l.fi. C.de codic.*

Fallit in 4.caſib.quos no.Iaſ.*in d.l.fi.col.2.ver. nota ergo.* Idẽ.

180 Notarius faciẽdo mẽtionẽ in teſtamẽto,teſtatorẽ fuiſſe ſanæ mẽtis,&c.propter huiuſmodi teſtimoniũ nõ probaretur mẽtis ſanitas:ſecundũ Bal.Ang.& Rapha.*in l.y.C. de teſta.* Nã notario nõ adhibetur fides in his,circa quæ verſatur eius laus vel opprobriũ:vt de proxeneta dicitur *in §. pen.in auth. de teſtib.*& per Alex.*conſ.*13. *col.*5. vbi aſſeuerat hãc cõmunem opinionẽ eſſe,*& conſ.*141.*põderatis,col.*4.*vol.*1.& Iaſ.*in l.ſemiũ,nu.*3. *C.qui teſt.facere poſſ.*Ioan.Bapt.Plotus *conſ.*168.*Ieſus Rex æterna gloria,n.7.poſito inter conſilia vltimarũ voluntatũ,vol.*1.& Vaſquius cum aliis ſignaris per eũ,*in tract.ſucceſſ.proceſſ.lib.*1.*§.j.n.*54.*& ſequen.*niſi qualitas , & cõditio perſonæ aliud ſuaderet: vt per Abb.*in c.dilectorũ,de teſt.cog.* & quia etiam hoc ſola legis præſumptione,nõ aũt per teſtimonium notarij probatur.

Quoniam ſecundum Scribentes *in l. ſanum mẽte.C.de tranſact.* Mentis ſanitas eſt quid inuiſibile, & propriè non percipitur viſu,vel auditu,ſed potius rationis iudicio.

In contrariam verò partem,videlicet quòd notarius ſcribens,aſſerẽſque in inſtrumento teſtamenti teſtatorem fuiſſe ſanæ mẽtis,probat ſanam mentem, inclinauit Imol. *in l.in eo. ff.de teſtib.*& Corneus conſulendo *conſ.*53.*nu.*7.*vol.*3.

Sed retenta,ac amplexa dicta ſentẽtia Bal.tanquã veriſſima, ampliatur vtiliter iſthæc cõcluſio,vt mentis ſanitas,vel quòd aliquis fuiſſet ſanæ mẽtis,nec à teſte probari poſſe:vt per Bal. *in d.l.y.*nam non cadit directè hoc in ſenſum teſtis:ſecundum Doctores communiter *in d.l.ſanum mẽte*:quam quidem communem ſequitur,& citat Boerius *deciſ.*33.*nu.*73.*& ſeq.*

Benè verum eſt,quòd ſi in præſenti caſu quis opponeret aliquẽ extitiſſe furioſum,vel inſanum,vel ebrium,vel mẽte captum tempore cõditi teſtamenti,ſeu codicilli, teneretur hoc probare;aliàs ſuccumberet:vt cõſuluit Io.Bapt.Plot.*in d.cõſi.*168.*num.*7.*cum aliis ſeq.*& Alexan.*in d.conſ.*141.*ſub num.*6.

Fallit dicta concluſio ita declarata , quando notarius in teſtamento nullum verbum faceret de homine ſanæ mentis. Si teſtator enim relicta omnia rectè diſpoſuerit,valebit teſtamẽtum,vt conditum ab homine ſanæ mentis. Nã qualia quiſque facit,operatur,gerit,& loquitur,talis eſſe præſumitur.*argumẽto l.pen.ff.de condit.inſtit.& in l.Titia.ff.de inoffic.teſta.*

Ideóque ſi teſtamentũ fuerit rectè,rationabiliter,prudẽtérque factũ,ipſe teſtator prudẽs feciſſe creditur, Valerio Maximo teſte. teſtamentũ cuiuſdã furioſi fuit olim à Senatoribus approbatũ,quia in eo rectè diſpoſita legebãtur. ꝙ refert etiã Bal.*in cap.1.per quos fiat inueſt.in vſib.feu.* & Alex. *in l.furioſum. C.qui teſta.fac.poſ.* & hodie profectò iudicaretur validum tale teſtamentũ:vt per Io.And.& Abb.*in c.cùm dilectus.de ſucceſ.ab inteſt.*Caſt.Cor.Iaſ.& alios *in d.l.furioſum,*Phil.Frã.*in rub.col.*5. *de teſta.in* 6.Dec.*in l.in negotiis .ff. de reg. in.* cũ aliis relatis per Corſet.*in ſing.in ver.teſtamentũ,*& Marſi.*ſingul.*380.*furioſus poſt prin.*vbi expreſsè hanc eſſe cõem opinionẽ ait,& rationabilẽ, & deniq; ſibi plurimũ placere. & iſtã ſententiã ſequitur etiã Io.de Neuiza.*in Sylua nuptiali,* cum aliis coaceruatis per eum *lib.*4. *ſub n.*31.& Barb.*in cap.qui ingredientibus,col.*7.*de teſt.*

Vbi tenet teſtamentũ furioſi valere,factũ ad pias cauſas,dũ modò nõ probetur quòd tẽpore teſtamẽti fureret.Quod procedit in furioſo,qui habet dilucida interualla,aliàs teſtamentũ furioſi,vt ab homine ſanæ mentis nõ valet,etiã ad pias cauſas:*argu.t.ſicut,*vbi Abb.cùm aliis allegatis per *Iaſ.cõſ.*141.*viſa loga,col.*6. *vol.*2. Et quòd furioſus teſtari nequeat etiã ad pias cauſas:voluit Bar.quoque *in l.j.C.de ſacroſan.eccl.nu.*16.& iſta eſt communis opinio.teſte Grato *col.*30.*nu.*33.*vol.*2.

Quoniam clauſula omni meliori modo in teſtamentis appoſita,operatur dubio procul,quòd verbum relinquo importet inſtitutionem.ſecundùm Paulum Caſtrenſem conſilio 323. Super primo puncto,numero 3 volum.1. Baldus in dict a l. quoties,

colum

vol 2. Raph. Cum. in l. his verbis. ff. de hered. inſtit. Alex. in l. nam quod, §. non omnis. ff. ad Treb. Fely. in c. cum ſuper, poſt nu 10 ver. Secundus effectus, extra de of. deleg. & Marſ. in d. ſing. 36. poſt prin.

Eſt bene verum, quod hæc clauſula codicillaris in tribus caſibus, licèt nõ apponatur: tamẽ ſemper illa intelligitur appoſita. Primò ſi in teſtamento adſit iuramentum. Secũdò in teſtamẽto inter liberos. Tertiò vbicunq; inſtitueretur in teſtamento perſona valdè dilecta teſtatori. Nam ardor liciti amoris idem operatur, quod clauſula codicillaris. hęc Iaſ. notat in l. verbis ciuilibus, nu. 13. & ſeq. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.

Et quòd iuramentum habeat vim clauſulæ codicillaris, eſt textus in l. cum pater. §. filium matrẽ. ff. de legat. ij. & Bald. in l. ſancimus. C. de teſta. & notatur in l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de leg. iij. & facit quod voluit Io. And. in reg. quod ſemel, in fi. de reg. iur in Mere. Bar. in l. omnes popul. in 3. quaſt. principali. de iuſt. & iur. & Abb. in c. quanto, col. 1. & in c. ad noſtram, el 3. de iureiuran.

Imò iuramentum ipſum habet quoq; vim clauſulæ omni meliori modo. ita Bar. Bald. & alij omnes, in l. ſi quis maior. C. de tranſ. per tex. in d. l. cum pater. §. filium matrem, Alex. in l. j. §. ſi quis. ff. de verb. obli. & in ſciendũ. eo. tit. in l. ſi conuenerit, col. 1 ff. de iuriſd. om. iud. & conſ 31 in fi. vol. 4. Bal. & Saly. in l. j. C. de ſen. qua pro eo quod intereſt profer. & in l. ſed ha. §. prater. & §. defendere. ff. de procur. Io. de Imol. in l. ij. §. pen ff. de don. & in l. ij ff. de pign. Soc. conſ. 153. vel 163. Non fuiſſet opus Velleiani, vol. 2. Franc. Cur. in tract. feud. ex quib cauſ feud. amit. in 4 cauſa. Pariſ. conſi. 63. Donatio illa facta, nu. 53. vol. 1. Fely. in c. cum ſuper, nu 9. de offi. deleg. & Iaſ. in §. item ſi quis, nu. 14. Inſtitu. de act. vbi commemorat ita communiter intelligi, interpretarique per iuris interpretes omnes d. l. cum pater. §. filium matrem.

Et quòd idem operetur ardor liciti amoris, quod clauſula codicillaris, tenet Glo. in l ſi iure C. de teſtam. manum. & in l. in teſtamento ff. de fideic. lib. Bal. in d. l. ſi iure, & Barb. in c. requiſiſti, & in rep. c. Raynutius, de teſta. & in c. cum R canonicus, de off. deleg.

Sed illud, quod ſuprà docuimus, quòd in teſtamento inter liberos ſemper prȩſumatur appoſita clauſula codicillaris, vel clauſula omni meliori modo, &c. etiam quòd ea prætermiſſa in teſtamento, firmat Glo. Imo. & Alex. in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pup ſubſtit. Marſi. in d ſing. 36. ante fi. Io. Baptiſt. Plotus conſi. 5 In cauſa magnifici D. Ioannis Pauli Boxij, nu. 6. vol. 2. & Bellon. conſ. 85. nu. 4. vbi exarauit illam Glo. communem, & ſingularem fore.

¶ Nihilominus tamen in contrarium, videlicet, quòd neceſſariò apponenda ſit iſthæc clauſula codicillaris, etiã in teſtamento condito inter liberos, aliàs ea nullatenus prȩſumatur, extat cum effectu communis Doct. opinio, teſte Dilect. in tract. de arte teſtandi, tit. 3. de liberis inſtituendis, vel exhæredandis, cautela 1. ſub nu. 7. Saly. Iaſ. & Moder. omnibus in auth. nouiſſima C. de in offic. teſtamen.

Imò aduerte etiam, ipſam clauſulam codicillarem ſubſtentare, ac conſeruare quoq; teſtamentum, prȩterito poſthumo, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter; & ſic ſortitur effectum ſuum clauſula iſthæc, etiam teſtamento exiſtente nullo poſthumi præteritione ſcienter, aut ignoràter emanata. ſecundùm Gl. in auth. ex cauſa. C. de liber. prater. Rom. conſ. 122. Circa id quod effectualiter quaritur, ſub nu. 1. vbi D. Horat. Mandoſ. in add. in litera A. admonuit, iſtam eſſe magis communem opinionem, & ita aliàs extitiſſe ſimiliter iudicatum in Rota Rom. prout ita meminit Put. etiam deciſ. 7. tit. de teſtamen. & deciſ 233. lib. ij. & Chiſſanen. dec. 13. Et huic ſententiæ inhæſit quoque Spec. in tit. de inſtr. edit. §. compendioſè, col. 11. Old. & Bal. in l. Titia, col. 1. ff. de inoffi. teſtam. Paul. Caſtr. conſ. 268. colu fin. vol. j. ac etiam infraſcripti Doct. atteſtando quoque de magis communi; videlicet, Pariſ. conſ. 60. Prima facie, col. j. & ſequen. vol. j. Soc. conſ. 64. volum. 2. Socin. iun. conſilio 110. colum. 7. vol. j. & conſilio 29. colum. 2. vol. 3. Bertran. conſilio 195. ponitur num. 3. vol. j. conſ. 225. colum. 2. 7. & ſeq. volum. 3. & conſi. 128. Viſo conſultationis themate, numer. 3. volum. 5. Capra conſilio 102. numer. 3. conſilio 103. colum. 1. conſilio 106. colum. penult. & ſequent. & conſi. 115. & colum. penult. Dec. conſi. 242. colum. 2. Alex. conſi 26. Circa primum dubium, nu. 5. vol. j. & conſi. 142. Circa primam dubitationem, num. 2. cum aliis ſeq. vol. 2. Crauet. conſil. 34. & conſi. 67. colum 2. Ruin. reuocando iudicium in melius, conſi. 19. Circa, colum. 3. volu. 3. Bellon. conſi. 85. Curt. iun. conſ. 150. Materia, colum. 5. Ripa quaſt. 21. & Tiraq. in ver. Suſceperit, nu. 73. & 179. in l. ſi vnquàm. C. de reuoc. don. A- poſtil. ad Capel. Tholoſ. in dec. 455. Quid operetur, & Bero. conſi. 12. Requiſitus in hac conſultatione fui, vol. 2. & conſ. 16. Primum, quod in themate propoſitum eſt, nu. 18. cum aliis ſeq. eod. vol. & eſt textus clarus in l. 3. ff. de iur. codic. & in l. ab inteſtato, in prin. & in l. ſi quis. eod. tit. & in l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideic. libe.

¶ In contrariam verò partem, videlicet, quod præterito poſthumo ſcienter, vel ignoranter, teſtamentum aliter non conſeruetur, ſed illud penitus rumpatur, incliuauit Bar. in l. j. in 5. quaſt. ff. de iure codic. Bal. col. fi. & Iaſ. nu. 4. in d. auth. ex cauſa. C. de lib. prater. & ibi etiam Cagn. nu. 137. cum aliis ſeq. Card. conſ. 20. Iacobus Signoro. conſ. 24. & conſ. 220. Factum. Alc. 70. Motiuus in præſenti cauſa viſis, nu. 4. cum aliis ſeq. Tomo 3. lib. 9. Are. conſ. fin. col. pen. & ſeq. Ruin. conſ. 2. vol. 3. & conſ. 6. eod. vol. Bald. conſ. 239 Quia, vol. 3. Ang. conſi. 108. Iſta quaſt. Pariſ. conſ. 73. Donatio, in fin. vol. 1. Soc. iun. conſ. 128. Præſentis, nu. 72. vol. 1. & conſ. 153. Viſo, vol. 2. Dec. conſ. 490. Viſis. qui ferè omnes aiunt iſtam eſſe magis communem opinionem, & etiam Iac. Philip. Por. ſeu potius Ant. Gabriel. conſ. 1. lib. 6. vbi refert alios quàmplurimos Doct. eiuſdem ſententiæ, & eam ſimiliter limitat. Et licèt pro hac opinione ſtet regula, quòd præterito poſthumo ignoranter, prȩſertim ab eo, qui tempore teſtamenti vxorẽ non habebat, teſtamentum non conſeruetur quò ad inſtitutionem, quia in dubio à regula diſcedendum non eſt, quę eſt, quòd præterito poſthumo, teſtamentum nullatenus valeat, legibus triuialibus: tamen reiecta ipſa regula, & aliis rationibus quibuſcunque pro firmitate prȩſentis opinionis adductis, aliter non diſcedo à priori ſententia relata, tàquàm ſyncere magis communi, & ſacroſanctiſsima.

Et quanquàm clauſula codicillaris appoſita in teſtamento nullo, ratione prȩteritionis, operetur effectum ſuum, ex communi recitata opinione: nihilominus tamen vbicunque teſtamentum non valeret ratione voluntatis imperfectæ, tunc ipſa codicillaris clauſula in eo appoſita fideicommiſſum non induceret modo aliquo, nec operaretur effectum vllum quãtumuis minimum. ſecundùm Bar. in d. l. 1. ff. de iure codicil. & Bald. in l. ex ea, in prin. ff. de teſtam.

¶ Et ratio ea eſt ſatis efficax, quoniã clauſula codicillaris, vbi teſtatoris voluntas deficit, operari nequit vllo pacto, vt concedunt Doct. omnes vniuerſaliter in l. eam quam. C. de fideic. & in d. l. j. Bald. conſ. 319. Quidam Nicolaus, colum. fin. vol. 5. Dec. conſ. 291. Viſis & diligenter conſideratis hic, nu. 4. Alc. in d. conſ. 70 nu. 11. tom. 3. lib. 9. Gra. conſ. 8. Illuſtris comes Antonius, nu. 11. vol 2. & Bero. conſ. 16. Primum, nu. 16. vol. 2. & eſt textus in d. l. ex ea, & in l. fideicommiſſa. §. 1. ff. de leg. 3.

Nec poſtremò clauſula ipſa codicillaris operatur fideicommiſſum in fauorem turpis perſonæ inſtitutæ, & præſertim vbicunque foret frater præteritus per fratem in ſuo teſtamento, & inſtituta turpis perſona per eundem fratrem; vndè codicillaris clauſula hæc in teſtamento fratris, continente inſtitutionem turpis perſonæ aliquid operatur: nec facit quòd ſoror querelans contra teſtamentum, videatur rogata per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem turpi perſonæ. ita Paul. Caſtr. conſ. 394. Videndum eſt vtrum fides ſit adhibenda, ſub nu. 4. vol. 1. Ang. in d. auth ex cauſ. C. de liber. præter. Fulg. conſ. 71. Mulier maritum, in 2 dubio, Ruin. conſ. 5. col. fin. vol. 3. Dec. conſi. 561 Septimò reuocatur in dubium, ſub nu. 2. cum aliis ſeq. Gozad. conſilio. 185. Videtur prima facie dicendum, quòd pars aduerſa foueat iuſtitiam, num. 2. & Vrſillus in ſcholiis ad Affl. deciſ. 125. ſub num. 2.

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicet, clauſulam codicillarem in præſenti caſu operari effectum ſuum, inclinauit conſulendo Soci. iun. conſ. 87. Præſens conſultationis reſolutio, num. 15. cum aliis ſequentibus, volum. 4. vbi non obſcurè explicat iſtam eſſe communem opinionẽ: & ita in facti contingentia aliàs deciſum extitiſſe in Sacro Concilio Neap. meminit Afflict. deciſ. 125. & deciſ. 204. Sed reipſa prior ſententia videtur magis communis, magiſque vera, & in iure fundata, prout aliàs, dato oclo, Deóque annuente, planum faciam pleniori manu, cui innititur conſulendo etiam nõ vulgari quidem anchora Bero. conſ. 20 Viſa facti præſentis ſpecie, nu. 36. vol. 2. Viuius.

257 Clauſula ſine præiudicio veniens ab inteſt. filiis & trãſuerſal. ſucceden. ab inteſtato prodeſt, ex magis communi per Burſ. con. 1. nu 26. lib. j. ſecùs facto teſtamento.

258 Clauſula codicillaris operatur, vt hæres ab inteſt. veniẽs cenſea-

cenſeatur grauatus hæreditatem reſtituere hæredi ſcr. pro in teſtamento, deductis tamen legitima Trebellianica, ære alieno & dote materna, ſecundũ communẽ per Burſ. *conſ.* 88. *nu.* 19. *lib.* j. pro qua vide Dec. *conſ.* 490. Oldr. *conſ.* 171. *n.* 18. *l. ex teſtamento.* vbi gl. & Bar. & Doct. *C. de fideic.* Dec. *conſ.* 561. quod tamen fallit, vbi teſtamentũ rumpitur, in caſu in quo frater initituit turpẽ perſonã hæredem in ſuo teſtamento, quia tũc proſequente altero fratre, & eo agente querela, teſtamentũ adeo rũperetur, vt nec fideicõmiſſum quidẽ debeatur. Cùm enim teſtamentum fratris per querelã rumpitur inſtante altero fratre, omnia diſpoſita in eo teſtamento nulla ſunt. *l. Titia. ff. de inof. teſta.* & ea clauſula validat quidem teſtamẽta quę deficiunt ex defectu ſolemnitatis: ſecus ſi deficiant propter defectum teſtantis. Oldr. *d. conſ.* 171. *nu.* 18. Bellacom.

259 Clauſula codicillaris facit valere teſtamentum, eo caſu quo hæres moritur in vita teſtatoris. Alex. *conſ.* 17. *lib.* 3. Dec. *conſ.* 369. *in fin.* & *conſ.* 240. Bellacomb.

260 Clauſula codicillaris appoſita in teſtamẽto etiam nullo vitiũ præteritionis, vel exhęredationis, operatur, vt ipſe filius præteritus, vel alij ſuccedẽtes ad inteſtato teneantur, detracta quarta, hæreditatem hæredi ſcripto reſtituere: hãc eſſe communem opinionem teſtatur Iaſ. *in auth. ex cauſa, C. de liber. præteri.* vbi viduas Cur. iun. *nu.* 76. vbi limitat.

Fallit in 3. caſib. ſecundũ Iaſ. *in d. auth. col. antep.* & an clauſula codicillaris cenſeatur appoſita voluntate teſtatoris, videas Por. *lib.* 4. *ſuarum concluſ. reg.* 18. & quid operetur clauſula codicillaris declarat Matth. *nu.* 140. Don. à Fina.

261 Clauſula codicillaris operatur effectum, quem teſtator tantum in genere potuit cogitare, ſecundum magis communem per Burſ. *conſ.* 88. *poſt nu.* 18. *lib.* j.

262 Clauſula codicillaris verba directa obliquat, ſecundum communem per Burſ. *conſ.* 71. *nu.* 11. *lib.* j. poſt Alex. *conſ.* 201. *n.* 18. *lib.* 6. Pariſ. *conſ.* 93. *nu.* 11. *lib.* y. Neuiz. *conſ.* 53. *nu.* 11.

263 Codicillaris clauſula ex mente teſtan. adiecta præſumitur, ſecundum magis communem per Burſ. *conſ.* 89. *n.* 41. *lib.* j.

264 Clauſula codicillaris teſtamentum ruptum præteritione ad fideicommiſſum reducit, ſecundum communem per Burſ. *conſ.* 15. *n.* 3. *lib.* j.

265 Sicut clauſula in fine poſita trahitur ad omnia capitula præcedentia, ita econtrario clauſula poſita in princ. trahitur ad omnia capitula ſequentia, *l.* 3. *§. filius ff. de lib. præte. l. quiſquis*, & ibi Bald. *in prin. ff. ſi cer. pet.* no. dd. *in c. ſecundò requiris, & in c. inquiſitionis, de appellat.*

Fallit in 2. caſib. vt per Rim. *in l. ſi idẽ cũ eodẽ. ff. de iure, l.* j. *n.* 6. fallit in 12. caſ. quos no. Iaſ. *in l. cum poſt eẽs. C. de lib. præteritis, n.* 9. fallit in 8. caſ. quos no. Fel. *in c. cauſam qua, de reſer. col.* 2. fallit in 22. caſ. quos no. Por. *in li. y. ſuarũ cõcl. reg.* 38. Do. à Fi.

Sed maioris efficaciæ eſt ad determinandũ ſequentia clauſula præcedens, quàm clauſula ſequens ad determinandũ pręcedentia. latè Matth. *not.* 150. vide Corſ. *ſing. incipiente clauſula* 2. vide Cor. *in l. cùm poſt. C. de liber. præter.* Don. à Fina.

266 Clauſula in fine poſita, ad omnia præcedẽtia capita pariter refertur, quando nulla ratio concurrit: quare magis referri debeat ad vnum præcedens, quàm ad aliud, *l.* j. *C. de lib. præter. l. talis ſcriptura. de lega.* 1. no. Rom. *conſ.* 480. *col. vlt. circa med.* vbi doc. *in apoſtil.* hoc confirmant declaran. Fallit vt per Purp. *in l. ſi quis id quod. §. ſi vna actio. n.* 7. *de iuriſdict. om. iudic.*

267 Clauſula cum vineis, pratis, molendinis, &c. nõ probat illa feudalia, ſed tantum ius quod in illis concedens habebat fuiſſe inueſtito tradita. ſecundum magis communem per Burſ. *conſ.* 41. *nu.* 2. *lib.* j.

268 Clauſula quòd tenores & formæ, quorum omnium, & aliorum habeantur pro expreſſis, etiam ſi expreſſa mentio de eis faciẽda eſſet, & cætera operatur perinde, ac ſi de verbo ad verbum omnia in indiuiduo expreſſa fuiſſent, & tollit clauſulam derogatoriam ad futura, ſecundum Ant. de Butr. *conſ.* 2. Fel. *in c. nonnullis, de reſcriptis.* Caſſado. *dec.* 28. *ſuper regulis*, Dec. *conſ.* 341. *n.* 1. Crau. *conſ.* 126. *nu.* 7. Pariſ. *conſ.* 1. *nu.* 84. *vol.* 4. & iſta eſt magis communis opinio, vt conſtat ex relatis per gl. concord. *in tract. de forma manda.* Apoſt. *in ver. pro expreſſis. & c.* & per Couuaruuias latiſſimè *in epito. de teſtamentis ſuper rub. par.* 2. *nu.* 20. F. Viuius. & E. Suarez.

269 Clauſula talis à Notario in teſtamento appoſita, quod teſtator velit teſtamentum ſuum valere iure codicillorum, vel donationis cauſa mortis, & non aliter, facit vt teſtamentum valeat iure codicillorum tantum. communem teſtatur Clar. *in §. teſtamentum. q.* 4. *ver. non omittam.* Don. à Fina.

270 Magna affectio ſeu dilectio teſtatoris erga perſonã cui relinquitur, habet vim clauſulæ codicillaris, & eundem effectum operatur. gl. eſt ſingularis, & communiter approbata *in l. in teſtamento, in fi. in verb. debuiſſe. ff. de fideicom. liberta.* ſecundum Iaſ. *in l.* 1. *in* 2. *rep. col.* 4. *circa finem, ver.* 5. *ubi diſpenſabatur. C. de ſumma Trinita.* Don. à Fina.

271 Clauſula poſita in teſtamento, ſi teſtamentũ nõ valet vt teſtamẽtũ, volo vt valeat omni modo & via, quibus melius poterit valere, eãdem vim obtinet quam clauſula codicillaris: & tantum operabitur quod expreſſa repetitio ab inteſtato. Bal. *in l. cùm pater. §. filius mater. ff. de leg.* y. & Dec. *conſ.* 77. *n.* 4. communem dicit. Secundum tamen Burſ. *conſ.* 47. *n.* 22. 23. operatur derogationem ad primum teſtamentum. Bellacomb.

272 Clauſula codicillaris facit, vt etiã teſtamentũ quo filius eſt præteritus, ſuſtineatur in vim codicilli. commune teſtatur Clar. *in §. teſtamentum. q.* 46. Signo. *conſ.* 171. Don. à Fina.

273 Teſtamentũ ſi patitur defectũ, in his quæ ſunt de ſubſtãtia vel eſſentia eius, etiã adiecta clauſula, ſi nõ valet vt teſtamentũ, valeat, &c. nõ poteſt in vim codicillorũ reſurgere, putà ſi eſſet nullũ ratione volũtatis imperfectæ, vt quia antequã impleretur deceſſiſſet teſtator. *l. fideicommiſſa. §.* 1. *ff. de lega.* 3. *l. ex ea ſcriptura ff. de teſta.* ſecundũ Bart. *l.* 1. *ff. de inuſt. rup. & irrit. fact. teſt. & in l.* 1. *ff. de iure codicillorũ.* & hoc voluit gl. cõmuniter approbata *in l. ea quã. C de fideic.* Secùs autẽ ſi pateretur defectũ ſolẽnitas, quia tunc clauſula operabitur, licet enim in teſta. ſeptem teſtes rogati requirantur, clauſula tamen codicillaris adiuncta, efficeret vt quinque etiam non rogati ſufficiãt. *l. fi. C. de codicillis:* vt refert Bene. Capr. *reg.* 111 *n.* 33. & *n.* 50.

274 Clauſula codicillaris, non intelligitur in teſtamẽtis imperfectis: & ob id ea eſt appõẽda in illis teſtamentis. *l. ſi quis agere. C. de codicil.* alioquin ſi teſtamentũ illud nõ valeat vt teſtamentũ, nõ valebit etiã vt codicillus, licet aliàs ipſis teſtamentis faueatur: & maximè *l. in teſtamẽtis. ff. de reg. iur.* in teſtamentis tamẽ cõditis à patre inter liberos, ea clauſula codicillaris ſemper ſubintelligitur, & ea clauſula, ſi non valet vt ago, valeat vt valere poſſit. gl. *in l. cohæredi. §. cùm filia ff. de vulg.* Iaſ. *in l. fi. nu.* 5. *C. de codic.* Bcẽr. *deci.* 33 *n.* 9. & Bene. *in verbo, teſtamẽtum.* 1. *n.* 32. *in repe. capit. Raynutius. de teſtam.* Bellacomb.

275 Teſtatoris voluntas ſeu expreſſa, ſeu tacita in primis inſpicienda eſt, & illi prorſus adhærendũ, vt frequenter placitũ affirmant Dec *in l.* 1. *n.* 4. *C. de collat.* latè Iul. Cla. *§. teſtamentum q.* 76. *reg.* 1. Quæ ſi nullo modo eluceſcat, verbis inſiſtẽdũ erit. communẽ inquit Curt. iun. *conſ.* 169. Quorum perſpicuitas ſi deficiat teſtatoris conſuetudini obſecundabitur. cõmune profert Iaſ. *in l. ſi ſeruum pluriũ. §. vlt. nu.* 2 *ff. de leg. lib.* 1. P. Fichard.

276 Vltima volũtas ſemper eſt interpretanda ita, vt impleatur teſtatoris intentio & voluntas. *l.* 3. *in fi. C. de lib. præte. l. in conditionibus primum locum, in prin ff. de cond. & demonſtr.* Et prędictam opi. ſi recte aduertatur, tenuit Bart. *in l. cùm certum ff. de auro & arg. leg.* Corn. *conſ.* 287. *in hac conſultatione, volu.* 1. Soc. iu. *in conſ.* 44 *ſub nu.* 7. *vol.* 4. Vbi poſt alios allegat Aret. *in cõſ.* 11 *procedendum eſt breuiter*, aſſerens hanc eſſe communem opi. quod etiam firmauit *in conſ.* 94. *diligenter conſideratis. & in conſ.* 112. *conſideratis diligenter.* E. Muſc.

277 Teſtatoris mens ita interpretanda eſt, prout præſumitur veriſimiliter teſtatorem reſpõdiſſe, ſi interrogatus fuiſſet, iuxta tradita communiter per gl. & DD. *in l. tale pactum. §. ſi ff. de pac.* cum concordantib. per Soc. iu. *in conſ.* 90. *dominus Marianus nu.* 14. *vol.* 1. & *conſ.* 172. *ſic inter cætera legitur. nu.* 29. 2. *vol.* & *in conſ.* 54. *nu.* 7. *vol.* 4. E. Muſcul.

278 Procemium generale, etiã ſi poſtea ſequãtur verba ſpecialia, facit, vt diſpoſitio cenſeatur generalis. Cur. iu. *conſ.* 174. *num.* 1. & 2. com. dicit. B. Villal.

279 Interuallum medium inter principium & finem teſtamenti vitiat teſtamentum. fallit, vt per Corn. *in l. caſus. C. de teſta.* Don. à Fina.

Teſtamentarię ſolemnitates remitti poſſunt per ſtatutum. fallit in 2. caſib. vt per Cor. *in l. ſi. nõ ſpecial. C. de teſt. n.* 24. Idẽ.

280 Diſpoſitionem, conceſſionẽ cuiuſque hominis ſtrictam, & quãtumuis perſonalem, vel per verba perſonaliſſima factam, extendi ad alios caſus ex dictæ rationis identitate, vel vbi ratio familiæ, vel agnationis concurrit. communem dicit Burſ. *conſ.* 7. *nu.* 12. *lib.* j. vbi ponit exemplum not. Bellacomb.

Diſpoſitio generaliter loquens maximè prohibitiua, non comprehendit dotes, ſecundum vnam magis communẽ opi.

per

per Burſ.cõſ.32.n.11.li.1.quã declara,vt per eũ.d.cõſ.227.Bonac.

281 Verba enũciatiua principaliter propter aliud prolata regulariter non diſponũt,& omnino operantur. l. ex his verbis. C. de teſta.mili.gl.& doct.in l.1.glo.magna.C. de ſaſ.cau. adiect. & in cap.fi. de ſucceſſio.ab inteſta.Sicut neque narratiua.ita Alex. Iaſ.Dec.& alij omnes,in l.licet.C. de pact. glo.in l.1. C. quando non petent.part.Gomez.Inſtit.de action.in rubric.n.5.& Iaſ.in l.1. in 4.notab.de offic.eius.Limitatúrque primo iſta regula, ſeu cõclutio, quòd licet verba enunciatiua incidenter propter aliud à pagano prolata non diſponant,tamen faciunt ſemiplenã probationem in fauorem tertij.ita ſingulariter tenet Bart.in l.admonendi,ver.item quæro, ſi inſtrumentum publicum. ff. de iureiur. quem ſequuntur communiter Canoniſtæ in c. fi. de iureiu. vt aſſerit expreſsè Iaſ.in d.l.admonendi,& in d.l.ex his verbis. nu. 2.Claudicat ſecundò præfata regula fauore piæ cauſæ,ſec.Bar. in repetitio.l.j.C. de ſacroſ.eccl.& probat tex. in d.c.fi. vbi Hoſt. Io.And.& alij ad hoc notant.idem affirmat Pan.conſ.11.in cauſa qua vertitur inter Hoſpitale.vol.1.& Card.Florenti. in c.indicante, & ſeq.de teſt. Sed tamen contra Bar. præfatóſque doct. audacter fatetur eſſe magis communem opi.Soc.iu.conſ. 109. vol.2.& Crauet.in tract.de antiq temporum in 4.par.n.60.& pro dicta quæſtione vide Pariſium,conſ.73.lib.1.Coarctatur tertio dicta regula,quando verba enunciatiua eſſent iurata,túc quippè diſponunt, ſiue teſtator enuntians iuret, ſeu aſſerat ſe iuraſſe omnia & ſingula contenta in inſtrumento eſſe vera, ſecundum Angel. in d.l.ex his verbis in lectu. Peruſina, per auth. quòd obtinet. C.de probatio. ſi quidem iuramentum habet vim clauſulæ,vt actus valeat omnimodò.l.cùm pater.§.filius matrẽ, ff.de leg.ij.& hoc ante eum tenuerunt Bar.in l.ex hac ſcriptura. ff.de don.Anch.in clem 1.de probatio.Bal.in d.l.ex his verbis, facit l.cùm quis decedens.§.codicillis.ff.de leg.3.vbi Bar.& opi.Bar. ibi dicit eſſe communem Alex.conſ.127.lib.vij.& conſ.17.lib.3. vt refert Gram.in voto 16.nu.5.Limitatur etiam quartò antedicta regula,vbicunque verba enunciatiua eſſent prolata à patre naturali,confitendo præſente eius filio naturali legitimato,quòd de eius licentia, & mandato, ipſe ſe legitimari fecit: quibus verbis ita enunciatiuè prolatis ſtandũ tunc eſſet. eſto quod de præiudicio ipſius patris tractetur,vt voluit Ang.cõſ. 87.ſpurius naturalis,ſeu baſtardus,col.1.verſ.Nec etiã obſtat quòd pater legitimationis tempore non fuit præſens.

Limitatur quoq; præmemorata regula quinto loco, in producentibus ſcripturam in iudicio:tunc enim producens ſcripturã in ipſo iudicio,videtur fateri omnia contenta in ea,nõ ſolùm quò ad ea,quæ principaliter diſponunt,ſed etiã quò ad dicta ibi incidẽter,& enũciatiuè,& pars aduerſa poteſt ſe fundare ſuper illis verbis enunciatiuè prolatis.tex.eſt,& ibi Gl. in c.cùm olim,de cenſibus.& Abb.in conſ.53.lib 2.& ita extitit iudicatũ per prudentiſſimum D.Alfonſum Cãpanilem Neapolitanum,meritiſſimum iudicẽ Ciuitatis noſtræ,& tanquam iudicẽ aſſumptum ſecundarum cauſarum caſtri Ocrarũ,de mẽſe Iunij 1576. ad fauorem Dominici Ciamarræ mei clientis, de eodem oppido,contra Dianã de Baiochino, me patrocinãte.

Et in octo aliis caſibus limitat dictam regulam Iaſ.in d.l.ex his verbis,quos vide nu.2.& ſeq. Et limitat etiam in aliquibus aliis caſibus Fely.in c.cum in iure,nu. 13. & ſeq.de offi. & poteſt. iud.deleg.& apoſtilla ad eum ibi,ſuper litera B.

Reſtringitúrque vtiliter poſtremò eadẽ regula, quòd dicta verba enũciatiua,ſeu aſſertiua inter partes prolata,plenè probẽt.l.optimã.C.de cõt.& com.ſtipul.& Afflict.deci.83.n.1.& 4.etiã quãdo principaliter diſputetur de enũciato. ſecundũ Bar. in d.l.ſciendũ.col.11.in auth.ſi quis in aliquo documẽto,col.fi. C.de eden.& in l.gerit.ff.de acq.hær.col.3.quẽ ſequitur Dec.cõſ.539. n. 5.& latè ponit Soc.cõſ.68.n.7.vol.4 & Bal.in d.auth.ſi quis in aliquo documẽto,& in l.ij. C.de nup. & in c.tranſmiſſa, ext. de reſt. ſpol.& in c ſeries,extr.de teſtib.& alij cõgeſti per Soc. in d. conſ. 68.vbi ſcribit iſtã eſſe cõmunẽ opinionẽ,& mentẽ Legiſtarũ, quẽ refert & ſequitur Dec.in præcitato conſ.539.nu.6. Viuius.

282 Verba enunciatiua,& tunc probant,cùm aliquid neceſſarium ad eius quod geritur,robur ac validitatem continent. vt commune inquiunt Iaſ.in l ex iis verbis. limit.8. C. de teſta. mili.Deci.conſ.118.num.5. latè Nicunit. in c.quoniam contra. de prob.Et cùm principaliter inter partes circa id lis poſtea mouetur,quod enunciatione expreſſum eſt,vt frequenter placitum enunciant Soci.conſ.68.nu.7.lib.4.Deci.conſ.539 nu.6. & conſ.213.in fi.& conſ.248.ad finem.Iaſ. vbi ſuprà, & in l. iuriſgentium.§.quod ferè.nu.3.de pact.Alex.conſ.21.lib.1. Quamuis Soci, conſ.68.nu 7.ver.ſed hic.lib.4.ea io re negligenter labeſcat. Et item præterea cum iureiurando enunciatio vallatur.commune affirmant Alex.conſ.127.lib.vij.Franc. Viui.lib.1. opi. 440. vbi alia compluſcula ad hanc rem non pœnitenda ſcribit. aliàs autem nec in piæ cauſæ fauorem huiuſmodi verba probabunt,quẽadmodum receptũ teſtificantur Soc.iu.conſ.109.lib. ij.Pariſ.conſ.73.lib.1.Aym.Crauet de antiq.tem.4 par.nu.7.Faciunt tamen ſemper & in tertij fauorem probationem ſemiplenam,vt frequens dogma aiunt Iaſ.in d.l.ex his,nu.2.E.Suar.

283 Verba illa(pro ſe & hæredibus vtriuſque ſexus) intelliguntur tantum de deſcendentibus, & ſic importãt hæredes ſanguinis,ſicut aliàs loquitur l.ex facto.§.ſi ff.ad Trebel. & ibi declarant Pau.de Caſt.& alij.Et ideò tranſibit ad deſcendentes etiam nũ hæredes,& ita ſe habet communis opi.vt plenè tradit Auguſt.Bero.in quæſt. ſua 17.in emphyteu. eccleſia per totum,vt eum refert Soci.iu.in conſ.82.nu.10.vol.4. E. Muſcu.

284 Verba teſtatoris nõ debent eſſe inaniter prolata l.ſi quando.in prin ff.de leg.3.& in c ſi Papa.de priuileg.in 6.& eſt pulchra & cõmuniter recepta doctrina Bal.in rub.C.de cõtrah.empt. in 9.qu.volẽtis quod in diſpoſitione, nullũ verbũ debet eſſe ſuperfluum.Soc.iu.in conſ.44.nu.3.volu.4.com.ait. Idem.

285 Teſtamenti pars vna ex alia declarabitur,& verbum aliquod obſcurius ex eodem verbo alibi in eodem teſtamento clarius poſito explicabitur.commune inquiũt Aemi. Ferret. in l.qui filiabus.in prin.nu.4.ff.de leg.lib j.Pariſ.conſ 73 nu.38.lib. ij.& conſ.72.nu.42.libr.4.latè Iul.Clar. de teſta.q.76. verſ.hinc infertur. E.Suarez,& P.Fichard.

286 Voluntas teſtatoris eſt ex coniecturis colligẽda.l.ſi plures in fi.ff de vulg.tamen illæ coniecturæ ex ipſomet teſtamento colligi debent,& ex verbis ipſius teſtatoris poſitis in teſtamento.Iul.Clar.§.teſtamentum.q.78.in princi.Iaſ.in l.licet Imperator.nu.14.ff.de leg.3.Dec.conſ.417.nu.4. P.Fich.

287 In conditione poſiti nõ cẽſentur vocati. hanc dicit eſſe cõmunem opinionẽ Iaſ.in l.cõditionis.C.de pact. Fallit vt per Gerard.Petra Sancta ſing.61.latiſſime tractat hãc concluſionẽ Cagno.in l.j.c.de pact.n.42.Fallit in 2.caſib.vt per Iaſ.in d.l.cõditionis,n.11.Fallit in 2.caſib.vt per Soc,in l.Centurio, n.304.ff. de vulg. Ampliatur in 2.caſib.& limitatur in 27.à Port.in l.ij. ſuarũ cõcluſ.reg.12.fallit vt per Mat.in ver. liberi. Don.à Fina.

288 Sufficit conditionem ſemel fuiſſe impletam,licet non duret implementum,l.cum vxori,C.quando dies lega.cedat.l.ſi quis.C.de inſti.Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.in d.l.ſi quis.fallit in 4.caſi.vt per Dec.in d.l.fallit in 4. caſib.vt per Ant.Gabriel. in lib.4.ſuarum concluſ.reg.8. Idem.

289 Impleta conditione ex teſtamento datur actio. l. ſi pupillus,in fine,ff.de cond.inſtitu. Fallit in 25.caſib.vt per Vigel.in commento 5.anni.c.29.memb.3.fol.653. Don.à Fina.

290 Conditio aditionis hæreditatis non reddit legatum conditionale,l.hac verba, ff.de leg.j.fallit in 3.caſ. vt per Io.Bolo. ibi.nu.54.& ſeq.& nu.103. Don.à Fina.

291 Extẽſio fit de nepote ad pronepotem, vbi adeſt ratio vniuerſalis,vt bona perpetuò remaneant in familia,ſecundum communem per Burſ.conſ.13.nu.15.lib.j. Bellacomb.

292 Extẽſio fit de caſu ad caſum ex idẽtitate rationis expreſſæ in ſtatuto,ſecundũ cõmunẽ per Burſ. cõſ.93.n.14.lib.j. Idẽ.

293 Sapientis dictamine teſtamentũ ſuũ extendi velle ſi teſtator dixerit:tũc poterit ille ſapiens relicto filio vel filius facto,apponere illa verba,iure inſtitutionis,vel titulo inſtitutionis.cõmunẽ dicit Clar.§.teſtamentũ.q.38.ver.vlterius. P.Fich.

294 Teſtatoris diſpoſitio in vnum caſum concepta, nõ ad alium profertur.vt communem eſſe regulam ait Pariſ.conſ. 87.n.50.li.ij.quam intelliges non proceſſuram,vbi teſtatoris voluntas etiam coniecturis collecta aliud ſuaſerit.commune inquit Dec.in l.ſi mater.nu.2. C.de inſti.& ſubſtit. P.Fich.

295 Qui hæredem inſtituit cẽſetur voluiſſe teſtari & nõ codicillari, l.non codicillum.C.de teſtam.vbi Iaſ. & ideo tali caſu voluntas non poteſt valere vt codicillus,niſi teſtator hoc expreſſerit.l.j cum glo.ff.de codicil.Iaſ.in d.l.non codicillum.in fi.l.fi. C.de codicil.Bar.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig. Chærian.

296 Pupillus ex propria ſignificatione vocabuli,nõ dicitur decedere inteſtatus,ſecùs tamen ea communi vſu loquendi. Boer.in conſue.Bitu.rubr.des couſtumes concernans les teſtaments. §.4.com.dicit ex Bar conſ 138. B.Villal.

297 Ius implendi conditionem non tranſit ad hæredes,l à teſtatore.ff. de cond. & demonſtrat. l.fi.ff.de condit.inſt Bart.in l. cùm fundus,ff.de cond.& demonſtr. Ampliatur, & limitatur in 2.caſib.

2.caſib.& vltima limitatio ſublimitatur in 2.per Iaſ.in l.ſi decem cùm petiero.ff.de verbo.obligat.num.12. Don.à Fina.

298 Vaor,aut etiam alius,quibus permittitur à teſtatore vt vandant quædam ex bonis ipſius teſtatoris pro neceſſitatib. ſuis,non poterunt vẽdere,niſi adſit cauſa neceſſitatis:quia ea verba,pro ſuis neceſſitatibus,interpretantur exiſtente cauſa neceſſitatis,& non aliàs.Ita Rebuff.in l.vni.in gl.2.nu.14.in repeti.l.vnica,C.de ſent.quæ pro eo quod intereſt. vbi reprehendit Cornęum tenentẽ in contrarium conſ.187.nu.8.& 9.in 2.volu. vbi tenet ꝙ ea tali conceſſione alicui facta vendendi ſua bona pro ſuis neceſſitatibus,liberum illi eſſe vendere bona, nõ edocto de aliqua neceſſitate. Bellacomb.

299 Conditio impoſſibilis,quã teſtator putabat eſſe poſſibilẽ,& habebat iuſtã cauſã putãdi,nõ habetur pro impoſſibili,ſed pro poſſibili:& ideo ſi deficiat,facit deficere legatum, & ſic vitiãt diſpoſitionẽ,& non vitiatur:ſecùs quãdo teſtator ſciebat conditionem eſſe impoſſibilẽ,quare tunc vitiatur cõditio,& non ipſum legatum,l.obtinuit.ff.de cond.& demonſt.§.fi.Inſt.de hæreds.inſtit.Fallit in 6.caſib.ſecũ.Iaſ.in l. ſeruo manumiſſo,ff.de cond.indeb.nu.1.& ſeq. Don.à Fina.

300 Conditio voluntaria debet impleri in forma ſpecifica, & nõ per ęquipollẽs.hãc regulã cũ 2.limitationib.ponit Iaſ. in l Gallus,§.& quid ſi tãtũ,ff.de lib.& poſth n.15. Don.à Fina.

301 Conditio ſi hæres non erit,exiſtit ſi hæres non ſit,l.fi.§.1.ff.de vulg.& pupil.Fallit in 6.caſib.vt per Vigel. in commente 5.anni.cap.32.membro 7.fol.720. Don.à Fina.

302 Expreſſio eius quod tacitè ineſt,nihil operatur,per not. per doct.in l.3.ff.de leg.1.l.non rectè.C.de fideiuſſorib.Alex. in d.l.3.& conſ.2.vol.3.Iaſ.in l.2.ff.de condict.indeb.Alex.conſ.25.vol.1.& cõſ 33.eod.vol.& conſ 35.vol.3.Bolog.conſ 31.col.6.Fallit quãdo talis expreſſio ineſt ea voluntate,&.mente teſtatoris. Ita cõmuniter Bart.& alij.in l.talis ſcriptura ff.de legat.1. & Doct. in d.l.3.Et pro cõmuni tenet Soc.iun.in conſ.30.n.9.vol.4. vbi reprehendit Iaſ.non bene conſuluiſſe, & melius conſuluiſſe Curt.iun.in conſ.69.habita diligenti conſideratione.num.2.

Limitat Alex.in d.l.3.in 2.col.niſi teſtator vellet talem expreſſionem reddere actum conditionalem.alleg.l.in conditionibus.& ibi Bald.in §.1.ff.de cond.& demonſt.vide tamen ibi per eum.

Limita etiã niſi fiat expreſſio alio modo, quã tacitè ineſſet. ita Alex.in d.conſ.2.all.l ſi ita legatũ.§.illi ſi volet.ff.de lega.1.& l.3.§.filius.ff.de lib.& poſth.idẽ vult in conſ.22.in vlt.col.vol.5.

Limita pariter,quando tacitũ ineſt ex neceſſitate legis: ſecùs quando ex pręſumpta voluntate.ita Iaſ.in d.l.2.all.l.precibus.C.de impub.& al.ſub. E.Muſcul.

303 Quęro,ſi teſtator voluit in ſcriptis teſtari,morte pręuẽtus non perfecit,nunquid valeat tale teſtamentum vt nuncupatiuum?Reſp.quòd non.ita tenent Bar.& omnes doc. l. hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſtam.& in l.fideicommiſſa.§.quoties.ff.de leg.3.Abb.conſ.105.vol.2.Guid.Papæ.cõſ.134.incip. non valuit.nec valet teſtamentum.Hanc opin.dicit eſſe com. Alea.in conſ.76.vol.3.quem refert Tho.Gramm.deciſ.62.nu.18. Eſt enim omninò nullum tale teſtamentum,ex deficiẽtia voluntatis incompletę.

Et hæc concluſio adeò vera eſt,vt ne quidem de æquitate Canonica tale teſtamentum valeat.Ita tenet Ant. de But.in ca.1.de ſucceſſ.ab inteſt.quẽ cõmuniter ſequi doc.firmat Gram. d.deciſ.62.num.18. Mich.Graſſ.

304 Sed quid ſi teſtamentum in ſcriptis ſit tantùm imperfectũ ratione ſolennitatis,nunquid valebit vt nuncupatiuũ? Reſp.Vera & communis opinio eſt,quòd tale teſtamentum valeat vt nuncupatiuum,niſi expreſsè arctaſſet ſe ad teſtamentum in ſcriptis,quia fortè aliter noluit valere,vel noluit voluntatem ſuam teſtibus eſſe notam.ita tenet Cyn. d.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationem.Paul.de Caſt.l.hæredes palàm.in prin. ff.de teſtam.Soc.in conſ.175.vol.2.& ita iudicatum eſſe teſtatur Matth.de Afflict.deciſ.143.& refert.Thom.Gram.d.deciſ. 602.nu.26.Et hęc eſt opinio Bar.in l.fi.ff.de iur.codicill. Et ita tenent omnes doc.in d.§.ex imperfecto.In dubio enim non eſt veriſimile, teſtatorem voluiſſe ſe reſtringere ad vnam viã teſtandi,& ſic eligere iter,per quod eius iudicium impugnaretur. Idem.

305 Teſtamentum,qui ſcriptis exarare voluit,ſi ſolennitates omnes iure ad id requiſitas non adhibuit,nec quod egit , vt nuncupatiuum teſtamẽtum valebit,ſi illa de teſtamenti ſcriptis cõprehendendi voluntate conſtituerit:alioquin in re dubia ſecùs erit.communa ponit accuratè Iul.Clar.§.teſtamentum.q.4.verſ.ſed quæro,pone. E.Suarez.

306 Teſtator condidit teſtamentum in ſcriptis, in quo deficit aliqua ſolennitas,valet nihilominus vt teſtamentũ nuncupatiuum.Gomez.conſ.3.nu.10.com.dicit ea Bart.in l.fi.ff.de iure codicil. Villal.

307 Teſtator ſcripſit vel ſcribere curauit,vltimã ſuam voluntatem,deinde coram ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuũ teſtamentum.& quod ita diſponeret de bonis ſuis,vt legebatur in ſcriptura,quæ tamen nõ legebatur , tale teſtamentum valet in vim nuncupatiui,ſatis enim videtur teſtator mentẽ ſuam manifeſtaſſe teſtib.ſaltem implicitè,per relationem ad illam ſchedulam,ſiue ſcripturam.Magis com.eſſe dicit Clar. in §.teſtamentum.q.4.verſ.ſed pone. P.Fich.& Suarez.

308 Voluntas teſtatoris in teſtamẽto nũcupatiuo licet debeat exaudiri à partib.tamẽ ſufficit ꝙ audiãt teſtes explicitè, vel implicitè.Iaſ.in l.at Prætor.§.ſi iudex.de re iud.n.3.ff.com. dicit,niſi aliàs alia ſolẽnitas requiratur,vt per Iaſ.ibi. Villal.

309 Quæro,An teſtamentũ nuncupatiuũ valeat ſine ſubſcriptione teſtiũ?Reſpon. Vera & cõmunis ſententia eſt , quod teſtamentũ nuncupatiuũ factũ in præſentia ſeptẽ teſtiũ rogatorũ,de quo notarius rogatus,conficit publicũ inſtrumentũ, cũ deſcriptione dictorũ ſeptẽ teſtiũ,ſit validũ,& tale inſtrumentum probet teſtamentum ſolenniter corã ſeptẽ teſtibus eſſe conditum.Ita tenet gl.l.hæredes palã ff.de teſta. & gl.l.fin. C.de fideic.quas communiter à Bar.vſque ad hæc tempora approbatas teſtatur Matth.de Afflict.dec.166.nu.2. Mich.Graſſ.

310 Quæro,An teſtamentũ ad interrogationẽ notarij factũ ſit validũ?Reſp.ꝙ ſic.ita tenet gl.l.iubemus.C.de teſtam.quam cõmuniter approbatã teſtatur Matth.de Afflict.dec.143.n.2. Eandem dicit tenere omnes doc.Iaſ.in d.l.iubemus.num.10.& ibi Ang.dicit,ꝙ iſta ſit com.opin.quæ approbatur in iudiciis & in ſcholis.Eandem dicit eſſe com.Alex.in conſ.12. vol.1.& conſ.33.incip.ponderatis verbis. Dicit tamẽ Matt.de Afflict. d. gl.procedere tantum in teſtamẽto nuncupatiuo,ſecùs in teſtamento in ſcriptis.allegat Io.And.in addit.ad Spec.tit.de teſtam.§.in primis.Et ita dicit conſultũ per celeberrimos Iureconſultos,& ita recentiores in d.l.iubemus.tenere, & ſecund. hanc opin.iudicatum eſſe in conſilio Neapolitano. Idem.

311 Teſtamentum nuncupatiuum cæci,requirit 4. ſolennitates ſiue requiſita, quæ explicãt Impera.Iuſtin.& doct.in l.hac conſultiſſima C.qui teſta.fac.poſſ.Spec.in tit.de inſtru.edit.§.compendioſè verſ illud autem non eſt ignorandum.nu. 42. auther. art notaria.c.2.de teſta ſcrip.& ſolenni.ver.item.cæcus teſtari nequit & auther. Analyſeos Inſti.quib.non eſt permiſſ.facer.teſta.ver.poteſtne cæcus condere teſta.Inter quę,quòd cæcus conuocatis 7. teſtib.& notario dicat,ſe velle teſtari ſine ſcriptis,& ſi notarij copia haberi nõ poſſit,octauus teſtis de iure adhibeatur, qui eius munere fungatur.Sed ſi pater cęcus fecerit teſtamẽtum inter liberos,nunquid teneretur ſeruare formã d. l. hac conſultiſſima.an verò poſſit facere teſtamentum inter liberos cum duob.teſtib.iuxta l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſta.& quemad.teſt.ord.& com.opi.Doct.eſt in teſtamento patris cæci teſtantis inter liberos,ſufficere duos teſtes.Iaſ.in d. l.hac conſultiſſima.nu.4.verſ.ſed pone. quia in teſtamento facto inter liberos ceſſat ſuſpicio falſitatis,ex quo ab inteſtato ipſi admittuntur ex communi voto parentum. l.ſcripto. in fi. ff. vnde libe.l.fi.ff.de bo. dã.Dec.ibid.n.36.v.vlt.limitatur. Kirch.

312 Nemo poteſt facere,quòd leges non habeant locum in ſuo teſtamento.l.nemo poteſt,ff.de leg.1.Clar.§.teſtamentum.q.5. commun.dicit.

Fallit in 6.caſib.quos no.Iaſ.in l.teſtandi cauſa. C. de teſta Don.à Fina.

313 Teſtamentum in quo filius in poteſtate eſt inſtitutus, ſub conditione caſuali,vel mixta , ſi in eius defectum non ſit exhęredatus,eſt nullum. Idem.

314 Teſtator non poteſt prohibere inſinuationem à iure requiſitam,com.Clar.in §.teſtamentum.q.65. Bonacoſſ.

315 Teſtator poteſt de bonis hęredis ſicut de propriis teſtari.com.in §.teſtamentum.q.64 in fi.& ideò etiam illius fauori, ſicut proprio renuntiare. ibid. Idem.

316 Teſtator vbi contrarium non probatur,ſemper dicitur in teſtamento ſuo,ſe voluiſſe conformare cum iure communi,vel municipali.vt eſt communis ſententia Doct.vt tradũt Bart.Soc.ſenior & alij in l hæredes mei.§.cum ita ff. ad Trebel. vbi etiam poſt alios dixit Soc.iu.tradit Alex.in conſ.55.nu.4 lib.4.

lib.4. Socin. ſenior *in conſi*. 227. *præſens conſultatio*, *verſi*. 6. *&* *vbi*.2.*vol*.& Corn. *in conſi*.22. *in hac conſultatione*, *&c*.Intera S. 2.*vol*.cum concordantibus, vt per Iaſ. *conſi*.84.*omiſſa longa*,*poſt princ* 1.*vol* & per Ruin.*in cõſi*.86.*attenta legitimatione*.*n*.16.*vol*. 3. Et dixit Soc.iun.*conſi*.95.*nu*.9.*vol* 1. *&* *in conſi*. 177.*n*.20.*vol*. 2. *&* *in conſi*.20. *num*.30.vbi hæc refert. *vol*.4. E. Muſcul.

317 Teſtatores in re dubia vel ad ſtatuta, vel ad conſuetudines, vel ad ciuile ius, vbi nec ſtatuta, nec cõſuetudines vigẽt, reuocandi ſunt. commune inquiunt Curt.iun.*conſi*.57.*n*.8.*&* *conſi*.86.*nu*.6. *&* *conſi*.168.*nu*.63.*&* *conſi*. 171.*num*. 1.late & diligenter Iul.Clar.*§ teſtamentum*.*q*.76. *reg*.6.cui adde Iaſ. *conſi*. 315. *lib*.2.Pariſ.*conſi* 66.*lib*.2.Rub.*conſi*. 72.Ioan.Cæphal. *conſil*. 17. *nu*.42.*&* *conſil*.105.*nu*.13. *&* *ſeq*.E.Suarez.

318 Priuilegiis clauſis in corpore Iuris per quãcũque diſpoſitionem non cenſetur derogatum etiamſi dicatur, non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis. glo. & Bart. *in auth. qua in prouincia C. vbi de crimi. agi oporteat*. Galtaula *in l. Centurio*. *nu*. 78 *ff.de vulgar*. Bellacomb.

319 Mens teſtatoris præſumitur in dubio cõformis diſpoſitioni ſtatutorum potius quàm iuris cõmunis. cõmunẽ dicit Clarus *in §. teſtamentum*.*q*.76.*ſcias tamen*. P. Fichard.

320 Teſtator & contrahentes in dubio, videntur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria, vel conſuetudinaria. Curt. iun.*conſi*.86.*nu*.6.*&* *conſi* 171.*nu*.1.communem dicit.

Item, & cũ diſpoſitione iuris cõmunis, & in fideicõmiſſis videtur vocare eo ordine quo ab inteſtato erant ſucceſſuri. Curt.iun.*conſi*.125.*nu*.2.*&* *conſi*.128.*nu*.8.com.dicit. Villal.

321 Teſtator excludẽs fœminas ꝑpter filios, & propter nepotes videtur excluſiſſe. Cur. iu. *conſ*.116.*nu*.1.com.dicit.Idẽ.

322 Teſtator videtur vocare nepotẽ cũ patruo, cũ diſponit inter perſonas, inter quas cadit ordo neceſſitatis: ſecus tamẽ, quãdo ſolum cadit ordo affectionis & charitas, quia tũc admittũtur ſimul & ſemel. Curt.iun.*cõſ*.128.*n*.1.com.dicit. Idẽ.

323 Diſpoſitio facta ab homine, reſtringitur ad primũ actũ, & in primo actu cõſumitur, etiãſi ille actus effectum nõ valeat. Bal. *in l*. 1. *C.de his qua pœna nomine*.*l*. *boues*.*§*.*hoc ſermone*.*ff.de verb.ſignific*. Bart.*l*.1.*ff*. *ad leg.Iul. maieſt*.Curt.iun.*conſ*. 178. *nu*.27. Tiraq.*d*.*§ hoc ſermone*. Decius *conſi*. 512. *n*.7.Socin. *conſi*.91.*in* 4.*vol*. ſecùs autem in diſpoſitione facta à lege quę non reſtringitur ad primum actum. & hæc eſt cõmunis deciſio probata per eã legẽ, & hoc procedit in diſpoſitione affirmatiua, ſecùs in negatiua, vel prohibitiua, quia illa diſpoſitio negatiua habet tractum ſucceſſiuum. Iaſ.*in l. ſi ſic ſtipulatus*.*nu*.3.*ff.de verb.oblig*.

Ampliatur in pluribus caſib.& limitatur in 7.à Fely.*in cap*. *innouamus*, *de treug.* *&* *pace*. *num*. 3.fallit in 4. caſibus vt per Socin.*regul*.13.

Fallit in multis caſib. vt per Iaſ.*in l.duob*.*§*.*ei qui nu*. 2. *&* 19. *ff. de iuriſd*. *l*. *diuortio*.*§*. *qui in anno*, *nu*.12.*ff.ſolut.matr*.

Ampliatur in 4.caſib.& limitatur in 14.per Port.*lib*.3. *ſuarũ conclu*.*reg*.22.fallit vt per Diaz *regul*. 614. Don.à Fina.

324 Argumentum à cõtrario ſenſu habet locum in vltimis voluntatibus.*l*.*qui teſtamento*. *§*.*mulier*.*ff.de teſtamen*. *l*.*ſi cũ dotem*.*ff.ſol. matr*. *l*. *apud antiquos*. *C. de furt*.Et hæc eſt cõmunis cõcluſio Doctor. referente Rode. Suarez *in alleg.ſuis*, *alleg*.1. *n*.1. Sed de hac doctrina latiùs ſcribunt Euerar. *in locis argum. legalium in loco à contrario ſenſu*. & Viuius *in ſuis communibus opinio. in verbo*, *à contrario ſenſu*. Kirchouius.

325 Teſtamẽta argumentis à contractu ductis reguntur. cõmune dicit Curt. iun.*conſi*.171.*nu*. 3. illorúmque conſeruatio ad publicam vtilitatem ſpectat. cõmune affirmat Anto. Gomez. *de teſta*.*cap*.4.*nu*.8.*verſi*. *quinimò facit*. E. Suarez.

326 Argumentũ à ſenſu cõtrario & in legibus, & in teſtamẽtis, & in cõtractibus cũ bonæfidei, tũ ſtricti iuris validè procedet. cõmune teſtatur Curt. iun.*in l*.1.*nu*.59 *ff de offi.eius*,*cui mandata eſt iuriſdict*. dicetúrque procedere ex mente, non ex interpretatione, ſeu coniectura, vt cõmune aſſerũt Sapia, & qui eũ adducit latè de materia agẽs Viuius *libr*.1.*opinio*.71.amplia idẽ fore in ſtatutis, vt cõmune efferũt Felyn.*in c.eccleſia*, *de conſtitu*.Curt.iun.*d.loco n*.85. Euerar.*in* 4 *loco*, *verſi*. *&* *quia ſuprà*, plenè Viuius *vbi ſuprà*. Excipe cùm iuris cõmunis correctio inde profectura eſſet, vt receptũ ſcribit Curt.iun.*laudato loco*,*n*.86. *&* *conſ*.94.*n*.4.niſi tamẽ ſtatuta in ſenſu directo alias nihil operarẽtur, vt cõmune aiũt Viuius, & ab eo relati *vbi ſuprà*. excipe ſecundò, quãdo turpis illatio inde oriretur. vt cõmune enunciat laudatus Curt.*in d.l*.1.*nu*.76. E. Suarez.

Argumentũ a contractibus ad vltimas volũtates iure promitur. vt cõmune pronũciat Curt.iun.*conſi*.171.*n*.3.E.Suarez. De hoc argumento à ſenſu contrario, *vide ſuprà lib*.1.*titul.de legibus*, per Viuium.

327 Reuocatio teſtamẽti generalis non ſufficit, ſi vnũ vel plura teſtamẽta præceſſerunt, quorũ vnum vel plura habuerint clauſulam derogatoriã: ſed requiritur vt in reuocatione fiat expreſſa & ſpecialis mentio clauſulæ derogatoriæ. cõmunem dicit Clarus.*§*.*teſtamentũ*. *q*. 99.*verſi*. *Et hac gaudẽ*. Fich.

328 Reuocatione teſtamenti facta coram tribus teſtibus, ſi concurrat perſeuerantia longi tẽporis, nempe decennij, cẽſebitur reuocatum teſtamentum factum, etiamſi poſtea non fiat vel ſubſequatur aliud teſtamentum. com. dicit Clarus *in §. teſtamentum*.*q*.91.*verſi.bene verum*.*q*.12. Idem.

329 Teſtamentum reuocatur, ſi teſtator corã ſeptẽ teſtibus dicat, Nolo teſtamẽtũ meũ valere, ꝙ à me iã factum eſt, quia volo decedere inteſtat⁹: tũc enim videtur inſtituere veniẽtes ab inteſtato; quorũ aditione reuocatio teſtamẽti confirmabitur.*l*. *ſi quis in*. *ff.de hær.inſtit*. Cõtrariũ tamẽ videtur tenere Bart.*in l. ſi ita*.*nu*. 3.*ff*. *de legat*.3.vbi dicit, quòd requiritur ꝙ faciat aliud teſtamẽtũ ſolẽne cũ inſtitutione hæredis, & aliis in teſtamẽto requiſitis. & ei⁹ opinio cõmuniter approbatur, vt dicit Natta *in repetit.auth.hoc inter*.*n*.10.*C.de teſta*.& eſt cõmunis opinio, vt dicit Alex.*conſ*.159.*poſt n*.8.*lib*.7.teſte Claro *in §. teſtamẽtũ*.*q*.91. *&* 92.ſecùs ſi teſtator ſimpliciter dixerit, Volo teſtamẽtũ qđ iã feci, valere. Per hæc enim verba teſtamẽtũ iã pri⁹ factũ nõ reuocaretur, niſi cũ lapſu decẽ annorũ. *l*.*ſancimus*.C.*de teſtam*. & ibi Bald. & eã opin. vt magis com. aſſerit Decius *conſi*. 582. & Alex.*conſ*.104. *vol*.2. Bellacomb.

330 Teſtator ſi teſtamentum à ſe prius conditũ incidat vel cancellat, tale teſtamentum habetur pro annullato. communem dicit Clarus *in §. teſtamentũ*. *quæſt*. 93. & eo caſu hæreditas tranſit ad hæredes ab inteſtato venientes. Magis com. dicit *eadem quæſt.verſi ſed quæro*. P. Fichard.

331 Teſtamẽtũ ritè conditũ, nõ aliter ritè reuocabitur, quàm ſi teſtator vel aliud ſolenne cõdiderit, vel corã ſeptẽ teſtibus ſe teſtamẽtũ reuocare velle aſſeruerit, ꝙ mori inteſtatus velit: vel illud reuocare, ac reſcindere corã tribus ſaltẽ teſtibus enũciet, & decẽ poſteà anni, à teſtamenti die cõputãdi, prælabantur. cõmunia ponit latiſſime Iul. Clar. *§. teſtamenti*. *q*.91. *&* 92.Ioan. Dilect.*de arte teſtãdi*,*tit*.10.*caut*.3. Amplia vt idem procedat, quamuis hæredes ſecundo teſtamẽto ritè facto inſtituti, hæreditatẽ adire vel nolint, vel nequeant. commune inquit Didac. à Couar.*in rub.part* 2.*nu*.21. *verſic*.7. *concluſio. de teſtam* Amplia ſecundò, licet primũ teſtamẽtũ inter liberos cõditũ fuerit, ſi in hoc deinde cõdito teſtamẽto, & iidem liberi hæredes inſtituti ſint, & maior illis inde vtilitas proueniat: nam & ſi hoc ſecundũ imperfectũ ſit, tamẽ eo ipſo primũ reſciſſum videbitur cõmune aſſerunt Socin. iun. *conſ*. 117. *nu*.10.*lib*.1.*&* *conſil*.145.*nu*.57. *lib*.2.Didac. à Couar.*vbi ſuprà nu*.19.*verſi*.6.*declaratio*.Iul.Clar.*d*.*§*.*teſtamentũ* *q*.98.*verſi*. *hoc tamen*. Amplia tertiò, vt teſtamentum primũ per ſecundum iure ipſo reuocetur ac reſcindatur, quamuis teſtator ſe illud non eſſe reuocaturũ ſolẽniter iurauerit. cõmune proferunt Cotta *in memor*. *in verſi*. *teſtatorem inducere*. latè Didac. à Couar.*d*.2.*part*.*nu*.15.Iul.Clar.*vbi ſuperius q*.94. *verſi ſed quid ſi teſtator*.vbi accuratè id explicat, & cum multis receptũ affirmat prædicti iuriſiurandi reuocationẽ inſeri ſecũdo teſtamento neceſſe eſſe. quod mihi nõ probatur: ſed ea de re alibi vberius. Amplia quartò, ꝙ etſi teſtator ſe nõ reuocaturũ promiſerit primũ teſtamentũ, & quo caſu illud reuocauerit, dicat ſe bõna omnia ſcriptis hæredibus dare, atque irreuocabiliter elargiri, tamẽ per ſecũdũ teſtamẽtũ, & quouis alio prædicto modo, impunè huiuſmodi teſtamẽtũ retractabitur, ac reſcindetur. cõmune aiunt Alex. *nu*.2. Iaſ.*nu*.7.Crot.*n*. 14.*in l. ſtipulatio hoc modo concepta*. *ff de verbor.oblig*.latiùs Iul. Clar. *d*.*q*.95. Intellige ac perpetuò memoriæ inſculpe, ꝙ ſi teſtator aliis omnibus teſtamentis, quæ poſtea cõſcribet, derogabit, niſi ſi certa aliqua ſolennitas in eorũ aliquo expreſſim addatur: nõ ideo hoc teſtamẽtũ primũ infirmabitur, quin ſecũdũ deinde ritè conditũ fuerit, ac generalis etiã præcedentiũ teſtamentorũ in eo abrogatio inſeratur, niſi ſi ſpecialis quoq; mentio antecedentis teſtamenti fiat cõmune eſſantur Alex. *conſil*.106.*n*.3.*&* *conſi*.183. *&* *conſi*.172. *verſis duobus*.*num*. 7. *lib*. 7. Tiraq.*de legib.connub*.*gl*.6.*nu*.131. Didac. à Couarr.*d*.2.*part*. *nu*. 15. *verſi.tertio hãc*. Iul.Clar.qui diligẽter & accurate id multis

modis explicat, d.q.99.per totam, quo te conferes de materia acturus. E. Suarez.

332 Teſtamẽtũ nõ reuocatur ex eo, quòd teſtator corã ſeptẽ teſtibus dicat, nolle valere teſtamẽtũ, niſi dicat ſe velle mori ab inteſtato. Ioan. Durand. tit.2.caut.3. com. dicit. Vezinus.

333 Per mortem alicuius voluntas ceſſare dicitur, ſed nõ reuocari. Eſt communis opin. ſecundũ Deciũ in conſi. 208. iſta videtur. in princ.vol.3. Chætian.

334 Mors defuncti, in longinquis partibus per ſolam famã plenè probatur. Eſt communis opinio ſecundum Decium in conſil.652. viſo conſil. in prin. Idem.

335 Teſtamentũ promittens non reuocare etiã cũ iuramento, poterit nihilominus eo iuramento nõ obſtante, illud teſtamentũ reuocare: hoc tamen faciendo eſt periurus. & hanc opin. vt magis com. aſſerit Io. Andr. in reg. quod ſemel. de reg. iur. in 6. Alex. conſil.13. in 2 vol. & Oldr. conſil.180. Alciat. cap. cùm contingat. nu.83. communem dicit. Ant. de Tremol. in addit. ad Bonacurſ. in practic. tit. quibus modis ſus no. nu.22. in verbo, contra proprium factum. Bonacoſſ.

336 Teſtator ſi dicat ſe nõ velle reuocare teſtamẽtũ, & ſi reuocet ſe, omnia ſua bona ꝓ pœna donare hęredi ſcripto, talis donatio nõ valet. com. Clarus in §. teſtamentũ. q.95. P. Fich.

337 Teſtamentorũ reuocatio ſolùm ea retractat, quæ ad vltimæ voluntatis materiam pertinẽt, non verò vel cõtractus, vel confeſsiones, vel alia id genus teſtamentis inſerta cõuellit. vt commune dogma eſſe conſtituo ex Deci. conſi.96. Ripa in l. nemo poteſt. nu.35. ff. de leg. lib.1. Guliel. Bened. in cap. Raynutius. in tracta. de leg. nu.35 de teſtam. Tiraq. de iure marit. ver. contraxer. glo.3. Ioan. Cæphal. conſi.61. num.31. E. Suarez.

338 Religionem vel monaſterium ingreſſus, an poſsit mutare vel reuocare teſtamentum prius factum ante ingreſſum? & an hæres ſtatim habebit eius hæreditatem? an verò debebit expectari mors naturalis? & vide Iaſon. in auth. ſi qua mulier. num.26. C. de ſacroſanct. eccleſ.

339 Teſtamentum ſi inueniatur cancellatum penès teſtatorem, præſumitur de eius voluntate. Iaſ. in l. ſi vnus. nu.9. C. de teſtamentis. communem dicit. Villal.

340 Confeſsio facta in teſtamento per teſtatorẽ, putà quãdo vſuras extorſit, vel male abſtulit, non ei pręiudicat, quin reuocãdo teſtamẽtũ illam poſsit reuocare, cùm talis confeſſio nõ dicatur ſpecies probationis, ſed vltimæ volũtatis, quæ eſt vſque ad mortẽ reuocabilis. glo. reputatur ſingularis in l. ſi quis teſtamentum. in verbo, chirographa, & ibi hoc vult do. Floria. ff. ad leg. Aquil. referẽs idem tenere Ang. in quæſtione exordiente, Senenſis miles, aliàs Aſtenſis. & Bald. in addit. ad Specul. in tit. de confeſ. §. confeſſio facta. Quod limitari fortè poſſet, niſi teſtator iuraſſet ſuper tali cõfeſsione, per auth. quod obtinet. C. de probatio. & l. cum quis. in §. codicillis. ff. de leg.3. Nõ reuocato autem teſtamento, bene præiudicaret ipſa confeſſio, ſecundũ d. Præpo. in cap. cum ſpecialis. §. porrò. col. vlt. extrà, de appella. Bald. decis. 2u1.

341 Cõfeſsio facta in vltima volũtate, per quã quis ſe fatetur debitorẽ alicuius qui eſt incapax, in certa ſumma pecuniæ, talis cõfeſsio nihil operabitur: quia cẽſetur facta in fraudẽ, & hoc in dubio præſumitur. l. quidã decedẽs. §. Titia. & ibi Bart. ff. de leg. 2. quare debitũ erit probandũ ab eo qui illud petit, nõ obſtãte tali confeſsione. Alber. in d. §. Titia. qđ etiã procedit ſi talis cõfeſsio eſſet iurata, vt ibi per Bart. quia tale iuramentũ nõ tollit fraudis ſuſpicionẽ. & Bald. in d. §. Titia, & in l. non dubiũ. C. de legibus. Salicet. in l. generaliter, n.16. C. de nõ numera. pecun. ita vt nec etiã in vim legati valeat talis confeſsio. Alber. in d. §. Titia. & Paul. Caſtr. in d. l. generaliter. n. 31. Fallit ſi talis confeſsio præſenti facta fuerit, per l. Lucius. §. quiſquis. in 2. ff. de leg.2. & ibi Bald. verùm ſi abſente aduerſario facta fuerit, induceret ea confeſsio fideicõmiſſum, ita vt talis ſumma cõfeſſata, quæ fuit certa, poterit peti vt legatũ, aut fideicõmiſſum. d. §. quiſquis. & ibi Alber. de Roſa. Iaſ. l. qui pecuniã. ff. ſi cert. pet. & l. admonendi. nu.158. ff. de iureiurand. Hippol. in l.1. §. præterea. ff. de quæſt. Felin. in c. ſi cautio. n.54. de fide inſtru. Emanuel à Coſta in l. ſi ex cautione. fallent.12. nu.1. & 2. C. de non nu. pecun. vbi quãplures huius ſententiæ doctores citat. inducit enim fideicommiſſum talis confeſsio facta de certa pecunia in vltima voluntate alio abſente cui fit, & non probationem: facta autem ea confeſsio aduerſario præſente inducit probationem. Paulus Caſtrenſis in l. generaliter, num. 10. C. de non numer. pecun. & ibi Salic. num. 19. induceret tamen probationem confeſſio facta in abſentia, quando eſſet iurata. l. cum quis decedens. §. codicillis. ff. de legat.3. & ibi Bart. vel ſi notarius pro eo abſente ſtipularetur. Bart. in eo. §. codicillis. Facta autem ea confeſsione in vtilitatem incapacitas, non valet. Decius conſ.474. Bellacomb.

342 Teſtator dicens Titiũ nõ eſſe ſuũ debitorẽ, poterit nihilominus hęres inſtitutus probare eũ debitorẽ, & ſic hæres non cogetur ſtare tali aſſertioni teſtatoris, niſi teſtator cum aſſertione & iuramẽto hoc aſſeruiſſet. l. rationes, cu authen. ibi poſita C. de probatio. & Alex. in l. ſi donatione. num. 5. C. de collat. Bellacomb.

343 Cõfeſſio, quæ in vltimę voluntatis elogio fit, ſeu mutui accepti, ſeu debiti ſit inſoluti, ſeu alterius rei perceptę, parte pręſente, aut eius nuncio, aut notario illius nomine accipiente, vſqueq adeò perfectam, aut legitimam probationẽ ſuppetit, vt nullus exceptioni non numeratę pecunię locus ſit. Sin verò neque corã partę, eiùſue nuncio, aut ſcriba illius vice accipiente fiat, magis legati, aut fideicommiſſi loco cẽſebitur, quã vllam probationis vim teneat: vt frequens placitum affirmo ex Iaſ. in l. qui pecuniam. ff. ſi cert. pet. & in l. admonendi. nu.158. ff. de iureiur. Hippol. in l.1. §. præterea. ff. de quæſt. Fel. in c. ſi cautio. nu.54. de fide inſtru. & non exiguam doctorũ phalangem producente Eman. à Coſta, in l. ſi ex cautione. fallen.12. nu. 1. & 2. C. de non numer. pecun. ac Viuio qui ſeſe magna non curantia intricat. lib.1. opin.414. E. Suarez.

344 Si maritus in ſuo teſtamento confiteatur, ſe habuiſſe à ſua ſecunda vxore aliquã ſummã pecunię, licet iuret ita eſſe, non tamen ſtandum erit tali confeſſioni, neq; in vim illius ea vidua poterit eam ſummam petere: talis enim confeſſio non probat debitum. l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de leg. 3. & ibi Bart. ſi tamen in ea voluntate maritus moriatur, hæres ad eã ſummam confeſſatam cogi poſſet, cũ morte mariti confirmata fuerit. Bart. in d. l. cum quis decedens. §. Titia. Bellacomb.

345 Filiusfamiliâs in poteſtate cõſtitutus, regulariter nõ poteſt teſtari, l. feminæ. & l. penult. C. qui teſta. facer. poſſ. & §.1. Inſtit. eod. tit. ac etiam patre volente, ac permittente. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. vbi ait Aret. col.3. quòd iſta eſt communis regula: quia teſte Apoſtolo ad Galat.4. tales non differunt à ſeruo. Imo patris conſenſus nõ operatur, vt teſtamentũ valeat. l. teſtamenti. eo. tit. & cap. licet. de ſepult. lib. 6. vbi latè per Alex. & alios in l. feminæ. C. qui teſta. fac. poſſ. & per Bertran. conſ. 280. cùm tempore præſenti conditi teſtamenti. in prin. vol.8.

Imò amplia hoc, ꝙ nõ ſolũ filiusfamiliâs nõ põt tẽſtari de aduẽtitiis, quorũ vſusfructus patri quęritur, ſed etiã de aduẽtitiis ad ipſum pleno iure ſpectantib. vt habetur in l. fi. & in l.3. vbi omnes doctor. cõmuniter ponũt. C. qui teſta. face. poſſ. Calder. conſ.10. in tit. de teſta. Io. Monteferratus in repet. l. frater à fratre. in fi. & Crotus ibid. n.121. ff. de cond. indeb. & iſta eſt magis communis opinio: prout ſcribunt Alex. Corn. Iaſ. & Rimin. in d. l. penult. in fi. C. qui teſta. fac. poſſ. & vltra pręcitatos doctor. idẽ tenet Roman. conſ.512. nu.3. Rub. conſ.93. nu.2. Rui. conſ.24. nu.2. vol.5. Iul. Clar. cũ cæteris ſignatis per eum in §. teſtamentum. lib.3. quæſt.18. & Soc. iun. conſ.77. nu.10. vol.2.

Ampliatur etiã, ꝙ filiusfamilias non poteſt teſtari pendente patris ſui captiuitate: & ſic filius ad teſtamẽtũ cõdẽdũ nõ admittitur, & licet eius pater ab hoſtibus captus ſit, ſec. Glo. fi. in l. ſi pater. ff. de inoff. rupt. Cyn. col. penult. Odofre. & Ang. in l. fi. C. de ſent. paſ. Imol. col.8. Iaſ. n.243. & Crot. nu.18. in l. ſi is qui pro emptore ff. de vſucap. Alex. nu.10. Iaſ. nu.9. in l. lex Cornelia. ff. de vulgar. Corn. conſ.204. col. fi. vol.3. Marium Solom. num 16. Eman. in 2. part. nu.92. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. ff. de liber. & poſthum. & iſta eſt communis opinio contra Bart. n.9. Bald. nu 15. contrarium aſſeuerantes. in l. fi. C. de ſent. paſſ.

¶ Ampliatur poſtremò, vt filiusfamiliâs minimè teſtamẽtũ cõdere valeat, licèt ſui iuris reputaretur, ſec. Bald. in l. 2. in fi. C. de ſentent. Alex. conſ.147. col penult. vol.7. Dec. in l. ſi emancipati. col.3. C. de collat. Alex. col.2. & Iaſ. in l.1. C. de ſentent. Cottam in memorab. in verbo, Opinio communis, il ſecundo & Tiraq. in legibus connubialibus, glo 8. nu 144. & illa eſt communis opinio, vt exiſtimant doctor. pręcitati.

Sed fallit primò concluſio, qñ pater ingrederetur monaſterium: tunc enim eius filij propter talem ingreſſum efficiũtur ſui iuris, poſſuntque teſtamentum condere, ſecundum Bart. in l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. vbi hanc limitationem probat tribus rationibus, & in l. patri. per illũ text. ff. de adulter. circa fin. Iacobus verò Butr. & Bald. poſt gloſ. ibi

in auth.

in auth excipitur,C. de bonis quæ libe. inclinauerunt in contrariam ſententiam, ſed primam Bart. & ſequacium aſſerit eſſe communem Iaſ. in d. l parte furioſo, num. 45. Moder. in cap. in præſentia de probatio. Alber. in auth. ingreſſi, nu. 13. C. de ſacroſanct. eccleſ. & Boeri. in deciſio. 121. num. 2. & ſequen.

Limitatur ſecundo loco, quando filiusfamilias patre cõſentiente, cõderet teſtamentũ de peculio aduẽtitio ad piam cauſam, eo quippe caſu proculdubio valet teſtamẽtũ, d. cap. licet. in fin. & tenẽt Ang. Bald. & Salyc. in d. l. ſenũ. Roma. in authen. ſimiliter in 13. priuilegio C. ad l. Falc. Feder. de Senis conſ. 298. & Va qui. cum aliis relatis per eum in tract. de ſucceſſ. proceſſ. titu. qui teſtari poſſ. lib. 3. §. 1. nu. 50. vbi recenſuit tres alias ſententias contrarias. & iſtam opinionem ſcribit eſſe communem Crotus in d. l. frater à fratre, vbi reſpondet omnibus ferè fundamẽtis Fulgo. cæterorũmq; Moder. contrarium aſſeuerantium in d. l. ſenum, & ſequitur quoque, & magis cõmunem ait Clar. in d. §. teſtamen. lib. 3. quæſt. 5. verſic. ſed nunquid filiusfamilias.

Et hoc etiã procedit in filiafamilias, quæ quidẽ licet nupta ſit, & cõducta ad viri domũ, proptereà patria poteſtas nõ finitur, ſed remanet in poteſtate patris, l. ſi vxor, vbi Glo. & Ang. C. de cõditio. inſer. & Gram. deciſ. 54. nobilis Portia, n. 4. & ſequẽ. Sed quæſtionẽ illã ad vtrãq; partẽ copioſe exagitat Rodericus Suarez in ſuis allegationibus in l. 9. titu. De los pleitos, n. 11. cũ aliis ſequen. & nõ poteſt de bonis maternis, ſeu ſuper dote facere teſtamentũ viuẽte patre, & etiã cũ licẽtia ipſius patris, vt per Glo. in l. filia. ff. ſolut. matrimo. Brunum in tract. quod ſtãtibus maſculis. q. 5. articu. 11. n. 77. Bal. in d. l. ſenum. quæſtio. antepenul. Iaſ. in l. poſt dotem ſub nu. 91. ff. ſolut. matrimon. Alex. conſ. 17. viſis. vol. 2. Bert. conſ. 327. eiũ tempore teſtamenti, nu. 1. vol. 8.

Niſi ad pias cauſas, & cum patris conſenſu, d. cap. licet §. fin. & iſta eſt communis opin. vt patet ex allegatis per Alex. & alios in d. l. ſenum, & per Barba. in rub. de teſtam. fol. 12.

Sed vtique poſſet teſtari ipſa filiafamilias, vbicunq; eſſet emancipata, ſecundum Glo. & Doct. communiter in d. l. ſi vxorem, & Felyn. in cap. ſuper eo. il 2. col 2. ext. de teſta.

Similiterq; filia ipſa maritata fit ſui iuris, & cõſequẽter filius fam. & filiafami. per contractũ matrimonij, liberãtur à patria poteſtate in Hyſpania, text. eſt. in l. Tauri, 47. & ibi Ciſuẽtes, & hoc idẽ obſeruatur in Ciuitate Neapolis ob cõſuetudinem Neapolitanã, incipiẽtẽ, Sed ſi mulier nõ obſtãte, vt refert Neapodanus ibi in verb. Nubit. Gram. in d. deciſ. 54. & cõſ. ciuili 63. n. 15. vbi hoc intelligit procedere quoad debitũ carnis operáſq; obſequiales. in cæteris verò dicit, q remanet ſub patria poteſtate, & lati⁹ hoc explicat cõſ. ciuili 87. n. 4. cũ aliis ſe. & bene dicit.

Nam mulier tenetur viro ad alia ſeruitia præter copulam, ſcilicet ad mutuum auxilium, & ad obſequium, ca. nuptiarum. 27. q. 1. & eſt Glo. fin. in cap. quidam. de conuerſio. coniug.

Vbi vir profeſſus in monaſterio cõpellitur exire, & vxoris neceſſitati præſtare obſequia. Et hoc eſt quod dixit Adam Deo. Mulier, quam dediſti mihi ſociam, dedit mihi, & commedi: facit cap. 1. de coniug. lepro.

Vbi mandatur, quòd vxores viros, & viri vxores, qui lepræ morbum incurrunt ſequantur, & eis coniugali affectione miniſtrent, & ſi non faciunt, aſtringuntur ad hoc vinculo excõmunicationis, vt ibi dicitur, & in cap. tranſmiſſa. de eo, qui cogno. conſang. vxor. ſuæ, ibi neceſſaria ſubminiſtrans.

Et dato propter huiuſmodi conſuetudinẽ filiafã. nupta, & cõducta ad domũ viri, nõ remaneat in patris poteſtate; nihilominus ipſa filiafã. mortuo marito, & in viduitate perſiſtẽs, nõ remaneret ſui iuris, ſed reuerteretur in poteſtatẽ patris, vt tenet Sepec. in titu. de tuto. §. quod ſi mulier, & Afflict. in cõſtit. proſequẽtes. n. 12. lib. 1. rub. 31. & ita ſeruatur vbique, prout refert Boer. in deciſ. 197. n. 4. & Gramm. d. deciſ. 54. n. 9. cũ aliis ſeq. vbi refert ita deciſum extitiſſe in Sacro Regio Concilio Neap.

¶ Sed aduerte, quòd licèt hoc procederet in Ciuitate Neapolis, & in Gallia, tamen iudicio meo in Hyſpania non haberet locum aliquo modo: nã d. l. 47. Tauri, loquitur generaliter videlicet, q filiusfa. & filiafa. nuptus, ſeu nupta, ſemper & perpetuò in omnibus rebus habeantur tãquam emãcipati, & ſui iuris: nimirum ergò eſt ſi poſt mortem mariti ipſæ mulieres non reincidant in patris poteſtatem.

Benè tamen verum eſt, quòd pater mortuo marito non haberet actionem ad dotem aduentitiam filiæ: cùm illius dotis aliter adminiſtrator non ſit; & ſic ſoli filiæ exiſtenti in patria poteſtate ad dotem repetendam actio ipſa conceditur, ſecundum Docto. omnes in auth. quod locum. C. de collat. & Alex. cõſ. 20. viſo proceſſu. col. fina. vol. 2. & eſt tex. in l. 1. §. quòd ſi patris, vbi cõmuniter Doct. ff. ſolu. matrimo. & in l. Casus. eod. titu. & benè faciunt, quæ narrantur per Corn. conſ. 162. vol 2. & conſ. 138. col. 1. & ſeq. vol. 3. Alexan. conſil. 158. in 3. dub. volu. 5. & conſ. 31. colum. 4. vol. 6. Barbat. conſ. 61. vol. 2. Contrarium verò concluditur in dote profectitia promiſſa, & tradita à patre, vel eius contemplatione, iuxta l. profectitia. ff de iur. dot. & Caſt. in l. fi. col 2. verſ. ſed pone quintò. C. cõmunia vtriuſq; iud. quia pater iure hodierno eſt legitimus adminiſtrator in dote profectitia filiæ, vt explicatur infrà opinio. 601. Pater eſt legitimus adminiſtrator.

Et hinc eſt, quod dos profectitia data à patre pro filia, nulla interpoſita ſtipulatione, ac pacto facto, & mortua poſt modũ ipſa filia in poteſtate patris cõſtante matrimonio, ſiue ſuperſtitibus filiis, ſiue non, ſecundũ ius commune deberet reuerti ad ipſum patrẽ dotãtem, ſecundum Bart. nu. 28. cũ aliis ſeq. Iaſ. nu. 99. & alios omnes in l poſt dotẽ. ff. ſolu. matr. vbi opinionem iſtam cõmunem ait idem Bart. & l. vbi adhuc. C. de iure dot. & l. dos à patre. C. ſolu. matrim. & not. Crauet. in tract. de antiquit. tẽpo. in vltima par. nu. 44. & Rolan. in tract. de lucro dotis. q. 2.

Sed ſententia Marti. Gloſſatoris ibidẽ contraria de generali cõſuetudine obſeruatur, & approbatur, videlicet, quòd dos in præſenti caſu debeat eſſe liberorũ, & cõſequẽter retineri debeat per maritum, pro ipſis filiis: prout firmat Barto & alij, & præſertim perſpicaciſſimis D. Cardinalis Albanus in l. dos à patre. C. ſolut. matr. quod ampliat vtiliter Iaſ. in d. l. poſt dotem.

Quæ quidem conſuetudo generalis, prohibens dictã dotem reſtitui patri, & ita ampliata limitatur nõ procedere, vbicũq; matrimonium prædictum diſſolueretur per mariti mortẽ, & decederet mulier vidua exiſtẽtibus ex ea filiis, & patre ipſius mulieris, & ſic quãdo decederet primò maritus, & poſtea vxor ſtantibus liberis, tũc non veniret tanquã exorbitans extẽdenda ad præſentem caſum, ſed reſtringẽda ad caſum ſuum; & cõſequenter pater dotans repetere poſſet antedictam dotem, vt voluerunt Bart. in d. l. poſt dotem. nu. 31. Alexan. & Iaſ. nu. 102. & ſequen. cum aliis aggregatis per eum, vbi prædicat iſtã eſſe cõmunem opinionẽ, prout cõmunis eſt, & ſacroſancta, vt meminit etiam Cardinalis Albanus in d. l. dos à patre, in fine. & ſecundum eam vltra bis vidimus iudicari in facti contingentia.

Et aduerte, q ipſa filiafamilias tã in dote aduẽtitia, quàm in dote profectitia, vbicũq; actio de dote eſſet dũtaxat ipſi⁹ filiæ, ob donationẽ ei factã de integra actione dotis, haberet hęredẽ ab inteſtato, ſecundũ Bart. quæſt. 3. & ſeq. Caſtr. Alex. & Iaſ. n. 92. cũ cæteris ſequen. in d. l. poſt dotẽ, vbi oſtendit iſtã eſſe communẽ opinionẽ, & licet inibi aſſerat cõtrariam ſententiam ſimiliter communẽ fore, nihileminus ſequitur Bartol. & ſequaces, & tuetur eorum opinionem, à qua tanquam realiter communi periculoſum, imò fatuum eſſet in deciſiuis diſcedere.

Sed vt redeat ſermo noſter vnde fluxit, dic q Galli etiã, qui nõ ſunt in poteſtate patris, poſſunt teſtari abſq; patria licẽtia vt refert Bald. in cap. 1. §. fin. de duo. fratri. de no. Et Hyſpani quoq; filiifamilias, & filiæfamilias poſſunt teſtari etiã, text. eſt in l. 5. Tauri, vbi Michaël Ciſuentes; Imò poſſunt ſimiliter teſtari prædicti filiifamilias Galli, & Hyſpani de aduẽtitiis, vide quæſtionẽ poſitã per Bal. in l. fin. C. communia vtriuſque iud. nu. 8.

Limitatur, ac declaratur tertio loco, quãdo filiusfamilias teſtaretur de bonis ſibi donatis per Principẽ. de quibus quidem teſtari poteſt, vt ſentiũt omnes Doct. cõmuniter in l. cum multa. C. de bonis quæ liber. per illum textũ, & Alex. in l. 1. §. hoc autẽ. ff. ad Trebel. & iſtam eſſe cõmunem pouit Crotus in repeti. d. l. frater à fratre, nu. 112. vbi ait, quòd contrarium eſt verius.

Interpretatur quartò, quãdo filiusfamilias teſtaretur de peculio caſtrenſi, vel quaſi caſtrenſi, tunc enim valebit teſtamẽtũ, l. fin. C. de inoffi. teſtamẽ. vt per Corn. conſ. 87. circa dubia. col. 3. vol. 3. & Alex. conſ. 2. in conſultatione. vol. 6. quia in bonis caſtrenſibus, vel quaſi ipſe filiusfami. habetur pro patrefami. l. 1. ad Mace. Bar. in l. ſi is, qui pro emptore. in 3. q. princ. ff. de vſucap.

Quintò limitatur, q licet filiusfamilias nõ poſſit teſtari etiã patre conſentiente, poteſt tamen donare cauſa mortis patre permittente, l. tam is. §. fina ff. de donatio. cauſa mort. Bertran. conſil. 35. donatio cauſa mortis. volu. 6. Imò ipſe filiusfami. bona aduentitia etiam pleno iure habens, non poteſt de eis donare cauſa mortis abſque conſenſu patris, ſecundum communem opinionẽ, quam citauit, & declarauit, ac ita conſuluit Rubeus conſ. 46. & conſ. 127. atque eidem inhæret eum citatis per eum. Vinc. Maxilla in conſuetudinibus Ciuitatis Bari, in conſuetudine dos à patre profecta, ſub nu. 147. tit. de iure dotium, fol. 88. &

Clar. in §. donatio. q. 6. verſ. aut verò quaris, vtrum poſſit donare? vbi decit ſimiliter magis communem, & poſuit alia multa vtilia circa conſenſum ipſum præſtandum per patrem.

Quā tamen limitationē ſane intelligas, vbi præſtatur cōſenſus in aliorū cōmodū, nō ipſius patris illū pięllātis: quia fili⁹, vel filiaf. nō pōt donare patri cauſa mortis cū eius conſenſu ſimplici, & nō interueniēte iudicis authoritate, de qua in Gl. in l. ſi furioſi. C. de nup. & ibi Doct. eſt glo. ſingularis, & ibi Bar. in l. 1. in fi. ff. de auth. tut. ſequūtur Mod in l. 1. §. fuit quaſitū. ff. ad Tre. Bar. im. & doct. in d. l. tā is, idē Bar. in l. frater à fratre. ff. de cōd. inde. idē Inn. in c. nōnne, de praſu. & Bal. in l. ſi vxori, n. 1. C. de cōd. inſer. in l. bonorū, la 2. n 9. C. qui adm. Gl. & Bar. in d. l. ſi furioſi. lo. And. in add. Spec. in tit. de inſtr. edit. §. porrò. in add. incip. Petrus. Soc. cōſ. 87. vol. 1 Inn. in c. dudū de reb. eccl. nō alie. Cor. cōſ. 242. n. 1. vol. 4. Cy. in l. femū C. qui teſt fac. poſ. Dec. conſ. 280. n. 5. & ſeq. & Tiraq. in ll. cōnubia. Gl. 8. n. 115. & ſeq. quā quidē Glo. ait com. eſſe Bal. cōſ. 50. in pr. vol. 2. Soc. cōſ. 112. in 2. dubio, vol. 1. idē cōfirmat, addēs à tali opinione: cū ſit com. nō eſſe recedēdū: & in d. l. j. §. fuit quaſitū, c. 6. refert illā magis cōmuniter ſequi Doct. & Rimin. Inſtit. de don. in pr. n. 521. & copioſus doct. D. Hora. Mand. in adds. Rom. cōſ. 515. vltra quos illā fatētur cō. alij relati per Cla. in 4. lib. Sent. in §. donatio. q. 6. ver. quero etiā. & ver. cōtrariā autē ſententiā. vbi plures refert: & ſic vt vides, ipſam fore magis com. & veriorem, & ab ea nō eſſe in iudicādo recedēdū, & ita per prædicta ſublimitatur dicta limitatio.

Quam ſublimitationē (vt de plano procedat) limita primò nō habere locū, quàdo pater cōſenſit bona fide, & nō eo duntaxat animo, vt alios defraudaret ſucceſſione, prout eſſet quādo extātib⁹ alijs ex filia ipſa cū eius cōſēſu donaret patri, tūc enim valet donatio facta patri, Bald. in d. conſ. 19. verſ. poteſt dici, vbi dicit hoc eſſe ſatis ęquum, quod ſequitur Soc. in d. conſ. 112.

Secūdò limita nō procedere vbicūq; pater generaliter conſentiret, ꝙ filius, ſiue filia poſſit donare cauſa mortis quomodocūq;, qualitercūq; & cuicūq; nō ſpecificè, vt ſibi donaret: tūc. n. valeret actus, etiam ſi filius poſtea donet ipſi patri, ſec. Bal. cōſ. 16. quatuor pūcta. relatū per Soc. vbi ſ. aſſerētē id æquiſſimū eſſe, quod ſequitur etiā Cy. & Iac. de Aret. in d. l. j. ff. de auth. tut. in quibus caſ. intelligatur procedere dictū Pet. in d. l. j. & eiuſdē Bal. in l. ſi quādo. §. 1. C. de inof teſt. vbi in locis pręcitatis ſibi videtur cōtrarius. Anch. qui ſimiliter ſibi videtur cōtrarius in loco prædicto, & Cum. in d. §. fuit quaſitū, & idē Ang. cōſ. 203. pactū tale eſt. Fulg. & Pau. Caſt. in d. l. femū, & in d. l. qui in poteſtate, vbi refert vidiſſe cōſilia quāplurimorū Doc. ita tenētiū, ꝙ pater poſſit præſtare cōſenſum filio ſibi donāti mortis cauſa. Old. cōſ. 36. Rom. cōſ. 515. Anch. cōſ. 106. Alex. in d. §. quaſitū, & aliorū idē tenētiū, quutū opin. de iure veriorē eſſe poſt Bal. & Soc. in cōſ. mentionatis affirmat ibid. Alex. & illā admittit eſſe com. Maxilla in d. cōſuetudine, Dos à patre profecta, ſub. n. 142. & ſeq. & Cla. vbi ſ. verſ quero etiā vbi inquit fuiſſe opus magna librorū reuolutione, dū fuiſſet hæſitatum, quę prædictarū opinionū eſſe magis cōis: & ſecūdū eā ita, & taliter intellectā dicit eſſe iudicādū Soc. in d. l. cōſ 112. v. vnde dis iudicās: quod ſatis placet, & plurimū rationi cōfert, quicquid alij dixerint. Nō enim omninò, & indiſtinctè videtur verū, & indubitatū fundamentū, quo præcipuè fundatur ſupra relata huic contraria opinio, ꝙ cōſenſus patris pręſtādus filio requiratur ad authorādā, & integrandā perſonā filij, nō aūt ad præiudiciū patris, licèt Cla. vbi ſ. q. 6. v. habes ergò, admoneat id eſſe cōiter receptū: ea ratione, ꝙ de iure antiquo filius poterat agere ſine cōſenſu patris, vt eſt tex. in l. noxalis. ff. de noxa. & no. Bar. in l. cū nō ſolū. §. neceſſitatē. C. de bonis, quæ libe. n. 2. Et ꝙ agere nequicquā, poſſit abſq; cōſēſu patris, fuit introductū poſt iura C. per ꝗ fuit delata proprietas filio in bonis per ipſū acquirēdis, & patri ablata, ſecūdū diſpoſitionē l. cū oportet. C. eo. vnde nō ſimpliciter ad integrādā perſonā filij patris cōſēſus requiritur, ſed ratione præiudicij ipſius patris, & quaſi in recōpēſatione iuris filio delati, & fauoris, quos fuerat ipſe pater priuat⁹: quod & cōprobatur authoritate, ꝙ ſi filij perſona ſimpliciter nō eſſet integra citra cauſā præiudicij prædicti ipſi⁹ patris, nō poſſet vtiq; fili⁹ donare donationis titulo inter viuos illa bona, in quib⁹ patri nō quęritur vſusfructus abſq; ei⁹ cōſēſu: ꝙ eſt falſū, & cōtra com. opin. Doct. relatā per Craue. cōſ. 84. n. 9. & conſ. 92. poſt n. 1. verſ. ſed poſito, vbi dicit in hoc neminē eſſe, qui dubitet, & cō. eſſe fatetur etiā Hor. Mād. in add. Roma. cōſ. 512. in litera B. & ſi magis cōis opinio ſit, ꝙ nec huiuſmodi bona filius poſſit abſq, patris conſenſu cauſā mortis donare, vt refert Clarus vbi ſ. ver. aut verò, & Rubeus in d. cōſ. 46. ex huiuſmodi: ſiquidē caſuū varietate pſonā filij in ſe citra cauſam prædictā integrā eſſe, vel nō eſſe videtur inferri minimè poſſe ex prædictis; & alijs not. per Bar. & Doct. in d. §. neceſſitatē, quorū opinionē prædicat eſſe communem contra Glo. ibi Alex. in d. §. fuit quaſitum, & veriorē, & tenendā eſſe.

Sed aduerte, ꝙ cōſenſus patris, qui requiritur in donatione cauſa mortis faciēda p filiūfa. iuxta l. tā is. §. fili⁹ fa de don. cauſa mor. debet interuenire tēpore quo fit donatio, alioquin ſi facta donatione pater ipſā ratificaret, nō teneret. ita elegāter Bal. in l. ſi vxor. C. de cōd. inſer. & refert, & ſequitur Cremē. ſing. 69. ac etiā Marſi. in pract. crim. in 2. q. prin. in fi. pract. n. 5. & nota, quia occurrēdo hoc in facto quilibet prima frōte diceret cōtrariū,

Nā conſenſus de ſui natura poteſt interuenire, & adhiberi ex poſt facto, & etiā tacitè, iux. doctrinā Bar. in l. ſi aūt plures, de aqua plu. arcen. & not. per Doct. in l. conſenſu. de actio. & obli. & bonus text. qui hoc probat etiā poſt rem inchoatā, & ineſſe deductā in l per feudū. ff. de ſer. ruſt. præd. & vide not. per Alex. & alios in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. ff. de aquir. hære.

Sed aduerte, ꝙ licet donatio cauſa mortis facta à filiofa. per ſuperueniētē patris cōſenſum, nō cōualidetur: tamē cōſenſus iſte ita præſtitus, & ratificatio eiuſdē donationis facta poſt donationē à patre vtiq; valeret, & teneret, ſi filius in prima volūtate perſeuerare appareret, vt concedit Bar. in l. tam is, §. fi. in fi. ff. de donat. cauſa mortis. Ang. Aret. Inſtitut. quibus non eſt permiſ. fac. teſt. in princ. & facit l. 1. §. ſed ſi filiusfa ff. de leg. 3.

Et tūc quinq; nēpè teſtes requirerētur ad probandū directā perſeuerātiā ipſam filij, ſecundū Ang. in loco præcitato., pro quo allegat tex. in d. l. 1. § ſed ſi filiusfa. & ibi Bar. & faciūt notata per eundē Bar. in l. hæredes palam. §. ſi quid poſt. ff. de teſtam.

Itidē ipſa donatio facta per filiū patri minime valeret, vbicūq; extitiſſet facta incontinenti poſt præſtitū conſenſum. Nā quotieſcunque duo actus celebrarentur eodem die & loco, & coram eiſdem teſtibus, vnus quippè ex eis videretur celebratus contemplatione alterius, vt firmant Bald. in l. petens. C. de pact. Soc. conſ. 273 col. 3. vol. 2. & Corne. conſ. 36. vol. 2.

Sed hic pulchrū eſt diſquirere de ratione, quare filiusfa. de patris volūtate teſtamentū facere non poteſt, & nihilominus cauſa mortis donat patre permittēte? Reſpondeas breuiter, ꝙ communis ratio eſt, quæ originaliter fuit Accur. in §. 1. Inſtit. quib. non eſt permiſſum face. teſta. & d. l. tam is, §. fin. Nam donatio cauſa mortis, & ſi contractus, & vltimæ voluntatis naturā redoleat, magis tamen accedit contractui. & de huiuſmodi cōmuni ratione teſtatur Coraſius, in repet. l. qui liberos, nu. 29. cum alijs ſeq. in 2. lect. ff. de ritu nupt. vbi vltra rationē cummunē prę citatā, aſſignat aliam meliorem. & hanc rationē communem approbat etiā Bar. poſt Dyn. in d. l. tam is, §. 1. Ang. Are. Inſtit. quib. non eſt permiſſum fac teſta. in prin. Gl. & Doct. in l. ij. in prin. ff. de don. Ang. Aret. & alij Inſtit. de donat. in prin.

Et quatenus diximus, ꝙ filius de patris cōſenſu poteſt donare cauſa mortis, d. l. tā is, §. 1. nota hic, quòd licèt poſſit donare filius, tamē nō poteſt legare, fideicōmittere, aut cōdere codicillos, vt probatur in l. ij. ff de leg. j. à cōtrario ſēſu, iūcta l. qui in poteſtate. ff. de teſtā. & Inſti. quib. eſt permi. fac. teſtā. in prin. & iſtā differentiā pariter firmauit Glo in d. l. ij ff. de leg. 1. cū quia cōmuniter alij Doct. trāſeunt, vt refert Ruin. in prin. ibi, & Glo. in d. l. femū, vbi Iaſ. n. 8. ſimiliter teſtatur iſtā eſſe cōmunē opinionē: idémq; tenet Alex. cōſ. 53. n. 8. vol. 7. Bertrā. in d. cōſ. 327. ſub n. 1. Domi. Peruſ. & alij in c. ſi pater. de teſt. in 6. vbi Gomez. col. 1. dicit circa hoc nō eſſe dubiū, ſicq; omnes concludere, aliósq; refert eiuſdē ſentētiæ Dilect. in tract. de arte teſtā. cau. 1. tit. 1. col. 1. & ponit Guliel. Bened. in repe. c. Raynutius. de teſta. n. 48. Solus Cuma. in d. l. tā is, §. 1. & in d. l. qui in poteſtate tenuit cōtrariū, videlicet, ꝙ nec etiā donare cauſa mortis poſſit fili⁹ patre quantūuis cōſentiente, per multas rationes: tamē cōcludebat ipſe Cum. non eſſe contra ſtimulū calcitrandū, & ſic in cōmunem ſentētiā declinabat, quā ſequūtur reſpondēdo omnibus fundamētis Cuma. & Soc. in. in l. ij. n. 15 ff. de leg. 1. & celeberrimus iuriſcōſultus D. Guliel. Pōtan⁹ præceptor me⁹, n. 15.

Sed aduerte, ꝙ donatio ipſa cauſa mortis fact à filiof. de neceſſitate requireret pręſētiā donatarij, vel alteri⁹, qui pro eo huiuſmodi donationē acceptaret, aliàs nō teneret, nec valeret ſec. Doc. in d l. femū, & ita cōſuluit Bertran. in d. conſ. 327.

Sexto loco limitatur, ꝙ quamuis filiusfamilias teſtari nequeat, etiam patre conſentiente, poteſt tamē diſponere inter

viuos

vinos de bonis. in quibus parri vſusfructus non quæritur, ſecundum com. opin. omnium doctor. quam eitat, & latè declarat Crauet. *conſ. 84. nu. 9.*

Item cõſuetudo poteſt cõcedere filiofam. ius teſtãdi, & oĩa quæ ſunt de iure poſitiuo faciendi, vt voluerũt Inno. *in c. Raynutius. de teſta.* Ancha. & Imol. *in c. 2. eod. tit.* Bar. & alij *in l. ſi quæramus.* Paul. Caſt. *in l. qui in poteſtate. ff. de teſta. col. 1.* Bald. *col. 1.* & Iaſ. *col. 1. in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl.* & Bal. *in trac. ſtatutorum, in verbo, teſtari, verſi. ſtatutum, ſiue conſuetudo.*

Et conſuetudo hæc, ſeu ſtatutum diſponens, quòd filiusfamiliás poſsit teſtari: aduerte, quòd licet ſit contra ius cõmune, nihilominus interpretari debet, ſecundum ius cõmune, dummodò in huiuſmodi teſtamento adhut ſeptem teſtes rogati, requiſiti de iure cõmuni, vel quinque requiſiti ex forma ſtatuti: quia hoc ſtatutũ recipit interpretationẽ paſsiuã à iure cõmuni, vel ab alio ſtatuto. Bar. & oẽs *in l. 1. §. lex Falcidia.* per illũ tex. *ff. ad l. Falc.* & Iaſ. *in l. oẽs populi, n. 62. ff. de iuſt. & iur.*

Limitatur etiã mẽtionata regula, quòd ſi filia teſtaretur de dotibus ſuis poſt mortem patris, valeret, & teneret abſque dubio aliquo huiuſmodi teſtamentum: ſecun. Bald. *conſil. 49. quæſtio iſta eſt de apicibus iuris. vol. 2.* quod interpretatur, ſeu limitatur per Caſtr. *conſ. 108. ſuper eo, de quo quæritur, in fi. cum conſil. ſeq. in vol. antiquorum conſiliorum, ſecundum primã impreſſionem,* vt locum habeat, niſi pater in dote ipſi filiæ ſubſtitutionem feciſſet: quæ limitatio falſiſsima redditur, & cõmuniter improbatur per Scriben. variis in locis iuris noſtri.

Claudicátque etiã vlt. loco eadẽ regula, vt ſi filiusfa. cõderet teſtamẽtũ patre cõſentiẽte, opponerétq; in ipſo teſtamẽto illã clauſulã, ſi nõ valet, vel valuerit iure teſtamẽti, valeat eo iure quo valere põt, vt tũc talis diſpoſitio minimè valeat vt donatio cauſa mortis. ita Salic. & oẽs cõiter *in l. ſenſũ. C. qui teſta. fac. poſſ.* Ang. Aret. Port. & cæteri oẽs vnanimiter, & cõcorditer *Inſtit. quibus non eſt permiſſ. facere teſtam. in princ.*

Siquidẽ ſpecialis & ſpecifica requiritur ad hoc concesſio, vt filiusfa. cauſa mortis donare queat. *l. filiusfam. §. fi. ff. de donat.*

Et ſpecificum eſt, quod ab omni generalitate eſt abſtractũ. *l. ſed & ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut.* & facit *l. fin. §. deciſionem. C. de adminiſtra. tutor.*

Imò adeò neceſſaria eſt ſpecialis permiſsio in donatione cauſa mortis, vt ſi quis ſuo filio generaliter donare permiſerit, nõ poſſet quippè ex tali permiſsione cauſa mortis donare, niſi ſpecialiter hoc ei pater permitteret. *d. l. filiusfa. §. fi.* Viui. *opi. 302.*

346 Contractus fieri ac cõfici poteſt in vltima volũtate, nec recipit naturã vltimæ volũtatis, ſed ſeruat naturã ſuã, & erit cõtractus inter viuos, ſec. gl. & Bart. *in l. hæredes palàm. §. fi. ff. de teſta.* Alex. Imol. Iaſ. & alios *in l. nemo põt. ff. de leg. 1.* & Cæpol. *in tract. cautelarũ, caut. 129* & iſtã dicũt eſſe com. opi. Ben. *in repe. c. Raynutius. verb. teſtamẽtũ. 2. n. de teſta.* Rom. *conſi. 71.* Pomates *in additio. ad Bar. d. §. fi.* Dec. *conſi. 296 & 293.* Moder. *d. l. nemo põt.* Boër. *deciſ. 353. n. 4.* & q iſte cõtractus ſeruet naturã ſuã, vt ſit irreuocabilis, tenẽt & decidũt etiã Bal. Sal. Pau. de Caſt. & Alex. *l. ſi auia. C. de iur. delib.* vbi ſi quis de hæreditate ſibi delata, diſponat in teſtamẽto, eo caſu videtur eã ſimul adire, licet reuocet teſtamẽtũ, nõ tamẽ reuocatur cõtractus aditionis, & ſequitur Aret. *d. §. fi.* & Ripa *d. l. nemo poteſt. n. 32. & 35.* Similitérq; probatur hoc alio exẽplo, videlicet, ſi teſtator legaret Titio decẽ, quæ cõfiteatur ei præſenti debere, licet poſtea reuocet teſtamẽtũ, tamẽ dicta cõfeſsio firma manet, nec reuocatur, tradit Bart. *in l. cum quis decedẽs. §. codicillis. ff. de leg. 3.* Imol. *d. §. fi.* Paul. de Caſt. *in l. 3. §. fi. n. 5. de liber. & poſth.* Old. *conſi. 144. factum tale.* Alex. *conſi. 45. vol. 2.* Rom. *in l. ex hac ſcriptura. in prin. ff. de leg. 1.* Rui. *cõſi. 169.* & Deci. *d. cõſ. 296.* & Ripa *d. l. nemo poteſt. n. 34.* & iſte contractus factus in vltima voluntate, non indiget probatione 7. teſtium, vt requiruntur in teſtamento, ſed ſufficit numerus duorum teſtium: nam per duos teſtes poteſt probari, ſicut probãtur cæteri contractus regulariter. *l. vbi numerus. ff. de teſtib.* & ita tenent Alex. & Imol. *in d. l. nemo poteſt.* Cæpol. *in d. caut. 129.* Iaſ. *in l. 2. C. de bon. poſ. ſec. tab.* Rip. *in d. l. nemo poteſt. num. 32.* vbi ait hanc eſſe com. opi. & Deci. *in d. conſi. 293.* F. Viuius.

Intellige tamen hoc procedere, ſi tales cõtractus nõ inultum à teſtamento abhorrent. ſecundum communem per Alciat. *l. 1. §. quæ præſens. nu. 21. ff. de verbor. obligat.* Iul. Clarus *§. teſtamentum. quæſt. 77. ad fin.* E. Suarez.

De hæredibus inſtituendis, & quæ perſonæ inſtitui non poſſunt.

TITVLVS XIIII.

Relatus non habens filios, vel propinquos, poterit in bonis ſuis patrimonialibus teſtando, extraneum inſtituere, & eum præferre eccleſiæ. cõmunẽ dicit Clar. *§. teſtamentum. quæſt. 27. verſi. circa.* P. Fich.

2 Filius hæres inſtitutus in proprietate, & alius in vſufructu omniũ bonorũ paternorũ ab ipſo patre, filius ſuam legitimã conſequi poterit etiã in ipſo vſufructu: nã talis cẽſetur vſufructuarius reſeruata legitima filio. Dec. *conſi. 418.* & Boer. *deciſ. 94. n. 2.* Iaſ. *in auth. nouiſsima. C. de inoffi. teſta.* Ben. *in repet. c. Raynutius, in verb. cætera bona. nu. 23. de teſtam.* Paul. Caſtr. *in l. Papinianus. §. quarta. nu. 8. ff. de inoffi. teſtam.* Chærianus.

3 Hæres in vſufructu inſtitutus, nullo alio dato hærede in proprietate, cenſetur hæres inſolidũ. *l. 1. §. ſi hæres. ff. ad Treb.* & *l. ex facto proponebatur, eod.* Alex. *conſi. 111. vol. 2. repetito in cõſ. 45. vol. 4.* idem Alex. *conſi. 161. in 2. dubio. voto 2.* Barb. *cõſi. 71. per totũ, vol. 3.* Idẽ dic ſi ſint duo hæredes in vſufructu, nullo alio dato hærede in proprietate: nã illi duo cẽſentur hæredes vniuerſales in tota hæreditate. *d. l. ex facto.* Bart. *in l. ſi ita quis. ff. de hæred. inſtit.* Alex. *cõſi. 45. in 4. vol.* Quòd ſi quis in vſufructu fuiſſet inſtitutus, & poſt eius mortem quidã alius fuerit ſubſtitutus, talis ſubſtitutus poſt mortem hæredis accipiet hæreditatem iure fideicõmiſsi. Dec. *conſi. 278.* & Alex. *conſil. 111. vol. 2* & Iaſ. *in l. extraneum. C. de hæred. inſtit.* Chæria.

4 Si pater in cõtractibus, aut in actibus inter viuos, aliquẽ nominet, vel appellet hęredẽ ſuũ, videtur in eũ nominatũ ſuũ supremũ iudiciũ cõtuliſſe, & ſic eũ feciſſe hæredem videtur. Quod in patre procedit, qui vnũ ex ſuis filiis nominat hæredẽ in aliquo actu inter viuos: aut in pia cauſa hoc locũ habet, & nõ in aliis perſonis. *l. tale pactũ. §. fi. ff. d. pactis.* & ibi Iaſ. *nu. 10. per l. fin. C. famil. erciſcun.* & Soc. *conſi. 49. nu. 6. in 4. vol.* Idem.

5 Auus nepotẽ legitimũ ex filio etiã ſpurio, põt hæredẽ inſtituere. *l. fi. ff. de his quibus vt indi.* locũ habet *l. fin. & auth. ex cõplexu. C. de natura. liberis.* qđ ſiue certũ ſit, ſiue dubiũ, q ille nepos hæres inſtituatur à ſuo auo, vel cõtẽplatione filij ſui naturalis, ſiue ignoretur: quia in dubio fraus aut delictũ non præſumitur. *l. merito. ff. pro ſocio, d. l. fi. de his quib. vt indi.* Bar. *in l. Gallus. §. quid ſi is.* & eam com. opin. eſſe, & tenendã aſſerit Iaſ. *in eõ §. quid ſi is. n. 24.* vitiũ enim paternũ refrenandũ eſt: & ſufficit ipſum ſpuriũ filiũ puniri ex ſe, cùm patri ſuo naturali nõ poſsit ſuccedere, nõ qđ etiã ei⁹ filius legitimus puniatur ex delicto paterno, cùm pœnę ſint perſonales, & ſuos authores ſequi debẽt. *l. ſancimus. C. de pœnis.* & maximè cũ ipſe pater in alio puniatur, nẽpè q eo caſu quo eius filius legitimus eſt à ſuo auo hæres inſtitutus, nullus vſusfructus ipſi patri naturali acquiritur. Deci. *conſi. 462. in fi.* filius autẽ qui eſt legitim⁹ nõ impeditur quin poſsit hæres inſtitui. Iaſ. *ibi n. 25. per eam l. fin. C. de natural. liberis.* Fallit tamen ſi auus haberet filios ex ſuo matrimonio, quib⁹ extãtibus, tũc nepos ex alio filio naturali, aut ſpurio ſeu inceſtuoſo, nõ poſſet hæres inſtitui. *d. l. fin. C. de naturalib. liberis.* & in hoc omnes cõcordãt, vt per Iaſ. *in eo loco.* & Corn. *cõſi. 25. in 1. vol.* ab inteſtato autẽ tales nepotes quãtũuis legitimati nati à filio naturali, auo nõ poſſunt ſuccedere. *d. l. fi. de natur. lib.* Dec. *conſi. 462. n. 15.* F. Turz.

6 Statutũ diſponens quòd naturales, & ſpurij poſsint ſuccedere patri quẽadmodũ & legitimi, non valet. Bald. *in l. 1. ff. de teſta.* Bal. *l. 1. C. de iure aur. annulo.* quia tale ſtatutũ præbet fornicãdi occaſionẽ, cõtra *l. conuenire. ff. de pact. dotal.* & ita per illam rationẽ tenet Feder. Senenſ. *conſi. 223. & 227.* Bal. *in l. eam quã. C. de fideic.* Imol. *l. 3. ff. de teſta.* & iſta opinio eſt cõmunis, quã etiam & ſequitur Ioan. Baptiſt. de S. Seueri. *in repe. l. omnes populi ff. de iuſt. & iur.* Ang. Aret. *in tract. de teſta.* Dec. *c. 1. de conſtit. & in c. in præſentia. de probat.* licet ipſemet Deci. parũ ſibi cõſtans, cõtra cõmunẽ efficaciſsimis fundamẽtis ſequitur & ſuſtinet Palęotus, *in trac. de nothis & ſpuriis. q. 54.* tamen quicquid iſti ſuadeãt, ob hoc nõ diſcedo à ſentẽtia cõmuni, tãquã magis æqua, & meliorib⁹ rationib⁹ vallata. Limita prædicta, q quãuis filius illegitimus vigore ſtatuti præfati patri ſuccedere nõ poſsit, tamẽ de iure cõmuni omnis filius illegitimus ex coitu nõ accuſabili nat⁹, ad ſucceſsionẽ matris admittitur, niſi mater ſit illuſtris. *l. ſi qua illuſtris. ff. ad Orfic.* & voluit Corneus *conſi. 2. in præſenti. in fi. lib. 1.* & per cõſequẽs ante obitum matris filij habebũt alimẽta, quia mater locuples tenetur alere filium ſpurium, vt not. Bart. *in auth. ex cõplexu. C. de inceſt. nupt.* ideóq; pater ſciens filiũ naturalẽ ei ſuccedere non poſſe ex diſpoſitione huius ſtatuti, põt facere hæredẽ matrẽ ſpurij

ad hoc, vt poſt matris mortẽ, ſpurius poſſit cõſequi omnia, & ſcias quod etiã cõcubinæ donare, ac in teſtamento relinquere poſſunt. *l. donationes. ff. de donatio. & l. qui concubinam. & l. vxore. §. concubina. ff. de leg. 3.* Bellacomb.

7 Quando plures vocantur ſub nomine collectiuo cum aliquo tertio, vt ſi dicat. Inſtituo fratres meos & Titiũ: tũc illi vocati ſub nomine collectiuo, reputãtur pro vna perſona, & ſolùm facient vnã partẽ. & ita tertius vocatus alterã partẽ, niſi eſſet adiecta hæc particula, æqualiter, vel vt pro virili ſuccedat. quia tũc omnes pro virili ſuccederẽt. Ang. & Imol. *in l. liber homo. §. filius. de verb. oblig.* Soc. *conſi.* 108. *vol.* 3. Iaſ. *in l. fi. C. de impub.* ꝙ ſi plures vocarẽtur ſub propriis nominib⁹, in viriles cenſerentur inuitati. *l. ſi mihi & Titio. ff. de verb. obli.* Idẽ ſi vocarẽtur ſub propriis nominibus & appellatiuis, quia tunc etiã in viriles vocarentur. Corn. *conſi.* 72. *vol.* 2. Idem.

8 Mater alienauit fũdũ filij, poſtmodũ illũ hæredẽ inſtituit, adita hæreditate, filius vẽdicare volebat fundũ. Quærebatur, an poſſet? diſtinguitur, aut filius pro debito bonorũ ſubſidio fuit inſtitutus in re particulari, altero herede vniuerſali inſtituto, quo caſu habetur loco legatarij. *l. 1. §. ſi ex fundo. ff. de hæred. inſti.* & tũc poterit fundũ vẽdicare: ſi vero inſtitutus ſit in quota hæreditatis, tũc pro parte ipſum tãgẽte ſibi vẽdicãti obſtabit exceptio, poterit tamẽ ab altero hærede illud repetere, tãquã ſibi fuerit euictũ: debet enim habere huiuſmodi bonorũ ſubſidiũ abſq; grauamine, videlicet legatorũ, & fideicõmiſſorũ, non tamẽ æris alieni, vt not. glo. *in l. cum à matre. verſi. item quid in debito. C. de rei vendic.* cuius opin. com. teneri Bar. atteſtatur *in l. fi. §. in computatione. verſi. contra iſtã glo. C. de iure deliberan.* vbi glo. contrariũ ſentit. F. Turzan.

9 Diſtributũ per verbũ, quodlibet, tribuit actũ cuilibet in ſolidũ. Bello. *conſi.* 20 *nu.* 2. com. dicit. ex Bart. *in l. hoc art. ff. de hæred. inſtit.* & Curt. iun. *cõſ.* 49. quã intellige quãdo verba diſtributiua ſunt appoſita inter diſtributiuos principales: ſecùs tamen, ſi ad eorum ſucceſſores referatur, vt ſi inſtitutus eſt Petrus & Sempronius; & quilibet eorũ, tũc vnicuique in ſolidum actum tribuit: tamen ſi inſtituatur Titius, & Caius & filij cuiuſlibet eorũ, vel ſi concedatur pro Sempronio, & pro quolibet eius filio, vel eius deſcendenti, tunc ex filiis deſcendentibus mortuo non accreſcit alteri. ita in terminis conſuluit Petr. de Ancha. *conſi.* 243. & Curt. iun. *conſi.* 55. B. V.

10 Naturales liberi, etſi à parẽtibus nihil dono, nihil legato nãciſci poſſint, poſſunt tamẽ ab eiſdẽ parẽtib⁹ ſubſtitui aliis liberis impuberibus, atq; omnino illorũ facultatibus potiri, quibus ſubſtituẽtur. cõmune aiũt Alex. ac Iaſ. *n.* 3. *in l. ſi is qui ex bonis. ff. de vulg.* & Rip. *in l. Lucius. ff. eo. tit.* Gul. Ben. *in c. Raynutius. verſi. & vxorẽ. n.* 69. *de teſta.* Matri autẽ cuicũque naturales liberi, ex alio quocũq; coitu, quàm ex dãnato ſuſcepti, ſuccedẽt, atq; auiã etiã à legitima excludent. commune ꝓnũtiant Caſſado *in dec. vna. in tit. de ſucceſſ. ab inteſtato.* Vi. *lib.* 1. *opinio.* 137. qđ verò ad generis ſtẽma attinet, parẽtũ nobilitate nõ cohoneſtãtur, nec generis ſplẽdore cẽſentur. cõmune ponit Tiraq. *de nobilitate c.* 15. Duennas *reg.* 69. E. Suarez.

11 Quæro, An hæredis inſtitutio facta implicitè per relationẽ ad aliã ſcripturã, valeat? Reſp. ꝙ ſic. ita tenet Bal. *in l. aſſe toto,* & ibi Ang. *ff. de hæred. inſtitu.* Matt. de Afflict. *dec.* 144. *n.* 6. Natta *in auth. quòd ſine. C. de teſtament.* qui dicit ita eſſe cõmuniter receptũ. eandẽ dicit eſſe com. Iaſ. *l.* 4. *§. ſi iudex. n.* 3. *ff. de re iudicat.* Idem dicit Alex. *ibi.* Mich. Graſſ.

12 Sed quæro, Si teſtator inſtituto hærede in re certa, & nullo dato cohærede vniuerſali, expreſsè ꝓhibuit & mãdauit, ne inſtitutio traheretur ad alia bona, nũquid habebitur ꝓ vniuerſali herede? Reſp. ꝙ ſic. ita cõiter teneri firmat Pract. Papi. *in for. libel. quo petit. hæred. ex teſta. verb. in omnibus eius bonis.* Nõ enim poteſt teſtator pro parte teſtatus decedere, & pro parte inteſtatus, nec poteſt facere, quò minus leges in ſuo teſtamento locum habeant. *l. nemo poteſt. ff. de leg.* 1. Ita dixit gl. *l.* 1. *verb. cautione. C. de vſu & habit.* quæ dicitur eſſe cõmuniter approbata, teſte Soci. iun. *in conſi.* 115. *nu.* 19. *lib.* 1.

Cõtrariũ tamẽ tenet Bart. *in d. l. quoties. §. ſi duo.* ꝙ ſcilicet inſtitut⁹ ſolũ ſuccedat in re certa, cætera verò bona deueniãt ad ſuccedẽtes ab inteſtato iure fideicõmiſſi. ſed prima opinio verior, quã dicit quoque cõmuniter approbatã Alex. *l. ſi quis priore. nu.* 9. *ff. ad Trebel.* Crot. *repet. l. re coniunctis. nu.* 61. Rip. *n.* 134. Soci. iun. *conſi.* 110. *nu.* 16. Et hanc eſſe magis com. firmat Apoſtil. *ad Alex. conſil.* 162. *nu.* 10. *lib.* 2. Michaël Graſſus.

13 Conditionaliter poſiti filij inſtitutorũ & grauatorũ, non dicuntur ex teſtamento vocati. per glo. cõmuniter receptam per Bart. Ang. Bald. Imol. Paul. de Caſt. & alios *in l. Lucius. ff. de hæred. inſtit.* Quam & Socinus iunior, qui multos doct. refert *in conſ.* 30. *nu.* 2. *vol.* 4 pro communi tenet. E. Muſcul.

14 Tacita inſtitutio quo ad filium, vel alium qui de neceſſitate inſtitui debeat, non valet, neque ſufficit ad validitatẽm teſtamenti. com. dicit Clar. *in §. teſtamentum. q.* 35. *ver. in primis.* P. Fichard.

15 Inſtitutio facta de filio alicuius, vel legatũ illi factũ, vel donatio facta alicui filio, cenſetur fieri ipſi filio ſui cauſa, dũ modo non fiat mentio patriæ poteſtatis: & illud filio acquiretur vt quid aduentitiũ. Bald. *in l. certum. C. de rei vendic.* Rom. & Alex. *in l. quæ in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred.* Bertrã. *in l. hac edictali. nu.* 13 *C. de ſecun. nupt.* com. dicit. quòd procedit etiamſi illud relictũ vel donatum filio eſſet factum ſub patris commemoratione. Alex *in d. l. ſed & ſi plures. ff. de vulgar.* quia tunc pater cenſetur adiectus gratia demonſtrandi perſonam filij, & non aliàs. Alex. ibi. & ſic ſunt duæ concluſiones: prior eſt, ꝙ inſtitutio de filio facta, vel legatum filio alicui factum, vel donatio illi facta, iudicatur illi facta ob cauſam ipſius filij in dubio. Bar. *in l. fi. C. de vſufr.* & talis acquiſitio illi facta, cenſetur quid aduentitium. Alex & Iaſ. *in d. l. quæ in aliena. §. interdum. n.* 28. *ff. de acquir. hæred.* Secunda regula, inſtitutio facta de filio, vel legatũ aut donatio filio facta ſub patris & patriæ poteſtatis cõmemoratione, & ſic ſub patris cõtemplatione, cenſetur profectitiũ, & patri acquiritur. Alex. *in d. l. ſed ſi plures. §. in arrogato.* & præſumitur facta ea inſtitutio ſub patris cõtẽplatione, quãdo eſt facta mẽtio de patre & de patria poteſtate. Bart. *in d. l. fi.* Soc. *conſil.* 72. *n.* 18. *in* 3. *vol.* Viu.

16 Filius ſpurius licet à patre ſuo inſtitui non poſſit, tamen ab herede ſui patris inſtitui poterit, etiã in bonis quæ à patre peruenerũt ad ipsũ heredẽ. Bar. Paul. de Caſt. & alij *in l. ſi is qui heres. ff. de vulga.* niſi appareat inſtitutũ heredẽ grauatũ fuiſſe à teſtatore, de reſtituẽda hereditate filio ſpurio. Iaſ. ibi per *l. nõ intelligitur. §.* 1. *ff. de iure fiſci.* Soc. *cõſ.* 84. *in* 4. *vol.* Bellacomb.

17 Relictum per vxorem filio mariti, non habita mentione patris, nec patriæ poteſtatis, intelligitur factum intuitu filij, & nõ patris. Stephanus Bertrand. *in l. hac edicta. C. de ſec. nupt. nu.* 13. communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

18 Mulier non poteſt relinquere bona ſuis propinquis, quorum conſenſus requiritur in teſtamento. Ioan. Duran. *in arte teſtan. tit.* 11. *caut.* 2. *nu.* 2. com. dicit. Villal. & Vezinus.

19 Per inſtitutionem factã de fratre, & eius filiis, licet ab inteſtato admittantur ordine ſucceſſiuo: tamen ex tali diſpoſitione teſtatoris, ſimul & æqualiter admittuntur. Fallit vt per Mattheſi. *in verſ. inſtitutio.* Don. à Fina.

20 Inſtitutio facta ad interrogationem alterius valet. no. doctor. *in l.* 1. *§. ſi quis ita ff. de verb. oblig.*

Fallit vt colligitur ex dictis Croti *in d. §. ſi quis ita. nu.* 3. vbi Pont. ampliat & limitat in vno caſu. *nu* 15. Don. à Fina.

21 Seruus inſtitutus hæres, videtur inſtitutus cũ libertate. *§.* 1. *Inſtit. de hæred. inſtit.* fallit in 2. caſib. vt per Vigel. *in commẽto* 6. *anni. in* 2. *part. cap.* 4 *lib.* xix. *ff. cauſ.* 2. *fol.* 657.

Fallit in 4. caſib. vt per Alex. *in l. quidam. C. de impub. & aliis ſubſtit. nu.* 2. Don. à Fina.

22 Inſtitutus ſub conditione eam implendo videtur adire. *l.* 1. *ff. de condi. cauſa dat.*

Fallit vt colligitur ex diſtinctione Bart. *in d. l. nu.* 2. Idem.

23 Legatum factũ alicui vt filio, qui filius non eſt, nõ valet. *l. neq; profeſſio. C. de teſta. & l. ſi pater. C. de hæred. inſtit.* Amplia etiam in adoptiuo ſi adoptio non tenet, etiam ſi fiat à doctore. Iaſ. *in l. eam quam. in* 8. *col. C. de fideicom.* alleg. Angel. *conſi.* 94. *mihi* 93. Alex. *in d. l. neque profeſſio.*

Limita in caſu dubio. ſed ſi conſtaret quòd teſtator ſciebat eũm non eſſe filium, tunc licet appellauerit filiũ qui nõ eſt, non vitiatur relictũ: quia præſumitur ex dilectione appellaſſe filium, eo quia diligit vt filiũ *l. nemo. §. qui frater non eſt. ff. de hæred. inſtit.* & ita vult gloſ. & doctor. maximè Iaſ. *in d. l. neque profeſſio.* & dicit ibi Iaſ. ita eſſe intelligendum fortem text. *in l.* 1. *§. Pompo. ff. de Carb. edict.* vbi ſi inſtituo aliquem vt filium, ſiue ſit filius, ſiue non, valet inſtitutio. & ita ſecundum eũ intelligit Paul. de Caſt. ibi. quod dicit Iaſ. eſſe notandũ. quia aliàs ab. ad *d. l. ſi pater. C. de hæred. inſtit.* idem tenet Ang. *in d. conſ.* 93. *in* 3. *col.* Ang. Aret. *in §. fi. Inſtitu. de adopt.* Chærian.

24 Relictum ſpurio nihil valet, & pro nõ ſcripto habetur, nec tamen fiſco applicatur, ſed defertur heredibus inſtitutis. com. dicit Clar. *§. teſtamentum. q.* 31. *verſ. ſed quid ſi pater.* Fich.

25 Nepos obtinens primum gradum, nõ poteſt inſtitui ab

auo ſub cõditione caſuali, vel mixta, niſi ad inſtar filij in defectum exhæredetur. com. dicit Clarus *in §. teſtamentũ. q. 39. verſi. & hac concluſio.* Et licet quæſtio ſit multũ dubia, & vtraque pars facile ſuſtentabilis ; tamen negatiua hic relata, eſt magis æqua. & com. ſec. Iaſ. *in l. ſi pater. verſi. in 4. par. gl. & verſ. ex prædictis omnib. C. de inſtit. & ſubſti.* M. Chær.

26 Spurium habens, ſi inſtituat extraneũ aliquem hæredẽ, & ille hæres poſtea moriẽs, inſtituat ſpuriũ illũ hæredem, in omnibus bonis, quæ à patre ſpurij habuerit, non præſumitur talis inſtitutio facta in fraudem, niſi aliæ coniecturæ fraudis concurrerent. com. dicit Clarus *§. teſtamentum. q. 31. verſic ſed pone quòd pater.* P. Fichard ex Claro.

27 Spurium ſuũ ſi pater inſtituat hæredẽ, vel ei aliquid relinquat in teſtamento, talis inſtitutio vel relictũ nihil valet, & habetur pro nõ ſcripto, com. dicit Clar. *in §. teſta. q. 31. ver. Sed quid ſi pater.* Ab extraneo tamen ſi quid relinquatur ſpurio, poterit illud capere. *eadem q. 31. verſi. regulariter.* Idem.

28 Spurij teſtamento patri non ſuccedunt, & ſtatutũ cõtrarium nõ valet, quia datur materia fornicãdi. Dec. *in c. in præſentia. de probat.* Io. Duran *in arte teſtan. tit. 1. caut.* 14. com. dicit, niſi cauſa alimentorũ. Iaſ. *conſi. 26. vol. 1. nu.* 15. vel ſi conferatur in tẽpus cũ inſtitui poſsint, data poteſtate legitimãdi in teſtamento. Iaſ. *conſi. 117. vol. 2. nu.* 15. com. d. B. Villalob.

De iure regio per *l. Tau. 9. & 11.* & filij naturales matri ſuccedũt, nõ ſtãtibus filiis legitimis, etiãſi tẽpore mortis ſint aſcẽdẽtes legitimi, tã ex teſtamẽto, quam ab inteſtato. patri autẽ ſolũ ex teſtamẽto, etſi ſint aſcẽdẽtes, dũmodò nõ ſint deſcẽdẽtes. & in hoc corrigitur *l. 8. tit. 13. par. 6.* & vide *l. 1. tit. 6. lib. 3 For. ll.* in aliis autẽ filiis adulterinis, vel ſpuriis, procedit noſtra cõmunis opin. & cõcor. cũ *l. 22. tit. 3. lib. 1. ord. & l. Tau.* 9. ſed quãrũ hæc noſtra cõmunis limitatur niſi cauſa alimẽtorũ. *d. l. 22. & l. 3. tit. 3. lib. 5. in d. ord.* quæ de nouo approbatur per *d. l. Tau.* nõ cõcordat cũ cõmuni. Imò ea tota tollit omnẽ donationẽ, & legatũ factũ per clericũ ſuis filiis ibi, *ordenamos y mandamos que los tales hiyos de clerigos, no ayã ni heredẽ, ni puedã auer ni heredar los bienes de ſus padres clerigos, ni de otros parientes, ni ayan ni puedan gozar de qualquier mãda e donaciõ, o vẽdida que les ſea fecha.* Hoc ideò, quia leges vitiũ paternũ tantũ refrenãdũ eſſe exiſtimarũt, vt *in l. fin. C. de natur. liber. & l. 3. in fin. tit. 21. par. 4.* & ibi glo. & ſic nõ põt eis legari expreſsè, nec tacitè. vt traditur per Didac. de Segur. *in l. 3. §. fi. de lib. & poſth. ff. n. 145.* Et de materia iſtius *l. & cõmunis,* vide p Boer. *in cõſue. Biturig. rub. des couſtumes concernans les teſtamens,* & Fortun. Garzia. *de vl. fi. iuris* cohæ. 28. *cum ſeq.* vbi concludit quòd tam ſpuriis filiis, quàm procreatis ex damnato coitu alimenta nõ ſunt deneganda, quem vide. Idem.

62 Inſtitutus in re certa, vel in certis rebus dato cohærede vniuerſali, vel alio hære de inſtituto in quotę hęreditatis, habetur loco legatarij, *l. quoties, ff. de hæredib. inſtit.*

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. quoties, nu. 1.* Don. à Fina.

63 Hæres negligēs adimplere voluntatem defuncti, perdit hæreditatem, *auth. hoc amplius, C. de fideicommiſſ.*

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 7. a *Iaſ. in d. l. num. 5. & ſequent.* Don. à Fina.

64 Hęres poteſt indiſtinctè ſoluere ęſtimationē legatario etiam inuito, quando eſt legata quota pars bonorum, *leg. non amplius, §. cum bonorum. ff. leg. 1.*

Fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. *in d. l.* Don. à Fina.

65 Hæres certa in re inſtitutus, ſi cohæres non adiungatur, hæres ex aſſe prorſus erit: communę pronunciant *Alex. in l. quoties. C. de hæred. inſtit.* Mayner. *in l. ius noſtrū. n. 6. ff. de regul. iur.* quod adeò verū eſt, vt & ſi expreſſim à teſtatore plus capere prohibeatur, totā hęreditatē nihilominus capturus ſit, quē admodū magis cōmunē cenſent Alex. *in l. ſi quis priore. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* Viu. latè *lib. 1. opin. 134. poſt princ.* latiùs Iul. Clar. *§. teſtam. q. 73. verſ. punctus eſt.* quāuis cōplures ea in ſpecie, & nullum eſſe teſtamentū aſſerant, & rē totā ad inteſtati cauſam reduci oportere cōtendant, quorū dogma magis cōmune ponūt Phil. Cor. *in l. quoties. C. de hæred. inſtit.* & ij, quos laudat Iul. Clar. *vbi ſup. verſ. contrariā autē.* mihi autē ſummopere illud placet, vt tanquā inutile fuerit teſtamentū iuſti hæredes hęreditātē omnē conſequantur. ſed rem tamen illam, in quam quis particulariter illo modo inſtitutus fuit, veluti fideicommiſſo obligati eidem reſtituant: quod etiam communiter placere enūciat meus iuriſdoctor *Ant. Gomez. de teſtam. cap 10. nu. 10. & nu. 11.* E. Suarez.

66 Hęres certa in re inſtitut⁹, ſi adiūgatur vel vniuerſali, vel ex parte cohæres, nihil amplı⁹ re illa in qua inſtituitur capiet: ſi tamē adiunctus hęres adire noluit, ſeu nō potuit, totā hęreditatē iure accreſcēdi vindicabit. cōmune tenūcio ex Imol. *in l. 1. §. ſi ex fūdo. v. 3. fallit. & verſ. ită intellige. ff. de hæred. inſtit.* Salic. *q. 3. prin.* Pau. Caſt. *n. 2.* Cor. *n. 5.* Alex. & Iaſ. *in l. quoties. C. de hæred. inſtit.* Sin autē adiūctus cohęres adierit, & nihil ampli⁹, vt dixi, iſte in re certa inſtitutus adipiſcetur, & legatarij nus habebitur. cōmune ait Ant. Gom. *de teſt. in c. 1. n. 2. & c. 10. nu.* 12. quāuis verius lōgè arbitror, quod frequenter placitū affirmat Cur. iun *conſ. 190. n. 3.* huiuſmodi inſtitutū hęredē nec ſimpliciter legatariū, nec omnino hæredem eſſe cenſendū, ſed in ſpecie vtriuſque cōmunicante ponēndum fore. E. Suarez.

67 Filius hęres inſtitutus in vſufructu, & extraneus in proprietate, poterit filius petere legitimā, tā in vſufructū, quā in proprietate, & in reliquo ſolū vſumfructū cōſequetur. Iaſ. *in auth. nouiſſima. C de inof. teſtam. n. 45.* Dec. *conſ. 418.* Boër. *deciſ. 194. n. 2.* & neq; tenebitur cōputare cū vſumfructū in ſua legitima. Guil. Bened. *in repet. c. Raynu. in verbo, cætera. nu. 23.* & Iaſ. *in l. extraneum C. de hæred. inſtit.* Boër. *deciſ. 147. num. 15.*

68 Seruus vel filius poſt aditā hęreditatē, totaliter patrē, vel dominū faciūt hęredē etiā reſpectu actionū directarū in ſeruo, no. doct. *in l. cū filio, ff. de leg. 1.* fallit in 7. caſ. quos no. Mat. Ant Baue. *in d. l. cū filio, nu. 41. verſ. ſecunda fit concluſio.* Idem.

69 Succedere ab inteſtato non poteſt inſtitutus, cui eſt datus ſubſtitutus: & repudiando hęreditatem facit locum ſubſtituto. ſecundum Lancel. Politum *in tract. ſubſtitut. in materia vulgaris nu. 31.* Bellacomb.

70 Hęredes nō poſſit cōueniri niſi pro portione hæreditaria. Fallit in 4. caſ. vt per Io. Bolog. *in l. 4. §. Cato. ff. de verb. obligat. num. 269. & 273.* Don. à Fina.

71 Plures hęredes ex facto vnius, vel ex facto plurimum, aut omnium tenentur in ſolidum, quum ſtipulatio in ſolidū cōmittitur, tamen cōueniuntur ad vnam integram pœnam omnes pro hęreditaria portione. *l. in executione. §. quod ſi ſtipulatus. & l. cùm ex cauſa. ff. de verb. oblig.*

Fallit in multis caſib. vt per Io. Bolog. *in d. §. Cato. num.* 314. Don. à Fina.

72 Hęredes ſui pręſumuntur ignorare teſtamentum. fallit in 3. caſib. vt per Ioan. Bolog. *in l. quis Romæ. §. duo fratres. ff. de verbo. oblig. nu. 119. &* 120. Dona. Fina.

73 Plures ſubſtituti copulatiuè & nominatim, inter quos cadit ſola ratio ordinis ſucceſſionis ab inteſtato, videtur ſimul vocati & concurrent. *l. ſi. C. de impu.* & idem fortius, vbi charitas non cauſaretur à natura ordinata. Alexand. *conſ. 14. in*

4. *vol.*

4.vol.& dicit hanc communiter obſeruari in l.Gallus.§.quodã rectè.ff.de libe.& poſth. Bellacomb.

74 Hæres extraneus præſumitur habere notitiam fideicommiſſi,& omnium contentorum in teſtamento,no. Doct. in l. qui Romæ.§.duo fratres,ff.de verb.oblig.

Fallit in 3.caſib.vt per Ripam in d.§.duo fratres,nu.57. & ibi Bolog.num.126. Don. à Fina.

75 Hæredi conceduntur quæ permittuntur principali, no. in l.y.§.ex his.ff.de verb.oblig.

Fallit in 3.caſib.vt per Alciat.in d.§.ex his.nu.1.Don.à Fina.

76 Non debent concedi hæredib.quæ non conceduntur teſtatori,arg.l.hæredem,ff.de reg.iur.

Fallit in 2.caſib.vt per Alciat.in d.§.ex his.nu.9. Idem

77 Ex perſona hęredis non debet immutari conditio, id eſt qualitas obligationis,fallit in 9.caſib.vt per Galliau.in d.§.ex his.num 1. Idem.

78 Hęres nõ cõpellitur ſatisfacere pro mortuo,in quo nõ apparuerũt ſigña cõtritionis:Panor.in c.nobis.de ſentẽ. excõmunica.communẽ dicit,licet ipſe teneat contrarium. Vezinus.

79 Hæres tenetur de damno dato à defuncto,etiamſi nec ad ipſum nec ad mortuum aliquid peruenerit,ſecundum ius canonicum. Ibi.

80 Hæres de iure cano. nõ tenetur vltra vires hæreditarias, etiã ſi nõ fecerit inuentariũ.Præpo,in c.epiſcopus.12.q.2.cõmunem dicit,Nec etiã tenetur in ſoro cõſcientiæ,& cõpetit contra creditorẽ totũ petentẽ,remediũ Euangelicæ denunciationis.Alcia.in c.Nouit.de iudi.nu.34.cõmunem dicit. Vezin.

81 Hæres inſtitutus etiã dato ſubſtituto vulgariter,ius deliberãdi ad hæredes trãſmittit,ſi diſceſſerit hæreditate nõ adita ſciẽs ad ſe hæreditatẽ delatã Soc.in §.quod autẽ.C.de cadu.toll. Duran.de arte teſtan.tit.5.caut.1. communẽ dicit. Vezinus.

82 Hærede non adeunte hæreditatem,inſtitutus in re certa, eſt hæres vniuerſalis. Alex.in l.quotiens.C.de hæred.inſtitu. Duraud. ibi.tit.6.cau.11.Mauernes in l.ius noſtrum.de regu.iu. num. 6.communem dicit. Vezinus.

83 Hæres condemnatus per ſententiam, beneficio inuentarij iuuatur.Alex.in l.ex diuerſo. §.fin.ff. ſolu. matrimo. communem dicit. Vezinus.

84 Hæres tenetur ad alendum vxorem defuncti infra annũ luctus.Iaſ.in §.fuerat.Inſt.de actio.nu.28.cõmunem dicit. Vez.

85 Filius & ſeruus hæredes inſtituti,nõ dicũtur hæredes etiã nomine quoad directas,& vtiles actiones, & ſic quoad effect⁹ eoſdẽ patrẽ,vel dominũ hæredes ac ſi ipſi eſſent inſtituti.communis eſt concluſio ſecundum Iaſ.in l.cum filio.ff.de leg.1.

Fallit in 2.caſib.vt per eundem ibi,col.3.& 4. Don. à Fina.

86 Filiofam.inſtituto,repudiante hæreditatem,poteſt pater eam acceptare,etiam ſi tali filio eſſet à teſtatore datus ſubſtitutus: hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. in l.3. C.de hæred.inſtit. vbi limitat col.7. Don. à Fina.

87 Vxori licitum eſt prouocare virum blandis verbis,vt eã inſtituat, & econtra,l. fin. C. ſi quis aliquem teſta. fallit vt per Marſ.ſing.526.

Fallit in 3.caſib.quos not.Diaz.reg.798. Don.à Fina.

88 Filius inſtitutus in primo gradu in totum,vel in partem, licet ſit præteritus in ſecundo, teſtamentum non rumpitur,l. ſi poſthumus,§.quod vulgo,ff.de lib.& poſth.

Fallit in 3.caſib.vt per Iaſ.in d.§.quod vulgo,nu.1.Don.à Fin.

89 Subſtitutio ita facta,ſi filius meus liberos non habuerit, talem ſubſtituo liberis ſuſceptis,ceſſat ſubſtitutio , quamuis mortui ſint viuo eo:& ita ſubſtitutus excludetur. l. hæredibus. in prin ff.ad Trebel. ſed ſi appoſita ſit conditio ſub his verbis, inſtituo filiũ,& ſi moriatur ſine liberis, talẽ ſubſtituo eo caſu vt ſubſtitutio euaneſcat, duo requiruntur : ſcilicet quòd filij ſunt ſuſcepti,& quòd tẽpore mortis hæredis ſuperſint.l ſacto. §.ſi quis rogatus. ff.ad Trebell. Dec.conſ.585. filiis autẽ mortuis ante inſtitutum,locus erit ſubſtitutione.Iaſ.in l ſi quis n 2. C. de inſti.& ſubſti. & reſti. nam quamuis filius inſtitutus liberos ſuſceperit,tamen ſi illi præmoriantur viuo inſtituto , verum erit dicere , hæredem ſine liberis deceſſiſſe , & conſequenter cõditionem ſubſtitutionis eſſe impletam.d.l.ex facto.§. ſi quis rogatus.ſtãtibus autẽ liberis tempore mortis hæredis,ceſſabit ſubſtitutio,& neque curatur,licet filij ſtatim deceſſerint.Oldrad.conſ.21.n.1.& conſ.41.Io.And.in addit.Specul.de teſta.§.in primis. quia ſufficit eam conditionem momento fuiſſe adimpletam.l.cum vxori.C.quando dies legati cedit. Bellacomb.

90 Filij hæredes inſtituti,& poſt eorũ mortem Titius ſubſtitutus,ita demum locus erit ſubſtitutioni ſi omnes filij moriuntur,aliàs ſecus:ſi autem plures extraneos teſtator inſtituerit,& poſt eorum mortem Titius ſit ſubſtitutus,cuilibet decedenti ſubſtitutus ſuccedet,per l.Lucius.§.Caio.ff.ad Trebel. Corn.conſ.229.lib.3. Bonacoſſ.

91 Subſtitutus vulgaris præfertur inſtituto, qui repudiauit ex teſtamento,& vult ſuccedere ab inteſtato.fallit in 2.caſib. quos no.Sebaſt.Sap.in l.hæres inſtituta.C.de impub. Don.à Fin.

92 Si vulgaris ſubſtitutio ſit facta ſimpliciter pluribus, admittitur ſubſtitutus altero repudiante.communis eſt opinio in l.cum quidam.C.de impub.vbi Corn.limitat in 3.caſib.nu.21. vſque ad num.25. Idem.

93 In vulgari ſubſtitutione ſi dictum ſit , ſi omnes moriantur,vel omnes repudiauerint,requiritur concurſus omnium.

Fallit in 3.caſib.vt per Io.Bolog.in l.hæredes mei. §. cum ita. ff.ad Trebel.nu.202.

94 Vulgaris ſubſtitutio impedit ius accreſcendi.l.ſi.in prin. ff.de vulg.fallit vt per Corn.in l.teſtamento.C.de impub.nu.2.

95 Subſtitutio vulgaris non impedit nec tollit ſuitatem.cõmunis eſt opinio in l.ſi fratris.C.de iure delib.vbi Corn. limitat in 6.caſib.num.93. Don. à Fina.

96 Subſtitutio vulgaris expirat adita hæreditate,l. poſt aditam,C.de impub.Ampliatur vt per Dec.in d.l.poſt aditam. fallit in multis caſib.vt per Rip.in l.1.ff.de vulg.n.184.vbi etiam Iaſ. nu.63.videas Sebaſt.Sap.& Iaſ.in d.l. poſt aditã. Don. à Fina.

97 Cõditio negatiua appoſita in ſubſtitutione vulgari,cùm dicitur,ſi hæres non erit. habet duplicem expoſitionem, §. 1. Inſt.de vulg.fallit in 4.caſib. vt per Iaſ.in l.cum proponas, C.de hæred.inſt.nu.3.fallit in 2.caſib.ſecũdùm Soc.reg.386.Don.à Fi.

98 In ſubſtitutione directa vulgari ſconcurſus vtriuſque requiritur.fallit in 2.caſib.vt per Dec. in l.cum quidam,C.de impub.num.5. Don.à Fina.

99 Vulgaris & pupillaris comprehẽſa in reciproca,& compendioſa dicuntur expreſſæ.fallit in 2.caſib. vt per Rip.in l.hæredes,ff.de vulg. Idem.

100 Subſtitutio vulgaris facta in vno caſu,putà ſi inſtitutus hæres eſſe noluerit,trahitur ad aliũ caſũ ſibi ſimilẽ.fallit in 5. caſib.ſecũdùm Alex.in l.hæredes.ff.de vulg.n 11. Don.à Fina.

101 Inſtituti in diuerſis partibus & ſubſtituti ſub propriis nominibus,quæ procedunt nomen appellatiuum, hæredes æqualiter ſuccedunt vni ex hæredibus mortuo ab inteſtato, Bald.l.1.& ibi Iaſ.C.de impub. Vezin.

102 Subſtitutio facta vltimo morienti , pluribus inſtitutis, videtur facta poſt mortẽ omniũ,& habet locũ poſt mortẽ inſtitutorũ:& ſic vltimus moriẽs bona poterit petere.l.qui duos ff.de vul.& pupil.talis enim ſubſtitutio facta vltimo moriẽti, totã hæreditatẽ cõprehendit,& tales inſtituti cẽſentur inuicẽ ſubſtituti;aliàs vltimò moriẽs nõ poſſet totã hæreditatẽ reſtituere,quin aliorũ portiones accipiat,ſecundũ Corn. conſ. 136. in 2.vol.nu.3.& hoc obtinet in ſubſtitutione fideicommiſſaria: fideicommiſſum tamẽ inter inſtitutos non inducitur, niſi fiat in tota hæreditate ſubſtitutio:& facta poſt mortẽ omniũ non veniunt portiones aliorum,quæ vltimo obuenerũt iure fideicommiſſi,vt per Sociu.§. cum ita. ad Trebellian. Bellacomb.

103 Subſtitutio facta fuit pluribus filiis inſtitutis hoc modo, Inſtituo meos filios hæredes,& eorũ quẽlibet æquis portionibus:cùm hac cõditione , quòd ſi aliquis eorũ quandocunque deceſſerit ſine liberis,quòd alij ſuperſtites ſuccedant , & caſu quo omnes decedant ſine liberis, talem ſubſtituo. Ad hoc vt locũ habeat ſubſtitutio, oportet omnes ſine liberis decedere ita vt ſi vnus fratrũ decedat cũ liberis,illi liberi facient ceſſare fideicõmiſſum,& ipſam ſubſtitutionẽ,dato quòd alij ex inſtitutis moriantur poſt,vel antè ſine liberis , & licet cõditio appoſita in perſona inſtitutorũ , nõ fuerit adimpleta ipſis viuis in perſona omniũ,ſi tamẽ demũ impleatur,debebit ea cõditio retrotrahi,ita vt tribus filiis mortuis ſine liberis,ſi vnus eorũ liberos habuerit,ad eos liberos filij iã defuncti pertinebit hæreditas.Chaſſ.conſ.14.& ſic filij ſuſcepit ex vno ex illis filiis inſtitutis,excludẽt vltimũ ſubſtitutũ.Chaſ.ibi n.6.Bellac.

104 Teſtator filias quas habet inſtituendo , & ſi aliqua earũ ſine liberis maſculis decedat,eas inuicem ſubſtituit,ſi vna earum decedat relictis filiabus,& nepotibus maſculis ex illis filiabus,locus non erit tali ſubſtitutioni , & tales nepotes maſculi nati ex ipſis filiabus vnius filiæ cohæredis,facient ceſſare talem ſubſtitutionem.Rubeus Alexand.conſil.22. Socin. conſi. 94.num.3.par.1. Bellacomb.

105 Plures inſtituti vel ſubſtituti, inter quos ordo charitatis ſeu ordo neceſſariæ vocationis ceſſet, videntur inuitati ordine ſucceſſiuo. gloſ. & doct. in l. Gallus. §. quidam rectè. de liberis & poſthumis. & hanc communem opinionem teſtatur eſſe Alex. conſi. 14. in 4. vol. nu. 12. Vezinus.

106 Si teſtator duos filios ex prima vxore habuerit, & duos ex ſecūda, & in ſuo teſtamēto eōs inſtituat, & inuicē ſubſtituat vno eorū filioru repudiante, alij tres filij admittētur, & neq; præfereiur ille qui eſt cōiūctus ex vtroq; latere l. fi. ff. ad Tre. quia in hac ſubſtitutione breuiloqua inſpicitur affectio teſtatoris, & nō eorū quibus fit ea ſubſtitutio. Bar. & Iaſ. in fi. in l. Lucius. ff. de vulg. vbi inquit eā opinionem communem eſſe. Et Cur. iun. conſ. 22. nu. 8. & idem dicendum eſſet vbi tractaretur de fideicōmiſſaria ſubſtitutione, per quam ipſi teſtatori ſucceditur, vt ibi Iaſ. & Dec. conſ. 186. Item hæc ſubſtitutio breuiloqua inter alia requiritur, quod inter ipſos ſibi mutuò ſubſtitutos, ſit æqualitas ſeu paritas: quia hæc ſubſtitutio plures ſubſtitutiones copulat atque coniungit. l. iam hoc iure. l. Lucius. ff. de vulg. l. quamuis. C. de impuber. Bellacomb.

107 Quando plures fuerunt vulgariter ſubſtituti, licet primus vel ſecundus deficiat, tertius demum admittetur l. coheredi. in prin. & l. Titius ff. de vulg. Boer. dec. 38. nu. 21. & poterit petere ſic mitti in poſſeſſionem bonorū ex edicto diui Adr. l. fin. C. de edic. diui Adr. Bell. conſ. 19. nu. 15. communem dicit, ex Bar. & aliis in d. l. fin. quæſt. 4. Bellacomb. & Villalob.

108 Subſtituto locus erit & admittetur ſubſtitutus ſi hęres inſtitutus viuo teſtatore deceſſerit, & hoc ex vulgari tacita ſpecialiter & expreſſa, tamen generaliter contenta in compendioſa. Boer. dec. 38. nu. 16. Et ſubſtitutio ex vna ſpecie ad aliā profertur atq; extenditur. commune dicunt Iaſ. conſ. 203. lib. j. Io. Dilect. de art. teſtand. 11. §. caut. 5. Ant. Gom. de teſta. ca. 3. num. 10. Eman. à Coſta. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. part. 5. 1. cum ſeq. ff. de lib. & poſthum. Si autem illa ab aliqua conditione pependerit, nec ad teſtatoris filios ante conditionis euentum tranſmittitur, ſi aliud ipſius teſtatoris voluntas coniecturis collecta nolit. commune pronunciant Curt. iu. conſi. 3. n. 15. & Fran. Viuius cum multis aliis lib. j. opi. 335. E. Suarez.

109 In ſubſtitutionib. reſpiciens vnum tantum effectum, pluralitas nunquam reſoluitur in ſingularitates, ſec. com. per Burſ. conſ. 19. num. 16. lib. j. Bonacoſſ.

110 Teſtator ſi inſtituat quem hęredē in omnibus ſuis bonis mobilibus & immobilibus, & demùm aliquē ſubſtituat, talis ſubſtitutus die ſubſtitutionis adueniente non habebit debita: quia debita non ſunt bona mobilia, nec immobilia: Bar in l. à diuo Pio. §. in venditione, & ibi Iaſ. nu. 7. ff. de re iud. & Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. Bellacom.

111 Subſtitutū excludit monaſteriū loco filij ſuccedens, ſec. magis cō. per Bur. cōſ. 97. n. 23. lib. j. vbi eā dicit procedere etiā q̄ dictū eſſet, ex ſuo corpore natis, ex plurib. ibi alleg. Bonac.

112 Subſtitutū excludit legitimatus per reſcriptū. ſec. com. per Burſ. conſ. 1. n. 30. lib. j. Quid in legitimato per ſubſequens matrimoniū, vide eundem d. conſ. nu. 28. vbi quid quando extant illa verba, ex legitimo matrimonio natis & procreatis, & de legitimato per reſcriptum, vide ibid. d. n. 28. Idem.

113 Subſtitutus ſi citatus fuerit in legitimatione obtēta per ſpurium à Comite Palatino, excluditur à legitimato, licet nō conſentiat, cùm citatio requiratur, ex communi per Burſ. conſ. 1. num. 31. lib. j. Idem.

114 Subſtitutus pluribus decedentes excludetur à perſona venientes ab inteſtato ex veriſimili mente teſtantis, non adimpleta cōnditione ſubſtitutionis ſpecifica in perſona omnium, ſec. com. per Burſ. conſ. 19. nu. 3. lib. j. Idem.

115 Subſtitutus excluditur à filio naturali, cùm ſubſtitutus eſt Titius, ſi Caius deceſſerit ſine filiis.

Fallit in 3. caſib. vt per Baptiſt. à Villa. concluſ. 92. in litera F. fallit in 6. caſib. vt per Fely. in cap. in præſentia, de prob. num. 29. contrariam regulām, ſcilicet quòd naturales liberi non excludant ſubſtitutum: facit Rip. & eam limitat in multis caſib. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. num. 16.

Fallit, vt per Marſ. ſingul. 131. Don. à Fina.

116 Subſtitutio facta per hæc verba, nullis naſcētib. liberis, vel natis deficientib. ſubſtituta matre teſtatoris, nō trahitur ad caſum, quādo vnica tantū filia naſcitur, fauore matris filiæ defunctæ. iuxta com. per Burſ. cōſ. 19. nu. 1. nu. 4. lib. j. Bonacoſſ.

117 Subſtitutio facta poſt mortem filiorum naſciturorum, purificatur etiam filiis non natis, ſec. com. per Burſ. conſil. 19. nu. 13. num. 20. lib. j. Idem.

118 Subſtitutio vel inſtitutio facta per verbum, Lego, ad directam trahi non poteſt. eſt mag. com. opin. ſec. Alex. conſ. 9. viſis. vol. j. Idem.

119 Ius tranſmiſſionis ſubſtitutionem excludit. eſt comm. opin. ſec. Soc. in conſ. 296. in præſenti. vol. 2. M. Chær.

120 Subſtitutio quæ aliter extendi poteſt de caſu ad caſum, ad expreſſum tantum porrigitur, vbi eſt facta cum clauſula, tunc & eo caſu, ſec. com. per Burſ. conſ. 51. nu. 25. lib. j. Idem.

121 Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum, Iaſ. conſ. 203. vol. 1. & Io. Durand. in arte teſtan. tit. 5. can. 5. communem dicit. B. Villalob. & Vezinus.

122 Subſtitutio vniuerſali hærede, ſi filius ſine filiis decedat, non eſt ſubſtitutus hęres hęredis, Iaſ. in l. Centurio. ff. de vul. & pup. Dur. tit. 5. can. 24. com. dicit. idem. B. Villal. & Vexinus.

123 Subſtitutū excludit qui ab inteſtato ſubſtitutū excluderet. Cor. conſ. 276. litera 9. vol. 3. cōm. dicit, & in conſ. 138. vol. 2. litera A, dicit, quòd ſi ab inteſtato non excluderet, non excludit, & com. dicit. B. Villal.

124 Subſtitut⁹ ſi citat⁹ fuerit in legitimatione obtēta per ſpuriū à Comite Palat. excluditur à legitimato, licet nō cōſētiat, cū citatio requiratur, ſec. com. per Bur. conſ. 1. nu. 31. li. j. Bonac.

125 Subſtitutio facta per verbum commune in re certa, non continet vulgarem pupillarem, & fideicommiſſariam.

Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 6. à Rip. in d. l. Centurio, nu. 152. Don. à Fina.

126 Subſtitutio facta per verbum commune in certa quota bonorum, non trahitur ad directam.

Ampliatur & limitatur in 2. caſib. per Rip. in d. l. Centurio, nu. 155. Idem.

127 Teſtator ſi inſtituat aliquē hæredē, & ſi ſine liberis deceſſerit ſubſtituat Caiū, poſito q̄ ille habeat filios, illi filij nō intelliguntur tacitè ſubſtituti: quare licet ſint poſiti in conditione, nō tamē ſunt poſiti in diſpoſitione. hanc eſſe comm. opin. atteſtatur Iaſ. in l. 7. C. de pact. vbi limitat in 2 caſ. & ſi in ſubſtitutione eſt poſita cōditio, ſi ſine filiis, & quis deceſſerit cum filia, an dicatur decedere ſine filiis? videas Por. lib. y. reg. 4. Don. à Fina.

128 Subſtitutus ſub cōditione iſta, ſi hæres inſtitutus deceſſerit abſq; liberis legitimis, & naturalib. ab eo procreatis excluditur per monaſteriū, caſu quo inſtitut⁹ ingrediatur religionē, & cōſequēs monaſteriū obtinet hæreditatē excludendo ſubſtitutum, vt probatur in auth. niſi rogati. C. ad Treb. vbi doct. & per Bar. cōſ. 1. Cald. conſ. 43. an ſtatutū. in tit. de teſt. Bal. cōſ. 286. pater tres, & c. li. 4. cū aliis late cōgeſtis per Lau. Calc. cōſ. 68. Magiſter. & iſtā aſſerit eſſe magis com. opin. Barb. cōſi. 20. ſtat difficultas, lib. j. Dec. in c. in præſentia, ext. de prob. n. 227. & ſeq. & Mod. ibi, Aug. Berous cōſ. 114. cū ſuper prima ſubſtitutione, nu. 21. vol. 2. & alij in ſuperiori proxima opinione citati. & ita cōſuluit Alex. cōſ. 121. viſo themate ſuprascripto, vol. 2. & iſtā ſententiā, tanquàm veriorē approbat, & tuetur Fely in d. c. in præſentia, ſub n. 36. ratio videtur iſta, quare de iure monaſteriū excludat ſubſtitutū, quia ſubintelligitur, niſi hæres monaſteriū ingrediatur. §. ſed & hac præſenti. in auth. de ſanct. Epiſc. & tenēt Dy. & Bar. in l. ſi ita quis. §. 1. ff. de leg. y. Paul. Caſt. in d. auth. niſi rogati: & hoc abūde cōprobatur ex dictis per Alex. cōſ. 129. alias 121. viſo themate. lib. y. & cōſ. 25. ſuper cōtentis in dicto themate, vol. 3. Cōprobatur ſecūdo loco pręallegata cōmunis cōcluſio, & fortaſsè efficaciori ratione, quia monaſteriū loco filiorū habetur, quantū ad excluſionē ſubſtituti, vt patet in d. c. in præſentia, vbi pariter deficit fideicōmiſſum, ſi grauatus ingrediatur monaſterium, ſicut ſi filios ſuſcepiſſet. & hoc reſpectu gl. & Doct. cōcludūt in memorato c. in præſentia, monaſteriū eſſe loco filij, vt per glo. in auth. ſi qua mulier in verb. liberos, vbi Bal. C. de ſacro. eccl. & in auth. niſi rogati. vbi Bald. C. ad Treb. & in d. §. ſed & hac præſenti, Spe. in ti. de emphyt. §. nūc aliqua. verſ. 158. Bar. in l. heredib. §. 1. ff. ad Treb. Bald. in c. 1. de mili. vaſal. qui ar. bel. depo. in prin. Ang. conſ. 80. quæſtio ſubtilis eſt, vbi inquit, q̄ cōmuniter oēs dicunt, q̄ manaſterium loco filij habetur, & idē Fulg. conſ. 53. Marc. Mant. d. c. in præſentia. n. 50. quod procedit quo ad effectū, vt excludatur ſubſtitutus. ita cōcludit Bal. in l. filiū, ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. ampliātur dicta communis cōcluſio. etiā procedere quando inſtitutus efficeretur clericus, ſeu presbyter, & ſuſciperet eccleſiaſticū ordinē: tūc enim expirat onus fideicōmiſſi ſibi iniūctū, & habet liberam diſpoſitionē bonorū, q̄ ſubſtitutioni ſubiecta ſunt, quidē d. §.

ſed & hæc præſenti alternatiuè loquitur, ſi monaſteriū ingrediantur, aut clerici fiāt. Et licet aliqui doc. cōtrariam teneāt, nihilominus hęc opinio videtur verior, vt aſſerit Dec. in d. ca. in præſentia, ver. in ea gl. ibi, &c. & concluſione hac lætari debēt nonnihil clerici, quoniam per eam habent liberam bonorum ſuorum diſpoſitionem, quæ per ſubſtitutionem erat eis ſublata, ſi in ſeculari vita permanſiſſent. l. fi. §. fi. C. communia de lega. In contrariam vero partem inclinauerunt omnes doct. magis cōmuniter in d. auth. niſi rogati, quòd ſubſtitutio non euaneſcat in hærede ſimplici facto clerico, & de iſta cōmuni atteſtatur Boërius deciſ. 254. n. 1. 3. 6. & 12. & Moder. in memorato ca. in præſentia, & quamuis cōtraria, & ſic prima opi. ſit verior, non ob hoc eſt diſcedendum à dicta cōmuni, ſec. Fulg. conſ. 30. vide Neuiz. in Sylua nuptiali lib. v. nu. 61. cū duob. ſeq. & Alc. in l. 1. ff. ſi cert. pet. Interpretatur primo loco dicta communis concluſio non habere locum, quādo aliquis eſſet ſubſtitutus pro redemptione captiuorum: tunc enim non excluditur ſubſtitutus per eccleſiam, vt volunt omnes doct. communiter in d. c. in præſentia. & in allegata auth. niſi rogati, & Corn. conſ. 18. lib. 4. vbi ſcribit iſtam eſſe cōmunem opi. & Moder. in locis præcitatis. Limitatur ſecundò non procedere d. communis, vbicūque teſtator in teſtamento ſuo expreſsè diſponat ſubſtitutū debere admitti, ſi ſcriptus hæres deceſſerit ſine liberis legitimis, & naturalib. ex ſuo corpore procreatis, & vero matrimonio natis: hoc etiam addito, ſi ingreſſus fuerit monaſterium. ita Cald. conſ. 43. in titu. de teſta. Alexan. conſ. 121. vol. 2. & conſ. 35. volu. 3 & Dec. conſ. 159. col 2. & conſ. 419. col. 2. & in d. cap. in præſentia, col. 28 verſ. Poſtremò circa iſtam Gloſſam quod non mirum videtur, quia eſt in poteſtate teſtatoris ſubſtituere quem velit hæredi, etiam monaſterium ingreſſuro. l. Deo nobis. C. de Epiſco. & cler. & tacitam legis prouiſionem tollit expreſſa teſtatoris prouiſio. l. cum filio. §. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & hoc tenēt Crauet. etiam cum aliis aggregatis per eum conſ. 152. circa teſtamentum. ſub n. 1. & omnes Doct. cōmuniter: vt ait expreſsè Laurent. Calca. conſ. 7. quia à me. col. 15. & Deci. conſ. 426. in duobus dubus, num. 2.

Nā iuſtū & æquū eſt, quòd teſtator poſſit quā legē velit imponere rebus ſuis. cap. verū, de cond. app. & C. de don. ſub modo l. 1. & ij. Valde iniquū eſſet monaſterium habere bona teſtatoris inuiti: cùm nemo beneſacere cōpellatur, c. 2. ad fidem. 23. q. 5. vt per Dec. in d. conſ. 419. eleganti conſi. & tradit quoque Crauet. in præcitato conſ. 152. vbi hoc locum ſortiri aſſeuerat, ſi non apparea., quod teſtator voluerit etiā in præſenti caſu de monaſterio loqui. Secùs verò ſi dixerit, vel ſi monaſterium ingrediatur, & reddit rationem Couar. in lib. variar. reſolut. cap. 29.

¶ Et confirmatur, ac comprobatur prememorata communis limitatio ex dictis per Cor. in dicto conſilio 13. col. 6. & per Fulg. conſ. 53. quando ſuperius, & per Alexan. in allegato conſi. 121. volu. 2. quia eſt in hoc ſeruanda teſtatoris voluntas: vt conſtat ex cōgeſtis per Deciū in d. ca. in præſentia, col. 34. & conſ. 259. viſis his.

Vbi tenet, quòd ad excludendum monaſterium, ſufficiant etiam coniecturæ voluntatis: vt ſi teſtator ſubſtituat adiecta cauſa, quia velit bona ſua in familia remanere.

Nam in fideicōmiſſis ſola volūtas ſeruatur. l. pen. ff. de leg. j.

Et illa inet voluntas teſtatoris in fideicommiſſis, & conditionibus primū nēpe locū obtinet: & ipſa eſt quæ limitat, ampliat, & declarat in teſtamento diſpoſita, & præ cæteris teſtamētis dominatur, vulgata l. in conditionibus. ff. de cōdit. & demonſtrat. & Sacrū Collegium Patauinum, conſi. 3. in præſenti dubio, nu. inter conſilia vltimarum voluntatum poſito, vol. j.

Voluntáſq; teſtatoris etiam totum facit, & omnibus dominatur. l. ex facto, la grande. ff. de hæred. inſtit. l. in conditionibus primum locum. ff. de condit. & demonſt. & Tiraq. in tracta. de primogenit. q. 53. num. 19.

Et ſic voluntas teſtatoris in fideicommiſſariis ſubſtitutionibus inſpicienda potius eſt quàm verba. l. 3. §. conditio. ff. de alimen. leg. l. cùm virum, & ibi Bald. col. 3. C. de fideicom. l. Publius. §. fi. ff. de condit. & demonſtr. l. hæredes mei. §. cùm ita. ff. ad Trebell. l. 3. C. de liber. præt. l. pater Seuerinam. ff. de cond. & demonſt. & c. intelligentia, & c. in his, de verb. ſignifi. l. Lucius, vbi Gloſſ. ff. de hær. inſtit. Bart. in l. ſi ita ſcriptum, in princ. ff. de liber. & poſth. Oldr. conſ. 269. & Iaſ. conſ. 203. col. 3. volum. 2.

Imò illam quoque voluntatem teſtatoris ſectari debemus per quancunque coniecturam. vt inquit Bald. in l. quidam. C. de neceſſ. ſer. hæred. inſtitut.

Et poſtremò voluntatis probatio clara, & euidens dicitur, quæ ex legitimis coniecturis elicitur. l. licèt Imperator, & ibi Doctores. ff. de leg. j.

Et hinc eſt, quod voluntas teſtatoris probatur quatuor modis. Primò itaque verificatur volūtas ipſa defuncti, ex his quæ teſtator protulit extra teſtamentum. Secundò ex his colligitur etiam voluntas teſtatoris, quæ expreſsè teſtator ipſe tempore conditi teſtamēti. Tertiò arguitur quoque teſtatoris voluntas ex cōditione perſonæ, cui facta eſt ſubſtitutio. Quartò conſideratur ſimiliter qualitas perſonæ ſubſtitutæ, à qua colligi poſſit, atque interpretari voluntas defuncti ad eius fauorem, quæ omnia magiſtraliter ponit, diſcurrit, & planè explicat Bart. in l ij. quæſt. 5. ff. de vulg. & pupil ſubſt. & Alex. conſ. 100. viſa parte teſtamenti, num. 10. & ſeq. volum. 4.

Poteſt & quintò etiam voluntas ipſa teſtatoris dubia probari, & declarari per aliam ſcripturam priuatam: textus eſt in l. alimenta. §. 1. & ibi Bart. ff. de alimen leg. & Iaſ. in l. qui filiabus. in princip. ff. de leg 1. & conſ. 87. colum. 8. volum. 4.

Sed aduerte, quòd vbicunque hinc inde reperirentur coniecturæ: tūc vtiq; & indubitanter vna præſumptio potētior tolleret aliā præſumptionē debiliorē, vulgata l. Diuus. ff. de in integ. reſtit. & Alexand. conſ 124. quoniam abundè. colum. 2. vol. 6.

Claudicátque tertiò prælibata communis opinio, locū minimè obtinere in filio teſtatoris ſubſtituto, nam monaſteriū tunc non excludit filium teſtatoris ſubſtitutū, & ſic hoc caſu nullo pacto præfereretur monaſterium filio, vt conſuluit Bal. conſ. 196. teſtamentū Pycharelli. vol. 1. vbi planū facit ita fuiſſe iudicatū. Et huic ſententiæ accedit Ripa in l. ex facto. §. ſi quis rogatus, n. 41. ff. ad Trebel. Bald. in auth. niſi rogati. C. ad Trebel. Rapha. Fulgoſ. conſ. 53. & Iaſ. in terminis, conſ. 212. vol. 2. & Auguſt. Berous in d. conſ. 114. ſub n. 21 vol. 2. Siquidem monaſterium filij loco non habetur, neque ſubſtitutū excludit, cùm teſtatoris filius eſt ſubſtitutus. licèt & malè Dec. in d. conſ. 426. & Crauet. in d. conſ. 152. circa teſtamentum, n. 1. cum aliis ſeq. cōſuluerint contrarium, videlicet, quòd monaſterium habeant loco filij, faciátque deficere conditionem ſubſtitutionis, ſi deceſſerit ſine filiis naturalibus, & legitimis ex ſuo corpore procreatis.

¶ Alias verò quamplurimas limitationes, vtiliſſimas quidē ponit, & diſcurrit Auguſt. Berous in d. cap. in præſentia, nu. 487. cum aliis ſeq. Bertachinus in ſuo repertorio, in verſ. Monaſterium habetur pro filio, & Ripa in d. l. ex facto. §. ſi quis rogatus, num. 44. cum aliis ſeq. ff. ad Trebell. Viuius.

129 Pluribus ſimul vocatis ad ſucceſſionem per copulam, inter quos ſolum cadit ordo charitatis & affectionis, abſque vlla neceſſitate inſtituendi vel ſubſtituendi (vt ſi inſtituā Titium fratrem meum & eius filios) tunc tales perſonę cēſentur vocatæ ſimul, nō autem ordine ſucceſſiuo. com. dicit Clar. receptar. Sent. §. teſtam. q. 80. ver. Hoc præmiſſo, ſed ſi cadit inter eos non ſolùm ordo charitatis, ſed concurrit neceſſitas inſtituendi, ſaltē cauſatiuè, vt quando inſtituuntur filius & nepos ipſius teſtatoris, eo caſu cenſentur vocati ordine ſucceſſiuo. com. dicit idem Clar. d. q. 80. ver. quando inter. Si verò vocētur per alternatiuam, putà, Inſtituo Titium, vel eius filios, tūc cēſentur vocati ordine ſucceſſiuo. Et ideò ſi quis ſubſtituat filios vel nepotes Titij, tunc nullus ex nepotib. admittitur, donec vnus ex filiis ſupereſt. com. dicit Clar. d. q. 80. ver. 3. Si verò vocētur per dictionem Cum, putà: Inſtituo Titium cū Mæuio eius filio, hoc caſu Titius & Mæuius admittuntur ſimul & ſemel. eadē q. ver. 4. Sed ſi vocentur plures perſonæ ſub nomine collectiuo cum aliis ſub duplici denominatione, vt Inſtituo Titiū & nepotes Mæuij: iſti plures dicuntur quo ad Titium haberi pro vna perſona tantum. com. eadem. q. ver. vlt. P. Heb.

130 Pluralitas reſoluitur in ſuas ſingulares in materia ſubſtitutionum. Curt. iun. conſ. 128. num. 6. com. dicit. B. Villal.

131 Pluralitas nō reſoluitur in ſingularitatē in ſubſtitutionib. reſpicie. vnū tātū effectū, ſec. cō. per Burſ. cōſ. 76. n. 16. li. j. Bon.

132 Subſtituo, aut aliud verbum commune, adiectum certæ rei vel quantitati, nunquam trahitur ad inſtitutionem, ſecundum Bar. in l. Centurio. num 31. ff. de vul. vbi poſt nu. 40. dicit quòd verbum commune adiectum certæ portioni, non trahitur ad inſtitutionem quādo eſſet alius hæres vniuerſalis, alias ſecus, per l. cogi. §. & generaliter. ff. ad Treb. vbi Bar. per illū text. dicit quòd verbum relinquo adiectum certæ rei vel quantitati nō trahitur ad inſtitutionem directā, ſed obliquam. Quinimò Caſtr. ibi dicit, quòd non importaret inſtitutionem vel ſubſtitutionē directam, & ibi inſert, quòd ſi filio impuberi inſtituto ſubſtituatur per iſta verba communia dicendo: Petro filio meo decedente

dẽte quandocũque, talem ſubſtituo in tali fundo: non dicetur iſta ſubſtitutio pupillaris, licet ipſe pupillus decederet in pup. ætate, vel ſi decederet puſt, non eſſet ſubſtitutio fideicõmiſſaria vniuerſalis, ſed fideicõmiſſum particulare: quod tamen ſecus eſſet, ſi ſubſtitutio facta fuiſſet per verba directa, quia tũc eſſet ſubſtitutio pup. quę traheretur ad omnia bona pupilli, per tex. in l. cohæredi §. fi. ff. de vul. & pupill. Bellacõb.

133 Subſtitutio concepta verbis directis, non trahitur ad fideicommiſſum. fallit in 12. caſib. vt per Cag. in l. precibus. C. de impub. num. 195. Donat. à Fina.

134 In ſubſtitutione ſimul vocati, vel per verbum plures cõprehendens quãto per copulatiuam, trahentur loco vnius quoad tertium vocatum. fallit in 5. caſib. vt per Corne. in l. ſi quis duobus. C. de impub. num. 4. Don. à Fina.

135 Subſtitutio impedit ius accreſcendi. fallit in 4. caſib. quos not. Sebaſt. Sap. in l. teſta. C. de impub. n. 10. Ampliatur & limitatur, vt per Iaſ. in l. fi. C. de hered. inſt. ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 3. per Soci. reg. 93. in addit. ampliatur & limitatur in 3. caſib. per Rip. in l. re coniũcti. ff. de l. 3. n. 124. Dõ. à Fina.

136 Subſtitutio facta per verba communia ante pubertatẽ, valet iure directo. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Sebaſt. Sapia in l. precibus. C. de impub. n. 151. vbi limitat in 2. caſib. Don. à Fina.

137 Si fœminę ſint inſtitutæ in certis rebus, & demum filij maſculi ſunt vniuerſaliter inſtituti, & poſtea dicit teſtator, omnes filios meos inuicem ſubſtituo: filię prædictæ non videntur cum filiis inuicem ſubſtitutę. hanc eſſe com. opin. atteſtatur Iaſ. in l. Lucius. ff. de vulg. nu. 23. Don. à Fina.

138 Illa pręſumitur magis dilecta perſona & prælata ſubſtituto, quę eſt magis proxima teſtatori, & in proximiori gradu. Fallit in 6. caſib. vt per Io. Bolog. in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb. nu. 166. & ſeq. Don. à Fina.

139 In dubio ſubſtitutio indefinita videtur facta vltimo morienti. glo. in l. ſi pater filiam. §. fi. ff. ad leg. Falc.
Fallit in 5. caſ. per Io. Bolog. in d. §. hæredes mei. n. 233. Dõ. à Fi.

140 Subſtitutus ſẽper ſuccedit cuilibet moriẽti ſine liberis. Fallit in 5. caſib. vt per Io. Bolog. in d. §. nu. 273. Don. à Fina.

141 Subſtitutio facta pluribus inſtitutis poſt mortem omnium operatur, vt inſtituti cenſeantur ad inuicem reciprocè ſubſtituti. Ampliatur & limitatur vt per Port. lib. 4. reg. 34. fallit in multis caſib. quos colligere potes ex Socin. in l. hæredes mei, §. cum ita ff. ad Trebellia. nu. 2. Don. à Fina.

142 Subſtituto inſtitutus præfertur. fallit in 4. caſib. ſecun. Bened. Capt. in tract. ſubſt. in prin. nu. 76. Don. à Fina.

143 In ſubſtitutione partes cenſentur repoſitę, quę ſunt poſitę in inſtitutione. Ampliatur in 4. & limitatur in 5. à Dec. in l. 1. C. de impub. Don. à Fina.

144 Subſtitutio ſi hæres deceſſerit ſine liberis, hærede religionẽ intranti, ſubſtituto euacuatur. Duran. ibi. caut. 18. Barb. conſ. 20. nu. j. communem dicit. Vezinus.

145 Subſtitutũ excludere dicitur perſona ex veriſimili mẽte teſtãtis, cũ illa ab inteſtato excluderet ſubſtitutũ ab hęreditate grauati, ſec. magis com. per Burſ. cõſ. 19. n. 2 lib. j. Bonac.

146 Subſtitutũ excludit perſona exiſtens in medio, ex mẽte teſtantis pręſumpta, ſi conditio non verificetur. iuxta com. per Burſ. conſ. 19. nu. 23. lib. j. Idem.

147 Subſtitutio de filiis, & filiorum filiis pręmorientibus abſque liberis maſculis, dicuntur vocati ordine ſucceſſorio. Cur. iuo. conſ. ibi. nu. 5 communem dicit. Vezinus.

148 Subſtitutio nõ pręſumitur, nec inducitur ex cõiecturis, niſi plenè probẽtur, ſec. com. per Burſ. cõſ. j. n. 12. lib. 1. Bonac.

149 Subſtitutus in ſecundo loco, ſi deficiat qui erat in primo, admittitur loco primi. Cur. iun. conſ. 133. nu. 3. communem dicit. Vezinus.

150 Subſtitutio extinguitur nato filio, qui momento etiam viuat poſt mortẽ grauati, licet poſtea ſine filiis decedat, ſec. com. per Burſ. conſ. 51. nu 37. lib. 1. Bonacoſſ.

151 Subſtitutio facta nullis naſcentibus vel ortis deficientibus, deficit vno nato tantum, ſec. com. & veriorem opin. per Burſ. conſ. 67. nu. 15. lib. j. Idem.

152 Subſtitutio impuberi facta verbo communi, vt ſi dicat, Lucium filium hęredem inſtituo, & ei quamcunque filius deceſſerit, Sempromũ ſubſtituo intra tempora pubertatis, moriente filio directa eſt, poſt pubertatẽ cõuertitur in obliquã. Iaſ. vol. 1. conſ. 129. & matrem excludit à legitima. Alexan. in l. Centurio. ff. de vulga. & pupil. & conſ. 10. vol. 3. Deci. tamen conſ. 128. dubitat de hac opinione, & ideo putat deberi dare legitimam. & vide eundem in conſ. 351. Vezinus.

153 Subſtitutus ſi Seius & Titius ſine filiis deceſſerit, vno autem decedente non expectata morte alterius, habebit portionem pręmortui. Alex. conſ. 109. nu. 7. Barba. conſ. 71. vol. 3. Duran. de arte teſtan. tit. 5 caute. 16. communem dicit. Vezin.

154 Pater filiũ ſuũ hęredẽ inſtitutũ grauãs de hæreditate reſtituenda, ſi decedat ſine liberis, illius filij tẽpore ſuæ mortis exiſtentes, facient deficere conditionẽ ſubſtitutionis, & ſic excludent ſubſtitutum. Albe. de Roſa. in leg. generaliter. §. cum autem. C. de inſti. & ſubſti. & hanc opin. comm. eſſe aſſerit Soc. conſ. 226. nu. 6. vol. 2. per l. Lucius ff. de hæredi. inſti. & Iaſ. in l. Gallus. §. inſtituens. nu. 22 ff. de libe. & poſthu. Bellacomb.

155 Si teſtator inſtituat aliquẽ hæredẽ, & ſi decedat ſine liberis maſculis, ſubſtituit Caiũ, ſi inſtitutus habuerit nepotem maſculũ ex filia, talis nepos maſculus ex filia hęredis inſtituti nõ excludet ſubſtitutum: quia ſi filia quæ eſt in gradu proximior non excludit ſubſtitutũ, multò minus eius filius excludet, qui eſt minus dilectus. l. ſi viua matre. C. de bonis mater. & eam deciſionem approbat Iaſ. in l. Gallus. §. nunc de lege. nu. 17. ff. de libe. & poſthu. Bellacomb.

156 Subſtitutio ſi facta ſit ſine liberis, requiritur quòd habeat filios tẽpore quo decedit, vt euaneſcat ſubſtitutio: teſte Iaſ. qui de hoc plene diſputat in l. ſi quis. C. de inſtit. & ſubſtit. & vide Dilect. de arte teſtan tit. 5. cap. 25. Rol. conſ. 56. lib. 3. Zaſ. tract. ſubſt. verſ. conditio ſi ſine liberis. pract. Papienſ. in form. libel ſubſtit. verb. decederet ſine filiis. Bellacomb.

157 Subſtitutus moriẽs antequã ſubſtitutionis caſ. eueniat, ſpes tunc ſubſtitutionis expirat, nec ad hęredes trãſmittitur. l. ſi ex plurib. ff. de ſuis & legit. & not. Bald. conſ. 94. punctus quaſtionis. lib. 3. cõſ. 320. d. domina, & conſ. 434. punct. circa fin. vol. 4.

Et ratio iſtius dicti videtur iſthæc: quia quælibet ſubſtitutio dicitur cõditionalis. l. cohæredi. §. cohæres. ff. de vulg. & pup. ſubſt.

Et ius conditionale ad hęredes non tranſmittitur. l. ſi ita legatum. §. illi ſi volet. ff. de leg. j. not. Fulgoſ. conſ. 14 in quaſtione, & conſ. 70. proponitur, Alex. conſ. 49. viſo themate, col. fi. vol. 6. conſi. 25. & conſ. 252. vol. 6. & Dec. conſ. 435. in cauſa nubi.

Et ſic cũ ſubſtitutio ſit conditionalis ad hęredes tranſmitti non poteſt. Iaſ. poſt alios in l. qui plures. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. vbi rationem reddit: Quia ſubſtitutio nihil aliud eſt quàm conditio inſtitutionis. l. in ratione. §. quod vulgò, & §. ſequent. ff. ad leg. Falcid. & l. qui liberis. ff. de vulg. & pupil.

Et vltra prędicta nõ admodũ diſtare videtur illud, quod fideicõmiſſum cõditionale pẽdente cõditione nõ trãſmittitur ad hęredes. l. in cauſa. la 2. §. Põponius, vbi Bal. ff. de minor. & Alex. in l. fi. col. fi. de lega. Bart. in l. j. n. 9. ff. de leg. j. Bald. in l. vnica. C. vt act. ab hæred & cõt. hæred Io. Dilect. in tract. de arte teſtã. t. 5. caut. 25.

Prętereà fideicõmiſſum fit caducũ morte fideicõmiſſarij cõditione pẽdente, ſiue ſit vniuerſale, ſiue particulare. l. ſi in perſonam. C. de fideicom. l. j. §. ſin autem. C. de cad. tollen. l. vnum ex familia. §. rogo, in fine. & l. miles. §. j. ff. de leg. 2.

Et cur ſecus ſit in contractibus, quã in vltimis voluntatib. vide Tobiam Nonium, poſt Gloſ. in §. ex conditionali. Inſti. de ver. obl. nu. 4. 5. & 6. vbi poſt Ozer. concludentem rationẽ afferre conatur, per tex. in l. ſi pactum, circa finem. ff. de probat.

Sed iſtam concluſionem, vt ſuprà firmatam, amplia primo loco etiã procedere, ſi teſtator ſubſtituiſſet filios & hæredes vel eorum præmortuum liberos: quia nec admittentur filij hæredis pręmortui donec ſuperſit aliquis ex filiis ſubſtitutis: per notata in l. hæredes mei. §. fi. ff. ad Trebell. & per Alexan. cõſ. 17. viſo teſtamento. vol. 6. niſi iure accreſcendi hæreditatem habere poſſit filius ſubſtituti. l. qui patri. ff. de acquir. hæred. quod mirabile dicit Bal. conſ. 9. factum tale eſt, vol. 2.

Amplia ſecundo loco antedictam concluſionẽ etiam procedere, ſi hęredes ex deſcẽdẽtibus teſtatoris ſubſtituti eſſent. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebell. Gloſſ. valdè not. in l. 1. C. de his qui ante apert. tab. & ibi Bart. Bal. Alber. & idem Bar. in l. 1. col. fi. ff. de leg. 1. ſequens Cyn. in l. 1. C. commu. de leg. Bald. in l. cũ ex filio ff. de vulgar. & pupill. Idem tenet Gloſſ. in l. ſi in perſonam. C. de fideicom. Oldra. conſ. 131. Corn. conſ. 248. circa hanc, vol. 1. & Socin. conſ. 197. circa præmiſſa. Et habetur optimè per pract. Papien. in forma libelli, quo agitur ex ſubſtitutione in verſ. Qui ex eis ſuperuiueret, in fine. Dec. conſ. 115. in princ. & 574. col. 1. vbi de communi teſtatur, & ſimiliter Cur. iun. conſ. 69. 96. 83 & 135. nume. 5. Boër. deciſ. 354. Iaſ. in l. ſi Stichum. §. item 2. ff. de verb. oblig.

Nam

N am pendentia cōditionis impedit tranſmutationē etiam ad filios.l.ſi cui legetur.§.1. vbi Bald.ff.de leg.j. quod ſequendo refert Iaſ.in l.cum filiofam.num.24.cum ſeq.ff.eod.tit.

Nec filius ipſe ſubintrat in locū ſui patris in fideicommiſſo,in diſpoſitione hominis:vt per Bellon.conſ.50.& Iaſ.conſ.8.

Facit etiam:quia ius in ſpe nō dicitur eſſe in bonis noſtris. Albert.Brun.conſil.feud.6. & 8. Et hæreditas quæ non poteſt adiri,nō dicitur delata.l.delata,vbi ad propoſitum Gloſ.notat.ff.de verb.ſignif. ſic ſequitur,quòd nemo dat,quod nō habet.l.nemo plus iuris.ff.de reg.iur.Bar.in l.vniuerſa.C.de lega.

Ad id confert iterum : cùm ea quæ ſunt in conditione,non ſint in diſpoſitione.Iaſ.in l.j.n.12.C.de pactis.Nam filij in præſenti caſu,ſunt poſiti in conditione,non autem in diſpoſitione.idem Iaſ.in l.Centurio,nu.56.ff.de vulgar.& pup. Alex.conſil.199.lib.vj.quod declarat Cæphal.conſil.251.lib.vj.

Præterea cōſtat,quòd fideicōmiſſum expirat morte fideicōmiſſarij,& non trāſmittitur ad hæredē fideicōmiſſarij,ſed remanet apud grauatū,vel eius hær.d.l.cùm filiofam.vbi Iaſ.n.4. & 24.Curt.iun.conſ.87.& 113.poſt Gloſ.cōmuniter approbatā in l.Lucius,la 2.ff.de hær.inſtit. & Pract.Papienſ.vbi ſuprà,n.27. Alex.vbi prædicta aſſerēdo firmat in l.Gallus.§. etiā ſi parente,verſic.Paſſus nō eſt ſine dubio.ff.de lib.& poſth. & poſt alios quos ibi allegat in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.& in l.ſed ſi eo,eod.tit.vbi refert,quòd ſi pater fecit reciprocā ſubſtitutionē inter filios, ſi quis eorū deceſſerit ſine filijs, & ſic cōditio expreſſa: & iura cōditionalia delata in hæreditate aſcendentiū,nō trāſmittuntur ad poſteros,ſi ipſi deceſſerint conditione pēdente.

¶ Et cùm in propriis terminis per hæc religioſiſsimè videriin conſultū & obtentū in ann.1573.volui ad eorū meliorem declarationē præſentē facti ſpeciē interſerere. Agebatur igitur,quòd quidā Matthæus Ioānes deCiuitate regali in ſuo teſtamēto inſtituit ſuos vniuerſales hęredes pro æquali portione,Sebaſtianū eius filiū,& Cicchonum ex altero prædefuncto filio nepotē:& ſi mari contigerit ſine filiis de eorū corporibus legitimè deſcendētibus, eos inuicē ſubſtituit. Euenit caſus,quòd pendente cōditione Sebaſtianus filius inſtitutus, & vt præmittitur ſubſtitutus,relicto filio notario Guido Antonio diē ſuū clauſit extremū : deinde Cicchonus nepos in ſuo teſtamēto hæredē inſtituit Angelellā eius ſororē,& mortuus eſt ſine filiis. Inſurrexit notarius Guidus Antonius filius & hæres vniuerſalis prædicti Sebaſtiani contra prædictā Angelellā hæredē vniuerſalē, vt ſupra inſtitutā, & quæſiuit capere propria authoritate poſſeſsionem bonorum hæreditariorum ipſius Cicchoni,aſſerendo ſe eſſe filiū & hæredem prædicti Sebaſtiani,& per cōſequens ad ipſum ſpectare & pertinere dictā hæreditatem,cùm ſit factus caſus reſtitutionis:& ſic re in cōtrouerſiā deducta,fuit tandem cōpromiſſa,& ea ſubtiliter, accuratè, & optimè perpenſa, non obſtātibus quàmpluribus iureconſultorū Aquilanorū,& Peruſinorū reſpōſis, & in iure allegationibus in fauorē dicti notarij Guidi Antonij,fuit mediante elegāti,maturo,& docto cōſilio, & patrocinio Excellētis Domini Paſchalis Turcanici cōciuis mei,ex voto Excellētis Domini Ioannis Frāciſci de Nobilibus de Ciuitate Ducali,cōpatris mei vndecūq;doctiſſimi & laudatiſſimi,ad fauorē dictæ Angelellę pronunciatū,& iure optimo determinatū, excluſo penitus ipſo notario Guido Antonio;& tali determinationi cognitis ſuis rationib. partes ipſę ſtatim acquieuere.

Et quamuis Gloſſ.in l.is cui.ff.de act.& oblig.contrarium aſſeueret:tamen nō eſt recedendum ab opinione Gloſ. præcit. in d.l.j.& fuit opinio Azon.in ſum.ibi,nu.2.quæ verior,tutiórque apparet,quā tenet Aret.in §.ex conditionali,nu.3.& 4.Inſt. de verb.oblig. & eſt communiter approbata:vt per Alex.in d.l. cùm ex filio.& conſ.92.n.5.lib.vj. Curt.conſ.63.antiquiſſima,col.17. & conſ. 75. Dominus Ludouicus, Soc.in l.j..ff.de vulga.& pup. Iaſ.in l.ſi cui legetur §.hoc autē ff.de leg.j.& conſ.80.iſte caſus,lib. j.Cui vltra præcit.Doct.accedit Bald.in l.j.§.fin autē.C.de cad. toll.vbi ait ibi eſſe text.qui decidit hanc quæſt. & in conſ.254. Titius,vol.1.& in conſil.435.punctus ſuper quo,vol.4.Iaſ.conſ.29. Dominus Nicolaus, col.fi.vol.3. Et probatur apertè hoc in d.§. cum ita, & ibi Gloſſ. in verb. Suſcepiſſet. & alij quos congerit Iaſ.in l.qua de legato.col.4.ff de leg.ij.& Dec.conſ.394.pro vera, & conſil.55.& pro tenui facultate,num 8.

Vbi hoc amplificat procēdere etiā ſi contrariū reperiretur, vrgerétq; aliqua cōiectura volūtatis teſtatoris, & interrogatus vniuerſaliter ita diſpoſuiſſet. & hæc eſt cōmunis opinio, atteſtāte Salyc.in dicta l.ſi in perſonā.quæ corroboratur ex allegatis per Gozād.cōſ.29.videtur,col.3.& ſequitur Corn.cōſ.242. circa hāc,col.1.vol.1.& Soc.iun.conſi.98.viſo puncto colum.1.vol.2.

Sed præſens communis opinio coarctatur,vt fideicommiſſum cōditionale tranſmittatur ad liberos, vbicunque à principio fuerit vnitū cum iure accreſcēdi:tunc enim videtur naturam eius aſſumpſiſſe vt tranſmittatur,ſicut trāſmittitur ius accreſcendi.l.qui patri.ff de acqui.hæred.& Soc.conſ.6.in præſenti conſultatione,col.4.vol.3.& Iaſ. conſ 154. iſtater, vol.4. vbi amplectitur opinionem Soc.qui allegat conſ.Bald.9.vol.2.

¶ Ceterùm aduerte, quod diſpoſitio d.l. qui patri. inducta, apparet fauore pupilli, vt is hæredem habeat:vt ibi exprimit Alex.col.1.& ideò nō habet locū niſi in ſubſtitutione pupillari,vel in ſubſtitutione vulgari continente tacitā pupillarē:vt explanat ide Alex.in eadē l.col.pen.Et d.conſ.9.Bal.citatum per Soc.in d.conſ.6.non probat vllo modo eius intentionem:quia Bal.loquitur in ſubſtitutione pupillari, vt facile diſcernitur ex lectura dicti cōſilij. Aliud eſt igitur dicēdū in ſubſtitutione fideicōmiſſaria.& hæc eſt cōmunis & cōcors ſolutio,teſte Salyc.in l.quidam clogio,circa finem.C.de iure deliberan.

¶ Et quod text.in dicta l.qui patri, habeat locum tantùm in ſubſtitutione directa,non autem in fideicommiſſaria,fatetur expreſſe ipſemet Iaſ.in d conſil.159.in fine.

¶ Sed eſto quod vera ſit opin.Soc.præmemorata in d.conſ.6. tamen adhuc limitāda foret, vt ea nullatenus procederet cōtra neptem teſtatoris filiā hæredis inſtituti:quoniam non eſt veriſimile,quòd voluerit eam excludere ab hereditate patris; & alienas ſucceſsiones propriis anteponere. l. cùm acutiſſimi; C.de fideic.& ita declarat,limitátque ſuam opinionēm Soc.in d.l.hæredes mei.§.cùm ita,col.5.ff.ad Trebell.

¶ Et ad iſtū text.reſpū de declarādo,quò l trāſmiſſio antedicta,non obtinet locū niſi in præiudiciū extranei;& quod filia hæredis inſtituti neptis teſtatoris nō eſt perſona extranea.§. extraneū.C.de rei vx.act.quare hæc pręſumptio procederet ſine ſcrupulo aliquo,vbicunq; ſucceſſurus ab inteſtato eſſet de liberis teſtatoris,qualis eſt ipſa neptis : vt poſt alios cōcludit Dec.in l.pen.col.fin.verſ.Venio ad ſec.C.de impu.& hæc eſt cōmun. theorica Doct.vt per Corn.cōſ.22.col.5.v. Diligēter,vol 2.

Ampliatur ſecundo loco,vt non ſolum procedat in legato, ſeu fideicommiſſo vniuerſali , ſed etiam particulari. Nam ſi legatum relinquatur,ſi nauis ex Aſia venerit vel non venerit: antequàm ſit certum nauem venturam , vel non venturam legatarius moriatur, tale legatum non tranſmittitur. Rom. ſing.90.per text.in l.huiuſmodi.ff.quando dies leg.ced.

Sed regula prædicta,ſicut vides vtiliter ampliata, limitatur vbicunq; contrarium ex defuncti cōiecturis appareret.Bal.in d.l.j.C.de his qui ante aperi.tab.& Bar.in d.§.cum ita.n.4.& ibi Soc.n.9.Ioan.Cæph.conſ.251.lib.ij.Rolan.à Valle conſ.5.lib.iiij. & D.Berard.Alph.in ſuis collect.in d.l.j.141.vbi ad propoſitum copiosè,& eleganter more ſolito complura congerit.

Et hæc coniectura quomodo colligenda ſit,an ex verbis teſtamenti,an ex aliis teſtamēti dictis,præter Soc.primam partem tenentem in d.§.cum ita,nu.11.vide Alphan.in præcit.loc. qui plures authoritates contra Soc.cumulauit.

Hinc nota ad propoſitū,quod illa cōiectura in mediū adduci poteſt, voluntatis teſtatoris,quæ ea eſt, vbicunq; in patria ipſius teſtatoris extaret ſtatutū excludēs mulieres dotatas vel dotādas à bonis paternis:tūc equidē teſtator cēſetur voluiſſe ſe cōformare cū diſpoſitione ipſius ſtatuti, vel alterius ſimilis.ita Bart.in d.§.cum ita, & in l.vt iuriſiurandi.§. ſi liberi.ff.de oper.lib.Soc.conſil.116.In cauſa filiorū,col.4.vol.3.Alex.conſil.15. Viſo teſtamento,volum.4.Zaſi.conſil.1.n.41.lib.j.Doct.in d.§.cum ita,vbi Bart.n.4.cōcludit,quod in locis vbi extāt, vigentque ſtatuta,quod filiæ,& neptes fœminę nō ſuccedāt ſtātibus maſculis,quod neptis non admittitur,ſi ſupereſt nepos ex filio maſculo,qui ex præſumpta volūtate defuncti,ſecūdum ſtatutū ciuitatis neptē excludit.& opin.hāc ſequuntur ibi Angel. Raphael,Paul.Caſtr.Alex.& cōmuniter Scrib.in locis relatis ibi per Rip.& per Dilect.in tract.de arte teſt.tit.5.caut.17.quāuis ibi aſſerat plura collegia cōtrariū aliàs reſpōdiſſe.Caſtrē. conſ.409.Caſus iſte frequēter cōtingit,lib.ij.Alciat.reg.3.præſumpt.32.n.4.Tiraq.in l.ſi vnquàm,in verſ.Suſceperit liberos, n.134. C.de reuoc.donat.Socin.in l.cùm auus,n.95.ff.de cond.& demōſtr. & conſ.73.Capiēde,n.12.& ſequ.vol.4.vbi poſtmodum apertiſſimè admonuit ita aliàs in ſimili caſu vidiſſe cōſultum Ferrariæ,per doctiſſimos viros Bononienſes,& Ferrarienſes.& ita etiā ſæpius ſe conſuliſſe:& hæc eſt cōmunis opin. vt per Soc.

iun.conſ.30. Maxima,lib.iiij.ante n.2.licèt ibi n.6.in fin.coorariã opinionẽ magis cõmuniter receptã ex ſemetipſo aſſerat.

Et hinc eſt, quod cum ſtatutum ſit differens materia inter maſculos & fœminas,ſequitur neceſſariò, quod ſub illis verbis,ſine filiis,& ſic ſub maſculino genere à teſtatore prolato, nõ cõprehẽdatur fœmininũ:ſecũdùm Ancha. in l.tres fratres. ff.de pact.aſſerentem,quod ſi pater filios inſtitueret,filiæ non cõprehenduntur, ſi per ſtatutum maſculi excludũt fœminas, & ſic materia erat indifferens. & ſequitur Alex. in l.Gallus.§. quidã rectè,in fin.ff.de lib.& poſth.& conſ.127.Viſo teſtamẽto,poſt prin.vol.1.& conſ.16.nu.1.vol.4. Socin.conſil.51.Viſa.col.7.vol. 4.Curt.ſen.conſil.51.Super teſtamento,colum.3.Iaſ.in l. ſi quis id quod,in 8.limit.ff.de iuriſd.omnium iud.& Dec.conſil.15. Et pro tenu,col. 4. vbi in his terminis arguit, quod ſub conditione iſta,ſi ſine liberis deceſſerit, maſculinũ non concipiet fœmininum, propter differentiã inter maſculos & fœminas,quàm teſtator fecerat:ſicut contingeret vbicunque per ſtatutũ fieret talis differentia. Nam ſicut quando ex mente teſtatoris huiuſmodi materia eſt differens,ſolet concludi, quòd appellatione filiorum,fœminæ non continentur.vt per Bart.in l.j. ff.de verb.ſignif.& ibi Alc.& Soc. ſen.conſ.36. Rectè in fine,& Corn. conſ.7.Reperio,col.3.& conſ.101.Licèt in hac,col.3.vol.4.

Fallit vltimo loco dicta concluſio,quoties fideicommiſſum eſſet purũ:quia fideicõmiſſum purũ ſtatim peti poteſt, cũ nõ habeat quod ipſum impediat. Paul.Caſt.in l.epiſtolã.§.mulier. ff.ad Trebell.Iaſ.in l.cùm ſecũdùm.C.de fideic.Et ſimiliter poſtquã eſt purificatũ trãſmittitur.Paul.Caſt.cõſ.408.li.j.Viuius.

158 Subſtitutũ nõ excludunt fratres minores ſancti Frãciſci: ſecũdùm Bart.in l.fin.C.quãdo.& quibus quarta pars deb.lib.xj. & in l.filiusfamilias.§.cùm quis.ff.de leg.j.Bald.in cap.in præſentia.col,3.de probatio.Alexan.conſ.13.col.2.vol.3.& Dec.cõſ.259.& conſil.419.viſo elegantis conſilio,nu.2.vbi planum facit iſtãm eſſe communem opinionem,pòſt Alexand.in d.conſil.13.

Et hoc ideò eſt.Nam fratres ipſi minores nullo modo capere poſſunt,ſuntque incapaces bonorum & ſucceſſionis,ac pro mortuis,& penitus extinctis habentur. Clem.exiui de paradiſo,de verb.ſignif.& ibi Doct.Bart.in tract.Minor.Iacob.Butrig. & Bal.in auth.ingreſſi,col.8.C.de ſacroſ.eccleſ.& in l. cùm acutiſſimi col.fin.C.de fideicommiſſis.Dec.& alij conſormiter omnes in dicto cap.in præſentia.de probat.& idem Dec. in d.conſil.419. num.2.& conſ.499.num.5.

Imò frater minor profeſſus,tãtùm abeſt vt patri ſuccedere poſſit,vt etiam ſi poſt patris mortem ex cœnobio exierit,nõ ſolùm à fratribus partem ſuam vendicare non poſſit,ſed etiã cogi,& compelli poterit ad reuertendum ad monaſterium. ita Feder.de Senis conſ.26.Cardin.Zabar.conſ.112.Roma.conſ.268. in caſu propoſito breuis er dicendum,Alexan.conſ.14.vol.3.& conſ. 92.vol.4.Dec.conſ.259.n.7.& conſ.419.n.1. & ſeq.Pariſ.conſ.65. nu.7.8.& 18.vol.2.Bertran.conſ.78.viſo,ante fin.vol 3.& Iacob. Philip.Por.Imolenſ.conſil.23.nu.12.& ita eſt cõmunis opinio, atteſtante Roma.conſ.296. circa declarationẽ propoſiti thematis, ſub nu.1.Iaſ.in l.cùm fundus.§.fin. ante fin.ff.ſi cert.pet.& in l.ex facto.§.fin.in fin.ff.de vulgar.& pupillar.ſubſtit.Dec.in d.cap. in præſentia,poſt n.68.de probat.& Tiraquel.de vtroque retract.titul.1.§.1.Gloſſ.9.n.103. Et ſic ex ipſa communi ſententia,ſi aliquis religionem fratrum minorum ingrediatur, ibique profeſsionem faciat,mox verò recedat abiecto habitu:hæreditas patris tunc nimirùm ſpectabit, & pertinebit ad conſanguineos,non autẽ ad ipſum filium profeſſum,nec ad monaſteriũ tanquàm incapax,& bona poſsidere non valens.Et ita cõſultus in facti cõtingentia in anno 1575.reſpondi ad fauorẽ Vincẽtij,& Stephani Matanæ de Ciuitate noſtra, dũ Fœlix frater eorũ,abiecto habitu poſt emiſſam profeſsionẽ,aliàs aſſumpto per eũ in religione ſancti Bernardini, acceſsit ad domũ Angeli ſui patris,eiq; ſuaſit,ut cõdere deberet teſtamẽtũ,prout ita egit,inſtituitq; in teſtamento hoc prædictũ Fœlicẽ,ſimul cũ memoratis Vincentio & Stephano:reſpondi inquã,anteſignatũ teſtamentũ,& inſtitutionẽ nullas vires habere potuiſſe,ſed penitus nullum,inutile,& fruſtratoriũ apparere,tã quò ad ipſum Fœlicem, quàm etiam quò ad monaſterium, & hæreditatem totam,& integram ipſius Angeli ſpectauiſſe,& ſpéctare ad eoſdem Vincentium & Stephanum eius filios.

Cæterùm antedicta communis ita explanata,claudicat,non ſortiri locũ in fratribus ſancti Dominici, & ſic prædicatoribus.Nã fratres ipſi prædicatores poſſunt capere ex teſtamento,& ſunt capaces,non quidẽ ex regula,ſed ex priuilegio Papæ,vndè ſubſtitutum excludunt:ſecundùm Bald.in l.cùm acutiſſimi.C.de fideicommiſſ.& in auth.niſi rogati,col.1.C.ad Trebel. Alex.conſ.83.vol.2.Card.in Cle.eos.in fin.de reg. Fely.col. 25.& alios omnes in d.cap.præſentia. Viuius.

159 Subſtitutio euaneſcit per ingreſſum religionis fratrum minorũ,ac aliorum mendicantium,vbicunque teſtator daret ſubſtitutum ſub hac conditione, ſi inſtitutus decederet ſine liberis ex ſe legitime deſcendentibus,vel ex ſuo corpore naſcẽtibus,& cõſequẽter monaſteriũ excludit ſubſtitutũ ipſum ſub cõditione,ſi grauatus deceſſerit ſine liberis ex ſuo corpore,& legitimo matrimonio procreatis,caſu quo grauatus monaſteriũ ingrediatur,& profeſsionẽ fecerit:vt voluerũt Cyn. Bargarottus Bononien.& Ricar.Mal.& Barto.in auth. niſi rogati.ff.ad Trebel.Dyn.& Bartol.in l.ſi ita quis.ff.de verbor.oblig. Lapus in alleg.129.Factũ ſuper quo iuris conſilium quæritur,ſub n. 19.Angel.conſ. 60. Ripa cum aliis allegatis per eũ in l.ex facto. §.ex facto n.12.ff.ad Trebel.vbi deducit iſtã eſſe cõmunem opinionem;& magis communem fatetur D.Quintil. Mand.magnus practicus in add. Lapi, in de allegat. 129.in litera D la ſeconda. quam ſequitur, & citat, atque tuetur cumulatiſsimè Berous in cap.in præſentia,nu.482.cum aliis ſeq.de probat.

¶ In contrariam verò partem videlicet, quòd ſubſtitutus ipſe nõ excludatur per monaſteriũ,inclinarũt Hoſtiẽ.& Ioan. And.in cap.Raynaldus de teſt.Fely.in cap. licèt vndique ſub.n.2. de offic.& poteſt.iud.deleg.Bald.& Saly.Paul.Caſt.Fulg.& Florian.in d.auth.niſi rogati, & Imol. in dicta l.ſi ita quis.in fin.vbi aperit iſtã eſſe cõmunem opinionẽ,& veriorẽ ait Ripa in d.§. ex facto.ſub nu.12. & ei inhæret etiã Alex.conſ.13.vol.3. Dec.& Mantua nu.61.in dicto cap.in præſentia,vbi reſpondet omnibus contrariis.

¶ Et de hoc mirandum nõ eſt:quoniã in præſenti caſu,cùm ſubſtitutus hæres religionẽ bonorũ incapacem ingreſſus ſit, mors illa ciuilis idẽ operatur, quod naturalis reſpectu illius fideicommiſsi:& iuxta explanationem traditã per Doct.hanc partem ſuſtinentes,eſt locus fideicommiſſo, vt concedit Iaſ. conſ.132.vol.2.Crauet.conſ.152.Doct.in l.cùm pater.§. hæreditatem.ff.de leg.ij.& Roland.à Valle con.97.n.41.vol.2.

¶ Sed quid ego infœlix peccator dixerim in tam dubitabili paſſu?concurram igitur amoto omni timore cum prima opinione tanquàm tutiori,rationabiliori,eccleſiæ fauorabiliori, & frequentioribus votis approbata. Quam communem ita retentam vtiliter ampliat, & in aliquibus caſibus limitat Berous in d.cap.in præſentia,num.487.cum aliis ſeq.vt vberius diſcurram in proxima ſequenti opinione.

Eſt benè quidem verum, quod ſi hæres inſtitutus ingreſſus foret monaſteriũ bonorũ capax:tũc ceſſaret equidẽ quælibet difficultas,& res plana,& abſq; diſcrimine aliquo redderetur, & nũ eſſet aliter locus ſubſtitutioni:ſecũdùm Bald.conſ.426. ſuper pũcto præmiſſo.vol.2.& cõſ.253.caſus talis eſt,vol.3. Anchar. conſ.165.quæſtio talis eſt,col.1.Doct.omnes in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.ff.de liber.poſth.& in d.cap.in præſentia,& Tiraq.cum quamplurimis ſignatis Doct.per eum in l.ſi vnquàm,verſ.Suſceperit liberos,n.42.C.de reuoc.donat. Viuius.

160 Subſtitutio facta vltimo morienti in tota hæreditate,facit videri hæredes tacitè inuicẽ ſubſtitutos, & ex huiuſmodi ſubſtitutione cenſetur abſque ſcrupulo aliquo inductũ reciprocũ fideicõmiſſum inter inſtitutos.l.Titia Seio.§.Seia libertis.ff.de leg.ij.vbi Bartol. & poſt alios latiſsimè Rip. in l.hæredes mei.§.cùm ita,n.14.ff.ad Trebel.& ita cõſuluit Crauet.conſ. 113.n.1.& iſta eſt vera,cõmuniſq; opinio,vt in mediũ explicarũt Moder.omnes,in d.§. cùm ita cámque interpretes ferè omnes ea ratione cõfirmant,quòd paria videntur nũ nulla fieri poſt mortẽ omniũ, vel vltimũ morienti. l.codicillos.ff.de vſufruct.legat.Paul.Caſtr.in l.penultim.C.de impub.& aliis ſubſtitut. Alex.in l.pater impuberes.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.Curt.iun.cõſ. 11.n.5.& conſ.16.n.5.& ſtrenuè quidẽ hanc ſententiã confirmat Soc.iun.conſi.180.n.8.cum aliis ſeq.vol.2. poſt Socin. ſeniorem in d.§.cùm ita, ad lucem adducens etiã iſtam eſſe communem opinionem:cui innititur quoque Pariſ.conſil.43.num.53.vol.2.

Sed iſthæc communis interpretatur primò,ſyncerè quidem procedere in deſcendẽtibus ipſius teſtatoris, in quibus militat præſumptio,de qua in l.cùm acutiſsimi.C.de fideic.& in l.cùm auus.ff.de cond.& demonſt. ſecùs tamen foret in extraneis, in quibus ceſſat ſanè talis præſumptio.vt explicant non obſcurè Doct.in locis præcitatis,& ita expreſsè ſentit Soc. conſil.249. col.6.volum.2.& Socin.iun.in d.conſil. 180. num.2. vbi hanc eſſe

communem

cheran.*in deciſ.Pedemon*.110.*De anno.num*.12.de eadem communi fidem facit, & ab ea in iudicando & conſulendo recedendum non eſſe,vt per eum.

Secundò ſimiliter declarant eadem communis locum non ſortiri vllo modo,vbicunque reperiretur facta ſubſtitutio in tota hæreditate poſt mortē pluriū, ſi deceſſerint ſine liberis, & talis conditio verificatur in perſona vnius tantum: nā tūc In eius portione admittitur vtiq;ſubſtitutus:& iſta eſt vera, cōmuniſq;opinio, atteſtātibus interpretibus iuris omnib. *in l penult.C.de impub.& aliis ſubſtit*. & eſt tex.*in l.fi.§.filium.ff.de leg.2.& in l.Lucius.§.Caius ff.ad Trebell*.Bart. & vniuerſaliter omnes,pręſertimq;Rip.*in d.l.heredes mei.§.cum ita*, & Pariſ. etiam poſt alios aggregatos per eum *conſ.42.nu.21.vol.2.*

Hæcq;declaratio adeò vera eſt,vt ea amplificari facilè queat, vt ſi ſubſtitutio fideicōmiſſaria fieret plurib. extraneis per nomina collectiua,adhuc fore etiam com.omniū opin. quod admittatur ſubſtitutus purificata cōditione in perſona vnius tantū.& ita aſſeuerat Alex *in d.l.penultim*.vbi reiicit opinionē Paul.Caſtrenſ.Et pro hac ſententia communi reſpondit cōſulendo Alex.*conſ.91.col.3.vol.1.& conſ.2.vol.3*.Iaſ.*conſ.41.vol.1*.Crauet.*conſ*.109.*n*.1.*vol*.j.Crot.*cōſ*.143.*n*.38. & Iacob. Mandell.*conſ*.31.qui adducit rationes diuerſitatis inter memoratā ſubſtitutionem factam vltimò morienti,& factam poſt mortem plurium,ſeu omniū. & hoc idem firmat Alciat.quoque *in conſ.ſeq.32 poſito ibi,& inter ſua conſilia,conſ.39.Cōſultationibus viuis,cum duobus aliis ſeq.tomo.3.lib*.ix. Viuius.

161 Subſtitutio ſi ſine filiis,deficit mortuo hærede cum filiis,ſec.com.per Burſ.*conſ.13.nu* 71.*lib*.1.

162 Subſtitutio facta ſi deceſſerit ſine filiis,in fœminis quoque verificatur,ſec.com.per Burſ.*conſ.64 nu.10.lib*.1.

163 Subſtituit verbum,commune eſt,ſecund. magis comm. per Burſ.*conſ.71.num.9.lib*.1.

164 Subſtitutio facta, ſi hæres deceſſerit ſine filiis, hęrede moriente cum filiis euaneſcit,nec amplius reuiuiſcit,ſi ex cōiecturis non apparet illud fuiſſe de mente teſtatoris, ſecund. comm.ac euaneſcit etiam cum vno filio tantum,iuxta com. per Burſ.*conſ.1.nu.1.lib.3.& conſ.75.nu.13.eod.lib per l.non eſt ſine liberis.ff.de verb.ſign*.Bald.*in l.cum acutiſſimi C.de fideic*.gloſſ.*in l.ex facto.§.1.ff ad Trebell*.& ibi Bar.vide Dec.*conſ*.777.& 511. pluralis locutio vno numero eſt cōtenta:& refertur talis ſubſtitutio non ſolum ad filios naſcituros,ſed ad iam natos. Soc. *conſ.23.in 1.vol*.& Bald.*in l.1.C.de condi. inſer*. & numerus pluralis pro ſingulari ſumitur.*l.diuus.ff.de pętitione hered*.Iaſ.*in l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de libe.& poſthu*.Soc.*conſ 23.in 1.par.*

165 Subſtitutio facta alicui ſub conditione,ſi hæres decedat ſine liberis,expirat ſi hæres liberos habuerit,dato quòd mortuus fuerit viuo teſtatore:nam liberi ex hęrede extantes facient deficere ſubſtitutionem etiam vulgariter conceptā, & ſic ſiue hæres mortuus fuerit viuo teſtatore, ſiue poſt illius mortem,dūmodo adſint liberi ex eo hærede,ſēper illi liberi excludent ſubſtitutum.Rub.Alex.*conſ.26.* Bellacomb.

166 Subſtitutus alteri ſi decedat ſine liberis, & ſit demum quæſtio,an inſtitutus deceſſerit ſine liberis inter ſubſtitutum & alios venientes ab inteſtato? pręſumendum erit,inſtitutū ſine liberis deceſſiſſe.*l.ex facto.§.penult.ff.ad Trebel*. & ita concludunt ibi omnes docto.per eum text.Bart.& Ang. *in l. qui duo.§.cum in bello.ff.de rebus dub* Boerius *deciſ.38.nume*.30.& ſi quis vellet contrarium dicere, incumberet onus probandi, cum ſit præſumptio pro ſubſtituto.Chaſſan.*conſilio* 19.*nume*. 12.& Alex.*conſ.170.in fi.vol.2.* Bellacomb.

167 Teſtator inſtituendo fratrem ſuum,& ſi decedat ſine liberis maſculis,ſubſtituit filias ipſius teſtatoris, & ille frater inſtitutus moriatur relicto ſibi filio ex vna filia,nō euaneſcit ſubſtitutio,ſed filiæ teſtatoris ſubſtitutę admittentur. Rub. Alex.*conſ.22.* Bellacomb.

168 Subſtitutus cui aliqua hęreditas debetur ſub conditione,ſi hęres moriatur ſine liberis,aut ſub alia: ſi pendente cōditione ille ſubſtitutus rem aliquā ex ea hæreditate emat ab ipſo hærede,conditione adueniente,per quam hęreditas illa eſt ei reſtituenda,ille ſubſtitutus pretium quod iam exoluit, poterit repetere ab ipſo hęrede,aut ab hęrede hęredis.ita Iaſ. *in l.huiuſmodi.§.qui ſeruum.nu.3.ff.de leg*.1.& Alex. *conſ*. 100.*in 7.vol.* Bellacomb.

169 Si in contractu ſocietatis dictum,& conuentum fuerit, vt ſuperuiuens ſuccedat præmorienti, ſubintelligitur ſi ille præmoriens decedat ſine liberis:quia tunc liberi ſuccederēt, & excluderent ſuperuenientem.*l.cum acutiſſimi.C.de fideicomiſſ.l.generaliter.§.cum autem.C.de inſti ſubſtit.& reſtit*. Maſueri.*in titul.de ſocietate*.& Boeri.*deciſ.24.num.2*.Burſ.*conſ* 59. *nu*. 16. Bellacomb.

170 Teſtator habens plures agnatos vel cognatos,ſi vnum inſtituat,& per fideicommiſſum ſubſtituat alios agnatos,vel cognatos proximiores,intelligitur ſenſiſſe de cognatis grauati,non autem de ſuis.Magis com.dicit Clarus *in §.teſtamentum,q.76.verſ ſed hic occurrit.* P.Fich.ex Clar.

171 Hæres inſtitutus,cui eſt datus ſubſtitut⁹,ſi decedat ſine liberis,& interim viuēte ſubſtituto effect⁹ fuerit presbyter, non idcirco ſtatim erit locus ſubſtitutioni: Anch a.*in cap. in præſentia.de prob*. & ſic quamuis inſtitutus efficiatur presbyter,non propterea euaneſcet ius ſubſtitutionis,ſeu fideicommiſſi,niſi ille inſtitutus ingrederetur monaſteriū animo non exeundi,& illi ſe deuoueret.Barbat.*conſ*.20 *lib*.1.Dec.*d.cap. in præſentia.nu.227.& ſeq*.Syluan.nup *lib.5.nu.* 81. *cum duob. ſeq*. Boer.*deciſ.354.nu.3.&* 12.& ibi inquit omnes ita tenere, & eā opin.com.eſſe.& quod magis eſt,ſi interim moriatur ſubſtitutus ſuperſtite inſtituto, qui iam factus erat presbyter, ille ſubſtitutus non tranſmittet ad ſuos ſpē illius ſubſtitutionis, & perdit ius ipſius ſubſtitutionis.*per l.ſubſtitutio*.& ibi Alberi.de Roſate.*ff.de acquir.rer.domi*.Boer.*eo loco n.12.&* 13.Quod ſi inſtitutus monaſterium ingrediatur,quod in communi nō ſit capax bonorū,& tūc inſtituto ingrediente monaſteriū,ſtatim ſubſtitutus admittetur.Alex.*conſ.13.in 3.vol.n.4.* Bellac.

172 Monacho inſtituto hęrede,cui ſubſtitutum ſit vulgariter,repudiante hæreditatem,Abbas cū conuentu, vel monaſteriū,ipſo monacho inuito poteſt adire hęreditatē,& ſubſtitutum excludere,ꝗ non tā vigore iuris,quā ex æquitate canonica procedere dicit Bald.*in l. Deo nobis.C.de Epiſcopis & clericis,& in l.1.C.qui admitti ad bon*. & Inno. & Io. And *in cap. in præſentia.de probat*.Imol.*in cap.Raynutius. de teſt*. Franc. de Ramponibus *in l.poſt aditam C.de impub. & aliis ſubſtitutionib*. Bart.*in l.1.ff.de vulg.& pup*.& ibid.Imol. & communiter can. *d.c.in præſentia*.& ita communiter tenet i refert Bened.Capr. *in tract.ſubſtit.poſt regulas poſito in prima ſpecie num.61.& 63.*

173 Filij hæredum inſtitutorum ſubſtitutione expirata per defectum conditionis,veniunt magis ab inteſtato, quàm ex teſtamento,vel fideicommiſſo,ſecundum commu. per Burſ. *conſ.1.num.6.lib*.1. Bonacoſſ.

174 Subſtitutio in liberorum defectum,hoc eſt, ſi quis ſine liberis deceſſerit,& tunc euaneſcet,tùm is cui ſubſtituitur,religionem profitebitur.commune inquiunt Barb.*conſ.20. ſtat difficultas lib*.1.Dec.*c.in præſentia.n.227.& ſeq.de prob*. Quamuis idem proceſſurum non ſit,ſi tātum clericus efficiatur.cōmune affirmant Boër.*deciſ*.253.Sylua nup.*lib.5.nu.81.cum duob. ſeq*.Nec item idem procedet ſi ſubſtitutio ad captiuorum redemptionem fiat,quemadmodum frequenter placitum aſſerit Corn.*conſ.53.lib*.4.Nec denique id etiam procedet, cū teſtator aliter expreſſim cauerit. commune teſtificatur Calcan.*conſ.7.incipit,quia à me.* E.Suares.

175 Subſtituto mortuo tempore exiſten.cōditionis per mortem grauati ſine filiis,caduca efficitur ſubſtitutio,abſq;iuris hęreditatis in deſcenden.tranſmiſſione, ſec. com. per Burſa. *conſ.1.nu.17.lib*.j. Bonacoſſ.

176 Subſtitutus decedens penden.conditione t tranſmittit ius ſeu ſpem ſuccedendi ad filios ſuos,ſec.com. per Burſ .*cōſ. 71.nu.13.lib*.1. Idem.

177 Religionis profeſſio vicem filiorū ſubit quo ad excludendum ſubſtitutum:vt frequenter placitum inquiunt Fulg. *conſ.53*.Ang.*conſ.80.incip.quæſtio ſubtilis eſt*. & vide quæ hanc etiam in rem obſeruo *verſ.Subſtitutio in liberorum defectum*, E.Suarez.

178 Conditio adiecta ſubſtitutioni per verba naturalitatem importantia,non poteſt ciuiliter adimpleri, ſed naturaliter. Fallit fauore religionis,nam ſi inſtitutus habeat ſubſtitutum ſub conditione,ſi ſine filiis,vel liberis legitimis & naturalib. decedat,ſi ingrediatur monaſterium excluditur ſubſtitutus, quia monaſteriū habetur loco filij,licèt fictè & ciuiliter. eſt cō.opi.ſec.Alex.*cōſ.121.viſo themate.v.in hāc partē.vol.2.* Idē.

179 Tūc dicitur ſupereſſe perſona, quę ex preſūpta mente defuncti excludit ſubſtitutum, quādo ſupereſt aliquis,qui ſit prior in gradu quā ſubſtitutus, & de deſcendentib. teſta-

toris:aliàs ſi ſit in pari gradu cum ſubſtituto,vel de trāſuerſalibus,nō excludit. Eſt com.opin.Barto.& doctor.*in l.hæredes.§.cū ita ff.ad Trebel.* ſec.Alexand.*ibid.*& Socinus *in conſ.94.pre clariori.verſ ſed ad hanc rationē,vſque in fin.col.vol.4.*licet Imo. tenuerit quòd etiam tranſuerſalis dicatur eſſe de perſonis excludentibus ſubſtitutum.*in d.§.tum ita.* M.Chærian.

180 Inſtitutio vel ſubſtitutio facta ab extraneo de aliquo,& eius filiis ac nepotibus,qui non erant de neceſſitate inſtituendi,intelligitur facta de omnibus,ſimul & ſemel, nō autem ordine ſucceſſiuo.Eſt com.& verior opin.ſecund.Alex. *in conſi.3.viſis.in fin.vol.4.* M.Chærian.

Fallit prædicta concluſio ſi inſtitutio, vel ſubſtitutio eſſet facta per nomen collectiuum,velut liberos,quia tunc intelligitur ordine ſucceſſiuo,ſec.Dec.*in conſ.*205 *incip.in cauſa iſtorum,verſ.ſecunda ratione,&c.* Idem.

181 Subſtitutus ſuccedere debet,vbicunque inſtitutus hęres moritur ante teſtatorem, & præſertim quando orīretur contentio inter ſubſtitutum,& venientes ab inteſtato ſuper ſucceſſione,mortuo teſtatore,non mutato aliter teſtamento;ſubſtitutus ipſe admitti tunc deberet ad hæreditatem. prout ita conſuluit Alciat.*conſ.17. Tria principaliter dubia reſoluenda n.1.cum aliis ſeq.tomo 3.lib.9.*& Soc.iun.*conſ 27.Miratus ſum, nu.1.cum cæteris ſeq vol.3.*

¶ Quæ quidem concluſio iuſtificari primò poſſet hac viuaci ratione;cùm ſubſtitutio ipſa inuenta abſque dubio ſit, ne caducæ fierent hæreditates, & legata,& fideicommiſſa. *l.1. C. de cadu.tol.in princ.*

¶ Secundò facit *l.quādiu,la 1.ff.de acq.hæred.* vbi inquit tex. Quamdiu prior hæres inſtitutus hæreditatē adire poteſt,ſubſtitutus non poteſt. ergò vbicunque hæres morte præuentus adire hæreditatē nequiret, tunc ſubſtitutus indubitanter admitti deberet. ita Cagnol.*in l.quandiu,num.2.ff.de reg.iur.*

¶ Tertiò fulcitur etiam eadem concluſio per tex.*in l. quādiu,la 2.ff.de acquir.hæred.* vbi text.determinat,quòd quandiu poteſt ex teſtamento adiri hęreditas ab inteſtato,ea vllatenus non defertur.& ita probatur etiā per *l.ex teſtamento,* vbi Dec. *C.vnde liberi.*& idem Dec. *in l. hæres inſtituta,in 3.notab. C. de impub.*& ibi Apoſtil.

¶ Quartò comprobatur hoc ſimiliter per *l.quandiu,la 5.ff. de acq.hæred.* vbi Vlpianus hæc verba receuſuit: Quandiu inſtitutus admitti poteſt, ſubſtitutioni locus non eſt, nec ante ſuccedere poteſt,quàm excluſo hærede inſtituto.igitur excluſo inſtituto per mortem, ſubſtitutus debet admitti excluſis venientibus ab inteſtato.

¶ Quintò ad idem facit quoque *d.l.quandiu.ff.de regul. iur.* cuius formalia verba hæc ſunt:Quandiu teſtamentum valere poteſt,tandiu legitimus hæres admittitur.& id etiam videtur ſentire Bald.*conſ.162.volum.2.*& Iaſ.*in l.hær.autem,num.53.ff.de vulg.& pupil.ſubſt.*

¶ Sexto ad hoc roborandum videtur ſtringere text. *in l.vnica.§.penult.C.de cadu.tollen.* vbi Imperator diſponit, quòd vbicunque adita non eſt hæreditas,defertur ea vtique primò, ſubſtitutis deficientibus,ad venientes ab inteſtato.

¶ In contrariam verò partem inclinandum fore arbitror tanquam veriorem,videlicet,quod venientes ab inteſtato,admittantur ad ſucceſſionem in præſenti caſu.

Et primò vtique ad hoc ſuadendum moueor, ex doctrina Ioan.And.communiter approbata *in addit.Specul.in tit.de teſtam.in §.incipiente,In primis.* quòd vbicunque ſubſtitutio prima eſt inutilis,etiam ſecunda deficiat.

Secūdò adducor ad hoc idē concludendū,per doctrinā Pet. de Vbal.*in conſ.29.poſito inter conſilia vltimarū voluntatū, volu.1.* vbi conſtanter quidem firmat ſubſtitutionem euaneſcere, quādo ſubſtitutus decedat ante eum,cui ſubſtitutio facta eſt.

Necnon huic noſtræ opinioni præſtare videtur maximam quidem opē,Gloſ.*in l.qui habebat.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.*cōcludens ibi,non fore aliter locum ſequenti ſubſtituto,vbicūque conditio prius appoſita non extiterit verificata.cui innititur non vulgari nēpe anchora Angel.*ibi*,& Rolond.à Val. *conſ.58.In præſenti conſultatione ſatis ardua.num.56.vol.3.*

Similitérque hoc idem confirmatur per doctrinam Ang.in loco præcitato,illuſtratam per Roland.*in d.conſ.58.ſub.nu.56.& ſeq.*aſſerētis,quòd quando tollitur medium,ob quod ad finem peruenitur, deſtruatur etiam ipſe finis.

Et in propriis terminis, quòd ſubſtitutus ipſe penitus excludatur,morte inſtituti ſubſecuta viuo teſtatore, conſuluit Alex.*conſ.1.vol.1.*in quo eam eſſe rationem: quia defecit conditio, cùm per ſubſtitutum non fuerit hæreditas adita. & id etiam ſentit Dec.*in d.l.hæres inſtituta,num.10 & ſeq.*

Vbi cōcludit,quod quādo ſit mētio de hærede,intelligi debet de hęrede,qui adiuit hęreditatē.& Alexand.etiā *in d.cōſ.1.*

¶ Et reſponſio hæc ſufficit omnibus obſtaculis in contrarium ſupra adductis. & Natta aliā allegat ad hoc propoſitum *in addit. ad Alex in d.conſ.1.*& Dec.*conſ.244.In caſu.* qui iura præmemorata probantia contrarium adducit.

Eſt benè verum, quòd Bart. *in l.1.nu 32.ff.de vulg. & pupil. ſubſtitut.* ita religiosè more ſuo, diſtinguere videtur in præſenti caſu,quòd aut moritur teſtator ſtatim poſt mortuum hęredem inſtitutum,ita quòd ille teſtamentum ſuum vllo modo mutare nequiuit:& tunc ſubſtitutum admitti debere conſtanter affirmat.ſi vero ex interuallo, & hoc nempè caſu ſubſtitutum nō admitti vllo modo aſſerit. per *l.quod ſi filius.ff. de captiu.& poſtlim.reuerſ.*Et rationem viuaciſſimam diuerſitatis ibi, inter primum & ſecundum caſum affert;cùm in primo caſu lex faueat ipſi teſtatori, qui citò moritur, & mutare aliter non potuit teſtamentum ſuum:in ſecundo verò caſu minimè,cùm habuerit tempus mutandi teſtamentum,& non mutauit. Et alteram rationem aſſignat ſimiliter efficaciſſimam, cùm nec poſſit allegari,teſtatorem ipſum hoc non cogitaſſe, cum primum inſtitutum viderit. & opinionē Bart. tanquàm ſacroſanctā & cōmunem, quàmplurimi iuris interpretes ſequuti ſunt cateruatim relati per Apoſtil.ibi.Et dum extitiſſet mihi cōmiſſa cauſa per Dominū Baronem oppidi Fonticulorum,tanquàm iudici ſecundarum cauſarum, tunc vertens inter Camillam Petri Ciccarelli,vxorem Ioannis Dominici Caſcioli de Bomminaco ex vna parte,& Ioannem Paulum,& fratrem Ciccarelli de Fonticulis,reos conuentos ex altera,ſuper ſucceſſione prædicti Ciccarelli;qui condito teſtamento, & mortuo hærede,eo viuente,per menſes nouem ante eius mortem,qui potuit mutare teſtamentum ipſum, & non mutauit: iudicaui ſub die 2.menſis Septembris 1579. mediante ſententia diffinitiua, ipſam Camillam tanquàm venientem ab inteſtato,debere pro quarta parte ei tangente, admitti ad ſucceſſionē ipſam,non obſtante ſubſtitutione facta in ipſo teſtamēto,reſoluta per mortem hæredis ſubſecutā viuente teſtatore.

Et hæc ſententia poteſt etiā facile ſuſtineri iſta quoque irrefragabili ratione.Nā ſubſtitutio expirat morte inſtituti viuo teſtatore:& ſic ſubſtitutio euaneſcit mortuo ante teſtatorē ipſum inſtituto textus eſt expreſſus *in l.lex Cornelia.ff. de vulgar. & pupillar.* vbi tex.ita determinat, quòd ſi pater filio ſubſtitueret.& filius viuo patre moreretur apud hoſtes: tunc equidē ſubſtituti vi ſubſtitutionis nō ſuccederent modo aliquo,vtpotè mortuo ante patrem filio, cui ſubſtituti fuerant.

Et ita in præſenti caſu aliàs in anno prædicto.1579.vidi ad fauorem ipſius Camillæ ſubtiliſſimè conſultum per D.Tullium Duronium compatriotam meum,præclare ſcientiæ aduocatum; quem multis iam annis in Gymnaſio Peruſino in variis circulis,dum ſimul militabamus ſub eiſdem præceptoribus,cognoui in fractione panis:prout etiam nōnullis aliis annis,proprias lares parando in Ciuitate Theatina, ad eius domum hiſce oculis vidi ſimiliter omnes ferè de prouinciæ, tanquam ad oraculum Apollinis, ob eius ſcientiam & integritatem conuolitare. Viuius.

182 Subſtitutio facta ſi ſine filiis grauatus moriatur,liberis ſuſceptis,indubitāter illa penitꝰ extinguitur,atq;reſoluitur, etiam ſi abſq; filiis,& prole ipſi filij poſteà moriantur.ita omnes iuris interpretes firmant vnanimiter,& cōcorditer per illum textum,*in l filiusfamiliàs.§.sum quis ff.de leg. j. in l.hæredibus,& in l.ex facto.§.pen.ff.ad Trebel.in l.ſi quis hæredem.C.de inſtitut.& ſubſtitut.& in l.cum vxori.C.quando dies leg.ced.* & ita conſuluit Oldr.*conſ 21.thema tale eſt,nu.1.*cum aliis ſignatis ibi per Raynal.Corſum *in add.in litera A.*Bald.*conſ.304.nobilis vir,in fi.vol.5* Fulgo.*conſ.46.*Andreas,*col.2.*Abb.*conſ.40.veniο ad primum,in 1.dub.vol.1.*Alex.*conſ.31.ponderatis his,in prin. vol.3.*Dec.*conſ.218.In caſu,in 2.dub.*Paul. Caſtrenſ. *conſ.130.ne impropriis vtamur terminis,col.pen.*Cur.ſenior *conſ.45. num.19. circa fin.*Io.Andr. *in addit.Spec.in tit. de teſta.§.in primis, vltima quaſt.* Socin.iun.*conſil. 4. colum.1. & ſeq. vol 3.* & Crauet. *conſil.878.ſub num.1.cum aliis ſeq. vol. 5.* & iſta eſt concors,communiſque omnium opinio,vt planè diſcernitur ex allegatis authoritatibus:cui innititur etiam relatiſſimis quidem fundamentis Celſus Hugo *conſil.68.Teſtatrix, ſub nu.4.*

vbi

vbi non obſcurè meminit de ipſa communi. Soc. iun. quoque conſ.29. licèt in præſenti caſu,nu.20.vol.4. & Menoc.conſ. 85.Propoſita hac conſultatio,n.46.cum aliis ſeq.vol.1.vbi quàmplurima ſatis vtilia fundit pro explanatione prædictæ communis.

Cæterùm iſthæc communis claudicat primò,non vendicare aliter ſibi locum,ſi hæredi,aut honorato, vel imperſonali fideicommiſſum iniungatur:vetbi gratia,cùm filio inſtituto Titium ſubſtituit,ſi filius ipſe,vel eius liberi abſque filiis decederent.tunc etenim ex conditione duplici,& ex alternatiua cenſetur dubio procul hæres grauatus:ſecundùm Bar.in l. Centurio,nu.37.ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.& in l.ſi ſic.ff. de leg.3. & in l. codicillis,in prin.ff.de vſufr.leg.& ita conſuluit Raphael Raymundius Comenſis conſ.25.Franc.col.2.& conſ.118.teſtator inſtituit.col.2.Paulus Caſtrenſ.conſ.131.dubium facit,col.1.vol.2. Alex.conſi.185.nu.28.vol.2.& conſi.22.num 8. vol.3. quod repetitum diſcernitur conſ.13.vol.4.Corn.conſil 20.col.4. volumine 4.Pariſ.conſi.7.nu.32.cum aliis ſeq.vol.3.& Marzar.conſ.1.quæſt. 20.fol.13.à tergo.

Limitatúrque ſimiliter ſecundo loco eademmet communis,non ſortiri locum modo aliquo,vbicunque illi,qui in cõditione poſiti,liberi ſunt vocati,& ipſi leguntur: tunc enim ad eos fideicommiſſum indubitanter trahitur,atque deuolui tur,ſi abſque liberis poſtea decederent. vt voluit Guid.Pap. dec.531.Miles.& ita conſuluit Dec.conſ.95.in fi.& conſ.270.circa fin.& Pariſ.conſ.66.nu.58.vol.3.

❡ Et quanquàm in contrariam partem inclinare videatur Crau.conſ.48.nu.14.vol.1. allegando ibi Decium ſibimet aduerſarium,& inconſtantem: nihilominus tamen iſthæc opinio verior apparet,vt idem Crau.ſe corrigens oſtendit in d. conſ.878.ſub nu.9.vol.5.Quo vtique potiſſimum ſcribit locum obtinere,vbicunque poſt filios vocatos, atque alios in conditione poſitos ſubſtitutio fieret: hoc enim caſu grauati cenſerentur,qui vocari nempè forent.ita Corn. conſ. 97.poſt medium.vol.1.vt fuſius ibidem, & non quaſſato quidem calamo,explicat idem Crau.& Marzar.in locis præcitatis.

Tertiò antedicta communis coarctatur quoque,non propagare,extenderéque radices ſuas, quando ſtantibus maſculis fœminæ remouerentur:ibi enim & ad filios in conditione poſitos ſubſtitutio traheretur, qui ſine liberis poſteà decederent,ne aliàs fœminis fieret locus. vt ita conſulendo cõſtãtiſſimè aſſeuerat Ruin.conſ.143.nu.7.vol.3.Pariſ.conſ.11.vol. 3.Alc.conſ.2.Verba breuis Apoſtolici,ſub num.35.tom.3. lib.9.& Marzar.in d.conſ.1.quæſt.20.in 5.coniectura.fol.14.& à ſucceſſione in præſenti caſu planè prohibitæ fœminæ. ex hoc tamen diſcernitur,quòd maſculi,& agnati ſoli inuitantur,& in conditione ponuntur,in ſpeciéque vbi nominatim fœminarum facta prohibitio non eſt,ſed vel in ſolidum,vel in partem,vt ipſæ fœminæ admitti poſſent,teſte Dec.conſ.477.

Quartò reſtringenda etiam meritò venit ipſa communis non procedere, vbicunque ad gradus plures ſubſtitutionum teſtator progrederetur,atque pariter mandaret bona deueniri debere ad propinquiores:quod fieri nõ aliter poſſet,niſi grauati, & vocati ipſi dicerentur, qui poſiti in conditione exiſterent. vt conſuluit Anchar.conſi.74.Soc.conſi. 250.nu.4. vol.2.Barb.in l. cùm acutiſſimi.num.191.& ſeq C.de fideic.& ibi Moder.omnes.Cur.ſenior conſi.51.nu.23.& Iaſ.conſi. 40.in fin. vol.3.& conſi.108.vbi colligit voluntatem teſtatoris ad fideicommiſſum reciprocum ex graduum pluritate. & huic opinioni Ancharani aſſentitur etiam conſulendo Pariſ. conſi.31. nu.24 & conſi.37.nu.37.conſi. 41.nu.69.conſi.77.num.21.& 27.& conſi.ſequen.num.5.& 13.& conſ.91.num. 43.volum.2. Cur.iunior conſi.14.& conſi.16.nu.7.Caſſaneus,conſil.14.col.2.Gozad.conſ. 64.num.10.Purpur.& Curtius in l.j. num.14.C.de pact.& Soc. iun.conſilio 141.num.19.& conſil.168.num.75.volum. 2. & conſilio 1.numero 20.volum. 3. vbi audacter aſſerit,in hoc, contingere amplius non poſſe diſputari, nec ſe putare diſputandum, & ſic ex allegatis enodatè conſtat iſtam eſſe communem opinionem.

❡ Et licèt ab hac ſententia Ancharani non deſint alij quàmplures Doctores,qui diſſentiant,& præſertim Soc in l. cùm auus,col.penul.verſ. Aliàs autem allegabatur.ff.de condit.& demonſt.& conſi.62.col.pen.conſi.69.col.7.conſ.104.col.5.& conſi. 116.col.penult.vol.3.Cur.ſen.conſi.63. Antiquiſſima, num.4.Rui. conſi.128.col.penult.conſi.136.col.penult.& conſ.141.in fin.vol.3.& Rip.in l.Centurio,n.165.ff.de vul.& pup.ſubſt.& tamen ea dilucide apparet magis communis, voluntatique teſtatoris magis propinqua, & conſentanea. atteſtante copioſè quidem Crau.in d.conſ.878.ſub nu.10.vol.5. vbi fatetur huic opinioni ſe ſubſcribere non raro ſolere.

Quinto limitatur etiam memorata communis, compertũ eſſe eam nullatenus locum obtinere,quotieſcunque euidenter,manifeſtéque cõſtaret de voluntate teſtatoris,ſaltem per coniecturas,vt prouiſum extaret per eius diſpoſitionẽ omnibus deſcendentibus, quæ limitatio omnibus iuris interpretibus indubitata apparet. prout eam ponit, atque diſcurrit Raynaldus Corſus in addit.Oldrad. in d.conſ. 21.ſub litera A. Marzar.in d.conſ.1.quæſt.20.in 1.coniectura fol.14.Soc. iun.conſi. 175.vol 2.Port.Imol.conſ.8.nu.25.& conſ.40.nu. 8. cum aliis ſequentibus.& Crau.conſ.62.nu.6.vol 1 & d.conſ.878.cum anteſignatis, atque nonnullis aliis declarationibus ad prælibatam concluſionem vtiliter ad praxim,ac apprimè pertinentibus: & vberius hoc explicant, atque declarant quoque Moder.in d.l.cùm acutiſſimi.C.de fideicom.

183 Subſtitutio vulgaris aditione non euaneſcit, quæ potiſſimum reſciſſa per querelam extet. vtpotè quia tunc ſubſtitutio ipſa vulgaris ſortitur effectum ſuũ.tex.eſt in l.& ſi ſine.§. ſed quod Papinianus ff.de minor.& l.ex contractu, & ibi Barto. ff.de re iud.& idem Bar.in l.j.nu.49 & in l ij.§.1.nu.2.ff.de vulg. & pupillarib.ſubſtitutionib.& Iaſ.in l.poſt aditam,in 2 fallen.C.de impub.& iſta eſt concors,communiſque omnium iuris interpretum ſententia,quam ſtylo quidem ferreo confirmat conſulendo Crau.conſ.898.nu.25.vol.5.

Quæ profectò communis adeò vera diſcernitur, vt amplificari facile etiam poſſit:idem eſſe,cùm ab inſtituto hæreditas auferatur;vel effectum ſuum aliàs aditio non habeat; aut ex cauſa alia hęreditas auferatur:quoniam hoc etiam caſu,ius vulgaris ſubſtitutionis manet proculdubio incolume.tex.eſt in auth hoc amplius,ibique glo.& communiter Doct. omnes, & præſertim Bald.nu.18.C.de fideic.Iaſ.in d.l.poſt aditam,in 1. fallent.& in terminis ita conſuluit Anch.conſ.275. vbi locum vulgari ſubſtitutioni eſſe arbitratur,vbicunque re ipſa inſtitutus hæreditatem retinere nequiret,& in eum caſum nominatus ſubſtitutus foret. & Ancharanus refert, ſequitúrque Crau.in præcitato conſ.898.ſub nu.25.vol.5.

Necnon ſubſtitutio ipſa vulgaris varie ſortitur etiam effectum ſuum,nec euaneſcit,tam nimirùm ex capite nolũtaris, quàm etiam impotentiæ.l.3.C.de hæred.inſtitut. & l. vnica.§. cùm autem in ſuperiore.C.de cad.tol.

❡ Et caput noluntatis dupliciter verificatur in expreſſa, quæ per repudiationem inducitur.§.ſi quis itaque. Inſtitutionum de bonorum poſſeſſione.& l.temerè.C.de iure deliberan. & in tacita,quæ per lapſum temporis inducitur. l.ſi ponas. §.final. ff.de inoffi.teſtam.l.ſi quis filium,in fi.C.eod.tit.& l.licèt, cum glo. de iur.delib.

❡ Et caput ſimiliter impotẽtiæ multipliciter intelligitur. & primò per defectum capacitatis inſtitutio quod ſi Mæuius C.de hæred.inſtit.& l.ij.C.eod.tit.

❡ Secundò cùm inſtitutio euanuit per defectum teſtamenti.l.3.§.final.ff.de liberis & poſthumis. & l.ſi filius. ff. de hæredibus inſtituen.

❡ Tertiò per defectum conditionis. l. fin.ff. de hæredibus inſtit. l. ex ſcriptura. §.fin.& l.ſi ſeparatim.ff.de condition. & demonſtr.

❡ Quartò per aquæ, & ignis interdictionem.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de liber.& poſth.

❡ Quintò per deportationem inſtituti.l.j.C.de hæred.inſtituen.iuncta gloſſ.ibi.

❡ Sextò per defectum natiuitatis inſtituti.l fin.C.de inſtit.& ſubſtit.

❡ Septimò per mortem. l. ab omnibus. §.cùm quidam ff.de leg.j.& id ſiue ante teſtamentum, ſiue poſt teſtamentum, & poſt mortem teſtatoris mors inſtituti contigerit. vt l. vnica.§.& cum triplici.§.in principio.§.pro ſecundo, & §. in nouiſſimo.C.de caduc tollend.

Alios verò ſex effectus ipſius vulgaris ſubſtitutionis cumulatiſſimè quidem recenſuit etiam Capra, in tract. ſubſt. inter ſuas regulas,& concluſiones,in prima ſpecie,nu 35 cum aliis ſeq.& D.Sfortia Oddus quoque in tract.compendioſæ ſubſtitutionis,in prælud.quæſt 5.

Quæ vulgaris ſubſtitutio fieri ſolet his, vel aliis ſimilibus

verbis, pntà iã filio inſtituto, Si Gregorius nõ erit, talis ſit hęres, vel talem hæredem inſtituo. *l.1.ff.de vulg. & pup. ſubſtit.* & notatur per Gloſ. & Canoniſtas *in cap. Raynutius*, & præſertim per Couarru. *ibi in §.4. ſub n.4. de teſtamẽt.* & Legiſtas *in §. qua ratione, Inſtitut. de pupillar. ſubſtitut.* & per D. Sfortiam Oddum *in tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in prælud. quæſt. 4. fol. 10.*

Et iſthæc ſubſtitutio vulgaris (vt ſuprà docuimus) continet in ſe duo capita, ſcilicet caput impotentiæ, & caput voluntatis: quódque exemplificatur hoc modo, ſiue primus hæres inſtitutus non potuerit eſſe hæres, ſiue etiam noluerit. vt *l. cùm proponas*, & ibi tradunt Doct. *C. de hæred. inſtit.* & Bart. & cęteri omnes *in d. l. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut. & in l. 3. §. fin. ff. de liber. & poſthu.* Viuius.

184 Substitutio dubia præſumitur directa. *cap. ſi pater, de teſtam. lib. vj.* & Gloſ. vniuerſaliter, & communiter ab omnibus recepta *in l. verbis ciuilibus, in verſ. Voluntatem ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* cui accedunt, aiúntque ſingularem, & non eſſe alibi. Bald. Ang. Paul. Caſtrenſ. Imol. Alex. *col. fin.* & Bolog. ibi Aret. *conſ. 153. Periculoſum, col. 5.* Alex. *conſ. 12. Attentis verbis, col. 4. volu. 3. & conſ. 51. In caſu præſenti, nu. 9. vol. 7.* Bald. *conſ. 235. Decreto, in fin. vol. 1.* Socin. *in l. Gallus. §. quidam rectè, col. penult. ff. de liber. & poſth. & conſ. 113. ſupraſcriptis, col. 4.* Ang. *in §. fin. col. pen. Inſtit. de pupil. ſubſtit.* Corn. *in l. precibus. col. 10. C. de impub. & aliis ſubſtit. & conſ. 61. poſt redditum, circa fin. vol. 2. & conſ. 142. videtur, col. fin. vol. 4.* Galiaul. *in l. Centurio, n. 371. & 434. ff. de vulg. & pupil. ſubſtitut.* Dec. *in l. in teſtamento, in 4. notab. C. de teſtam. milit. & conſ. 371. nu. 4. & conſ. 572. in caſu, ante fin.* Ang. *conſ. 125. hoc eſt teſtamentum*, aſſeuerans ibi hoc ideò contingere, quia ipſa ſubſtitutio directa dignior apparet, & denique Cuman. *conſ. 2. col. 3.* innuit expreſsè hoc quoque accidere, ea potiſſimùm ratione, quoniam directa hæc ſubſtitutio, non imponit aliter onus illi cui fit, quemadmodum facit obliqua.

Et ne ignorentur termini præſentis ſpeculationis, neceſſariò diſcurrendum eſt, quid ſit ſubſtitutio ipſa directa, & quis eius effectus. Proinde animaduertendum reor, quòd directa ſubſtitutio ea eſt, qua quis capit hæreditatem defuncti ex diſpoſitione teſtatoris, nullo alio mediante, vel ſibi cooperãte: vt cùm aſſerit teſtator, Gregorium mihi hæredem inſtituo, ſed ſi ipſe hæres non erit, Sempronius ipſe tũc ſubſtitutus eſt directè, & hoc ſi per verba merè directa, & ciuilia, vt per verbum hæres eſto, vel hæres ſit, vel per verbum inſtituo hæredem. Aliquando etiam fit per verba communia, & interdum quoque per verba geminata, videlicet, Titium filium meum impuberem mihi inſtituo hęredẽ, & ſi in pupillari ætate deceſſerit, Mæuium ſubſtituo. tũc ſubſtitutio iſthęc directa eſt, ſi Titius morietur in pupillari ętate, propter verba geminata: ſed ſi poſt pubertatem, erit indubitanter quidẽ fideicõmiſſaria. ſecundùm cõmunem ſcholam omnium in iure Scribentiũ, variis in locis iuris noſtri. Cæterùm ſi teſtator diceret, hæres ſit: tunc vtique hoc diuiditur in quintuplici differẽtia, quarum prima dicitur ſubſtitutio vulgaris, & hæc duplex: vna expreſſa, quæ fit per huiuſcemodi negationem, videlicet, inſtituo mihi hæredem Priamum, & ſi ipſe noluerit, vel nõ potuerit hęres eſſe, Theodorus ſit hęres, vel Theodorum ſubſtituo. Alia verò tacita, quando ſcilicet negatio aliter non exprimitur, ſed potius includitur: vt cùm dicitur, Caſtorem, & Pollucem mihi hæredes inſtituo, & eos inuicẽ ſubſtituo. tacitè eo caſu ſubintelligitur, quòd ſi alter eorũ hæres non fuerit, ſcilicet, quia noluit, vel nõ potuit, quãdo deceſſit ante aditã hęreditatẽ, aliter ſit hæres in ſolidũ. *l. cùm in teſtamẽto. §. hæc verba. ff. de hæred. inſtit.* Bart. *in l. 1. in prin. col. 3. verſ. Vlterius quæro quibus verbis fiat. ff. de vulg. & pup. ſubſtit.* & Bald. *in l. fin. col. 4. verſ. Nunc aliqua dicã de natura verborum. C. de ſacroſanct. eccleſ.*

Et ſic ſubſtitutio directa eſt illa, per quam ſubſtitutus capit hæreditatem ſine facto alterius ex teſtatoris diſpoſitione, ita quòd non oportet recurrere ad primum hæredem, verùm adeundo hæreditatem efficitur dominus. vt *in l. cùm hæredes. ff. de acquir. poſſeſſ.* Indirecta verò obliqua, ſeu precaria ſubſtitutio illa eſt, per quam hæreditas capitur per manum primi hęredis, ex eo, quia non ſucceditur immediatè teſtatori: ideò primus hęres accipit quartam per Trebellianum propter onera, quæ ſubiit primus hæres, ne fruſtrà ſit hæres. vt *l. pen. C. ad Trebell.* Gloſſ. Abb. & alij omnes vniuerſaliter *in ca. Raynutius, de teſtam.* & præſertim Couarru. *ibi in 4. § num. 2.*

¶ Et huiuſmodi diſtinctionis tradit omnia commoda, atque vtilitates Lancell. Galiaul. *in repet. d. l. Centurio. colu.* III. & Gulielm. Benedict. *in d. cap. Raynutius, in verſic. Abſque liberis, in titul. de compendioſa, num. 12.*

Sed iſthæc communis ita explanata interpretatur non intẽpeſtiuè de plano in præſentiarum locum ſortiri, vbicunque ipſa ſubſtitutio compẽdioſa facta foret verbis communibus: tunc enim ea indubitanter diceretur ambigua. ita Rip. *in d. l. Centurio, ſub num. 15.* & Cæphal. *conſ. 429. Magnificè, num. 139. cum aliis ſequentibus, vol. 3.*

Vbi eandemmet communem limitat accuratiſſimè profectò procedere, vbicunque ſubſtitutio compendioſa facta, cõceptáque extitiſſet verbis directis. Viuius.

185 Subſtitutio facta poſt mortem plurium, cenſetur vtique tunc facta vltimo morienti in portione ſua tantùm. ita Bart. & alij omnes conformiter *in l. vel ſingulis. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit. & in l. Lucius. §. Caio. ff. ad Trebel.* Bald. *in l. 1. col. 2. verſ. Ex his apparet ratio triũ legũ. C. de cond. inſer.* Soc. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, col. 2. in 4. caſu. ff. ad Trebel.* & Bero. cum aliis ſignatis per eũ, *conſ. 79. n. 15. & 19. vol. 2.* vbi re ipſa vtiliter prorumpit iſtam eſſe communem opinionem, & Iacob. Philip. Port. ſeu potius Anton. Gabriel. pleniori manu *in concluſ. 34. lib. 4.* & D. Sfortia Oddus etiam *in tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. partic. quæſt. 1. artic. 6 fol. 69. cum aliis ſeq.* Et facit text. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit. & in l. quamuis, eod. tit.*

Sed vbicunque ſubſtitutio ipſa extitiſſet ſimpliciter facta vltimo morienti, nõ tamẽ enodatè, & expreſsè in toto, tũc vtique filij, vel hæredes nõ cẽſentur aliter inuicẽ ſubſtituti, ſecundùm Bart. Bald. Ang. Imol. & alios omnes cõmuniter *in d. l. vel ſingulis*, & Ant. Gabriell. cum magna cohorte in iure Scribentium, relata per eum *in d. concluſ. 34. lib. 4.* & Sfor. Odd. *in loco præmemorato.*

Imò nunimè filij videntur adinuicẽ modo aliquo his verbis ſubſtituti, videlicet, ſi teſtator dixerit, & ſi omnes deceſſerint. ita Ang. & Ioan. de Imol. *in l. ſi pater impuberes. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & iſta eſt cõmunis opin. atteſtãte Crot. *cõſ. 62. n. 1. & 5.* Ant. Gabriel. *in d. cõclu. 34.* & Sfortia Oddo *in d. 5. partic. quæſt. 1.* licèt & male Paul. Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſt. & in l. poteſt. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* contrariũ affirmet.

Cæterùm hæc omnia illuminantur aliquibus facibus per Paul. de Caſtr. *in l. pen. C. de impub. & aliis ſubſtit.* vbi vtiliter quidem concludit, quòd ſi forent inſtituti hæredes hoc modo. ſi omnes deceſſerint ſine filiis, talem ſubſtituo; intelligerentur proculdubiò inuicem tunc ſubſtituti, vt ſic ſubſtitutus, nõ ſuccedat altero ex his ſuperſtite: ſed ſi ſubſtitutus eſſet coniunctus, admitteretur profectò ſimul cum hærede ad partem primi decedentis: quod eſt maximoperè notandum.

Nam vbicunque ſumus inter teſtatoris filios, eo caſu, ſubſtitutio cenſetur facta vltimo morienti, & in tota hæreditate teſte Soc. *in l. hæredes mei. §. cùm ita, ſub nu. 8. ff. ad Trebel. & cõſ. 249. Materia, colum. 6. vol. 2.* vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem. cui aſſentitur cum aliis aggregatis per eum Pariſ. *conſ. 43. nu. 35. & ſeq. vol. 2.*

Quæ quidem cõmunis de plano locũ ſortiretur tribus concurrentibus, id eſt quòd ſubſtitutio facta ſit in toto, poſt mortẽ plurium, & quod cõditio verificata etiã extiterit in perſona primi mortui, nõ autẽ vltimi; quoniã tũc grauati filij, inuicem cenſentur ſubſtituti. ita Corn. *in d. l. pen. col. penult. & ſeq. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* & Pariſ. *in d. conſ. 43. nu. 34.* Viuius.

186 Subſtitutus vulgaris habet abſque dubio aliquo remedium, *l. fin. C. de edict. diui Adria. tollen.* ſecundùm Bart. & alios communiter omnes ibi, in 4. quæſt. & ſic eueniente caſu ſubſtitutionis, poteſt ſubſtitutus adire hæreditatem teſtatoris, ac inſimul petere ſe mitti, ponique in poſſeſſionem bonorum illius, ex beneficio *d. l. fin.* quod ei indubitanter competit, ex cõmuni omnium Doct. aſſertione iam relata per Bellon. *conſ. 19. ſub num. 14. & ſeq.*

Sed ſubſtitutus ipſe volens, determinánſque contra inſtitutum mitti in poſſeſſionem ex remedio *d. l. fi. C. de edict. diui Adria. tol.* minimè ſufficeret ipſum oſtendere teſtamentum nõ aboletum, nec vitiatum: verùm neceſſariò deberet etiam plenè probare, inſtitutum penitus excluſum extitiſſe, putà repudiatione, vel aliqua impotentia. ſecundùm explanationẽ, declarationémque veriſſimã Bart. *in d. l. fin. §. 1. col. 4* quæ cõmunis facilè diſcernitur ex ſcriptis per Doct. inibi, & ita cõſuluit Bero. *conſ. 57. Concludo in caſu mihi propoſito, num. 21. volum. 2.*

Cæterùm iſthæc communis declaratur vtiliter ad praxim, quòd hæc probatio per ſubſtitutum venientem aduerſatiuè contra

contra inſtitutum, deberet illico, & incontinenti fieri, alioquin non audiretur vllo modo. text. eſt in l.1.C.de edict. diui Adrian. toll. & ita conſulendo explanat, explicátque Bern. in præstate conſ.57. nu.21. in fine.

Eſt bene verum, quòd ſubſtitutus hæredi ſub conditione, ſi deceſſerit hæres ſine liberis, nō debet nec tenetur vllo modo probare, quod hæres ipſe deceſſerit abſque liberis: verùm ſufficit allegare, niſi contrarium probetur per aduerſarium, idest exiſtētia liberorum. ita Bart. Ang. Iacob. de Aren. Alb. Raph. Cum. Imol. Ripa, col. pen. & alij oēs per text. ibi, in l. ex facto. §. ſi quis autem. ff. ad Trebel. Paul. Caſt. conſ.387.n. 4. vol. 1. & Alex. conſi 39. Viſo themate, de quo ſuprà, volum. 1. vbi ab hac opinione, tanquàm ſacroſancta, admonet non eſſe recedēdū in iudicādo, & cōſulēdo, cui innititur etiā Dec. cōſi. 578. Viſo cōſilio clariſsimi Doctoris D. Ioānis de Meta, in princ. vbi ad lucē adducit iſtā eſſe com. opin. & Frāc. Herculan. etiā cū aliis aggregatis per eū, in tract. quis teneatur probare negatiuā, nu.98. in 3. limit. & magis verā, magiſque cōmunē atteſtatur denique Alciat. in tract. de præſump. in reg.1. præſumpt. 49.

Imò ſubſtitutus ipſe poſſet indubitāter capere fideicommiſſum, ſi in ſubſtitutione appoſitum foret verbum liberè. ſecundùm Bart. in l. precibus. col. pen. ver. Vel quid ſi dixit. C. de impub. & aliis ſubſtit.

Quoniā regulariter fideicōmiſſarius nō poteſt propria authoritate ingredi poſſeſsionem. ita Card. Put. deciſ.3. in tit. de teſt. cùm illā capiat de manu hæredis. l. inter omnes, & ibi Paul. Caſtrenſ. & alij omnes. ff. qui ſatiſd. cogan. & l. quod per manus. ff. de iure codicil. aliàs fideicōmiſſarius ipſe accipient fideicōmiſſum propria authoritate, caderet à iure ſuo, ſicut legatarius. l.1. & ibi Doct. C. quo. leg. & in l. non dubium. C. de leg.

¶ Sed fideicōmiſſarius capere bonorū poſſeſsionē facile poſſet, authoritate propria, de licētia teſtatoris, & cōſequēter cùm ei teſtator in teſtamento hoc permiſiſſet, atque conceſſiſſet. l. Titia cum teſtamento. §.1. ff. de leg.2. Bal. conſ. 432. vol. 1. Raph. Cuman. cōſilio 61. in fin. & Dec. conſilio 424. n.15. Viuius.

187 Filij poſiti in cōditione, non cenſentur aliter ea teſtamento vocati ad fideicōmiſſum. ita Gloſſ. in l. Lucius, la 2. ff. de hæred. inſtit. cuius opinio ſyncerè quidē recepta cōmuniter extat ab omnibus iuris interpretibus. atteſtāte Aret. in tract. de teſtam. in gloſſ. Et ſi deceſſerit ſine liberis, Capra conſ.20. n.23. Ruin. conſ.128. vol.1. & conſ.177. n.12. vol.2. Iaſ. in l. pecuniam, col. 2. ff. ſi cer. pet. & conſ.4. n.5. vol.2. Zuccar. in l.1. n.58. C. de pact. Pariſ. conſ.77. n.6. vol.2. Menoch. conſ.95. ſub nu.21. & ſeq. Franciſ. Marzar. in tract. materia fideicōmiſſaria, in 2. par. q.20. fol par.19. Cæphal. conſ.252. nu.1. vol.2. Burſat. conſ.52. n.23. Celſ. Hug. cōſ. 5. n.7. Rol. conſ.51. nu.5. vol.3. & conſ.34. n.55. vol.4. Rub. conſ.120. nu.3. & Capra conſ.2. n.23. Et hanc receptiorē eſſe, & iudicādo, & conſulendo ſequendam, quicquid in puncto iuris dixerit, teſtatur Excellentiſsimus I.C. & Nobiliſsimus dominus Ioſephus de Ruſticis de Aquila, in ſuo aureo tract. An & quando liberi poſiti in conditione vocentur. in 2. par. 3. e.1. par. princ.

Vndè legitimatus per reſcriptũ indubitãter excludit ſubſtitutũ:ſecundũ Bal.*in fi.*Soc.ſen.*n.*5.& Aret.*col.*4.*in l.Gallus.§.ſi eius.ff.de lib.& poſthu.*Alber.*n.*6.Alex. Iaſ. & alios omnes vniuerſaliter *in l.generaliter.§.cũ autẽ.C.de inſt.& ſubſt.*Ioan.And. *in add.Spec.in tit.de ſuc.ab inteſt.in fi.* & Anch.*in cap. per venerabilẽ,n.*17.*extrà. qui fil.ſint leg.* & iſta eſt magis cõmunis opi. atteſtãte D.Sfortia Oddo *in tract.cõpen.ſubſtit.in* 6.*partic.in tit. an legitimati faciant deficere fideicõmiſſum,ante fin.dicti tractatus,* vbi congerit alios Doct.amplectentes iſtã partẽ, eámque ſequitur,& limitat vtiliter in tribus caſibus, prout eidem opinioni innititur etiam, oſtendendo eſſe magis communem, & limitat quoque in tribus aliis caſib. Io. de Neuiz. *conſ.* 99. *Omnis ſapientia à Deo eſt,ſub num.*20.*cum aliis ſeq.*

Et tunc vtique legitimans poſt mortem patris,tenetur, & debet neceſſariò citare ſubſtitutos:quia requiritur eorum cõſenſus abſque dubio aliquo. vt concedunt Iaſo. *col.pen.*& alij omnes conſormiter *in d.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.* Neuiz.*in d.conſ.*99.*n.*20.*& ſeq.*cum aliis aggregatis per eum,& D.Sfortia Oddus *in loco praecitato,in* 2.*limit.fol.*209.in quib.locis oſtẽdunt apertiſſime iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Non enim valet huiuſmodi legitimatio ad præiudicium ſubſtituti nõ citati,cui ius in ſpe probabili quæſitũ extat,illo grauato decedẽte,ſtante morte teſtatoris:ſic eũ grauantis,nõ poteſt nẽpè grauatus ius fideicõmiſſi ſubuertere per talẽ legitimationẽ. foret enim iſta quædã alienationis ſpecies rerũ fideicõmiſſo ſubiectarum,cùm per legitimationẽ ipſam in alium deuoluerentur,quã teſtator diſpoſuerit,contra *auth.res quae.C. com. de leg.*prout ita firmarunt cõſtanter quidẽ Anch. *conſ.*427.*circa primũ quaeſitum,*iuris interpretes omnes, & potiſſimum Soc.& Iaſ.*in d.l.Gallus §.& quid ſi tantùm,*Alex. *cõſ.* 67.*col.*3.*vol.*1.Rui.*conſ.*3.*n.*4.*vol.*1.Dec.*conſ.*55.*col.*1.*& ſeq.& cõſ.* 425 *col.*3.& Pariſ.*conſ.*9.*nu.*29. *& ſeq.vol.*2.

Quæ nimirũ cõmunis ita explanata,procedit indubitanter, in legitimatione emanata poſt mortẽ teſtatoris:ſecus verò in legitimatione viuẽte teſtatore ipſo expedita: quia in legitimatione filij,per quã excluditur ſubſtitutus,non requiritur vllo modo citatio, ſi viuo patre ea fiat. ſecund.Gomez.*in reg.*271. Oddum *in loco praallegato, in* 3.*limit.fol.* 209.& Alex. de Neuo *conſ.*33.Vide quæ copioſiſſimè deducta ſunt,*num.*12.

¶ Quoniam ipſa legitimatio per reſcriptum Principis,bonis,honeſtiſque rationibus fieri poteſt viuente patre, etiam agnatis non citatis,quantum ad bona ipſius,de quibus pro libito poterat diſponere. vt explicat & declarat Bar.*in d.l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm.col.pen.*& Car.Put.*dec.*7.*in tit de legitim.*

¶ Quòdq;

¶ Quódque vendicat ſibi locum, etiã exiſtentibus quæque bus legitimis quorũ mentio facta eſt,& non citatis eis, licet non habeat Comes in facultatibus legitimandi clauſulam, citatis, vel non citatis. ita Card. Put. deciſ. 4.eod. tit.

Cæterum hæc communis, quòd citatio illorum, quorũ intereſt, neceſſaria ſit in legitimatione mortuo patre facta, limitatur locũ nõ ſortiri,vbicũque ipſa legitimatio poſt mortem patris fieret à Papa, vel Imperatore,vt firmant Bar.n.14. Iaſ.in 1.lectura, nu.140.& cæteri omnes vnanimiter,& cõcorditer, in d.l.Gallus. §. & quid ſi tantum, Io.de Imol.in c.niſi cũ pridẽ,col.16.de renun.Bal.in l.nã ita diuus,col.1.ff.de adept.Abb. conſi. 84.n.6. vol. 1.Ant.de But.in d. c.per venerabilem, in prin. Feliy.cũ aliis cateruatim relatis per eũ,in c.cum olim, nu. 16. de ſent.& re iudic. Alex. de Neuo, in d.conſi.33.nu.12.& Per.Dueñas in reg.43. Appellatio iuſta & licita nõ tollitur à Principe, ſub 5. fall.ver. Et facit etiã in fauorẽ huius limitationis. Viuius.

3 Subſtitutio cõpendioſa impuberi filio facta verbo communi, veluti ſi teſtator dicat,Luciũ filiũ meũ hæredẽ inſtituo,& ei quandocũque ſine filiis deceſſerit, Sẽproniũ ſubſtituo, intra tẽpora pupillaris ætatis directa eſt, poſt autẽ pubertatem decedente filio cõuertitur in obliquã, ſecũdũ gl.in §.qua ratione. Inſtit.de pupil.ſubſtitutio.& opinio hæc communiter approbatur, vt aſſerit Iaſ.conſi.129.factũ ſic ſe habet lib. 1. contra gle. in l. precibus. C. de impub.& aliis ſubſti. Old.conſi.99 factũ tale, & Bal.conſi.392 ſuper primo,& conſi.399.præmittendũ lib.4. Amplia iſtã cõmunẽ procedere etiã ſi mater eſſet in medio, quia ſubſtitutio cõpendioſa facta per verba cõmunia omni tẽpore pupillarẽ quoque continet nõ tacitam, ſed expreſſam verbis generalibus, d.l.precibus,& potentior eſt fauor.pupilli ne abſque teſtamento decedat, quàm matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat.l.Papinianus.§ ſed nec impuberis.ff.de inoffi.teſta. & in c. ſi pater,de teſt. lib.6.& hoc tenet , & firmat poſt alios per eum ibi congeſtos Tiraq. in tract. de legib. connubialibus in gl.5.nu.60.Arnol. Ferronus in gl.ad conſuetudines Burdegalenſes in 2. parte in §. 11. Iac. de S. Geor. in l.fin.n.37. C. de edict. diui Adria. tol. licet contrariũ, & male teneat Coraſius in d. l.precibus, n.19.& de ea dubitat etiã Dec.conſi. 128. Sed prima opinio videtur veriſsima.& com.vt per Alex. in l.Cẽturio. ff. de vulg. & pupill. & conſ.12. vol.3.ideo ne te decipiat Dec.ſuis ſuaſionib⁹,noli diſcedere in actu practico à d.cõmuni. F.Vi.

4 Subſtitutio compendioſa facta à pagano,per verba communia filio impuberi, intra tẽpora pubertatis , valet iure directo indiſtincte , & mater per eam excluditur. eſt com. opi, ſec. Iaſ. in l. precibus. & Lanfran.in l. Centurio. ver. ſubſtitutio compendioſa.ff.de vulga. pulchrè Corn. in conſ.187.tria & vulgata.vol.1.per c.ſi pater.de teſta. in 6. Tamen Deci. in d.l precibus.ver. Modernis,hic tenet oppoſitum,dicens quòd non facilè colligi poteſt,vtra opi.ſit mag.communis.Sed eius iudicio diſtinguendũ eſt, ne mater omninò excludatur , ſed ſaltẽ habeat ſuam legitimam in bonis filij,quia iniquum foret illam priuari. cui diſtinctioni pro dubio cùm ſapiat æquitatem,inhærendum videtur tam in conſulendo,quàm iudicando,licet L. Galiaul.in dicta l. Cẽturio, videatur amplecti & approbare opin. Bart.quòd mater non excludatur, reſpondendo ad d.c. ſi pater. in verſic. quarta eſt concluſio. Bellacomb.

5 Subſtitutio compẽdioſa facta à pagano filio impuberi,per verba cõmunia intra tẽpora impubertatis , admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari, ita vt per eam inſtitutionẽ ita factã, mater omninò excludatur à bonis filij : poſt verò pubertatem ſi moriatur, ſolùm valebit iure fideicommiſsi. Iaſ.in l. precib. n.25. C.de impu.Guliel.Ben.in rep.c.Raynutius.in verbo, ſi abſque liberis. in materia cõpendioſa ſubſtitutionis,n.45. & hãc com. opin. cõprobat per c. ſi pater. de teſtamentis in 6. & ibi doctores aſſerẽtes eã opinionẽ obſeruari. Io.tamen de Anan. conſ.79.& Aret. conſ.155. dicunt,ꝙ ſi mater eſt in medio, eius fauore talis ſubſtitutio omni tẽpore cẽſetur cõpendioſa,etiã pupillo decedente in pupillari ætate : & hanc cõmunem dicunt ibid. vide tamẽ Guid. Pap.deciſ. 521.& 533. Bellacomb.

6 Subſtitutio ſi fiat per paganum filio cõpendioſè,per verbum commune ſubſtituo, ſi contingat filiũ mori in pupillari ætate, admittitur ſubſtitutus ex directa pupillari, poſt pubertatem ſi moriatur , ſolùm habet locum fideicommiſſaria ſubſtitutio, Iaſ.in d.l.precibus,nu.25.com.dicit.

Limita, quia ſi mater eſt in medio,cenſetur eius fauore talis ſubſtitutio omni tempore compẽdioſa, etiam pupillo decedente in pupillari, Io. de Ana.conſ.79.& Fran. de Aret.cõſ. 155.com.dicit,licet Iaſ.in d.precib n.15.teneat cõtrariã.Imò ꝙ cũ tractemus de cõpendioſa ſubſtitutione,ſub qua pupillaris continetur,excludit matrẽ,ſed prima videtur magis comm.

Amplia iſtam limitationẽ ad patrem,quia ſubſtitutio vulgaris expreſſa aut,quę continet tacitam pupillarẽ,non excludit patrem.Bened.in c.Raynutius in verb.ſi abſque liberis, num. 88.de teſta. com. dicit.Villaleb.

7 Teſtator filios impuberes inſtituens,& eos inuicem ſubſtituens,ex his verbis inter impuberes,vulgaris & pupillaris eſt ſubſtitutio:inter puberes autem ſolùm vulgaris cenſetur facta.Iaſ.in l. Lucius ff.de vulga.& pupillar.in conſ.134. vol. 1. & Io.Duran.in arte teſtan.tit.5.cau 29. comm.dicit. Villal.

8 Teſtator ſubſtituens Petrũ,& eius filios,& heredes,intelligitur ordine ſucceſſiuo.Curt.iun.conſ.121.n.5 cõ.dicit. Idẽ.

9 Quãdo de teſtatoris mẽte nõ cõſtat,inhęrendũ eſt verbis, & eius virtuti.Curt.iun.conſ.169 nu.1.com.dicit. Idem.

10 Adde tamen quòd ſi filius ſubſtituatur vulgariter vel pupillariter hęredi ſcripto dicitur poteſtas.l.ex facto. §. Lucius, praall l.ſi hæres.ff.de hære.inſt.ita Iaſ.in l.poſthumo. C. de contra. tab.col.2.al.Lu.Ro.conſ.516.incip.in caſu propoſitæ conſultationis. & ita in effectu vult Bal.in 3 part.conſ.395.Oldr.conſ.171.1.dub. vide in ſimili Alex.l.quotiens.col.6.verſ. vide etiam in materia. C.de hære.inſt.Guid.conſ.96. Idem.

11 Vide Cor.in 4.vol.conſ.114.vbi relat.mult.tenentib.contrarium.tenet,quòd valet teſtamẽtum,licet filius reperiatur ſolum ſubſtitutus ſub conditione caſuali. Idem.

12 Subſtitutio pupillaris expreſſa,non ſolũ excludit matrẽ ab integra filij ſucceſſione,& hęreditate,verùm etiam à legitima portione:& conſequẽter pupillaris ipſa expreſſa abſq; ſcrupulo aliquo excludit matrem,alióſque aſcendentes pręteritos,quos ipſe filius pręterire nequiret.pater enim pupillo ſuo poteſt extraneum pupillariter ſubſtituere , nulla etiã facta mentione matris,aliorũmque aſcendentiũ ex latere matris:adeo quòd ſubſtitutus omnia bona, vndecunque quęſita ex ſubſtitutione conſequeretur,illis excluſis,etiam reſpectu legitimæ.vt apertiſſimè probatur in l.precibus,in v. Si verè.C. de imp.& aliis ſubſt. quodq;confirmatur etiam ex generalitate tex.in l.Papinianus.§.ſed nec impuberis.ff.de inoffi teſta.cuius etiam deciſio reperitur canonizata in c. ſi pater, de teſta.in 6.in quibus quidem locis ratio aſſignatur euidens. Et licet nonnulli ex Scribentibus in iure contrariam iuerint ſententiã nihilominus tamen frequentiori voto iſthęc opinio recepta apertiſſimè diſcernitur,prout de communi teſtatur Soc.ſen. in l.2.nu.21.ff de vulg.& pup ſubſt.& ibi Ripa,nu.44. & fuit de intentione Bar.vbi in 2.effectu,quẽ ſequutus eſt conſulendo, Paul.Caſtrenſ.conſ.18.nu.1.& 3.vol.2.Pariſ.conſ.16.Circa præſentem conſultationem,nu.53.& ſeq.vol.2.& conſ. 59. Certiſſimum eſt nu.3.& ſeq.eod.vol.Dec.in d.l precibus,nu.9.Cagnol.nu. 65. & Cur.iun.nu.12.& Mattheſil.ſing.163.

Et pupillaris ipſa expreſſa (ne ignorẽtur termini præſentis ſpeculationis)ea eſt,quæ fit verbis expreſſis,hoc eſt illis, quibus pupillaris ſubſtitutio fieri ſolet,de quib. in l.1.ff.de vulg. & pup.ſubſt.& in §.1.Inſtit.eod tit.putà dicendo,filium meum impuberem hæredem inſtituo:& ſi hęres erit,& deceſſerit in pupillari ætate,ſubſtituo talem.vel ſic dicendo,& ſi hæres nõ erit,&c.

Imò cõmunis iſthæc ita retenta,tanquã veriſſima, meritò ampliatur quoque ſec.Ang.Aret.Inſt.de pup.ſubſt. in prin. nu. 23.& Dec.in d.l precibus,poſt nu.9.ver. Et iſta concluſio, ſiue fiat ipſa ſubſtitutio per verba directa,ſiue per verba communia.

Cæterum præſens communis ita illuſtrata limitatur primò per Archidiaconum in d.cap ſi pater. vt ea nimirùm procedat iure fori,nõ autẽ iure poli,ſic reſtringendo d.cap.ſi pater.cui accedit Corn.& Dec.nu.10.in d.l.precibus.Sed quicquid ſit,cõtraria opinio verior eſt,atq;receptior.vt per Couarr. in cap. cùm eſſes,ſub nu.11.in cap.Raynutius.§.5.nu.6.de teſtam. per Cagnol.in d.l.precibus nu.96.& per Soc.iun.in l.moribus,nu.94.ff. de vulg.& pup.ſubſt.vbi variis,diuerſiſq;compluribus modis, atque motiuis Archidiacono ſatisfacit.& ſic dènique hęc limitatio falſiſſima diſcernitur,verùm eam extollit , licèt non firmet Soc.ſen.in d.l.2.nu 21.in fi.ff.de vul.& pup ſubſt. Et conſequenter opinio communis præmemorata procedit etiam in foro animæ, & conſcientię. teſte Couarr. ampliſſimè in c. cùm eſſes, ſub numero 11. & in d. cap. Raynutius, §. 5. ſub numero 6.

Bene tamen verum eſt,quòd ſi mater ipſa inops,& pauper extaret

extaret, poſſet vtique abſque dubio aliquo petere alimenta à ſubſtituto ſecuodum Zaſi. *in tract. ſubſtitutionum, in tit. de pup. ſubſt. num. 22.* & Ripam *in d. l. 2. num. 45.*

Secundo poſſet ſimiliter limitari eadem communis, quòd mater nõ excludatur per expreſſam pupillarẽ, quando filius haberet bona aliunde quæſita, quã a patre, vel eius intuitu: nã tunc mater poſſet admitti ad petendam legitimam in illis bonis: & ſi ſecùs fieret impium foret. ita Lãcel. Polit. *in trac. de ſubſt. in rub. de pupillari, in 8. q. col. 3.* referens ibi, ſe impura conſcientia conſuluiſſe. Sed cœca eſt hæc opioio, & peoirus inutilis: & licèt ea primo aſpectu æquiſsima videatur: tamẽ à veritate omninò in maximam fallaciam, atque inſaniã labitur, vt dirigit Soc. iun. *in d. l. moribus, nu. 95.* Imò eadem opinio tanquàm falſiſsima communi omnium Scribentium voto reijcitur, atteſtante Couarr. *in d. cap. cum eſſes, n. 11. in fine.* Nam eo dato, diceretur pupillus pro parte teſtatus, contra regulam *l. ius noſtrum. ff. de regulis iuris.*

Tertiò minime procedit etiam anteſignata communis, vt mater ipſa regulariter, atque ſimpliciter à luctuoſa filij hæreditate, minimè per ſubſtitutionẽ pupillarẽ excludatur. ita Cæphal. cum aliis aggregatis per eum *conſi. 524. Caſus iſte ſatis eſt frequens, nu. 4. vol. 4.*

Vnde mater vt excludatur per ſubſtitutionẽ pupillarẽ, à filij hęreditate in pupillari ętate morientis, requiritur neceſſariò, vt ea facta ſit in ſpecie, & in ſua forma. *d. l. Pap. §. ſed nec impuberis.* Sed hoc nullatenus procederet, vbicũq; pupillaris ſubſtitutio nõ foret formaliter, & ſpecialiter facta, verũ ſub cõpendioſa generaliter cõtẽta. per ea quæ tradit Alex. in l. *Prætor, nu. 3. ff. de oper. nou. nunciat.* & Cæphal. *in d. conſ. 524. nu. 15.*

Et ſic denique per pupillarẽ ſubſtitutionẽ tacitã mater nõ excluditur ab hæreditate, & legitima portione filij. ſecũdùm iuris interpretes cõmuniter *in d. l. 2. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* & præſertim ibi Bar. *col. pen.* Alex. *col. 15.* Fran. Aret. Iaſ. *col. 10. & ſeq.* & Ripam, *n. 46.* Bart. *col. 2.* & Bal. *col. 3. verſ. Circa ſecũdũ quæro, in d. l. precib. C. de imp. & aliis ſubſtit.* & D. Sfortiã Oddũ *in tract. compendioſa ſubſtitutionis, in prælud. q. 7. col. 1. ver. Et primò videamus de matre,* vbi hoc limitat in quatuor caſibus.

Itaque aduerte, ne erres, quòd pupillaris omninò tacita ea dicitur, quæ continetur in vulgari expreſſa iuxta *l. nam hoc iure. ff. de vulg. & pup. ſubſt. & l. quãuis. C. de impub. & aliis ſubſtit. cũ l. fin. C. de inſt. & ſubſt.* nã verbis nullo modo dicitur expreſſa, quia nec generaliter, nec ſpecialiter, nec ſingulariter cõtineri dicitur, ſed præſumitur, vel à lege fingitur. vt *in d. l. nã hoc iure.* & de huc mirandum non eſt, quoniam tacita pupillaris antedicta, nun habet formam pupillaris ſubſtitutionis, ſed ſub eius verbis includitur. vt cùm dicitur, Domitiũ filiũ pupillum, meum hæredem mihi inſtituo, & ſi ipſe mihi hæres non fuerit, Fabius ſit hæres. & hæc ex expreſsis indubitanter vulgaris eſt, ex tacitis verò eſt pupillaris: vnde ſiue ſit Domitius ipſe hæres, ſiue non, in ætate pupillari deceſſerit, hæreditas directo iure peruenit ad Fabiũ, ſed ex vulgari ſuccedit ſolummodò in bonis teſtatoris: ex pupillari verò ſuccedit in bonis teſtatoris, & pupilli, ex iuribus allegatis.

Limitatúrque etiã quintò, quòd licet tacita pupillaris matrem non excludat: tamen ea repudiãte, ſuccederet ſubſtitutus, & non legitimi. ita Bar. *in l. Centurio. col. 2. ver. Ex hoc ſequitur magna vtilitas. ff. de vulg. & pupil. ſubſt.* & Bal. *in l. ſi. col. 1. verſ. Tertiò eſt multum notandum. C. de inſtitu. & ſubſtitut.*

Sextò coarctatur quoque, quòd quamuis pupillaris tacita non admittatur contra matrem ex tacita mente defuncti, tamẽ admittitur quidem ſi cauſa pia fuerit ſubſtituta. ita Ang. *in d. l. precibus, col. 2. verſ. Idem credo ſi pauperes Chriſti.* & ibi etiam Paul. Caſtr. & Dec. *conſ. 182.*

Et hinc aduerte, ꝙ pupillaris ipſa ſubſtitutio valet, & tenet octo cõcurrẽtib9. Primò, ꝙ ea fiat liberis. Secũdò, ꝙ fiat impuberi. Tertiò, ꝙ iſti filij pupilli ſint in poteſtate teſtatoris. Quartò ꝙ pupillus ſui iuris morte teſtatoris efficiatur, atque euadat. Quintò, ꝙ nõ deſinat eſſe in poteſtate ante mortẽ teſtatoris: & ſic ſufficit, ꝙ ſit in poteſtate tẽpore mortis teſtatoris, etiã ꝙ nõ reperiatur in poteſtate tẽpore teſtamẽti. vt voluit Glo. Bart. Alex. & cæteri omnes, & Ripa *nu. 25. in d. l. 2.* vbi planum facit iſtã eſſe com. opin. Sextò, ꝙ fiat teſtamentũ. Septimò, quòd impubes inſtituatur, vel exhæredetur. Octauò quòd hæreditas adeatur. ſec. Bart. *col. 1.* Franc. Aret. poſt medium, & alios omnes tam Antiquos, quàm Moder. *in d. l. 2. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit.* Bero. *in d. cap. Raynutius, nu. 433. cum aliis ſeq.* & D. Sfortiam Oddum *in d. tract. compendioſa ſubſtitutionis, in prælud. partic. 3. quæſtio. 4. fol. 18.*

Imò aduerte etiã, quòd ſubſtitutio pupillaris facta de extraneo in teſtamẽto minus ſolenni, non eſt valida modo aliquo. teſte Card. Put. *deciſ. 167. lib. 2.*

Et ſic ſubſtitutio pupillaris non valet in teſtamento non ſolenni, niſi alter ex filiis ſit ſubſtitutus. vt concedit Bart. *in d. l. 2. col. 4. verſ. Quæro quid ſi teſtamentum,* & ibi Alex. *col. 11. verſ. Sextò requiritur,* & Paul. Caſtrenſ. *conſ. 351.*

Nec non animaduertendum eſt, quòd probata morte eius, cui facta eſt ſubſtitutio pupillaris, præſumitur mortuus in pupillari ætate. ita affabre quidẽ Card. Put. *deciſione 490. lib. 2.* ideò quilibet prætẽdẽs pupillũ mortuũ nõ fore in pupillari ætate, ſed ea tranſacta, & ſic locũ non eſſe ſubſtitutioni pupillari, tanquã prudens deberet neceſſariò hoc articulare, atque probare, ad excludendũ ſubſtitutũ, ne ſuccedere poſſet, probata ſolũmodò per eum in genere ipſius pupilli morte.

Et quanquàm pater filiis in ſua poteſtate conſtitutis pupillariter ſubſtituere queat. *d. l. 2.* vbi Gloſ. Bar. & alij omnes vniuerſaliter. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* & Pariſ. *conſi. 85. Olim, Ser Candidus, nu. 60. cum cæteris ſeq.* vbi reddit rationem.

Tamen hoc nullatenus procedit in patre hæretico. *cap. 2. §. fin. de hæret. in 6.*

Nec in Iudæo, teſte Zaſio, *in tractatu de Iudæis.*

Nec vbicunque pater foret turpis perſona. tunc enim pupillariter filio ſubſtituere nequiret modo aliquo. ſecundùm Bar. *in d. l. 2. & in l. ſed ſi vnius. §. filiofamiliàs. ff. de iniur.*

Neque etiã ſubſtitutio ipſa pupillaris facta à patre de turpi perſona, cui non foret conceſſa adminiſtratio bonorum, valeret vllo pacto. vt voluit Bar. *in d. l. 2. col. 5. verſ. Dixit tamen pro veritate, & in l. cùm oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib.* & Alex. *in dicta l. 2.*

Nec mater denique poteſt filiis ſuis pupillariter ſubſtituere modo aliquo. *l. ſi mater,* & ibi Doct. *ff. de vulg. & pupil. & §. cæterè, in fin. Inſtit. de hær. qual. & diff.* Bart. *in l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. & in l. 2. eo. tit.* & Ang. *n. 3.* notab. Bell. *nu. 9.* & alij omnes *in princ. Inſtit. de vulg. & pupil. ſubſt.* & Ripa *in d. l. 2. n. 13. ff. eod. tit.* vbi prorumpit iſtam eſſe com. opin.

Et ratio palpabilis ea eſt, quoniã mater ipſa nõ habet filios in poteſtate. *l. illud. §. ad teſtamenta fœminã. ff. de bon. poſſ. cõtra tab. § fin. Inſtit. de exhæred. lib. & §. fœmina. Inſtit. de adopt.*

Cæterùm iſthæc communis ita illuſtrata, claudicat re ipſa non ſortiri aliter locũ, vbicunque in loco vigeret ſtatutum, vt mater filios in poteſtate habere poſſet: tunc enim illa pupillariter abſque dubio ſubſtituere filiis ſuis valeret, ex diſpoſitione ipſius ſtatuti, vt concedit apertiſsimè D. Sfortia Oddus *in d. tract. compendioſa ſubſtitutionis, in prælud. 3. par. qu. 4. verſ. Limitatur autem, vt non procedat in matre, fol. 18.* Alex. Soc. & Ripa, *ſub nu. 13. & ſeq. in d. l. 2.* vbi poſt Alex. hanc ſententiam explanat, interpretatúrque prudenter quidem procedere mortuo eius marito, & non aliter, nec alio modo.

Sed vt apertè intelligas omnia ſpectantia ad præſentẽ materiã, illáque deguſtare queas ad ſaturitatem vſque, operæpretiũ eſt primò proferre teſtimonium illud tanquã irrefragabile, quo manifeſtè probatur, quòd ſubſtitutus pupillariter filio impuberi, etiam in legitima pupilli, per fideicõmiſſum grauari poſsit, caſus eſt, ſecundùm Doct. *in l. ſi Titio. §. ficuts, in fin. ff. de leg. 1.* & ibi per Bar. Imol. & alios omnes, & communiter etiam interpretes omnes *in l. ex tribus. C. de inoffi. teſtam.* Bar. Imol. Paul. Caſtren. & Alex. *in l. 1. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Bal. *in l. cùm virum, col. 2. C. de fideicom.* Alex. *cõſ. 67. Conſideratis his, quæ in primo themate narrantur, n. 2. vol. 1. & conſil. 12. Attentis verbis teſtamenti dicti Bartholomæi, num. 32. vol. 3.* & Iaſ. *in d. l. ex tribus.* Et rationem huius communis aſſignant Bart. Paul. Caſtr. & alij *in d. l. Titio. §. ficuts.*

¶ Quia talis ſubſtitutio potius habet in ſe prouiſionẽ factam ipſi pupillo, quã grauamen aliquod. & aſſerit inibi Pau. Caſtren. ita aliàs conſuluiſſe Dynum, per *d. l. ſi Titio. §. ficuts.* & hæc eſt re ipſa vera & communis opinio, vt ad lucẽ adducit conſulendo Bero. *conſ. 79. Et ſi dubia in narratione, ſub nu. 11. vol. 2.* & Alexan. *in d. conſi 12.* & Apoſtil. *ibi, in litera M.* licèt & temerè quidem eam eſſe falſam aſſeueret quam ſanè communem optimè confirmat Pau. Caſtren. *in d. l. ex tribus.* quẽ Alex. ibi, & Moder. ſequuntur, vbi ponendo quæſtionem in terminis docuit, quòd ſubſtitutus, qui ſucceſsit impuberi ex pupillari, potuit grauari per fideicõmiſſum etiam in legitima, quæ

ma, quæ ipſi impuberi debebatur iure naturæ, dummodò ipſe pupillus, & impubes obierit in ipſamet pupillari ætate, vt pupillari ſubſtitutioni omnino locus exiſtat, vt pleniori manu explicat Bero. in d. conſil. 79. ſub nu. 11. col. 9. circa medium.

Secundò opportunè aduertendum eſt etiam, quod ſubſtituens pupillariter, cenſetur indubitãter quidem grauare hæredem, & ſubſtitutum, vt totam hæreditatem tam ipſius patris, quàm etiam filij reſtituant. textus eſt clarus in l. ſi Titio. §. fin. ff. de leg. j. & iſta eſt concors, atque communis omnium iuris interpretum opinio, atteſtante Iaſ. ibi n. 15. & ſeq.

Sed circa hoc oritur non leue nimirum certamen, & acerrima diſputatio inter Doct. num videatur huiuſcemodi fideicõmiſſum iniunctũ filio, aut eius hæredi? & in hoc ſanè conſiſtit maxima vtilitas: vtpotè quia ſi illud foret iniunctũ filio, poſſet vtique ex eo detrahi legitima per eius hæredem ex filij perſona. ſi verò foret iniunctũ hæredi, nõ poſſet hæres modo aliquo legitimã detrahere, neq; ex filij perſona: quia ipſe non extitit aliter grauatus, neq; ex perſona propria, ex quo illi nõ debetur legitima, & cõſequenter fideicõmiſſum in dubio iniunctũ cenſetur nõ filio, ſed eius hæredibus, & ſucceſſoribus. ita Bar. in fin. Ioan. de Imol. & Paul. Caſtrenſ. in l. qui duos. per Gloſ. ibi. ff. de vulg. & pup. ſubſt. Paul. Caſt. Imol. Cuma. & Iaſ. in l. ex tribus. C. de inoffic. teſta. Io. de Imol. conſ. 12. & Gul. Benedic. in cap. Raynutius, in ver. Abſque liberis. nu. 49. de teſta. Fulgoſ. in l. eam quam. C. de fideic. & Alex. conſil. 67. Conſideratis his quæ in primo themate narrantur, n. 2. vol. 1. vbi fatetur iſtam eſſe communem opinionem, ac etiam conſil. 12. Attentis verbis teſtamenti dicti Bartholomæi, n. 32. vol. 3. Bertran. conſ. 102. Quæritur in facto quòd anno Domini, num. 7. & ſeq. vol. 5. Cagnol. in l. precibus, nu. 226. & ſeq. C. de impub. & aliis ſubſt. & Apoſtil. ad Alexan. in d. conſil. 12. in litera M.

¶ In contrariã verò partem, ſcilicet, quòd in dubio fideicõmiſſum ipſum ſimpliciter relictũ, cẽſeatur ipſi filio iniunctũ, non autẽ eius hæredi, inclinauit Barto. præter morẽ ſuũ titubando, in l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & in l. codicillis, in princ. per illum text. ff. de vſufr. ac. legat. Ripa. in l. Centurio, nu. 128. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & Apoſtil. ad Alex, in d. cõſ. 12. in litera M. Tamẽ quicquid fabuletur per iſtos Doct. incaſſum, nõ eſſet in practica modo aliquo recedẽdũ à prima ſentẽtia, quæ proculdubio eſt reipſa magis veritati conſentanea, magiſq; etiã cõmunis, atteſtãte apertiſsimè Bertran. conſ. 35. Viſo inſtrumento teſtamenti, & codicillorum, nu. 4. vol. 2. primæ partis. vbi ita conſuluit, & Iul. Car. etiam in 3. lib. ſententiarum. §. teſtamentum. quæſt. 72. verſic. Tertius eſt caſus. Viuius.

15 Subſtitutio exemplaris facta ſecundum formã. l. humanitatis. C. de impub. nullũ in ſe poteſt recipere onus, ſeu grauamẽ, & ſic ſubſtituti exẽplariter, nõ poſſunt pacto aliquo grauari, cùm principaliter habeãt bona à lege, & non a teſtatore, qui tenebatur illos ſubſtituere. iuxta cõmunem opinionẽ omniũ trutinatã in d. l. humanitatis. Nã ſicut cõtingit in legitima, in qua filius grauari nequit. l. quoniã in prioribus. C. de inoff. teſtam. ita pariter occurrit in huiuſmodi ſubſtitutione. Et hãc opinionẽ cõfirmat Dec. cõſ. 371. col. 3. verſ. 4. vbi cõcludit, quòd ſi in teſtamẽto ſorores ſubſtitutæ, poſt eorũ mortẽ forẽt grauatæ onere fideicõmiſsi, ex hoc ſolùmodò colligi, quòd ſubſtitutio ſororũ nõ fuerit exẽplaris, per rationẽ huius veræ, & cõmunis opinionis. & ſequitur quoq; Soc. iun. in. cõſ. 103. n. 21. & ſeq. vol. 1. Rolan. à Valle, conſ. 68. n. 68. vol. 4. Secùs tamẽ erit in ſubſtitutione pupillari, quę recipit grauamẽ, cũ ſubſtitutus ex ea habeat bona ab eo, qui potuiſſet aliũ ſubſtituere, vt per Doct. omnes cõmuniter in l. ſi fundũ per fideic. §. fin. ff. de lega. j. Dec. in d. conſ. 371. col. 3. & Rolan. in d. conſ. 68. ſub n. 68. Viuius.

16 Subſtitutio compendioſa facta per verbum cõmune filio impuberi, cõtinet reipſa pupillarem ſubſtitutionem directã: ſecundùm Gloſ. in §. qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit. in ver. Exemplum, Bart. Alexan. & alios vniuerſaliter in l. Centurio. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. vbi Iaſ. ad lucem adducit iſtam eſſe cõmunem opinionẽ. Dec. in l. precibus. C. de impub. & ali. ſubſt. qui cateruatim recenſuit alios Doct. hanc ſententiã amplectentes, quã intonat ſeruari in practica Gui. Pap. deciſ. 521. & ita cõſuluit Bertran. conſ. 26. dudũ, vol. 1. & conſ. 223. ponitur in facto, & cõſ. 276. viſo puncto, eod. vol. & eidẽ cõmuni accedũt etiã Canoniſtæ in cap. Raynutius, & in cap. ſi pater, de teſtam. & pro iſta opinione eſt text. in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ff. de condit. & demon. & in d. cap. ſi pater. Et ratio ea eſt: quia quod determinatur ſecundum curſum temporis, variato tempore, variatur & illud quod determinatur. l. pretia rerum. §. i. fin. ad leg. Falcid. l. Titia Seio §. vſuras. ff. de leg. ij. & l. pen. C. de vſur.

¶ In contrariam verò partem, videlicet quod ſubſtitutio facta per verbum commune filio impuberi, ſit omni tẽpore fideicõmiſſaria, inclinauit Gloſ. in d. l. Centurio, in d. l. precibus, in d. cap. Raynutius, & in d. c. ſi pater. quam quidem opinionem aſſerit Bart. tempeſtate ſua fuiſſe communem in d. l. Centurio, & conſil. 8. Factum tale. conſil 22. Honod. conſil. 54. Angelus, & conſil. 271. pater filio. & eam ſimiliter vocat communem Bal. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. & conſ. 350. In conſulendo ſemper teneo. vol. 4 & conſil. 175. vol 5. Oldr. conſ. 99. factũ tale eſt. Ang. conſil. 97. Viuianus, & conſ. 125. Hoc eſt teſtamentum Et ratio quã adducunt ad hãc opinionẽ tuendã, ea eſt, quòd ſubſtitutio reſpiciens plures perſonas, interpretatur ita, & taliter, vt ſit vniformis omnibus perſonis. d. l. iã hoc iure. & arguendo de perſonis ad tẽpora, concludunt quod ſubſtitutio reſpiciẽs plura tempora, debet neceſſariò interpretari, vt ſit vniformis omnibus tẽporibus. vt l. ſi plures. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. & cõſequẽter illa ſemper nimirum diſcernitur fideicõmiſſaria, ex quo debet eſſe vniformis omnibus tẽporibus, & etiã quia minimè debet fieri diuiſio volũtatis. l. cũ qui. §. fi. ff. de his quib. vt indig. nec debet demũm vna, & eadẽ res diuerſo iure cenſeri, l. cũ qui ædes. ff. de vſucap. & cap. maioribus, de præben. & huic opinioni aſſentitur etiã Pet. de Vbal. conſ. 29. nu. 12. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum, vol. 1. dummodò iſta ſubſtitutio cõpendioſa facta per verbũ cõmune, emanata ſit ſine temporis diſtinctione, qui in mediũ referauit ita ſemper cõſuluiſſe.

¶ Sed quicquid præmemorati Doctores ſuadeant, non foret vtique tutum id deciſiuis recedere à prima Bart. & ſequacium opinione, tãquam communi, & ſacroſancta, vt iſta ſubſtitutio valeat vt pupillaris intra tẽpus pupillaris ætatis, poſtmodùm verò valeat vt fideicommiſſaria. vt firmat etiam Rip. in d. l. Centurio, n. 117. in fin. Curt. iun. conſi. 86. n. 3. Chriſtophor. de Caſtellione conſil. 58. nu. 2. & ſeq. poſito inter conſilia vltimarũ voluntatum, vol 1. Natta conſil 68. n. 9. vol. 1. Dec. conſil. 643. nu. 4. Iaſ. conſil. 129. Factum ſic ſe habet. vol. 1. Ioan. Dilect. in tract. de arte teſtandi, tit. 5. cautel. 6. Ioan. de Neuizanis cõſ. 53. Vbi Chriſtus non eſt fundamentum, num. 6. & ſeq. Couarru. in cap. Raynutius. §. 9. num. 17. de teſtam. & circumſpectiſsimus D. Sfortia Oddus in ſuo fertili tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. par. de compendioſa facta pagano. qui directò poſt pubertatem, teſtandi priuilegium non habet, art. 3. parti. 5. & abſoluimus ſuprà in Opin. 842. hoc eod. lib.

Quæ quidem communis ita extricata, claudicat, ſecundum Barto. in d. l. Centurio, num. 27. non ſortiri aliter locum, matre exiſtente in medio: quia tunc ipſa ſubſtitutio venit interpretanda fideicommiſſaria omni tempore. ita etiam Gloſ. in d. l. Centurio, & in d. l. precibus Bal. in l. ex tribus. C. de inoff. teſtam. conſ 350. & conſil 392. vol. 4. & conſil 475. vol 5. Ang. conſil 97. & hoc fauore matris, ne excludatur a luctuoſa hæreditate filij. l. penult. C. de inſtit. & ſubſt. cum in dubio illa interpretatio ſumenda eſt, quæ facit pro matre. l. qui duos. §. 1. ff. de reb. dub. & l. fi. C. de inſtit. & ſubſt. & huic opinioni accedit quoque Dec. in d. l. precibus, & Bal. in d. l. iam hoc iure. §. 1. ff. de vulg. & pupil. ſubſt. qui exprimit, & planè deducit eam eſſe communem, haberéque etiam magnam æquitatem. Bal. conſ. 12. vol. 2. & conſil. 175. vol. 5. Aug. conſ. 13. Ant. de Butr. conſ. 53. Ang. in tract. de teſt. in Glo. in ver. in pupill. col. 11. verſ. Quæro quando compendioſa. Papienſ. in forma libelli quo agitur ex ſubſtitutione, in ver. Compendioſa, col. 5. verſ. Nunc autem. Anan. conſil. 97. & Bolog. in add. Fulgoſ. conſil. 33. vbi aiunt huiuſmodi opinionem frequentioribus votis tam Antiquorum, quàm Modernorum approbatã eſſe. cui innititur quoque Corn. conſil. 93. vol. 3. Aret. conſil. 115. in fin. Alex. conſil. 17. vol. 7. & conſil. 12. num. 10. vol. 3. fuſiſsimè D. Sfortia Oddus etiam in d. tract. compendioſæ ſubſtitutionis, in 5. par ſub 3. artic. 5. partic. & Afflict. deciſ. 367. vbi prorumpit ita iudicatum extitiſſe in Sacro Concilio Neapol.

¶ In contrariam tamen ſententiam, videlicet, quòd iſthæc ſubſtitutio excludat etiam matrem exiſtẽtem in medio, ſi decedat filius in pupillari ætate, ex quo dicitur pupillaris; inclinauerunt Salyc. Alexan. & alij in d. l. Centurio. gloſ. in d. §. qua ratione, Inſtit. de pupill. ſubſtit. Oldr. conſil. 123. Capra conſi. 7. Imol. & alij in cap. Raynutius, de teſtamento. Paul. Caſtrenſ. conſil. 111. conſil. 247. & conſil. 254. Corn. conſil 187. vol. 1. conſil 114. & conſil. 316. volu. 3. vbi deducit iſtam eſſe communem. & conſil. 322. eod. vol. & conſil. 28. eod. vol. & conſil. 28. volum. 2. Cuma. conſil. 2. in fin.

in fin. Bertran. *conſ.* 126. *vol.* 1. *& conſ.* 65. *&* 277. *vol.* 2. & Rolan. à Valle cũ alijs cateruatim relatis per eum, *conſ.* 69. *n.* 3. *cum alijs ſeq. vol.* 1. vbi corroborat communem ipſam efficaciſſimis rationibus. & Ripa etiã *in d.l. Centurio, ſub nu.* 118. & eam in practica ſimiliter obſeruari ſcribit Guid. Pap. *deciſ.* 521. & ſequitur denique etiam Couarr. *in d. cap. Raynutius, de teſtam.* §. 9. *in fin.* & Cæphal. cum magna caterua Doctorũ relata per eũ, *conſ.* 524. *Caſus iſte ſatis eſt frequens. n.* 27. *vol.* 4. in quibus locis cõmemorant iſtam opinionẽ contra Bart. eſſe magis communẽ, ac ei inhærendum eſſe in iudicando, & conſulendo. & iſta eſt veritas, vt oſtendimus *ſuprà in d. Opin.* 842 *hoc eod. libro*.

❡ Nam ſubſtitutio compendioſa facta per verbum commune, cõtinet pupillarem expreſſam verbis generalibus. *d.l. precibus.* & potentior eſt fauor pupilli, ne ſine teſtamento decedat, quàm matris, vt filio ab inteſtato ſuccedat. *l. Papinianus.* §. *ſed nec impuberis. ff. de inoff. teſtam.*

❡ Vnde, vt in præſenti tenebroſo, diſputabilique articulo eius exitus inueniri potuiſſet, ſtuduerũt Doct. prudẽter quidem hanc rationabilem diſtinctionem afferre, quòd aut ſubſtitutio ipſa facta extitit cum tẽporis diſtinctione, vt ſi filius meus decedat in pupillari ætate, vel poſteà quandocũque, Titium ſubſtituo: & tunc ſecundùm omnes conformiter, intra tempus pupillaris ætatis dicitur pupillaris ſubſtitutio, & matrem excludit, & poſtmodum dicitur fideicommiſſaria. & hoc modo procedit opinio Bart. *in d.l. Centurio.* 1

❡ Quandoque fit ſubſtitutio abſque temporis diſtinctione: & tunc nõ immeritò diſtinguere vidẽtur interpretes ipſi omnes, quod aut ſubſtitutio facta extat per verbũ directũ ciuile, puta hęres eſto, vel ſimile, & eo nẽpè caſu eſt omni tẽpore fideicõmiſſaria. *l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. ſubſt.* aut fit per verbũ directũ, & nõ ciuile, & hoc caſu vẽdicat ſibi locum opinio gloſ. *in d.* §. *qua ratione.* quod in pupillari ætate ſit pupillaris, poſtmodum verò fideicommiſſaria, vt ſi dictum ſit per verbũ moriatur, vel per verbũ ſubſtitutio. *d. cap. ſi pater,* & ibi Ioan. And. & Aret. *in* §. *fin. Inſtit. de pupil. ſubſt. n.* 9. *in fin.*

❡ Vel alio modo diſtinguitur in præſenti nubecula, quòd aut ſubſtitutio reperitur facta per verbũ capiat bona, ſua authoritate, vel propria manu, vel quod tota hære ditas ad eum perueniat, vel quod omnia bona perueniãt ad ſubſtitutũ, vel ſine aliqua diminutione perueniãt: tũc profectò infrà pupillarem ætatẽ eſt pupillaris, & excludit matrẽ: poſtmodum autẽ valet iure fideicõmiſſi, & non excludit matrem. Aut ſubſtitutio facta extat ſimpliciter, & in ea non ponuntur aliter dicta verba: & tunc ſi mater reperiatur in medio, valeret omni tẽpore iure fideicõmiſſi, ſi autem mater non eſſet aliter in medio, infra pupillarem ætatem, valeret vtique vt pupillaris, deinde vt fideicõmiſſaria, prout hanc diſtinctionẽ poſuit Pet. de Vbal. *conſi.* 29. *n.* 10. *inter conſilia vltimarum voluntatum, vol.* 1.

❡ Aut alio modo in præſenti re diſtinguitur quoque per Dec. *conſ.* 572. *ſub n.* 4. *& conſi.* 642. *nu.* 3. quod aut apparet coniecturarique poteſt, quod volũtas teſtatoris fuit ſubſtitutionem iure directam, & tunc matre exiſtente in medio, eſt omni tempore fideicommiſſaria.

❡ Et quæ ſint iſtæ coniecturæ, ex quibus appareat voluntas teſtatoris, quam velit eſſe ſubſtitutionem in præſenti caſu, nonnullas & omnes quidem vtiles, & neceſſarias enumerat Ripa *in d.l. Centurio, num.* 121. *& ſeq.*

❡ Sed Dec. *conſ.* 228. prorumpit ibi, quod facilè diſcerni non poteſt, quæ ſit cõmunis opinio in præſenti negotio, & proinde iniuſtũ non foret eligere mediã viam, cùm nouum nõ ſit, quod propter varietatẽ Doctorũ eligatur quandoque media via. ita Anchar. *conſ.* 210. Bal. *in l. paterfamilias.* §. *fin. ff. de hered. inſt.* & Alex. *in l. Titius. ff. ad Trebell.* vt matre exiſtente in medio, ei aſſignetur legitima, non autẽ Trebellianica. vt determinat Soc. *conſi.* 150. quæ etiam, ſi facta ſit pupillaris ſubſtitutio, in foro conſcientiæ non debet modo aliquo excludi à legitima. ita Archid. *in d. cap. ſi pater,* & hãc opinionẽ communẽ vocat Dec. *in d.l. precibus, n.* 10. *& conſ.* 211. *in fin.* & Ioan. Dilect. *in d. tract. de arte teſtandi, in titu.* 5. *cautel.* 6. *n.* 3. & æquiſſimã denique demõſtrat prudẽter quidẽ D. Sfortia Oddus *in d. tractatu cõpendioſa ſubſtitutionis, in* 5. *part. ſub art.* 3. *in* 5. *partic. fol.* 158.

Imo ampliatur ſimiliter opinio præmemorata locum etiã ſibi vendicare, ſi mater tranſiuiſſet ad ſecunda vota. ita Imol. Alexan. Iaſo. & Rip. *in l.* 4. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* qui aiunt hanc eſſe communem opinionem. & Aret. etiam *conſi.* 155. & eſt text. *in* §. *optimum, in auth. de nõ elig. ſecun. nub.* & Rip. *in d.l. Centurio, nu.* 138. Bart. *conſil.* 54. Angel. Corn. *conſil.* 332. *vol.* 3. & Iaſ. *in d.l. precibus num.* 119.

❡ Contrariam verò opinionem ſine fundamento ſequitur Alex. *conſ.* 12. *n.* 24. *vol.* 3. Ang. *in d.l.* 4. *ff. de vulg. & pupil. ſubſt. in princ. & in d.l. precibus,* & ibi Dec. *circa fin.* Cor. *conſi.* 28. *vol.* 4. & Oddus *in loco præcitato, fol.* 158. *à tergo* & Iaſo. *conſi.* 132. *col. pen. in fin. vol.* 1. qui mouentur ea ratione. Nam per trãſitum ad ſecunda vota, non ſolùm infertur iniuria filiis. §. *Gregoriana, in auth. de non elig. ſec. nub.* verùm etiã anima mariti defuncti cõtriſtatur. §. *ſin autẽ tutelã. auth. de nupt.* & tradũt Glo. & Doct. *in l.* j. *C. de ſecund. nupt.* & Illuſtriſſimus Car. Albanus *in lucubrat. ad Bar. in rub. ff. de mortuo inferendo, ſub num.* 13. prout hanc cõmunem veram non fore leuiter quidem atteſtantur Alexan. *conſ.* 51. *n.* 15. *in fi. vol.* 7. & Rol. à Valle, *conſ.* 69. *n.* 35. *vol.* 1.

Nam hoc, quod habetur ſemper in ore Iuriſconſultorum, vt anima mariti defuncti, per tranſitum vxoris ſuæ ad ſecundas nuptias contriſtetur, ſemper mihi futile, & vt ſomniũ apparuit, ex quo ex præſenti re nullam trahere poſſe moleſtiam animas tam damnatorum, ac in purgatorio exiſtẽtium, quàm Beatorum, frœtus in ſtabili fundamento verę fidei, patefaciã. Et ratio ea eſt, quare animæ ipſæ damnatæ, commorantes in purgatorio, & beatę, non afficiuntur moleſtia, ex tranſitu hoc vxorum ſuarum ad ſecunda vota, quoniam animæ ſeparatæ, non beatæ, virtute propria, ſeu per ſe nullatenus cognoſcũt, nec ſciunt ea quæ in ſæculo aguntur, ſeu facta viuentium. quod ratione, & authoritate probatur.

❡ Et primò, quia animæ ſeparatæ nõ beatæ, ſunt per diuinã ordinationem, & ſecundum ſuũ modum eſſendi ſegregatæ à conuerſatione viuentium, & coniunctæ conuerſationi ſpiritualiũ ſubſtantiarũ: igitur facta viuentium non cognoſcunt, ſecundùm S. Tho. *in* 1. *par. queſt.* 89. *art.* 8. *in corpore articuli.*

❡ Secundò probatur etiam authoritate Iob. 14. *cap.* ita ibi cõcludentis: Siue fuerint filij eius nobiles, ſiue ignobiles, non intelliget anima ſeparata. Vnde aſſeuerat Gregorius 13. *Moraliũ*, exponens hoc dictum: ſicut viuentes mortuorum animæ, quo in loco habentur, ignorãt: ita mortui qui carnaliter vixerunt vitã in carne poſitorũ, qualiter poſt eos diſponatur, ſimiliter ignorant: quia vita ſpiritus longè eſt à vita carnis. Et Auguſtinus *in libro De cura pro mortuis gerẽda. cap.* 15. *& ſeq.* diſcurrit, quòd animæ mortuorũ rebus viuentiũ nõ interſunt.

❡ Sanctus verò Thom. *in ſecunda ſecunda, queſt.* 83. *art.* 4. ad reſponſionem primi argumenti determinat, quòd mortui ea quæ in hoc mundo aguntur, conſiderata eorum naturali conditione, non cognoſcũt, & præcipue interiores motus cordis.

❡ Sed fortè argues, obiiciéſque contra hoc, quod animæ ſeparatæ non beatæ naturaliter ea, quæ hic aguntur apud nos, cognoſcũt tali ratione. Nã ille, qui de re curã aliquam habet, cognoſcit illã: ſi quidẽ ſi non cognoſceret, curã non haberet, nec curaret. verùm Diues de ſuis fratribus curã habuit, dicẽs *Lucæ* 16. *Habeo quinque fratres*, &c. ergo animæ ſeparatæ cognoſcunt naturaliter ea, quæ apud nos mortales aguntur.

❡ Cæterùm huic argumento, & obiectioni reſpõdet S. Th. *in loco præcitato, in* 1. *par. queſt.* 89. *art.* 8. *in reſponſione ad primum argumentum*, quod animæ mortuorum poſſunt curam habere de rebus viuentium, etiam ſi ignorarent eorum ſtatum, ſicut nos habemus de mortuis, eis ſuffragia impendendo, quamuis eorum ſtatum ignoremus.

❡ Et hinc concludit Auguſt. *in d. lib. De cura pro mortuis gerenda*, quod vbi ſunt defunctorum animæ, ibi ea, quæ hic agũtur, ſcire nõ poſſunt, quam ſententiam explanans S. Th. *in* 4. *ſententiarum, diſtin.* 50. *queſt.* 1. *art.* 4. *in reſpõſione ad primum argumẽtum*, ita prorumpit, quod quamuis aliquæ animæ defunctorum in ſuis receptaculis commorantes ea, quæ hic aguntur, ignorent: nihilominus hoc non contingit propter localem diſtantiam, verùm potius ob aliquam aliam cauſam, vt potè quia afficiuntur vehementer ad ea, quæ in illis receptaculis patiuntur. Vel etiam, nam influentia ſuperioris ſubſtantiæ, licèt eam perficiat ad aliqua cognoſcenda, non tamen ad omnia, verum ad illa dũtaxat, quæ ei ſecũdùm modũ cõpetit.

❡ Imò ad hoc corroborandum, ſcribit idem S. Thom. *in* 1. *par. q.* 89. *art.* 7. *& ſeq.* quod diſtãtia tẽporalis impedit cognitionem animæ ſeparatæ, nõ autem diſtantia localis, qua diues dùm eſſet in tormentis eleuans oculos ſuos vidit Abraham à longe. ergò diſtantia localis non impedit animæ ſeparatæ cognitionem, ſed diſtantia temporalis.

❡ Et huic opinioni, quod animæ reproborum, quæ nunc in

infernn cruciantur, notitiam non habeant eorum, quæ circa ſuos in hac vita gerũtur. innititur etiã Bartholomæus Sybilla *in Speculo peregrinarum quæſtionum.c.6.primæ decadis.*

Et quemadmodũ animæ damnatorũ non cognoſcunt, neq; ſciunt ea, quæ apud mortales gerũtur: ita etiã animæ exiſtentes in purgatorio ſimiliter, ignorant facta, geſtáq; ipſorũ viuentium ſecundùm S.Thom. *in 2.2.q.83.artic.4.ad reſponſionẽ primi argumenti*, vbi admonet, quòd illi, qui in ſeculo reperiũtur, aut in purgatorio nondũ fruũtur viſione verbi, vt cognoſcere queãt, quæ nos cogitamus, vel dicimus: ideò eorũ ſuffragia nõ imploramus orando, ſed à viuis petimus colloquẽdo.

Et quãuis hoc conſtitutiſſimũ ſit, vt animæ defunctorũ nõdũ beatæ, virtute propria, & per ſe, notitiã habere nõ poſſint, eorũ, quæ circa ſuos in vita geruntur: tamẽ facta, geſtáq; ipſorum viuentiũ ſcire queunt, vel per animas eorũ qui hinc ad eos accedunt, vel per Angelos, ſeu dæmones, vel ſpiritu Dei reuelante, teſte S.Tho. *in 1.par.q.89.art.8.in reſponſione ad primũ argumentum, & in 4.ſententiarum.diſt.*52. Aug. *in c.fatendum.13.quæſt.*11. & Bartholomæo Sybilla *in d. Speculo peregrinarum quæſtionum, cap.6 primæ decadis, in 3.conclus.*

¶ Et hoc idem ſequit etiã idem S.Thom. *in 2.2.q.83. art.4. in reſponſione ad 3.argumentum*, vbi concludit, quod animæ ſeparatæ, quæ hic aguntur, tribus modis cognoſcũt: ſcilicet infuſione, reuelatione, & recordatione. Primò, infuſione alicuius ſuperioris ſpiritus, vel *Dei*, & Angelorum bonorũ. Secundò reuelatione, vel paris, vel inferioris ſpiritus, putà animarum, vel dęmonum ad eas quotidie deſcendẽtiũ. Tertiò priori recordatione, memorando eorum, quæ hic geſſerunt. vt dixit Abraham Diuiti, *Lucæ* 10. *&* 16. *Recordare, quia in vita*, &c. & ſequitur Aug. *in d.lib. De cura pro mortuis gerenda, inter medium & finem.* S.Tho. *in 1.par.q.89.art.8.in reſponſione ad primũ argumentum, & in 4 ſententiarum, diſt.*50. & Ricardus de Mediauilla *in 4.ſent.diſt.45.art.*7. vbi ita docuit, quòd animę exiſtentes in purgatorio, ſi quas eis orationes porrigemus, eas cognoſcunt: tamen non ſua virtute naturali, nec in verbo, ſed quia aliquas audiunt ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, aliquas ab Angelis bonis, & aliquas alias reuelatione diuina: ſicut Ioannes Baptiſta prædixit animabus ſanctis in Lymbo Chriſtum eſſe deſcenſurum: ſicut exponit Gregorius illam quæſtionem in Matthæo: *Tu es qui venturus es, &c.*

Ideò, data ſcientia in animabus ipſis ſeparatis de & ſuper infortuniis ſuorum charorum, non ſequitur modo aliquo, vt illæ de illis doleãt, nec afficiantur moleſtia: nam (vt inquit S. Thom. *in 4.ſententiarum, diſt.45.quæſt.1.art.1.*) mortui ita ſunt pœnis oppreſſi, vt de ſua miſeria magis doleant, quàm curent facta viuentium ſcire.

Et hinc eſt, quòd dominus Deus animas exiſtentes in purgatorio, & grauiter afflictas viſitat, & cõſolatur per Angelos ſuos. Piè enim credendũ, ꝙ ſancti Dei Angeli frequẽter viſitẽt, & cõſolentur animas in purgatorio cõmorantes, tanquã illas, quæ de proximò ſunt futuræ ſui cõciues in cœleſti Hieruſalem: præ cęteris autẽ viſitãt, & cõſolantur eas, quibus in præſenti fuere cõmiſti, talibus referũt bona, quæ ſiũt à ſuper uiuẽtibus pro earũ remedio: ſicut complura docent exempla Theologi variis in locis ſcræ ſacripturę, quæ breuitatis ſtudio ſupprimuntur.

¶ Vndè Aug. *ad Fratres in eremo, ſermone* 46. qui intitulatur de Angelis, & hoſpitalitate. Sancti, inquit, Angeli ſunt, per quos ad purgatorium deportamur, & dum ibi purgamur, ab eis viſitari ſæpè, & conſolari non dubitamus, promittentes cœleſtem Hieruſalem ingreſſuros.

Cæterùm quòd animas Beatorũ, nũ notitiã habeãt eorum, quæ circa ſuos in hac vita gerũtur? videtur eſſe altercatio inter Gregorium, & Auguſtinum. Nã Gregorius 12. *Moraliũ*, apertè oſtẽdit, quòd animæ ſeparatæ beatorum, cognoſcũt ea quę hic agũtur, manifeſtãdo ibi, quòd qui intus claritatẽ Dei vidẽt, nullo modo cẽſetur, ꝙ ſit aliquid foris, quod ignorent.

¶ Auguſtinus verò *in d.lib. De cura pro mortuis gerenda*, conſtanter firmat, quòd neſciunt mortui, etiam Sancti quid agant viui, & eorum filij: quódque probare ſtudet hac ratione, quòd à matre ſua defuncta non conſolabatur, ſicut quando viuebat: nec eſt probabile vt vita fœliciore ſit facta crudelior probãtq; hoc idem alia ratione, quòd Dominus promiſit Ioſiæ Regi, quòd eo viuente, nulla admodum videret mala, quæ erant populo ſuperuenientia, vt habetur 4. *Regum. cap.*12. *Si autem parentes non interſunt*, concludit Auguſt. *ibi, quis ſunt alij mortuorum, qui nouerunt quid agamus, quidvè patiamur? Pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſſumpſit me. Pſal.*26. *Si ergo dereliquerunt nos patres noſtri*, ait Auguſtinus, *quomodo noſtris curis, & rebus interſunt?*

¶ Sed S.Thom. perſpicaciſſimè, & oculis lynceis penetrando præſentem difficultatẽ, *in 1.par.* ſtudet reducere quàm ſimpliciſſimè opiniones pręmemoratas ad optimã cõſonantiam & concordiã, videlicet, quòd nõ totaliter diſcrepẽt inter ſe iſti duo Doctores: quia Aug. loquitur dubitatiuè, ſeu ambiguè, dicens, vt volet accipiat, quiſq; quod dicã. Gregorius verò loquitur aſſertiuè, prout apertiſſimè diſcernitur in antedicta ſua authoritate, nullo modo credendum eſt. Nihilominus S. Tho. *imò in 1.par.q.89.art.* 8. magis cõcurrens cũ Gregorio, quã cũ Auguſtino, declarãnſq; beatũ Gregorium, ita aſſerit atque determinat, quòd omnia, quæ pertinent ad perfectionẽ intellectus, & ad perfectionem vniuerſi, *Beati* videntes eſſentiã Dei cognoſcunt, ſunt enim Angelis æquales. de quibus ſcilicet Angelis etiam Auguſtinus aſſeuerat, quòd ea, quę apud viuos aguntur, non ignorant: hæc S.Thom. Ex quibus verbis Caietanus exponens Beatum Tho. elicit, atque deducit, quòd concluſio Gregorij eſt etiam Auguſtini implicite. igitur animæ beatę non ignorarent ea, quæ apud nos agerentur, imò ſi ea quę circa nos aguntur, nõ cognoſcerent, nec vtique pro nobis orarẽt: quia defectus noſtros ignorarẽt: ſed hic eſt error Vigilantij, atteſtãte Hieronymo *in epiſtola cõtra eũ, ergo Sancti, ea quæ circa nos aguntur, indubitãter cognoſcunt.* hæc S.Tho. *in 4.ſententiarum, diſt.* 50. & Bartholomæus Sybilla *in d.Speculo peregrinarum quæſtionum, cap.6.primæ decadis.*

Etſi Sancti poſt morte cognoſcunt, quę hic aguntur: nõ tamen autumandũ eſt, quòd afficiantur doloribus cognitis, & aduerſitatibus eorũ, quos in ſęculo dilexerunt: ita enim repleti ſunt gaudio beatudinis, quòd in eis locũ nõ inuenit dolor. vt voluit *S.Tho. in eodem loco*, addens etiam quòd ad gloriam *Beatorum* pertinet, vt auxilium indigentibus prębeant ad ſalutem: ſic enim cooperatores Dei efficiuntur, quo nihil eſt diuinius. vt exprimit *Dionyſius in 3.c.eccleſiaſtica hierar.*

Et conſequenter concludendum, quòd in verbo cognoſcunt, vota, orationes, & deuotiones hominũ, qui ad eorũ auxiliũ confugiunt: ſecundũ S.Tho. *in 4.ſent.diſt* 45.*q*.111. ideò beatis in verbu manifeſtatur illud, ꝙ decet eos cognoſcere de eis quæ circa nos aguntur, etiam quantũ ad interiores motus cordis, potiſſimũ autem excellentiam eorũ decet, vt cognoſcant petitiones ad eos directas, vel voce, vel corde, proinde petitiones, quas ad eos dirigimus, Deo manifeſtante, cognoſcunt. vt tenuit S.Tho. *in 2.2.q.83.art.4.ad ſecundum argumentum*, vbi Caietanus exponens literam S.Tho. dicit, ex hac litera facilè colligi, quòd maximè excellentiam eorũ decet, quòd cognoſcãt petitiones ad eos factas, vt videant illas in verbo, quoniam beatitudo ipſa ſumma excellẽtia eſt. & hoc videtur atteſtari Eccleſia in ſuo modo, & more interpellãdi Sanctos, dum dicit, *Sancte Petre, ora pro nobis.* niſi itaque præſupponeret omnes Sanctos, ex hoc, quòd Deo fruuntur, orationes noſtras cognoſcere, non vtique omnes adiret Eccleſia, vt orarent pro nobis: vnde maior mihi videtur hæc Eccleſiæ authoritas, quàm cuiuſcũque Doctoris: hæc Caietanus.

¶ Nec non S.Tho. *in 1.par ſua ſumma, q.12.art.*8. in corpore, ad idem propoſitũ concludit, quòd vnuſquiſque intellectus creatus in verbo cognoſcat, nõ quidem omnia ſimpliciter, ſed tantò plura, quantò perfectius videt verbum, nulli tamen intellectui beatitudo deeſt, quin cognoſcat in verbo omnia. quę ad ipſum ſpectãt: ad Chriſtum autẽ, & ad eius dignitatẽ ſpectãt quodãmodo omnia, in quantũ ei ſubiecta ſunt omnia.

¶ Vndè firmat etiam *in 2.2.q.83.art.* 11. quòd proprium eſt Sãctorum in patria videre orationes Viatorum ſibi directas: idcircò ſi quid magis impedire videtur, quòd animæ Sanctorum orationes, & alia quæ circa nos aguntur, cognoſcãt, hoc accideret quidem, quia à nobis diſtant: ſed cùm diſtantia illa non impediat, ergò videtur quòd animæ *S*anctorum cognoſcãt orationes Viatorum, eorúmque facta. ſecundum *S.*Tho. *in 4.ſententiarum, diſt.45.art.1.quæſt.*3.

¶ Et in hanc eandem ſententiam videtur inclinare etiã Hugo Cardinalis *ſuper Iob* 14. vbi docet quòd *S*ancti omnia ad ſalutem pertinentia vident ex reuelatione, multa autem ex ſe non vident. & Ricardus de Mediauilla, *in 4.ſenten.diſt.45.art.* 7. vbi ita ſcribit, quòd animę beatę, omnes orationes noſtras, quas porrigimus, cognoſcunt in verbo Dei, quod clarè vidẽt,

quamuis enim non videant omnia, quæcunque videt verbũ: tamen probabile eſt, quòd in eo videant omnia, quę facimus, & dicimus, & quæ in corde geſtamus ad reuerentiam earum.

175 Subſtituti de filijs, & de illorum filijs, filijs autẽ præmorientibus abſque liberis, dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo, Curt. iun *conſ.161.num.5.* comm. dicit. Villal. & Vezinus.

176 Reciproca facta impuberibus, non continet pupillarem in perſonam pupilli Doct. *in d.l.Centurio.* fallit in 3. vt per Rip. *in d.l num.16.* Don. a Fina.

177 Subſtitutio breuiloqua facta puberi, & impub. adinuicẽ, videtur tantũ facta ad vnũ caſum. fallit in 4 caſib. vt per Dec. *in l.hæreditatẽ, C.de inſtitut. & ſubſtitut n.4.* Don. a Fina.

178 Subſtitutio reciproca reſultat, cùm ſubijcitur ſubſtitutio ab vltimo moriente in tota hæreditate. Curt. iun. *in conſil. 155.nu.1.& conſ. 39.num.5.* communẽm dicit. Vezinus.

179 Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca, cùm non ſit ſubſtitutionis ſpecies, ſed alias ſubſtitutiones ſub ſe contineat, inter alia requirit, quòd inter ipſos ſibi mutuo ſubſtitutos ſit paritas, ſiue æqualitas, ita quòd in perſona cuiuſque poſſit pariter ac æqualiter ſubſtitui, quia ſubſtitutio reciproca plures ſubſtitutiones coniungit, & copulat. *l.iam hoc iure.l. Lucius ff. de vulg.& pup.l.quamuis.C.de impub.& aliis ſubſtit.* vnde vt plures comprehendat vulgares, requiritur vt ſingulis vulgariter poſſit ſubſtitui, & ſimiliter vt plures comprehẽdat pupillares aut exemplares, requiritur vt ſingulis pupillariter aut exemplariter poſſit ſubſtitui, vt voluit Bart. *d. l. Lucius,* & Bald. *in l. in teſtamento. C.de teſtam. milit.* & Imola *in cap. Raynutius. de teſtam.* alias vero ſi inter ipſos non ſit paritas, ita vt vnus pubes, alter impubes, vel vnus in poteſtate, & alius nõ, tunc licet ſubſtitutio reciproca cõprehendat vulgares, tamen nõ cõprehẽdit pupillares, etiã in perſona eius cui potuit pupillariter ſubſtitui, vt voluit Bartol. *d.l. Lucius.* & Bald. *d.l. in teſtamento.* & Imola *d.cap.Raynutius.* quod communiter teneri refert Bene. Capra *in tract. ſubſtit. poſt reg. poſito ſpec.4. num 15.*

180 Subſtitutio reciproca poſtea facta, vt contineat vulgarem, requiritur quòd omnes filij ſint inſtituti, aliàs ſi partim inſtituti, partim vel ambo exhæredati ſint: tunc licet talis ſubſtitutio reciproca poſtea facta, comprehẽdat pupillarem, cùm exhæredato poſſit pupillariter ſubſtitui. *§.non ſolum, Inſtit. de pupil. ſubſtitut.* tamen non continebit vulgarem, cum nõ poſſit exhæredato vulgariter ſubſtitui. iuxt *l.1. ff. de vulg. & pup.* vnde non comprehendit vulgarem, etiam ex perſona ipſius inſtituti, ex quo vniformiter vtique non potuit vulgariter ſubſtitui. *l.iam hoc iure.* & Bald. *d.l. Lucius. ff. de vulg. & pup.* quem ſequitur Imol. *d.cap. Raynutius* & hoc communiter, licet Gul. de Cun. & Rayner. aliud voluerint teneri, refert *ibid. num. 21.* idem Ben. Capr.

181 Subſtitutio reciproca ſi fiat teſtamento, non comprehẽdet ſubſtitutiones fideicommiſſarias, quia ſubſtitutio directa regulariter non obliquatur. gloſ. *in l.qui plures.* Bart. *l. Lucius.* Bald. & Ang. *l.iam hoc iure ff.de vulg. & pup.* Bald. *in l. in teſtamento. C. de teſtam. mil.* quod ... Imol. *in cap. Raynutius,* communiter teneri refert Bened. Cap. *in trac. ſubſtitut. num. ſpecie 4.n.32.* quod eſt verũ, niſi in teſtamento ſiat hiſce verbis, Vos inuicem ſubſtituo vulgariter, pupillariter, exẽplariter, & per fideicommiſſum, quia tunc Bald. *d. l. in teſtamento.* & Imol. *d. cap. Raynutius* continebit præter vulgarem, pupillarem & exemplarem, etiam fideicommiſſariam *ibid. nu 34.& ſeq.* Capr.

182 Subſtitutio reciproca ſi facta eſt codicillis, continebit duas fideicommiſſarias tantum, ... *canola. ff ad Trebel. l.hæreditatem. C.de codicil* & Bart. *d.l. Lucius.* & ita communiter teneri refert *ibid. num.31.* Bened. Capr.

183 Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca, ſi verbis generalibus continet ſubſtitutiones expreſſas, licet tunc hoc reſpectu dicantur tacitæ. gloſ. & Azo, & Bart. *l. Lucius.* & glo. *l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup.* ... *gloſ. penult. in l. precib. C. de impub. & aliis ſubſtit.* tamen cum generaliter dicantur expreſſæ, ipſa ſubſtitutio reciproca ... quantum continet pupillarem, excludit matrem, ex quo verbis generalibus eam expreſſe continet, vt voluit Bar. *d. l. Lucius.* & Angel. *d l.iam hoc iure.* & Bald. *d. l. in teſtamento. C. de teſtam milit.* & Imola *cap. Raynutius de teſtam* & ita communiter teneri refert *ibid. nu 35.* idem Capr. ſecus autem, ſi pupillarem omnino tacitam complecteretur, quia tunc non excludit matrem, ſec. Bart. *d. l. Lucius.*

184 Subſtitutio breuiloqua ſiue reciproca, in dubio refertur ad omnes pariter, ita vt omnes veniant non ſeruato ordine, licet fuerit inter aliquot ſubſtitutos ſanguinis coniunctio: Vnde ſi teſtator 4. habens filios, duos ex prima, reliquos ex ſecũda vxore, eoſq; hæredes inſtituat, & ſibi mutuo ſubſtituat, tunc vno mortuo, vel repudiante, non veniet alter, vtrinque coniunctus ſolus, ſed omnes ſuperſtites pariter, vt tenuit Dy. *l. Lecius hæredi. §. qui diſcretas.* Bart. & Rayne. *l Lucius* Bald. & Ang. *l. iam hoc iure. ff. de vulg & pup per l. & Proculo. ff. de leg. 3.* quia coniunctio ſanguinis nõ eſt attendenda, ex quo non inducit ius acceſcendi. *l.re coniunctis. ff de leg.3.* Bal. *in l. in teſtamento. C. de teſtament. milit.* quod cõmuniter tenetur *n.36.* Bened. Capr.

185 Subſtitutio reciproca propter ſuperuenientem inæqualitatem, non ceſſat in perſona alterius, in quo non ſuperuenit inæqualitas, prout voluit Az. & Gul. de Cun. *d. l. Lucius. ff. de vulg. & pup. per l. eadem. §. 1. ff. de duob. reis.* Vnde ſi facta ſit inter duos filios, quorum vnus 12. an. alter anniculus ſit, non expirabit in perſonam anniculi, licet alter ad pubertatem peruenerit. quod communiter teneri *d. ſd. nn. 41.* refert idem Capra. Idque procedit non ſolum ſi talis inæqualitas perueniat poſt mortem, ſed etiam in vita ſubſtituentis, prout tenuit & notat Rayner. *d. l Lucius arg. cap. cùm Martha. de celebratione miſ. & l. fideico. §. ſi re ff. de leg. 3. l. ſi c lega. ff de adimẽ. leg. ibi. n. ſeq.* Cap.

186 Subſtitutio reciproca licet propter ſuperuenientem inæqualitatẽ non eſſet in alterius perſona, in quo nõ ſuperuenit inæqualitas, vt dictum eſt, tamen ſi non naturaliter, ſed facto hominis voluntario ſuperueniret: puta ſi teſtator duos filios impuberes inſtituat, ac eoſdem ſibi mutuo ſubſtituat, & deinde vnum ex iis voluntarie emancipet, tunc ſubſtitutio reciproca, quo ad vtriuſque perſonam expirabit, prout voluit Guliel. de Con. Ray. & Bart. *in l. Lucius ff. de vulg. & pupil.* Secus autẽ ſi neceſſitate coactus alterutrum emancipaſſet, iuxt. gl. *in §. fi. Inſtit. quib. mod. ius pat. poteſt ſoluit.* quia tũc non expiraret ſubſtitutio pupillaris reciproca, in perſona ipſius remanẽtis in poteſtate. *argumento l. 1. l. alteri ff. de adimẽd lega. l. fi. de accept.* Imo. *in cap Raynutius. de teſtam.* quod tametſi Bald. etiã ſi voluntarie emancipauerit idem eſſe putat, *l. in teſtamento. C. de teſtam. mil. argumento l. fin. ff. de duob. reis. l. tribunus. § fin ff. de teſta. milit.* communiter teneri refert *ibid nn. 50. & 52.* idem Capr.

187 Subſtitutio breuiloqua, ſiue ſit facta verbis directis, ſiue verbis communib. ſiue ſit facta perſonis imparib. ſiue parib. nunquam continet ſub ſe niſi directas, vulgares, pupillares, & exemplares ſubſtitutiones, fideicommiſſariam autem nunquam. & hanc communem doctrinam antiquorum & modernorum doct. appellat Iaſ. *in conſil. 134. num 2.* vbi ipſe multas authoritates doctor. allegat *in 1. vol. conſil* & hanc communiter obſeruari ſcribit conſulendo Phi. Dec. *in conſi. 2 5. num. 6. & in conſil. 292 numer 3. & in conſil ... nume. ...* vbi ipſe eandem opin. communem, à qua conſulendo & iudicando non eſt recedendum, eſſe refert licet Bald. contrariam ſententiam ... *humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtit.* ... *in conſil. 6. nume. 2. in 3. volum. conſil* ſecutus fuerit, et vera & commu-

communis ſit ipſa hæc ſententia, tamē recipit limitationē, vt locum nō habeat, quādo cū breuiloqua iuncta eſt cōpendioſa, quia vbi ſubſtitutio breuiloqua facta eſt cū clauſula, ſi quis eorū decederet ſine filiis, &c. tunc poſt aditā hæreditatē ipſa ſubſtitutio breuiloqua tranſit in fideicommiſſariam. Bald. *in conſ.* 55. *n.* 5. *in* 3 *vol. conſ.* doctor. *in d. l. Lucius*. Rol. a Valle *in conſ.* 25. *nu.* 10 *in* 1. *Tom. conſ.* Kirchouius.

188 Subſtitutio inter nepotes & filios filiorū ſecundi gradus, poſitorū in cōditione reciproca, cēſetur inducta: ſi inter filios ſit facta, quando adſunt coniecturæ, ex opin. & cōmuni per Burſ. *conſ.* 52. *nu.* 2. *lib.* 1. Bonacurſ.

189 Subſtitutio reciproca inter filios, ſi ſine filiis, expirat moriente altero ex inſtitutis cum filiis, licet filius non extiterit hæres, ſecundum magis com. per Burſ. *conſ.* 51. *nu.* *num.* 37. *lib.* 1. Idem.

190 Subſtitutio reciproca non inducitur inter filios poſitos tantum in cōditione, licet poſt eorum mortem ſit facta, ſec. comm. per Burſ. *conſ.* 52. *nu.* 14. *lib.* 1. Idem.

191 Milite breuiloque ſubſtituēte perſonis imparibus, probata eius voluntate, quod etiā poſt aditā hæreditatē haberet locū ſubſtitutio in perſonā pupilli, habebit locū pupillaris directa, per quā pupilli ſuccederent, ſi in perſonā fratris maioris haberet locū [illegible] dicta. Jaſon *in l. ex teſtamento. nu.* 11. *C. de teſtam. milit.* com. dicit. Vidal. b.

192 *Breuiloqua* ſubſtitutio regulariter non comprehendit fideicommiſſariam. Iaſ. *conſ.* 174. *vol.* 1 dicit communem, ſequitur Roland. a Valle, *conſ.* 25 *nu.* 2. Chætian.

Limita niſi ſimiliter iuncta eſſet compendioſa, vt per eundem Roland. *d. conſil. nu.* 10. I. Fich & Mag. Chætian.

193 Subſtitutio tā breuiloqua quā compendioſa facta perſonis imparibus, dicetur ſolū fideicōmiſſaria, etiā reſpectu pupilli, & ſic ſolum continebit obliquas ſubſtitutiones, & non directas. Pau. de Caſtr. Sal. & Iaſ. *in l. in teſtamēto. C. de milit. teſta.* Cot. *conſ.* 180. 1. *vol. &* *conſ.* 197. *nn.* 3. *in* 1. *vol.* Bellacomb.

De liberis præteritis vel exhæredatis.

TITVLVS XVII.

VVLGARIS concluſio eſt, quod ad hoc vt teſtamētum valeat, filius in poteſtate vel inſtituatur, vel exhæredetur, aliàs ſi ſit præteritus, teſtamentum eſt nullum, & hoc eſt expeditum per text. *l. inter cætera ff. de liber. & poſth.* Et eſt communis opin. vt firmat Curt. iun. *auth. ex cauſa C. de lib. præt.* & non ſufficit ei aliquid relictum fuiſſe per fideicommiſſum, vel quòd ille per fideicommiſſum ſubſtituatur. Bart. contra gloſ. *in l. ſcimus. §. cùm autem. C. de inoffic. teſtam.* & hoc obſeruari in iudicando aſſerit Guid. Pap. *deciſ.* 421. Chætian.

2 Sed quæro, Nunquid hæc inſtitutio ad validitatē teſtamēti requiratur etiam de iure Canonico? Reſp. Bald. *in l. fin. C. famil. erciſcund.* tenet quòd non. Et hanc opinio. dicit eſſe cō. Alex. *d. l. inter cætera.* & tenet idem Bald. *d. auth. ex cauſa.*

Contrariam opin. tenent Petr. de Ancha. Ant. de But. Imol. & communiter doct. *c. Raynutius.* poſt gloſ. ibi, vt teſtatur Iaſ. *Rubr. ff. ſol. matri. nu.* 31. Eandem tenet gloſ. *cap. ſi pater. verb. inſtituit de teſtam. lib.* 6. quam magis communiter approbatā dicit Alex. ſibi contrarius *in conſ.* 60. *incip. viſo conſ. vol.* 2. & quòd hæc ſit verior & cōmunior dicit Iaſ. *d. auth. nouiſſima. n.* 31. *C. de inoff. teſt.* ex quo enim ſecūdum Iaſ. hoc clare deciſum eſt de iure Ciuili, nec reperitur expreſſum de iure Can. ſtandum eſt iuris ciuilis diſpoſitioni. Mich. Graſſus.

3 Quæro, An ſufficiat ad hoc vt filius non dicatur præteritus, ſi legitimę loco aliquid relinquatur? Reſp. quòd nō, ſed requiritur, quòd relinquatur titulo honorabili inſtitutionis, non legati, vel alterius cuiuſcūque. Ita tenet gl. *§. ſā autē. & §. igitur. Inſtit. de hæred. inſtit.* & probatur per text. expreſſum *§. aliud quoque capitulū. auth. vt cū de appellat. cogn.* Et ita indifferēter omnes concludunt, vt firmat Iaſ. *d. auth. nouiſſima nu.* 13.

Amplia, vt procedat etiā in teſtamēto patris inter liberos, quia requiritur, vt cuilibet filio relinquatur titulo honorabili inſtitutionis, *per dictū §. aliud quoque capitulum*, quod generaliter loquitur, vnde generaliter debet intelligi, maximè cùm tendat in fauorem filiorum. Et hæc eſt com. opin. omnium doct. tam iuris ciuilis quam Canonici, vt teſtatur Sal. *d. auth. nouiſſima* & Iaſ. *nu.* 16. Licet ipſe teneat cōtrariam partē, ſec. quā dicit ſe iudicaturū, ſi caſus cōtingeret. Eādē opinionē dicit eſſe tutiorē gloſ. *cap. ſi pater. de teſtā. lib. vj.* Idem.

4 Quæro, An filius poſitus in ſecunda parte ſub cōditione caſuali vel mixta, ad hoc vt teſtamentum valeat? Reſp. de iure veteri, non eſt dubium, quin teſtamentum tale in quo filius ſub conditione caſuali vel mixta inſtituitur, ſit nullū, niſi ſub contraria exiſtat, & ita eſt text. expreſſus *l. ſi pater ibi, iure teſtatus nō videtur. C. de inſtit. & ſubſtit.* Idem.

5 Sed dubium eſt de iure hodierno, An hodie ſit correcta *d. l. ſi pater?* Reſp. *Bart. in d. l. nu.* 2. ait, quod omnes doct. approbarunt diſpoſitionem *d. l. ſi pater.* quod in eo nō valeat hodie tale teſtamentum. quam opinionem [illegible] teneri Deci. *ibi, num* 14. Et tenent multi doct. relati per Rodet. Suarez *in repet. l. quoniam in prioribus fol.* 6.

Contrariam verò opinionem, quòd ſc. lib. c. *d. l. ſi pater* hodiè corrigatur, & talis cōditio de medio eijciatur vſq; ad legitimā filij, & valeat teſt. tenet gloſſ. *d. l. ſi pater. verb. erat* & gloſſ. *in l. ſuus quoq; verſ. conſtat ff. de hæred. inſtitu.* Et eā ſequitur Bart. *d. l. ſi pater. n.* 2. & dicit cōmunē ibi Iaſ. *n.* 19. Alexād. & Iacob. de S. Georg. *n.* 13 vbi dicit ſe ita obtinuiſſe, & ita iudicatū eſſe per tres ſententias. Eandē opinionē tenet Rip. *in rubr. n.* 157. *ff. de vulg. & pup.* Guliel. Bened. *cap. Raynutius. verb. deſi iuit. nu* 28. *ext. de teſt.* Rod. Suarez *vbi ſupra fol* 6. & *fol* 14. *ampliat.* 5. Hanc quoq; dicit cō. eſſe Dec. *d. l. ſi pater.* Idem.

6 Teſtamentum præteritione filij in poteſtate exiſtentis & nati, vel naſcituri de iure ciuili à principio eſt nullū, adeò vſq; eo quod filius dicat nullū, probatur *Inſtit. de exhæredatio. liber. in prin. ibi, inutiio non conſtiterit teſtamentū,* ad idē tex. *in l. j. ff. de iniuſt. rupt. irrito q; ne teſta. ibi, nullius momenti. l.* 3. *§. ex his ibi, illi ſemper in l. qui vxorem ibi, continuo cum teſtam. cum qui in hoſtiu poteſtate fuit rumpitur. eod. in l. inter cætera in fin ibi, inutile eſt teſtamentum ff. de liber. & poſth. in l.* 3. *§. hoc ita interdictum. ff. de tab. exhi. l. generaliter. §. ex teſtamento. ff. de fideicom. libertat.* & pluribus aliis locis probatur illa concluſio, quam verā fatentur doct. *in l.* 3 *C. de bon. poſſeſ. contra tab. in princ.* & communē, vt per eos *in auth. ex cauſa. C. de liber. præter.*

Limitatur autem illa concluſio ſec. Alex. *in d. auth. ex cauſa.* quando filius eſt exhæredatus, & conſenſit ſe exhæredari, licet Iaſ. etiam ibi plurimum, & pluribus mediis impugnet.

Limitatur ſecundò, ſecund. ipſum Alex. quando teſtamentum habet ſolitam clauſulam codicillarem, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorū: quia tunc ſuſtinetur, & valet iure fideicommiſſi, & filius cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, tradit Bart. *in l. j. quæſt.* 5 *ff. de iure cod. in l. ſi iure. in fin. ff. de leg.* 3. Alex. *conſ.* 37. *in cauſa. lib.* 1 & *in d. auth. ex cauſa. C. de liber. præt.* vbi hanc communem opinionem eſſe atteſtatur & ſequitur, & idem tenet *conſil.* 41 *viſo themate. eodem lib.* 1 & *in conſil.* 242. *circa primam dubitationem,* aliàs ſecundum librum meum. 285 *circa finem lib.* 2 & *conſ.* 31. *ponderatis. libr. iij.* Ang. *conſ.* 119. *viſo themate.* Bal. *conſ.* 431. *incip. gloſ. in auth. ex cauſa lib. iij.* & *conſ.* 204. *caſus talis eſt. lib. v.* & denique Roma. *conſ.* 122. *ad quod.* quæ omnia ſufficiant tibi ad probationem dictæ communis. F. Iuris.

7 Teſtamētō in quo filius reperitur præteritus, tā de iure prætorio quam ciuili, nullū eſt. cō. dicit Clarus *in §. teſtamētū. quæſt.* 43 *in prin.* Et tale teſtamētū eſt ipſo iure nullū, etiam antequā impugnetur ab ipſo filio. com. *ead. quæſt.* 43. *verſ. ſucceſſiuè. & l. ſi filius & in l. ſi à primo.* & ibi Iaſ. *nu.* 5 *ff. de liber. & poſth.* quod procedit etiā ſi filius præteritus nō cōqueratur, & ſiue in eo teſtamēto alij filij eſſent hæredes inſtituti, ſiue extranei. vtroq; n. caſu teſtamētū tale nullū eſt etiā filio præterito tacēte, & nō cōquerēte. & hāc opinionē cōmunē eſſe aſſerit Guliel. Bene. *in repet. c. Raynutius. verbo, in eodē teſtamēto. il* 1. *nu.* 82 *vſque ad nu.* 101. & ideo alij liberi teſtatoris poterūt dicere tale teſtamentū nullū: & talis nullitas teſtamenti procedit etiā ſi filius viuo teſtatore moriatur: quo caſu etiā tale teſtamentum eſt nullum. *Iaſ. in d. l. ſi filius. num.* 14. & hæc locū habent vbi in toto teſtamēto filius præteritus eſſet: quia ſi ab vno gradu tantū eſſet præteritus, ille gradus eſſet nullus, & non alij. *l.* 3 *§. fin ff. de libe. & poſth.* & non procedūt ſuperiora, vbi filius vel filia ex pacto cum iuramento ſucceſſioni renūciaſſet, iuxta *cap. quamuis pactum. de pact. in* 6. tunc talis præteritio illius filij renunciantis non rumperet teſtamentum. non enim debebat inſtitui cùm iam renunciaſſet. *l. ſi quando. §.* 1. *C. de inoffic. teſtamento.* & Iaſ. *in d. l. ſi filius. num.* 10. ſuſtineretur autem tale teſtamentum per clauſulam codicillarē, per quam

quam filius præteritus cenſetur grauatus per fideicõmiſſum vniuerſale, reſtituere hæreditatem ſcriptis hæredibus, detracta ſibi quarta. *l. generaliter. §.1.ff de fideicõ.liber.* Bart. *in auth. ex cauſa. C. de liber. præterit.* eo caſu filius præteritus vnam quartam ſolum detrahet. Bart. *in l. Papinianus. §.meminiſſe.ff. de inoffic. teſtam* Iaſ. *in d.l.ſi filius n.*13 Rom. *conſ.*24. Dec. *conſil.* 228. *&* 369. *in fine.* P. Fich. & Bellacomb.

8 Filia teſtamẽtũ nõ rũpitur, ſi prætereatur, etiã ſtãte ſtatuto, quòd filiis maſculis ſtãtibus, filia dotata cẽſeatur excluſa. Alex. & Iaſ. *in l.ſi quis poſthumos. ff.de lib. & poſt.* Soc. *conſ.*76. *vol.*3. Durand. *de arte teſt.tit.*3. *cau.*5. communẽ dicit. Vezinus.

9 Filia non rumpit teſtamentum, ſi vltra dotẽ in quinque ſolidos inſtituatur. Ioan. de Imol. *in cap. Raynutius. de teſtam.* communem dicit. Vezinus.

10 Præteritus is intelligitur qui in teſtamẽto non eſt inſtitutus, neque nominatiui exhæredatus, etiam quod de eo in teſtamento eſſet alio modo facta mentio. com. dicit. Clar. *in §.teſt.q.*42. *in prin.* P. Fich.

11 Præteritus ſine cauſa filius emãcipatus, ius hodie habet dicendi nullũ patris teſtamentũ, vt frequenter placitũ renũcio ex Pau. *n.*7. Corn. *n.*29. Iaſ. *n.*18. *in auth. ex cauſa. C. de liber. præte.* Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantũ lect.* 1. *n.*54 *ff. de liber. & poſth.* Imo. *in l. filio præterito. ff. de inuiſt. rupt.* Iul. Clar. *§. teſtam. q.*42. *verſ. & hæc quidẽ cõcluſio.* quãuis illi bonorũ poſſeſſionẽ contra tabulas ſolũ deferri effuerit communiter receptum Porc. *in §. vltim. n.*11. *Inſtitut. de bon. poſſeſſ.* E. Suarez.

12 Præteritio parentũ ac maiorum per lineam paternam contingentium, etiã cum adiecta cauſa à filiis, vel de caſtrenſi peculio teſtãtibus admiſſa, teſtamentum ipſorũ nullũ ipſo iure reddit. commune pronunciant Alex. *in l. nemo in fine. C. qui teſtam. fac. poſſ* Ripa *in l. Centurio. n.*43. *ff. de vulg. & pup.* Viberius Cla. *§. teſtament. quæſt.*48. E. Suarez.

13 Teſtamentum ſubuertitur filiis non inſtitutis, etiã ſi eis legata ſit res certa. Ioan. Durand. *in arte teſtam. tit.*3. *cau.* 1. cõmunem dicit. Villalob. & Vezinus.

Etiam ſi legetur eis legitima, ſi nõ inſtituãtur. *l.*5. *tit.*8. *parte* 6. ſed tamen de hoc vide quæ habes *in verbo, legitima.*

Amplia, ſi inſtituãtur filij ſub conditione nõ poteſtatiua. Durand. *in d. cau.* 1. *n.*3. & Soc. *conſ.*97. *vol.* 3. communẽ dicit.

Amplia in teſtamẽto filij patre non inſtituto, quia nõ valet. Ioan. Durand. *ibi n.*8. comm. dicit. Villalob.

14 Teſtamẽtũ, in quo pater inſtituit filios ſimpliciter, nõ cõprehendit filium, quem ignorabat habere, & eſt nullum. Iaſ. *in l. ſi cuius. n.*2. *C. de teſtã. milit.* communem dicit. idem.

15 Teſtamẽtũ inter liberos nõ ſuſtinetur ea via, quæ melior de iure valere poteſt. Ioan. Duran. *d. cau.* 1. *n.* 7. com. dicit. idẽ.

16 Teſtamẽtũ matris, vel aui materni, ſuſtinetur per clauſulam codicillarẽ, etiam ſi filius ſit præteritus, quia grauati cenſentur venientes ab inteſtato reſtituere. Ioã. Dur. *in art. teſtam. tit.*3. *cau.*15. com. dicit.

Amplia ad teſtamentũ nullũ ex quacunque cauſa, ſi in eo ſit appoſita clauſula codicillaris, veniẽtes ab inteſtato, tenẽtur reſtituere hæredibus ſcriptis obtẽta quarta Trebellianica. Iaſ. *in auth. ex cauſa. n.* 22. *C. de liber. præte.* Duran. *in arte teſtam. tit.*8. *can.*1. *n.* 4. *tit.*11. *cau.*1. & Ioan. Nicol. *in conſ.*2. *n.*6. *de ſecund. nuptiis.* cõmunẽ dicit, quã intelligit Rub. *conſ.*125. *n.* 7. quando venientes ab inteſtato tempore teſtamenti, tenebant primum gradum. quod nota. Idem.

17 Teſtamentum patris cũ clauſula codicillari per verbũ, de præſenti valet, non comprehendit poſthumũ, ſecus tamẽ per verbum, valet & valebit de futuro, & de præſenti. Alex. *conſ.*124. *vol.*1. com. d. reprobata opin. Bart. dicentis clauſulã codicillarem per quodcunque verbum, non comprehendere poſthumum. Et hanc Bart. opinionẽ Fran. de Aret. *conſ. vlt. n.*7. cõmunem dicit, quos refert Iaſ. *in auth. ex cauſa. n.* 24. *de liber. præt.* Et hanc vltimã dicit magis communem Ant. Rub. *conſ.*22. *fin.* vbi dicit Barbat. & Socinum hanc dixiſſe communem. Villalob.

18 Teſtamentũ eſt ipſo iure nullũ, quando erratur in perſona hæredis, quam credebat teſtator eſſe coniunctam. Iaſ. *in l. eam quam. n.*16. *C. de fideic.* com. dicit. Idem.

19 Teſtamentũ, in quo filius ſub poteſtate eſt præteritus, ſi filius dicat nullũ, rũpitur, aliàs non. Iaſ. *in l. poſth. n.* 23. *C. de bon. poſ. contra tabul.* com. dic. licet ipſe faciat concluſionem contrariam, dicens, quod eſt ipſo iure nullum, & *in auth. ex cauſa. de liber. præt. nu.*8. dicit hanc ſuam concluſionem communem, quod ſit ipſo iure nullum in filio ſub poteſtate, & in emancipato, non ſit ipſo iure nullum. Villal.

20 Teſtamẽtũ, in quo à patre filiusfamilias præteritus exiſtit, an ſit ipſo iure ſimpliciter, & omninò nullũ, vel ita demũ, ſi filius velit dicere nullũ? Hanc quæſtionem adeò controuerſam eſſe ſcribit Fer. Vaſ. *illuſtr. contro. lib.*3. *c.*99. *n.*1. (idque ex Iaſ. *in l. fin. n.*23. *cum ſeq. de bo. poſ. contra tabu.*) vt ſit de ſummis iuris apicibus. Cachæt.

Quod enim tum demùm ſit nullum, ſi id velit, tenent per multæ gloſſæ adeò vt *in d.l.fi. n.*23. eam dicat gloſ. eſſe communem, quam ſequitur & firmat Ang. *in l. ita tamẽ. §. quoties ff. ad Treb.* vbi dicit verã eſſe nõ aliter atque Euangelium. eam ſimiliter ſequitur propter multos quos allegat Tira. *in l. ſi vnquam. in verſ. reuertatur. n.*13. *C. de reuoc. dona.*

Contrariã opinio. quòd vt teſtamentũ ſit penitus ipſo iure nullũ, non attenta filij declaratione, multò plures gloſſæ tenẽt, quas ſequitur & firmat Iaſ. *in l. poſthumo. n.*23. *&* 29. *C. de contra tab.* dicens cõmunẽ eſſe tã Vltramontanorũ quàm Citramõtanorũ. Et ſimiliter cõmunẽ dixerũt Emã. à Coſta, Guliel. Bened. Alex. *in conſ.* Dec. (dicens in hac re tanquã clara, non eſſe laborandũ) Et denique Cur. iun prout illos recenſet idẽ Vaſq. *in d. c.*99. *n.*1. *fi.* Et ibidẽ concordiã quandã harũ pugnantiũ opinionũ, ex d. Curt. ſubiungit, quã ibi vide. I. Fich.

21 Licet teſtamentum ſit nullũ ex præteritione filij in poteſtate, tamen debentur legata. Iaſ. *in auth. ex cauſa. n.*1. *de liber. præt.* com. dicit, & Alex. *conſ.*36. *n.*8. *lib.* 1. Villalob.

Fallit ſi in teſtamẽto ſit clauſula codicillaris, quia valebit in vim codicillorũ. Alc. *in l.*1. *§. ſi quis ita. n.*17. *de ver. obl.* cõ. dicit, quia rupto teſtamẽto ex præteritione, clauſula codicillaris ſortitur ſuum effectum integrum. magis com. dicit, Alex. *conſ.*37. *vol* 1. *num.*3.

Amplia iſtam cõmunẽ, & ſi teſtator ignoraret natos ſibi eſſe nepotes. Alex. *in conſ.*26. *n.*9. magis cõ. dicit, ſed Apoſtill. *in add. ad ipſum* Alex. *in d. conſ.*26. dicit, quòd hodie cõ. opin. eſt in contrariũ reprobata gloſ. *auth. ex cauſa. C. de liber. præt.* vt per Bart. Paul. & Iaſ. ibi, nec etiã recipit limitationẽ Bart. inquantũ intendebat dicere, quòd hæc noua com. opin. non habet locũ, quãdo teſtator diu vixerit. Et nota quòd hæc noua cõ. opin. dicitur magis cõmunis ab Alex. *conſ.*47. *n.*11. *lib.*2.

Reſtringe iſtã ampliationẽ in legato paruo, ſecus tamen in magno, quia rupto teſtamẽto per natiuitatẽ poſthumi, rũpitur legatũ magnũ. Alc. *de præſũ. reg.*1. *præſũ.*13 *in prin.* cõ. dicit.

Amplia etiã, ſi prætereatur poſthumus. Iaſ. *ibi n.*2. cõ. dicit.

Amplia ſecundò, etiam quo ad ſubſtitutiones exemplares & pupillares. Iaſ. *ibi n.*10. com. dicit.

Amplia tertiò, quò ad fideicommiſſa. *num.* 11. com. dicit idem Ia.

Amplia quartò, etiam in exheredatione ſine cauſa, vel cũ cauſa non probata. *ibid. n.*8. com. dicit Iaſ.

Limita in legatis relictis ipſi filio rumpenti teſtamentum. idem Iaſ. *nu.*5. com. dicit. B. Villal.

22 Præteritione filiæ teſtamentum annullatur. com. dicit Cla. *§. teſtam. quæſt.*42. *verſ. item quære.* P. Fich.

23 *Auth. ex cauſa. C. de liber. præt.* dicẽs ex præteritione ſolã inſtitutionẽ vitiari, cætera verò firma manere, non habet locum in relictis ipſi præterito teſtamentum impugnanti. Eſt com. opin. ſec. Rom. *conſ.*316. *in eaſu propoſito.* M. Chær.

24 Teſtamentũ nullũ præteritione filij propter clauſulam codicillarẽ, ſuſtinetur in vim fideicõmiſſi. Eſt magis cõ. opi. ſec. Dec. *conſ.*228. *in eaſu propoſito. circa prin. vol.*2. Veſin.

25 Præteritione filij vel nepotis, facta ſine cauſa per matrẽ vel auiam, teſtamentum eſt adhuc hodie ipſo iure nullũ, nec conſeruatur per *auth. ex cauſa. C. de liber. præt.* eſt com. opin. ſecund. Alexand. *conſ.* 26. *circa primum. verſ. circa tertium. vol.* 1. Idem.

26 Diſpoſitio *auth. ex cauſa.* procedit etiã in præteritione vel exhæredatione facta ſine cauſa. Eſt cõ. opin. contra Dyn. ſec. Alex. *d. conſ.*26. *verſ. nec obſtat dicta lex.* Idem.

27 Præteritio filiorum teſtamentũ nullum prorſus reddit, etiam antequam filij illud nullum dicant: & quamuis nullũ non dicant, vt frequentius placitum renuncio ex Iaſ. *à nu.* 23. Dec. *in l. poſthumo nato. C. de bon. poſ. contr. tab.* Imo. *in l. filio præterito. ff. de inuiſt. rupt.* Alex. *conſ.*27. *numer.*1. *&* *num* 3. *lib.* 6. Guliel. *in cap. Raynutius. verſi. in eodem teſtamento in* 1. *num.* 96. *de teſtam.* Boer. *deciſ.*96. *num.*1. *&* 2. Amplia vt idem iuris etiam prætorio futurum ſit: vt commune conſtituo ex Aret.

Alex.

Alex.& Iaſ.n.28.Dec.n.11.Cur.iu.n.48.in l.poſthumo nato. C.de bo.poſ.cont.tab.Imol.in l.filio præterito ff.de inuuſt.rup. Soc. in l.ſi filius.ff.illo eod.tit.Ant.Gomez.de teſtament. cap.11.n.5. Amplia ſecundò,vt hoc etiā procedat, tametſi pater extraneum heredē inſtituerit ſub conditione,ſi filius ſe viuo mortē obeat,vel inſtitutionē in id tēpus conferat, quo filius heres iam eſſe nequeat.commune pronunciant Aret.in l.ſi quis enim.§.vlt. ff. de vulgar.& pupil.idē Aret.Alex.ac Iaſ.in l.Gallus.in princ. ff. de liber.& poſth.Guliel.in cap.Raynutius.ver.adijciens. de teſtament. Segur.l.3.§.vlt.ff.de liber.& poſthu.doctor meus Emanuel à Coſta,in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.par.1.n.51.ff. illo eod.tit. Amplia tertiò,vt idem ius locum habeat,quamuis preteritio cum illius cauſe adiectione fiat, que exheredationi ſatis ſuperque foret.quemadmodū cõmune interpretū dogma eſſe miſerunt in literas Iin.in d.l.filio præterito.n.14.& in l.1.ff. de teſtament.eodem lino.Soc.n.7.& in d.§.& quid ſi tantùm. Alex. & Iaſ. in l. ſicut n.1.C.de teſtam mil.Soc.& Alc.n.5 in l ſi filius qui in poteſtate.ff de liber.& poſth.Corn.n.28.Iaſ.in auth.ex cauſa. C. de liber. præter.Alex.conſ 161.n.1.lib.4.& in auth.non licet.C.de liber.præt. Iaſ.d.in arenam.C.de inof.teſta.Guliel.in cap.Raynutius.verſ.in eodem teſtamento.in 2.n.46.de teſtam.atque alij,quos referūt Did. à Couar.in eod.cap.Raynutius.n.1.Ant.Gom.de teſt. cap.11. n.2. Eman.à Coſta in d.§.& quid ſi tantùm.3.part.n.164. Intellige tamen, quòd ſi heres inſtitutus adiectam ingratitudinis cauſam in hac in ſpecie probauerit, teſtamentū iure ipſo alioquin nullum,conualeſcet,& filius penitus excludetur.receptū quoque eſſe liquet ex Bart.n.12.Salic.n.6.Pau.n.5.ac n.9.Iaſ. n.1. in fi.laté Curt.iun.n.39.in d.authen.ex cauſa.Iaſo.d.l.in arenam n.3.& Galeaul.n.49.Coſta part.2.n.166. in d.§. & quid ſi tantùm. Ant.Gom.vbi ſuprà n.3.quorū tamen opinio & ſi equitati cõſentanea videatur,tamen à veris iuris definitionibus oppidò quā abhorret,vt non immeritò ab ea defecerint Alex.Cur.iu. n.15 in d.authen.non licet.Corn.in d.auth ex cauſa n.28. Guliel. in d.cap. verſ.in eodem teſtamento.in 1.n.218.Alciat.d.l.ſi filius qui in poteſtate.n.5.Viglius in rub.n.4.Inſtit. de inof teſt. & nos alibi id latius efficacibus argumentis refellemus. Quanquā iure ipſo ſuſtineri poſſe huiuſmodi teſtamentum, quod lōgè maius eſt,non improbabiliter contendere videantur Did. à Couar. Ant.Gom.Eman.à Coſta, cum nonnullis antiquioribus : ſed ea tota de re,vt dixi,alibi latius & opportunius. Amplia prætereà quartò,vt idem ius prorſus dici debeat,etſi teſtamentū, de quo agitur inter ipſos liberos conditum fuerit, commune aſſeuerant Dec.conſ. 105.nu.5.in fin.Claud.in l.inter cætera, n. 8. ff.de liber.& poſth.Iul.Clar. §.teſtam q. 8. verſ.ſed quæro in ſcis. Quamuis eiuſcemodi teſtamentum valere poſſit,tamen clauſula codicillaris in teſtamento inter liberos exarata ſemper intelligitur.commune efferunt Bello.conſ.85.n.4.Iul.Clar. vbi ſuprà verſ.vnum tamen ſcias. Amplia quintò atque vltimò , vt & militare teſtamentum preteritio nullū reddat,ſi cauſam aliquā expreſſim non pre ſe tulerit. cõmune inquiūt Rip. in l. Centurio.n.43.ff.de vulgar.& pup.Ioan.Clar.vbi ſuprà quæſt.42. verſ.bene verum eſt.Obſerua tamen diligēter,ac memoriæ tenaciter inſculpito,quòd ſi huiuſmodi teſtamētis clauſula codicillaris inſerta fuerit,teſtamentū fideicommiſſi iure ſubſiſtet;atque inſtitutis hæredibus hæreditatem reſtituere filij cogentur,& reliquos oēs ſuos effectus clauſula illa codicillaris cõſequetur.cõmune renūcio ex Bald.cõſ.431.li.3.& conſ. 104. lib.4.Rom.conſ.122.Alex.cõſ.32.in cauſa mota.& conſ.41.lib.1.& cõſ.285.ad fi.lib.2.Alex.rurſus n.13.Iaſ.n.22.poſt Pau.n.15. in d. auth.ex cauſa.C.de libe.præt.Ang.in §.1.n.4.Inſtit. de cod.Iaſ. in auth.noniſſima.n.24.in fi.C.de inof.teſta.Dec.in l.poſthumo nato. C.de bo poſ.cõtra tab.Io.Dilect.de arte teſtan.tit.3.cau.1.n.4.Ant. Gom.in l.3.Tauri.n.78.laté Iul.Cla.vbi ſuprà.quod ampliabis, licet eo tēpore,quo factū teſtamētū proponitur,filius præteritus nōdū natus eſſet.cõmune proferūt Rui.cõſ.193.n.3.lib.4. Tiraq.in l ſi vnquā.verſ.donatione largitus.C.de reuoc.don.& copioſè ac diligēter de materia diſſerit Iul.Cla.vbi ſ.verſ.& hæc quidē com.opi.cū verſ.ſequentibus.limitabis autē ſuperius cõmune placitū:vt ſi,cùm teſtamentū fieret,præteritioni filius cõſentiſſet,teſtamentū illius cauſa nullū nō reddatur:ſecus ſi poſt teſtamentum iam conſcriptum aſſenſus ſit. communia ponit vberrimè Iul.Clar.vbi ſuprà.quæſt. 43.verſ.ſed quid ſi ipſe ſit'us. E.Suarez.

28 Teſtamentum nullum ob preteritionem filij,ſi filius approbauerit,valebit illius reſpectu. l. filio præterito. ff. de inuuſt. rupt.Iaſ.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filiū.ff.de liber.& poſth.n.13. & quod procedit reſpectu ipſius filij qui approbat tale teſtamētū,ſed nō quo ad præiudiciū aliorum filiorū,qui ſemper poterunt dicere illud teſtamētū nullum. Pau.Caſt.in d.l.filio præterito ff.de inuuſt.rup.Iaſ.in l.ſi quis poſthumos.§.ſi filium.nu.13.ff. de liber.& poſth.& in l.in ſuis.n.56.ff.de liber.& poſth.& ſic concluditur quod etiā filio præterito tacente,vel approbante teſtimoniū,alij liberi teſtatoris in teſtamēto inſtituti , poterūt dicere illud teſtamentum nullū.& hæc eſt communis opinio, de qua ac..in repet.c.Raynutius.de teſtam.in verbo, in eod.teſtamento.el.3.nu.100.cum alijs ſequentibus. Bellacomb.

29 Teſtator poteſt hæredē priuare hæreditate,ſi fecerit aliquid,vel non fecerit,contra eius volūtatem, vt ſi nupſerit ſine alicuius conſilio.com.d.Clar.in §.teſtamentum q.69. Talis tamen priuatio non operatur,vt ipſo iure deſinat eſſe hæres, ſed valet in vim fideicommiſſi.d.quæſt.69.verſi. intellige. & ſi teſtator non dixerit cui in tali caſu hæreditas reſtitui debeat, tunc ſi adſunt cohæredes vel ſubſtituti,illis debet reſtitui:ſed ſi tales non adſint , reſtitui debet venientibus ab inteſtato. dicit Clar.in d.quæſt.69.verſ ſed pone. P.Fichard.

30 Exhæredatio appoſita poſt omnes gradus refertur ad omnes gradus ſuperiores ex præſumpta voluntate teſtatoris, que preſumptio eſt iuris:non tamen de iure,quin admittatur probatio in contrarium.Segu.in repet.l.3.§.fi.de liber.& poſth. nu.82.com.dicit. B.Villal.

31 Exhæredatio facta in principio teſtamenti,ante gradus, ſicut trahitur ad omnes gradus ſequentes , & ita facta in fine trahitur ad omnes præcedentes,ita communiter teneri dicit Iaſ.in l.j.in prin.nu.3.C.de liber.præter.

32 Exheredatio liberorū non ſolū ex 14.cauſis in §. aliud,in auth.vt cum de app.cogn.enumeratis , verùm etiā alijs cõſimilis grauitatis,& ingratitudinis,aut maioris fieri poteſt.cõmunē dicit Iaſ.in auth. non licet.C.de liber.præter. per multas authoritates.& Gabriel.Ben.in repet.c.Raynutius. verb. in eodem teſtamento 2.n.19.de teſtam.& plures inſuper accumulat Rim. in §.1.n.538.Inſtit.de donatio. Io.Fichard.& M.Chærian.

33 Exheredationē tollit tacita reconciliatio,ſecundū cõmunem per Burſ.conſ.121.n.16.lib.3.intellige ope exceptionis,nō quod teſtamentū ipſo iure reuocetur,vt ibi commune aiūt Iaſ. in auth.non licet.nu.4.C.de lib.præter.Curt.iun.conſ.192. nu.10. Vigl.in § mater vel aui.nu.8.Inſt.de exhæred.liber.& in §. igitur.n.6.Inſti.de inofficio.teſtam.Ant.Gom.de teſtam.c.11.n.12.Emanuel à Coſta in l.Gallus.§.& quid ſi tantùm.3. par.num.173. cum ſeq.ff.de liber.& poſth. Iul. Clar. §.teſtamentum.q.41.verſ. ſed quæro.Viuius lib.1.opin.128. E.Suarez.

34 Exhæredatio,cui nulla iuſta cauſa adijcitur teſtamentū, iure nouo,nullū prorſus reddit. vt cõmune affirmare auſim ex gl.Bar.nu.5.Aret.à nu.2.& reliquis ſcribentibus ad l.j.ff. de teſtam.ex gloſſ.1.Bar.nu.12.Pau.nu.9.concluſione 2. & cæteris interpretibus in auth.ex cauſa.C.de liber præter.rurſus Paul. in principio.Alex.nu.9.in auth.non licet.C.illo eo.tit.Corn.conſ.150. nu.1.lib.3.Ant.Gom.de teſta.c.11.num.10. Et ſi verius mihi videatur quod ad l.illam primam.ff.de teſta.ſcripſit Imo.ſequutus Fulg.huiuſcemodi exhæredationē,nulla cauſa iuſta ſuffultam teſtamento,hodie etiā vt olim vires ſuppetere, ac neceſſariā querelam fore ad illius reſciſſionem : quod idem diſputat ac latiſſimè defendit Io.Ign in d.auth.ex cauſa.cum ſeq. & Vigli. numer.2. ac Stepha. Budæus in rub. Inſtit. de inoffic.teſtam. E. Suarez.

35 Exhæredationis cauſa non eſt matrimoniū à filio ſine parentū conſenſu contractū. vt frequēter interpretibus placere ſunt authores Franc.Duar.in tit.ſolut.mat. cap.2.quo modo nuptiæ contra.verſ.hinc exiſtit quæſt. Ant.Coſta de dotib.c.3.n.19.Quod amplia proceſſurum & ſi ignominioſam vxorem filius duxerit , atque idem omnino in filia futurum. vt commune aiunt latiſſimè id agentes Did.à Couar.de ſponſal.2.par. cap 3.§.8.n. 5.& nu.6. Emanuel à Coſta in l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.3. par.nu.177.ff.de liberis & poſthumis,Iul.Clarus §.teſtamentum. quæſt.41.verſ.ſed quid ſi filia. E.Suarez.

36 De iure regio dicit l.10.tit.1.par.4.quòd ſi pater vult , vt filia contrahat matrimonium cum aliquo , & ipſa recuſet , ſi cum alio contraxit ſine voluntate patris , quod poteſt illam exhæredare.Et de hoc vide Io.Lup.in repet.cap.per veſtras. de don.inter vir.& vxor. Villal.

37 Exhæredationis iuſta ſatis ſupérque cauſa eſt iniuria verbo tenus , hoc eſt contumelia in patrem illata, vt commune ait Cur.iun.conſ.148.n.1. E Suarez.

38 Filius inſtitutus in primo gradu in totum, vel in partem licet ſit præteritus in ſecũdo, teſtamentum non rumpitur, *l. ſi poſthumus, §. quod vulgo ff. de liber. & poſth.* fallit in 3. caſi. vt per Iaſ. *in d. §. quod vulgo. nu. 1. vſque ad nu. 6.* Don. à Fina.

39 Mater ignoranter præterijt filium, præteritio non habetur pro exhæredatione, *l. ſi mater, C. de inoff. teſt.*

Fallit in 2. caſ. vt per Iaſ. *in d. l. n. 6* vide Mãt. ſin. 176. Do. à Fi.

40 Diſpoſitio *auth. ex cauſa. C. de liber. præt.* vbi filius natus, vel poſthumus ignorãter à patre præteritus fuit, Ampliatur & limitatur in multis caſi. vt per Cagno. *in d. auth. n. 33.* Don. à Fi.

41. Præteritione filij iam nati, vel naſcituri, teſtamentũ patris dicitur nullum à prin. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc. Turza. *concl.* 59. vbi limitat.

Fallit in 6. caſib. quos ego notaui *in §. 1. Inſtit. de exhæredat. liber.* Idem

42 Præteritione poſthumi teſtamentum rumpitur, *l. 1. & 3. ff. de iniuſt. rupto.* fallit vt per Mant. *ſing.* 561.

Fallit in 6. caſib. quos ego notaui *in §. poſthum. Inſt. de exhæred. lib. num. 2.* Don. à Fina.

43 Exiſtente defectu pręteritionis, vel exhæredationis in teſtamento, legata, &c. capitula teſtamenti confirmantur, *auth. ex cauſa, C. de liber. præterit.*

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 4. à Ioan. Bolog. *in d. authen. ex cauſa, n. 70.* fallit in 5. caſib. vt per *Iaſ. in d. auth. n. 16.* fallit in multis caſi. vt per Bal. Nouel. *in d. auth. n. 15.* Do. à Fin.

44 Si filius cauſam ingratitudinis in patrem cõmiſerit, per quam poſſit à patre exhæredari, ſi pater eam iniuriam per pactum remiſerit, non poterit filius ex ea cauſa exhæredari. Pau. Caſtr. *in l. fin. C. de pact.* poſt Bart. ibi & Iaſ. *in auth. non licet. C. de liber. præter. num. 3.*

45 Exhæredationis cauſæ teſtamẽto ritè inſertę probari omninò debent ab hærede, qui ad id hodierno iure obligatur. cõmune pronuncio ex omni ſcribẽtiũ ſuffragiis per illos text. *in l omnimodo. ibi, arguantur ab hæredibus, & in l. ſi quis filium. C. de inoffi. teſt. in. ex omnibus commentarios ad auth. non licet. C. de libe. præter.* aſſerunt Vigli. *in rubr. poſt princip. Inſtit. de inoffic. teſt.* Igneus *in auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* Ant. Gomez. *de teſta. cap. 1. nu.* 10 Memineris tamen ſemper, quòd licet plures exhæredationis cauſas in ingratum filium pater expreſſerit, ſatis tamen ſemper erit vnam aliquam ex illis exhæredationi idoneam ab hærede probari, vt luculenter docet text. *in auth. vt cum de appell. cognoſc. §. ſint igitur. in prin. ibi, vel vnam ex iis veram eſſe monſtrauerit. coll.* 8. & commune aſſeuero ex Bal. & Alex. vtroque, *ad fin.* Iaſ. *num. 11. in d. auth. non licet.* & reliquis ſuprà laudatis. E. Suarez.

46 Exhæredationis cauſæ pœnitentia abolentur, vt communiter probari inquiunt Pyth. *in conſue. Aurel. de ſucceſ. cap. 25.* Cotta *in memor. verſ. filiumfam.* & magis communẽ opinionem eſſe affirmat Emanuel à Coſta *in l. cum tale. §. ſi arbitratu. num. 189. ff. de condit. & demonſtr.* Non tamen filiorum priùs ingratorũ furore poſtea ſubſequuto euaneſcẽt, vt commune placitum aſſeuerant Iaſ *in l. ex facto. nu. 29. ff. de vulg.* & qui id nõ probat Iul. Clar. *§. teſtam. quæſt. 31. verſic. ſed pone.* contra quem immeritò blaterat Viuius *lib. 1. opin. 131.* E. Suarez.

47 Exhęredationi vel pręteritioni ſi filius exhæredatus, prę teritúſve conſentiat, tametſi nulla eius conſenſus in teſtamento mentio fiat, teſtamentum firmum, ratúmque erit, ac nullo iure oppugnari poterit, vt cõmune ait meus olim iuriſdoctor Anto. Gomez. *de teſtam. cap. 11. num. 14.* E. Suarez.

48 Exhæredatione ſe abſtenturũ pater promittẽs, nullo modo obligatur, nec impeditur, quin poſtea exhæredare ritè queat. cõmune ponit Ant. Gom. *de teſta. ca. vlt. n. pẽ. ad fi.* E. Suarez.

49 Exhæredari nequeunt poſthumus, infans, & regulariter impubes. vt commune renunciant Arius Pinellus *in auth. niſi triennale. C. de bonis matern.* Iul. Clar. *§. teſtam. quæſt. 41. in fin.* E. Suarez.

50 Exhæredato ſimpliciter filio, de iure digeſtorum teſtamẽtum valebat, nec inofficioſi querelæ oppugnabatur, niſi ſi filius ille prius probaſſet ſe ſemper debita parentibus officia præſtitiſſet. De iure Codicis ſi filius exhæredatus ſimpliciter ob ingratitudinem proponeretur, hæredes quamlibet ingrati culpam probare tenebantur. at de iure nouiſſimo & cauſam ſpeciatim exprimi neceſſe eſt, & illam ab hæredibus probari oportet: quã ſi ſcripti hæredes probare nequierint, teſtamentum quidem valebit, ſed iudicio centumuirali reſcindetur. at ſi probauerint, & ſemper, & omnino teſtamentum ratũ, validúmq. erit. Si verò nulla exhæredationis cauſa inſeratur, teſtamentum nullius momenti erit, vt communia ex multis aſſeuerant. Ant. Gomez *de teſta. cap. 11. nu. 10.* & Iul. Clar. latius de materia agens *in §. teſtam. quæſt. 40.* E. Suarez.

51 Exhæredati liberi, aut hæreditatis alioquin incapaces, in liberorum numero cenſentur, vt cæterorum liberorum legitima portio augeatur. commune inquit Ant. Gomez. *de teſt. cap. 11. num. 22.* E. Suarez.

52 Exhæredatorum ritè ac rectè filiorum liberis ſuis ex propriis perſonis auitum teſtamentum vel nullum dicere, vel inofficioſi querela oppugnare poſſunt, vt receptiſſimũ affirmare auſim ex Bartol. Bald. Ang. & reliquis commẽtatoribus ad *l. pater filium. ff. de inof. teſtam.* ex Bart. *num. 2.* Paul. Imol. Cuman. Alex. & Iaſ. *nu. 48. in l. ſi quis poſthumos. §. ſi quis filium. ff. de liber. & poſth.* ex gloſ. Cyn. Bart. Bal. Ang. Paul. Fulg. & *Iaſ. in l. ſi quis filium. C. de inoffic. teſtam.* & denique ex *Iaſ.* qui id magis commune arbitratur, ac diligenter tractat *in l. in ſuis. nu. 45. ff. de liber. & poſth.* & ſi nos alibi contrarium cum nonnullis lariſſimè probare moliamur. E. Suarez.

53 Filius poſtquam commiſit ingratitudinem, ſi pœniteat viuo patre, non poterit exhæredari. Pyrthus *in conſuet. Aurel. de ſucceſſio. cap. 25.* communem dicit. Villalob.

54 Exhæredato filio etiam iuſtè, cùm quid relictum eſt in teſtamento; datur actio pro ſupplemento legitimę, nõ pro parte hęreditatis, ſecũdum cõmunẽ per Bur. *cõſ. 121. n. 12. li. 1.* Bone.

55 Vna ex cauſis quatuordecim quæ deſcriptæ ſunt *in §. cauſas, vt cum de appella. cognoſ.* à patre teſtãte debet inſeri in ipſo teſtamẽto, cũ filiũ pater exhęredat: quia illud eſt de forma ſubſtantiali ipſius teſtamenti paterni. *d. §. cauſas.* hæres demũ cogetur probare cauſam ingratitudinis à patre propoſitam verã eſſe. Sal. & Iaſ. *in l. vniuerſa C. de precib. imper. offe.* Bened. *in rep. c. Raynutius. in verbo, in eodem teſtam. 2. num. 11. & 26.* com. d. Clar. *§. teſtam. quæſt. 40. verſ. aut talis cauſa.* P. Fichard.

56 Tres ſunt cauſæ ingratitudinis, quæ non enumerantur *in §. cauſas. in auth. vt cum de appel cognoſ.* quarum prima eſt, ſi nõ exhęredetur malo animo, ſed vt ſe accuratius det virtutibus, vel creditoribus ſatisfaciat. *l. multi. ff. de liber. & poſth.* & ibi Bar. illam *l.* ſummãdo dicit, quòd exhęredatio fit quandoque propter bonum. & *in l. cum ex filio. ff. de vulg. & pup.* dicit quòd *d. l. multi.* non eſt correcta. Bellac.

57 Secunda, ſi tempore teſtamenti filius dixit patri, Nolo quicquã de tuo, & exhęredetur, valida & legitima erit exhęredatio, ſecũdũ Bar. *in l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.* & ita vult Ang. *conſ 223. in fi.* Iaſ. *in d. l. ſi quando. §. & generaliter. col. 3. & in l. poſth. col. 9. C. de contratab.* ſecus in prętеritione. quia filius voluit. Corn. *in 2. vol. conſ. 31. verſ. non obſt.* Idem.

58 Tertia ſi filius ſit furioſus, nepos verò ex eo ſanus. Nã filius poterit exhęredari, modo nepos inſtituatur. *l. fin. C. de curat. furio.* idem in prodigo. Bald. *in l. ſi furioſo. ff. eo.* Bellac.

Et an pro delicto ante furorẽ cõmiſſo poſſit exhęredari, vide Iaſ. *in l. ex facto. col. 11. ff. de vulg. & pupill.* vbi tenet quòd ſic.

Et inter alias cauſas, de quibus *in d. §. cauſas.* eſt vna, ſcilicet ſi patrem captiuũ non redemerit. de quo etiam eſt tex. *in auth. ſi captiuus. C. de epiſc. & cler.* quæ habet locum etiam in captiuo pro debito. ita Paul. de Caſtr. *in 2. vol. conſ. 42. in fin.*

Nota etiã, ꝙ per illa verba, de quibus *in §. cauſas.* pręal. *ibi, ſi graue & inhoneſtã iniuriã eis ingeſſerit.* Ale. poſt alios *in l. filio præterito ff. de iniu. rup.* dicit, ꝙ ad exhęredandũ filiũ, ſufficit iniuria verbalis, per rationẽ, de qua ibi per eũ. vbi etiã dicit, quòd alię ſimiles vel maiores cauſę expreſſis, *in d. §. cauſas*, eſſent ſufficientes ad filiũ exhęredandũ, de quo etiã vide eundẽ remiſſiuè *in l. ſi quis id quod. col. 3. ff. de iur. om. iud.* & latius *in 2. vol. cõſ. 203.* Fel. *in cap. paſtoralis. col. 1. de reſcript.* Iaſ. *in auth. nõ licet. col. 1. & 2, C. de liber. præt.* vbi latiſſimè pro & cõtra. concl. tamen pro iſta parte Hyp. *ſing.* 78. alleg. Ang. *in l. lex Cor. ff. de iniur.*

59 Filia impudica poteſt exhęredari. no. *in cap. quoniam ad illius. de iureiur.* Bal. *in 1. parte conſ.* 121.

Amplia, quia poteſt exhęredari, etiam à patre meretricatóre. Secus à matre meretrice. ita Iaſ. *in l. in arenã. C. de inof. teſt.*

Limita præmiſſa, quia ſi filia ſit emendata, debet ali, & dotari. ita Iaſ. *in d. l. in arenam. in 2. col. & in d. auth. non licet. in 2. col. de liber. præt.* Alex. *in l. 1. ff. ſol. matr.* & emendatio per triennium quod bene dixit, pręſumi. per no. per Lud. Ro. *conſ.* 236.

Vide tamen Petr. Gerar. *ſing.* 3. Idem.

Contrahere matrimoniũ ſine cõſenſu patris, inducit odium capitale, & ſufficit ad exhęredationem. *l. 3. ſi emancipatus. ff.*

de

de cõtra tabulas. Fel. in c. eccleſia. in 18. col. de conſti. refert multos tenere, quod valet ſtatutũ laicorũ, imponẽs pœnã nubẽti ſine cõſenſu patris. Vide tamẽ Ian. in 1. part. c. 12. in 1. & 2. col. vbi videtur tenere cõtrariũ, per multa quæ alle. & idẽ vult in 2. par. conſ. 65 Cu. conſ. 131. Alex. 1. vol. cõſ. 7. & ita tenet ipſe Fel. vbi Iaſ. in auth. ſed ſi poſt. C. de inoſ. teſt. & in auth. nõ licet. C de liber. præter. in 3. col. in fi. latius in l 2. §. quod ſi in patris. in 7. col. ff. ſol. matr. Phil. in c. 1. §. porrò. de deſpõſ. impu. lib. 6. Pan. in c. 1. de deſponſ. impub. Et aduerte quia Petr. de Ancha. in conſ. 21. tenet quod ſi filia nolit cõſentire patri volẽti eã nubere, poteſt exhæredari. Vide aliquid per Bald. in l ſi pater. C. de ſponſalib. Bellacomb.

60 Exhæredari non poteſt filius vel filia, niſi expreſſa vna de cauſis, de quibus in §. aliud quoque. ver. cauſas. vel rationes. d. auth. non licet. & ibi doctor. C de liber. præter.

Limita in exhæredatione facta malo animo; & ſic odioſa: ſecus in facta bona mente ad prouiſionẽ filij. d. l multi. ff. de liber. & poſthu. & ita vult Iaſ. qui multa alleg. in d. auth non licet. in 4 col. Limita etiam in exhæredatione quæ fieret voluntate filij: quia valet ſine cauſa. ita Iaſ. vbi ſuprà alleg. multa. Alex. in d. auth. non licet. faciunt not. per Calcan. in conſ. 12.

Sublimita tamen in exhæredatione ante teſtamentum, vel teſt. ſe teſtamenti: ſi autem pater exhæredaret filium ſine cauſa, & filius poſt teſtamentum conſentiret, nihilominus teſtamentum redderetur nullum. ita Iaſ. vbi ſupra alleg. Ang. Im. & Alex. in l. ſi quis poſthumos §. 1. ff. de liber. & poſthu.

Limita vltimo procedere in filiis obtinentibus primum locum, ſecus in nepotibus: quia poteſt fieri exhæredatio ſine cauſa. ita Iaſ. vbi ſuprà alleg. Bald. in l. pater filium. in 11. col. ff. de in off. teſta. & in l. in ſuis. in 2. col. de liber. & poſthu. licet de hoc dubitet Bald. in l. ſi quis ... C. de inoſ. ... & ſubiicit Iaſ. quod vere eſt multum dubitabile & in contrarium fortiter fac. text. in d. auth. non licet. dum dicit, non licet parenti aliquem ex liberis. ... præte. eã procedere in aſcendentibus, vel deſcendentibus ... in tranſuerſalibus. Iaſ. vbi ſuprà alleg. multa maximè Alex. ibi.

Limita denique non procedere in filia prohibita ſuccedere ab inteſtato per ſtatutum, quia ſi exhæredetur ſine cauſa valet teſtamentum. Iaſ. vbi ſuprà.

Limita pariter, quia licet in exhæredatione non ſit cauſa, tamen poterit probari per hæredem, & ea probata valebit teſtamẽtum. Iaſ. vbi ſuprà all. Ang. in §. ingratitudinẽ. in auth. de nupt. & ita etiam vult ipſe Iaſ. in l. cum mota. in 5. col. C. de tranſact. Contrarium tenet ipſe Iaſ. in l. in arenam. in 1. col. C. de inoſ. teſt. vbi dicit credere Aug. male dicere, licet aliquando referendo eum incidenter ſecutus ſit. & dicit, quòd contrarium tenet ipſe Aug. in l. 1. in fin. ff. de inoffic. teſta.

Limita demum in patre prætereunte filium bannitum in ære & perſona: quia cùm talis filius habeatur pro mortuo, valet teſtamẽtum, nec fiſcus poteſt rũpere. ita Iaſ. vbi ſupr. in vlt. col. al. Bal. in l. ſi qua pœna. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iuris.

Quid ſi pater expreſſit plures cauſas, quarum aliquæ ſunt veræ, aliquæ non: dic quod valet teſtamẽtum. ita Iaſ. vbi ſup. alleg. Bal. ibi, per l ſcio. in fin ff de minor. fac. dictum Inno. in c. in præſentia. de renunc. Addo Felin. ad iſtud dictum Inno. in c. 2. col. 4. de re iud. addo Bald. in 2. part. conſ. 406. Bellacomb.

61 Licet pater teneatur exprimere cauſam, tamẽ nõ tenetur exprimere locum & tẽpus ingratitudinis: ſed hæres bene debet iſta probare. ita Iaſ. vbi ſup. in fin. cõm. alleg. multa, maximè Bal. in conſi. incip. propoſito. quod Zachirellus. quod mihi eſt, licet ipſe nõ dicat, in 2. part. conſil. 38. incip. propon. quod Zutiarellus. alleg. etiam Alex. vol 2. conſ 23. Idem.

Si filius ſit patri recõciliatus, videtur exhæredatio adẽpta. ita Iaſ. in d. auth. nõ licet. in fi. com. de lib præter addo eundem in l. fi. col. 4. C. de pactis. & in l. in areua. col. 2. C. de inoffi. teſta. Idẽ.

Addo etiam quòd reconciliatio prodeſt in iniuriis præcedentibus non in ſequentibus. ita Bald. in d. conſil. 406. & ita videtur tenere Iaſ. in d. l fin. Idem.

62 Quid ſi filius qui poterat exhæredari viuo patre, & ante teſtamentum cõditum pœnitentiam agat, an poſſit amplius exhæredari? Iaſ. in d. l. in arenam. in 2. col. tenet quod nõ. alleg. Alex. in l. 1. in 16. col. ff. ſolut. matrim. faciunt quæ habentur per eundem Iaſ. in l. ſi filiam. in fi. C. de inoffic. teſta. & ita etiã tenet in d. auth. non licet. in 1. col. Idem.

63 An filius dicatur exhæredatus, ſi pater in teſtamẽto dicat, Maledictus ſit talis filius meus, quia me verberauit? Iaſ. in d. auth. non licet. nu. 2. tenet quod non. alleg. Bald. in proœm. Decr. in vlt. col. Ipſe tamen Iaſ. in l. ſi pater. in 1. col. C. de hæred. inſtit. impugnat iſtud dictum Bald. vide ibi per eum. Idem.

64 Si filius cõmiſit cauſam ingratitudinis, & ingrediatur monaſteriũ, poteſt tamẽ exhæredari. Iaſ. in d. auth. non licet. in tertia gloſ. in auth. de mona. in prin. & alibi. vide tamen eundem Iaſ. in d. auth. nõ licet. in 3. col. ibi, cauſ tamen. vbi dicit, quòd eſt text. in contrarium in c. non liceat. vbi gl. 19. q. 3. licet gl. in auth. de mona. dicat quod ille text. procedit de iure canonico. Idẽ.

65 Pater poteſt per pactũ remittere cauſam ingratitudinis, & ex ea non poteſt amplius filius exhæredari. Iaſ. in d. auth. non licet. in 1. col. alleg. Ang. & Paul. de Caſtr. in l. ... C. de pact. & dicit colligi ex doctrina Bart. ibi, in 2. col. Idem.

66 Ex cauſis quibus poteſt quis exhæredari, poſſunt eidem alimenta denegari. Fel. in c. cùm ſit. de Iud. Iaſ. in l ... autem. in 4. col. ff de inſt. & iur. & in auth. ſed ſi poſt. C de inoſ. teſta. & in l. 1. in fin. 1. col. C. vnde vir & vxor. Phil in c. vnico. §. porrò. de deſponſ. impu. in 6. Idem in dote, quia poteſt denegari. Petr. Gerard. ſingul. 1. Iaſ. vbi ſuprà.

Quid ſi pater inſtituit duos filios, & vnum grauat ad aliquid faciendum: & ſi ſecus faciat, eum exhæredat, excepta legitima? vide not. Bald. in 2. part. conſi. ... 4. Idem.

67 Pupillus doli capax exhæredari poteſt. l. ... ſi quis. §. legis autem. C. de in off. teſtam. Vezinus.

68 Filij ſunt neceſſario a parentibus inſtituendi, vel exhæredandi, vt valeat teſtamẽtũ. l inter cætera. ff. de liber. & poſth. & de iure nouiſſimo authenticorũ illi parentes tenẽtur, ac debent honorabili titulo inſtituto filiis legitimã relinquere, §. aliud quoque in auth. vt cum de appel. cogn. & hoc tenent gl. & Azo. in §. tam autem, & in §. 1. iter. l. ... de inoſ. teſt. vbi lat. Moder. gl. & doct. omnes communiter in auth. nouiſſima. prout ibi refert Iaſ. nu. 13. C de inoſ. teſt. in d. l. inter cætera. col. pen. & in l. omnimodo. poſt Paul. Caſtr. C. de inoſ. teſt. Alex. conſil. 70. vol. 2. Berti. conſ. 16. ex caſu mihi exhibito, n. 1. vol. 8. Ripa in rub. ff. ſol. matri. n. 44. licet Alex. in d. l. inter cætera. referat, de iure canonico cõmuniter eſſe cõtrariũ. & Cculanſiſime in c. Raym. §. 1. ... ſeq. de teſt. Et ratio eſt ... nia viſa eſt iuriſprudẽtibus ... titulus honorabilior, ſecundũ gl. in l filium. §. ſed & ſi portio. de ... pr. & cùm ... nia titulus quoq; legati honorabilis ſit, amiciſſimos ... de excuſ. tut. & ibi Nicol. de Neap. nihilomin' iuſ ... tutio eſt etiã vtilior.

Nam filius inſtitutus in re certa, tota hæreditatẽ habebit hæredi vniuerſali non adeunte, vt not. Doct. in l. quoties. C. de hæred. inſti. & latius dicemus infrà. Et ſæpè euenit, quòd teſtator ſobolẽ maſculinã nõ habẽs, agnatos hæredes inſtituat, & certã ſummã filiabus relinquat, ipſas non inſtituẽdo in dicta quãtitate, quã relinquit: & ita teſtamentũ tã iure ciuili, quã canonico ſubuertitur, ſecundũ opinionẽ magis communẽ, quã ſequitur, declarat & citat Iaſ. in d. auth. nouiſſima. Bert. conſil. 18. ponitur in facto, ſub nu. 6. vol. 6. Anchar. Anto. & Moder. in c. Raym. de teſt. vbi Barbat. de hoc latiſſime diſputat.

Et ſic de iure nouiſſimo expeditũ eſt, filios honorari titulo honorabili inſtitutionis: aliàs teſtamẽtũ eſſet nullum, & filius ſuccederet patri ab inteſtato, vt cõcludunt prædicti Doctores indifferenter, vt recitat Iaſ. in d. auth. nouiſſima. n. 13. & iſta eſt cõmunis opinio ſecundũ Picũ in repet. l. in quartã. ſub n. 60 ff. ad leg. Falcid. Alex. in d. l. inter cætera. in prin. & Bert. conſ. 132. n. 1. vol. 6. De iure vero ſtorum, legitima ipſa erat filio relinquenda à titulo inſtitutionis, ſecund. cõmun. opinionẽ relatã per Nige. in repet. rub. ff. de legat. 1. n. 17. & Gulſ. Benedict. in d. c. Rayn. in verb. In eodem teſtamento reliquit ... n. 15. De iure canonico neceſſe eſt etiã, vt legitima ipſa relinquatur filio titulo inſtitutionis, ſecundũ gl. & Ioã. And. Ancha. Domin. & Phil. in c. ſi pater. de teſta. in 6. & gl. in d. c. Raymutius in verſ. Relinquens, ... ã aiũt ibi cõmuniter receptã, Afflicto n. 37. & Couarr. in d. §. 1. n. 1. & opinionẽ iſtã ſequitur, & cõmunem eſſe inquit etiam cum cæteris ſignatis per eum. Clar. is in tract. de teſt. lib. ... q. 38. verſ. Hæc ante concluſio. Et licet Hoſtien. in d. c. Raymutius, velit de iure Pontificio, vt ſufficiat legitimã relinquere filio quocũq; titulo: & eius ſententia cõmunis ſit, vt oſtendimus ex Alex. in d. l inter cætera: nihilominus priori opinioni tanquã tutiori, & cõmuniori inhęrem'. Alias verò limitationes, ſeu interpretationes valde vtiles, & cõmunes ponit Clar. in d. q. 38. verſ. Sed quid in teſtamẽto, cum aliis ſeq.

Sed limitantur prædicta non procedere, vbicunque filius de conſenſu ipſius prætereatur in teſtamento patris, vel matris: tunc enim poteſt præteriri, ſecundum doctor. communiter in l. poſthumo. C. de bono. poſſeſ. contra tabul. de qua com-

muni atteſtantur Boëri. *in deciſione* 204.*nu*.40. & Iaſ. *in d. l. poſth.nu* 26.*cum aliis ſequ* & cupioſè Couart.*in c.Raynald.§.* 2. *nu*.3.*de teſta.* Limitator etiam conſulendo in altero caſu per Bertran. *in d.conſil*.316.*nu*.2. Vimos.

69 Filius vltra quatuordecim cauſas expreſſas *in §. aliud. in authen. vt cum de appel cognoſ* ex quibus velut ingratus exhæredari poteſt, ſi conſimilẽ grauitatẽ, vel grauiorẽ cõmittat, licèt ibidẽ non expreſſam, poteſt exhæredari: voluit hoc Guliel.de Cun. & quàmplurimi quos refert & cõmunẽ opinionẽ dicit Iaſ.*in auth non licet.col*.3. *C.de liber. præter.*Couar. *in c.Raynutius.n* 16.*de teſta* & Ripa *in repet.l.fin n*.137. *C.de rev nor don.*ſequitur Alex *in l.ſi quis id quod col*.3 *de iuriſdict.om. iud.* Gerard.*in ſing*.1.*in prin.*Marſi.*ſing*.78.Fely.*in c paſtoralis. n*. 2.*& ſeq de reſcript.* Alex.*conſ*.2 3 *ſuper themate, col*. 2.*vol*.2. Caſſan.*in conſuet.Burg in rub*.7.§ 2.*verſi.Sed quæro pone.*Guli. Benedict.*in l. ex donatione, ff. de donatio.* Afflict.*in cap*.1.§.*ſed quia nã, quæ fuerit prima cauſa benef.c.amit.*& Ripa *in d.l.fin.in q*.41.*col*.2 & Clarus *in tract.de teſta li.vij.q*.4. Et ratio iſti° cõmunis videtur iſthæc, vltra aſsignatã per doctores allegatos.

Quia vbi eſt eadem ratio, vel maior, non dicitur lex extẽdi, ſed enucleari, ſecundum Oldrad. *conſil*.185.*thema tale eſt in fin.*Calderi.*conſil*.1.*in tit. vt lite pendente.* vbi ait, quòd vbi eſt eadem ratio, non dicitur quis extendendo nouũ caſum addere, ſed quod in primo caſu in ratione concludebatur ſecundum æquitatem detegere, ſeu declarare.

Lex enim dicitur eſſe, quod in ratione conſiſtit.*c.conſuetudo.*1.*diſtinct.*

Ergo vbi habet locum legis ratio circa id prædicta dici debet lex.

Alibi ſcribit Calder.*conſ*.1.*in tit de regul* Quod ratio dicitur lex cõ(...) ad omnes caſus, ob id nõ inſpicitur diſpoſitio: an in ea ſit idẽ caſus, vel non, vel ratio dũtaxat conſideratur?

Alibi ſcribunt Petr.& Cyn.*in* (...) *iura.* l (...)ld *in l de quibus. ff. de legib.& in auth.poſt fratres.C.de legit.hæred.*Ioan.Crot.*conſ*. 36.*n*.12.Decius *conſ*.372.*n*.7.& Ioa.de Ana.*inter cõſilia Pauli de Caſtro conſ*.261.*col*.2.*lib.*9.quòd vbi eſt eadẽ ratio, & omnimoda ſimilitudo, nõ dicitur lex extendi, ſed caſus ille ſub eiuſdẽ legis diſpoſitione includi, per gl.*in c*.1.*de tempor. ordin.lib.* vj.

Vnde ſi quis ſubtiliter inſurgeret cõtra iſtã rationẽ dicendo, quòd hic non fit enucleatio, ſed extenſio propriè: ergò iſta ratio nõ cõcludit, quia aliud eſt extẽſio, aliud enucleatio.

Reſponde fundãdo præallegatã ſententia cõmunẽ meliori ratione, quòd in caſu cõmunis opinionis, & in aliis ſimilibus, quamuis ſint pœnales, fit extenſio de ſimilibus ad ſimilia ea identitate rationis, vt not.Alex.*in l.ſi quis id quod.n*.17. *& ſeq.*Iaſ.*in §.ſeq.col*.7.*in §.tripli.Inſti.de actio.& in l*.3.*col.pen. C. de tranſ.in l.à Titio.in* 3.*not ff.de verb obl.*Dec.*in c.tranſlato. in prin.de conſtit.*poſt Abb. *ibi*, vbi Decius allegat Rom. *conſ*. 429.*in* 2.*dubio*, vbi Roma.multa exempla adducit.idem tenet Deci.*in l.illam.nu*.11.*C.de collatio.in c ſecundò requiris. col. fin. de appellatio.& in c*.1.*col*.13. *de probatio.*

Et patet, quòd in caſu dictæ communis, nõ ſolum militat eadem ratio, ſed maior; ergo à fortiori poteſt fieri extẽſio.

Idem videmus in feudo, videlicet, quòd vaſallus priuetur feudo ex omni alia cauſa non expreſſa, quæ poſſet dici ſimilis, vel maior expreſsis, ſecundum Iacobum de Le(...). *conſ*.117. *nu*.34.quod quidem conſil. reperitur inter cõſilia feudalia Alberti Bruni. Vimus.

70 Filius exhæredatus, excluditur à ſucceſsione in feudis hęreditariis, quãdo mala mẽte fuit facta exhęredatio, & cauſę exhęredationis fuere iuſtæ, & expreſſæ, ſec. Iacob. Ardizo. *in Summa ſua de ſucceſsio feud. ſub rubr.an filij ſucced.in feud.*& per And.de Iſer. *in c*.1.*in prin.de ſucceſ. feud.*& per Odofr. *in Summa de ſucceſſi. feud.*Pariſ.*conſ*.1.*n* 7 *vol*.1. & per Angel. *in auth.de nupt.§.ſoluto*, dicentẽ Filium iuſtè exhæredatũ, non ſuccedere in feudo.& optimè facit quod vult Bart.*in l.iuriſiurãdi. §. ſi libertis.ff.de oper.liberto.col. fin.* cũ aliis congeſtis per Moder.*in tractat. feudorum.fol*.27.*col*.2.*&* 3.vbi aſſeuerant iſtã eſſe communem opinionem, quę quippe probatur.

Nam licèt vaſallus non poſsit (...) feudo teſtari, vt *in c*. (...) *de ſucceſ.feud.& in c*.1.*§.donare.qualiter olim feud.poter.alie.*& per Socin. *conſ*.19.*adſit col*.3.*lib*.3.

Tamẽ quando feudum eſt hæreditarium, pater ſine dubio poteſt in teſtamento prælegare vni filiorũ: cùm in tali feudo quis non poſsit ſuccedere, niſi ſit hęres, ſecund. Bart. *in d.§. ſi libertis.* Bal.*in c*.1. *§.decedens. qui feud. dar. poſſ.* Moder. *in l. quicquid aſtringenda,& in l. ita ſtipulatus §.Griſogonus ff.de verbo.oblig.*& per Alex.*conſ*.30.*ponderatis col*. 3.vbi ſcribit iſtã eſſe com.ſententiã *in conſ*.19.*ſuper eo.col fi. & conſ*.28.*col pen.libr.* 5. ideoque factum teſtatoris impugnare debet, *l. cùm à matre C de rei vend.*& per Alex.*conſ*. 124.quod quidè citant Moder. *in d tract de feudis fol*.28.*col*.3.& ponit Prępoſ.*in c. Imperialem in prin col.* (...) *de prohi.feud alie.*

Et his occurrit, quod nõ ſufficit exprimere cauſas in teſtamento per patrem, ſed neceſſe eſt eã probare, vt eſt tex. iuncta Gl. *in ver dicant in l*.1.*in prin. ff.ſi quadru paupe. feciſſe dicatur,& in cap.dilectis.*vbi appoſita,& probata, de excep.& eſt tex.vbi Ale.& al. *in l.ſi prius ff.de oper.noui nunci.* & Pariſius *conſ*. (...) *col*.3.*nu*.136.Et illa eſt communis opinio, vt patet ex cõgeſtis per Couarruuias *in c.Raynutius,nu*.8.*de teſtamen.*

Onus enim probandi cauſas exhæredationis incumbit hæredi.*§.ſi verò* (...)*tur. in ver. Demonſtrauerit in authen. vt cum de appella.cognoſci.*& ibi Bar.& Ang.& plenius per aar.Aret.& alios *in l* (...) *ff.de teſta.*

Fallit tamẽ quotieſcunq; teſtator eo viuẽte feciſſet examinare teſtes ſuper illis cauſis ad futuram rei memoriã, quod poteſt fieri & ſic cauſę ingratitudinis poſſunt probari viuente patre, ſecundũ Alex.*conſ*.104. *ſuper themate vol*. 2. Cæterùm dicta examinatio debet fieri ritè,& rectè exhęredato ſortiter citato, vt dicit Alex.*conſ*.104.*in fi.*& Pariſ.*in d.conſ*.1. *nu*.137.& habetur per Canoniſ. *in c. Albericus & in c. ſignificauit de teſt.*

Feudũque hereditarium ea cõmuni forma inueſtitur, tibi & tuis heredib.ex tuo corpore legitimè deſcendentib.in perſona deſcendentis conſiſtit, poſt Ant.de Alex. dicentem ita maiores tenuiſſe referendo D. Ioan. Ant. Cartaſain, & Do. Goffredum de Gayeta tradit Afflict.*deciſ*.104 *item mente*, aſſerens ita bis fuiſſe in Sacro Cõcilio pronunciatũ, & ita tenere Sebaſt.Neap.*in conſuetu.Neap.incip.& ſi teſtator*, & alios ibi allegatos, quos ſequitur, licet cõtrariũ verius exiſtimet. & eſſe com. opin.atteſtatur idẽ Matthęus Afflic.*deci*.195.*dictat e Regni nu*.7.& pro vera ac indubitata opinione recipit etiã *deciſ. eiuſdẽ Rota Neapolitana* 240.*in cauſa Cubelli nu*. 10. Alex. *conſ*. 25.*ponderatis n* (...) *conſ* 2ã *in cauſa n* 18.*vol*.5.*conſ*. 118.*vol*.6.quod repetitur *conſ*.18 *attentis n*.10.*eo.vol*.5.& Dec. *conſ* 395.*in cauſa nu*.4.poſt Andream de Iſer.& alios quos citat. Vimus.

71 Filia, quæ peccauit in corpus ſuũ, poteſt exhęredari per patrem, vt eſt tex.*in l.ſi filiã C.de inoffi teſta.* Imò pater ei cõpoteſt denegare dotẽ,& alimenta, & ſic à patre non eſt alimentanda, nec dotanda aliquo modo, vt voluit Spe. *in tit. qui filij ſint leg.verſ.Quid ſi filia.*

Imo ſi pater viueret luxuriosè, ſimiliter hac exhæredatione vti poſſet, ſec.Fulgo.*in auth.ſed ſi poſt*,& Bal. *in l.in arenam C. de inoffi.teſtamen.*

Eſt bene verũ, quòd mater meretrix filiã ſuã pariter meretricẽ exhęredare nequiret, ſecundũ Bart.Bal.& omnes cõmuniter *in d l in arenam.*

Tamẽ hoc fallit, ſi viuẽte patre reſipuerit, vel ad bonos mores, honeſtãq; vitã cõuerſa ſit & pœnitentiã egerit, nõ poteſt per patrẽ exhæredari, ſec.Spe.*in loco præcitato*, Ant. *in c. Quintauallis col*.2.*de iureiur.*& alios Docto.cõmuniter ibi, Bal.*in l. ſi filiã ſuperius citatã.*Alex *in l*.1 *ff ſol.matr.*& ibi R.p. *col* 5.*v. Fallit in filia,nu*.71.Camp.*in tract.de dote q*.13.*in fi* P (...) *conſ*.8. *nu*.23.& Mathil.*in repetit.rub.ff.de tideiu* (...).*nu*.260.*& ſeq.*

Ideoq; dixit Bal.*in d l* (...) *ia*. (...) ſi mulier turpiter vixit, & deinde ſe correxit, & (...) vitã cõuerſa ſit, nõ debet reputari (...) perſona: quia (...) cõ(...)uetudo inſpicieda e(...) *Mela* (...) *de alim.& ciba.leg.a.*& (...)ld.ſequitur Alex.*in loco* (...) (...)ta, & (...) eſſe mirab le *in auth.non licet co*. (...) *de libe. præter.*& (...)ip.*in repet.l ſi.nunc*.223. *& ſeq. C de reuocan.donatio.*qui aſſerit (...) eſſe communem opinionem.& (...) in terminis cõ(...) ſuluit Ioan.de Amicis,*conſ*.91.

V(...)c benè inferri poſſet, quòd quãuis vera ſit re(...) quòd ſe(...)el malus ſẽper pręſumitur malus, *c ſemel malus ext.de re*(...) (...)te apo(...)il.poſt D(...)n.cõcord.glomerat, Corſet.*fi*(...) *præſũptio,reg.eſt*, Marſ.*ſing* 74.*Tu habes*, Marc.Ant. Bald. (...) *de tẽp.vtil.& cont.c,*18.*in* te.vbi hãc reg. poſt prædictos exornare contendit.

Nihilominus nõ procedit, ſi ille, cõtra quẽ (...) præſumptio, reuerſus ſit ad meliores fruges,& malæ (...) pœnitẽtia ſe correxerit,& per cõ(...) nuũ triennium be(...) (...) viuerit, ſec.Alex.& al(...) *in l.ſ* (...) *ff. qui ſatiſ.cog.*Tho.Gram.*conſ.* (...) itaq (...) e(...) gaotes more ſuo cõ(...) *in tract.de pœ*(...) per tex.*in §.*1.*ver. Hinc nobis, in auth. de monach.* quem ſequ(...)

vti ſingul. & memoriæ cōmendandum, ex mente adductorū ibi per eum plurimū celebrat. Et hinc pulchrè Roman. *conſ. 236. vt premiſſa conſultatio. col. 2. verſi. ponderandæ* aſſerit, *quod quis benè viuendo per triennium, dicitur nouus homo.* Viui.

72 Filius furioſus poteſt exhæredari ex cauſa ingratitudinis commiſſę, contra patrem ante furorem.

Vndè propter furorē ſuperuenientē nō purgatur vitiū ingratitudinis præcedens, ſecūdum Bart. & cōmuniter omnes *in l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pupil ſubſti.* quam quidē cōmunem ſequitur, & citat Iaſ. *in l. patre furioſo, n. 42. ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iur.* & Ripa *in ſi. C. de reuoc. donat. nu.* 227. licèt & malè Clarus *in tracta. de teſt. lib 3. q. 41. verſi. Sed pone,* contrarium ſenſerit. Sed propter recōciliationē dictę cauſæ ingratitudinis, poſſunt reuocari, atque remitti; & huiuſmodi remiſsio, ac reconciliatio auferr omnē ingratitudinē, ac cauſas exhęredationis, vt inquit Bart. *in l 3. in fi ff de adimē. leg.* Cotta *in memorali in verſ. Filiusfam l. vltimo,* & late Moder. Papieſ. *in l. de quæſtione col. 5. C. de pact & in l. in arena col. fin. C. de inof. teſta. & in l. filio quē pater, ff de lib. & poſth.* & Couarr. *in c. Raynu. n. 17. de teſta.* vbi citat omnes alios doct. contrarię opin.

Item ſi filius ingratitudinē cōmiſiſſet, cuius occaſione exhęredari poſſet, tunc ſi viuo patre ante teſtametū pœnitētiā egiſſet, vtique exhęredari non poſſet, ſecūdū pulcherrimum dictū Alex. *in l. 1. n. 33. ff. ſolu. matr.* quod tacito Alex. ſibi aſcripſit Cæpeg. *in tract. de dot q. 13 1. part. in fin.* contra quē tanquā tacētē alienos labores, & maxime Alex. ſui præceptoris multū exclamat Thom. Diplouat. *in addit. ad Alex. d. n. 33.* quod dictū tanquàm memorabile ſequutus eſt ibi Ripa, & Curt. Iun. *in l. admonendi. n. 73 ff. de iureiur.* Tiraq. *in l. ſi vnquam. C. de reuoc. dona. in verb. Donatione largitus, n. 51.* & extollit Ioa. Dilect. *in tract. de art. teſtan. tit. 3. caut. 17. n.* 2. quamuis ibi aſſerat non tranſire ſine difficultate: tamen opinionem Alexādri ſequitur, & cōmunē fore pręſupponūt Cotta *in d. memorali filiusfamilias. poſt prin.* & Cou. *in d. c. Raynutius n. 18.* & ſequitur Clarus *in d. quæſt. 41. verſi. Præterea quæro.*

Ceſſat etiā pręlata exhęredatio, quado nō apparet ex teſtamento patris eſſe aditā hęreditatē, vt eſt text. *in l. filiū quē patrē. §. ſed cum exhæredatio. ff de bon poſſ. contra tab. & in l. ſi quis Sempronium, cum concordantibus ff. de hæred. inſti.* Viuius.

73 Filij poſſunt repudiare patris hęreditatē, retētis emphyteoticis bonis pro eis, pręſertimque, quando pater ſibi, & filiis emphyteoſim, ſeu feudū ſtipulatur eſſet, ſecundū Dyn. quē refert, & ſequitur Bart. Bal. & Ang. *in l. vtē vidēdū. §. fi. ff. de peti. hæred.* Cyn. *in l. 2. in fi. C. de lib. & eorū libe.* Alua. *in c. 1. an agna. col. 4.* Iacob. de Belui. *in c. 1 de eo qui ſibi & hæred. ſuis.* Ioan. And. *in addi. Spec. in tit. §. nunc dicamus. in 2. addit.* Ioachimus *in obſeruatione 67. cum incideret quæſtio, centuria 3. n. 5.* & Ant. Capicius cū magna caterua doct. relata per eum *in inueſtitura feudali in tit. feudorum genera verſ. Tertia declaratio, fol.* 238. vbi prædicat eſſe iſtam commu. opin.

In contrariā vero partem, videlicet, quòd filius ſuccedere volens in feudo ex pacto, & prouidentia deberet eſſe hæres, nec poſſet hæreditatem repudiare, & feudum retinere: inclinauit Andr. de Iſern. *in d c. 1.* cuius opinio obſeruatur in Regno Neapolitano teſte Anto. Capicio, *vbi ſuprà.*

Et ſic in Regno ipſo in feudo ex pacto, & prouidētia filius non ſuccederet, niſi adiret hæreditatem, prout quotidie iudicari, & obſeruari vidimus.

Idem videmus, vbicunque frater renuntiaret fratri hæreditatē paternā, aut faceret quitantiam de omni eo, quod poſſet petere, vel conſequi ex hæreditate paterna, ob hoc nō impediretur petere partē feudi, aut partē poſſeſsionū emphyteoticarū: quia cenſentur hæreditaria, nec profectò debētur iure hęreditario, nec tanquā ex hæreditate paterna, ſed vigore cōtractus, vt per Bart. *in d. l. vtē vidēdū §. fin.* Quod etiam procedit ſi in huiuſmodi renūtiatione hęreditatis paternę interueniſſet iuramētū, vt per Bal. *in c. 2. col. 4. in tit. an agna. vel filij.*

Amplia hoc etiam procedere, quando emphyteoſim pater accepiſſet pro ſe, filiis, & hæredibus maſculis: tūc enim, ſi nō ſint hæredes, admittuntur ad emphyteoſim eius liberi, vt per Deci. *conſ. 239. primò col. 2.*

Limitatur pręallegata cōcluſio primo loco, quàm pater ſtipulatus eſſet emphyteoſim ſibi, filiis, & hæredib. eo caſu filius poſsidēdo emphyteotica bona, videtur hæreditati ſe immiſcuiſſe, & ad æs hęreditariū ſoluēdū obligatur: Siquidē ſtipulatione ſic cōcepta emphyteuſim habere nō poteſt, qui nō ſit hæres, vt per Bart. *in l. iuriſiurādi §. liberi ff. de ope. lib.* Alex. *in l. Gallus §. etiā ſi parēte. ff. de liber. & poſth* cum aliis per eundē allegatis *conſ. 19. ſuper eod. col 1. & conſ. 129. perſpectis libr. 5.* vbi alleuerat iſtam eſſe communem opinionem. & ſequitur Iaſ. *in l ſi poſt mortem ff de leg. 1 & conſ. 57 in cauſa col 1. & ſeq. lib. 1.*

Interpretatur ſecūdo, quando filius renūtiaret hæreditati, & paternis bonis: Renūcians enim bonis paternis, intelligitur renūtiare etiam emphyteoſi, ſecūdū Spe. *in ti. de loc. §. nūc aliqu. x.* & Iaſ *in auth. vndè ſi parēs col. 2 C. de inoff teſta. & in l. ſi nō fortē. §. liberius n 34 & ſeq ff de cōd. indeb.* vbi atteſtatur iſtā eſſe com. opin. Et ratio iſtius limitationis videtur iſthęc: quoniam appellatione bonorū cōtinētur data in emphyteoſim, text. eſt *in l. bonorum appellatione, l. a 1. ff de verb. ſigni.* Viuius.

74 Mater à luctuoſa liberorū hæreditate in dubio excludi nequaquā debet. cōmune ait Curt. iun. *cōſ. 134. n. 6.* Quin ſi à filio ſine cauſa pręteretur, nullū teſtamētū dicet: ſi cū cauſa ſilētio inuoluatur, pro exhęredata habebitur. cōmune pronūciat cū Gul. Iul. Cla. *§. teſta. q.* 49. idéq; atteſtantur Ang. *in §. mater. Inſti. de inof. teſt.* Bert. *conſ. 1. n. 3. & conſ. 23. n. 2. lib* 5 Did. à Cou. *in c. Raynu. n 3. & ſeq. de teſta* Ant. Gome *de teſta. c. 11. n.* 34. Si autē per ſubſtitutionē pupillarē excluſa fuerit, nūquam ei legitima aliqua portio debebitur. cōmune affirmāt Alex. *conſ. 12. lib. 3.* & qui eū laudat Viuius *lib. 1. opin.* 206. E. Suarez.

75 Pater ſi à filio exhæredetur ſine cauſa, teſtamētū eſt ipſo iure nullum: ſi verò eſt adiecta exhęredationis cauſa, valet teſtamentum mero iure: ſed ſi illa cauſa non probetur, poteſt à patre impugnari per quęrelam inofficioſi. Si autē pater ſit præteritus à filio in poteſtate, tunc ſiue adiecta ſit cauſa ſiue non, ſemper teſtamētum eſt ipſo iure nullū: ſi verò ſit præteritus ab emancipato, tūc ſi nō eſt adiecta cauſa pręteritionis, valet teſtamentū, ſed pater poteſt illud rūpere per contratabulas. com. dicit Clar. *in §. teſtamentum. q.* 48. Et hoc non ſolum procedit in teſtamento de quaſi caſtrenſi peculio, ſed etiam ſi teſtetur de caſtrenſi pecul. *ead. q.* P. Fichard.

76 Pater ſufficit quòd filium ſuum inſtituat in legitima, in reſiduo poterit extra[illegible]ituere. *l. Papinian. §. quoniam. ff. de inof. teſtamento.* [illegible] *in l. in ſuis. num.* [illegible] *ff. de liber. & poſthum.* Auus autem habens filium, & ex eo nepotem, non tenetur nepoti aliquid relinquere. Dec. *conſi* 15. Chærian.

77 Legitima debet filio relinqui titulo inſtitutionis, aliàs teſtametū eſt nullū. cō. dicit. Clar. *in §. teſtamentum q.* 38. P. F.

78 Legitimā in vna re, filius non poteſt propria authoritate eligere ſibi, ſed authoritate iudicis hoc fieri debet. eſt cō. opi. ſec. Dec. *cōſi. 236. nō parua difficultas.* M. Chærian.

79 Militia vbi per patrē filio empta vēdi poteſt, licet ad heredes nō trāſmittatur, imputatur filio in legitimā. Ita eleganter declarat Bal. *in l. omnimodo. § imputari. n. 3.* inquiēs, ſecūdò eſt reperire militiā, ſeu officiū, ſeu quod poteſt vēdi, nō tamē ad hæredes tranſmitti, & de tali militia ſeu beneficio de pretio patris acquiſito dicēdū eſt, quod imputetur in legitimā: exēpli gratia, In Rep. ſunt aliqui redditus, qui à Principe impetrantur ad vitā, ita vt etiā ad vitā impetrātis poſsint vēdi: ſicut reperiūtur aliqua feuda huiuſmodi lege cōceſſa, quia tūc huiuſmodi beneficia ſunt quid patrimoniale, & ſunt in commercio. & ab aſcendēte procedunt, meritò igitur cōferūtur, & legitimè imputātur. Ita intelligitur text. *in d. §. imputari. in verb vt vēdatur.* plura exempla refert. *ibidē* Bald. ex Bart. *in l. 1. §. nec Caſtrēſe. ff. de coll. bō.* eodè modo & alij doc. hoc voluerunt *in d. §. imputari.* Licet Nicol. de Vbald. *in trac. de ſucc.* cōtrariam ſententiam defenderit. Hanc tamē ſententiam veriorē ſcribunt Rip. *in l. in quartam. n. 163. verſ ſed an officiū ſcriptoriæ apoſtolicæ. ff. ad l Falcid.* Io. Crot. *in l frater à fratre. verſi. decimo tertio quæritur. n. 39. ff. de cōd. indeb.* & com. opi. eſſe dicit Rol. *in conſ. 12. n. 10. in 2. Tom. conſ.* Kirchouius.

80 Teſtator ſi dicat: Filiæ meæ relinquo centū pro dote, tale relictū ſufficit, & ſuſtinebitur in vim inſtitutionis. com. dicit Clar. *§. teſtamentum q. 38 ver. quid autem.* P. Fichard.

81 Auus ſi dotauit neptē ex filio, an imputetur ipſa dos in legitimā eiuſdē filiæ in bonis patris ipſius auo defuncto? vide per Alex. *conſ. 179. libr. 5.* Ang. & doct. *in l. in quartā ff. ad legem Falcid.* dicunt non imputari. Sed aduerte quòd alia opin. videtur vera, quando auus dotauit contemplatione ſui, & non filij: & de hoc liquidò cōſtat, vel per vehementia indicia & ſic videtur intelligēda *l. auus. ff de iur. dot.* Sed ſi dotauit contemplatione filij, vel dubitatur, quo caſu idē videtur eſſe. *l. dedit dotē ff. de coll. bon.* & tunc neptis in ſuam legitimam

imputare debet, quaſi à patre dotata. l. ſed ſi plures. §. in arrogato. ff. de vulg & pupil. aui enim manu videtur ipſi filię data: vt per Ang. hic, quē ſequuntur Imol. & Alex. col. 26. verſ. quæro etiam Ang. Alex. conſ. 31. n. 4. lib. 4. conſ. 179. lib. 5. & hanc opin. in fortioribus terminis tenuit conſil. 96. lib. 2.

82 Et ſic videtur quòd in dubio poſsit dici dos data ab auo, fuiſſe cōtēplatione filij, & propterea vti profectitia in legitimā cōputari debeat. Et hęc pręſūptio cadit, vbi filius eſt diues, ſecus ſi pauper: quia tūc onus dotādi ſpectat ad auū, cū filius nō poſsit dotare. Bald. in auth. res quæ col. 1. C. com. de leg. ſequitur Alex. in l. 1. vbi Iaſ. n. 16. ff. ſolut. matr. vbi dicit communē opinionē, quod auus teneatur dotare neptē, niſi cū filius eſſet diues: quia tūc ſpectaret ad filiū, ſicut onus alimētandi. Bart. in l. nō quēadmodū ff. de lib. agnoſ. quo caſu ſi filius eſt pauper, & dotet, tūc auus cenſetur dotare cōtēplatione ſui, vt propterea nō debeat tūc dos imputari in legitimā. Dec. conſ. 81. col. 3. 6. dubio. verſic. & hoc ſanè. Bellacomb.

83 Filia cui in contractu ſui matrimonij dos fuit cōſtituta, poterit demū à patre in ea dote hęres inſtitui: & hāc opinionē cōmunē aſſerit Salic. in l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſta. & Guido Papa conſ. 98. Bald. & Caſtr. in l. teſtator. §. filia. ff. de leg. 2. quod procedit etiā in dote à matre cōſtituta ante mortē patris: quia cùm dos filię cōputetur in legitimā, cōſequēter poterit in ea dote inſtitui, ſicuti in ſua legitima. d. l. quoniā nouella & in reliquo poterit pręteriri, nec ei⁹ pręteritio reddet teſtamentū nullū, ſecundū Paul. de Caſt. conſ. 180. ſuper eo de quo quęritur in antiq. Cautius tamē faciet pater ſi vltra dotē iā conſtitutā filię, aliquid adhuc ei relinquat, in quo eā inſtituat ad omne dubiū tollendū, ſecundū Accurſ. in l. 3. §. denique. ff. de minor. & Guid. Papę, in eo conſilio. non poterit tamē pater filię ſubſtituere, niſi in eo in quo excedit legitimā, d. l. quoniam. & Guido Papa ibi. Bellacomb.

84 Legitima nō debetur filię excluſę per ſtatutū, extātibus maſculis, & ſic legitimæ ſupplemētū petere nō poſsit. Tradunt magis cōmuniter Doct. in l. Gallus. §. & quid ſi tantū. ff. de lib. & poſth. cum concordātibus multis quos allegat Soc. ſen. in conſ. 288. circa prim. q. in 2. part. verſ. vlt. loco adducit, vol. 2. & paulò poſt in verſ. primum probatur, &c. plures alios allegando dicit, quòd ita ſe habeat com. opin. Idem dicit Ruin. in conſil. 27. nu. 4. & nu. 11. & in conſil. 51. nu. 1. vol. 3. vt enim refert Soc. iun. in conſil. 61. nu. 3. vol. 4. E. Muſc.

85 Quærit etiā Iaſ. quid ſi teſtator reliquit filiæ cētū ſimpliciter, & mandat teſtamentum aptari dictamine ſapientis. an ſapiens poſsit addere, ſcilicet tit. inſtitutionis? vide per eum, & quæ dixi in dictionario, in verſi. dictamine ſapientis. & Philip. in d. cap. ſi pater. in 21. vol. Cacher.

86 Quid ſi pater in teſtamento dicat, Relinquo filio cētū iure inſtit. Alex. vol. 4. conſ. 105. in vlti. col. verſic. Non obſtat quod quinto. tenet quod valeat teſtamentū, maximè ſi relinquantur illa centum filiæ pro parte ſua iure inſtitut. Idem.

87 Quæro, an parentibus quoq; legitima ſit relinquēda titulo inſtitutionis? Reſp. Bart. in d. auth. nouiſsima, tenet quòd non: & eam in puncto iuris, dicit eſſe veriorem Iaſ. ibi n. 38.

Cōtrariā opinionē cōmuni calculo approbarūt doctor. vt firmat Iaſ. d. auth. n. 37. & dicit Bald. in l. 1. C. de bon. poſſeſ. cōtra liberis. quod Bart. dicit malè cōtra veritatē. eādē opin. cōtra Bart. dicit eſſe cōmunem Alex. d. auth. nouiſsima. & eam tenet Floria. ibi, dicens ſe ita pluries conſuluiſſe. Ang. & Paul. de Caſtr. in d. auth. ex cauſa. C. de liber. præter. Mich. Graſſ.

88 Deſcendentes poſſunt exhæredare aſcendentes ſolùm ex ſex cauſis. vt in d. §. aliud quoque capitulū. verſic. & hæc quidem. Iaſ. qui ponit rationem debere inter aſcendentes & deſcendentes. in d. auth. non licet. in 1. col. Vezinus.

89 Legitima ex cauſa minui poteſt per ſtatutū, tolli autem non poteſt. Hiero. Cagn. in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. cum. dicit. Pet. Rauē. in alpha. aureo. in verbo, legitima. & Dec. cōſ. 19. & Boer. deciſ. 188. n. 6. magis com. dicūt cōtrariū, quòd imo poteſt tolli. & idē dicit Iaſ. in auth. nouiſsima. C. de inof. teſta. Sed dictus Hiero. ibi dicit, quòd legitima quæ debetur de iure ciuili, in totū poteſt tolli: quę autē debetur de iure naturę, non poteſt. Ioā. antē Nic. in addi. Alci. in tract. præſum. reg. 1. præſum. 8. dicit aut ſtat rationabilis cauſa ſtatuendi: & ex toto poteſt tolli, aut nō eſt, & nō poteſt. & hāc opin. dicit magis cō. dummodò ex toto alimēta nō tollātur. Et ſic coincidit cū Cagn. & dicit coēm ex mēte Curt. iun. conſ. 10. Et de hac cōi vide Soci. conſ. 150. vol. 1. nu. 2. & ſic eſt intelligēdus Alex. conſ. 3. vol. 7. vbi dicit magis com. opin. eſſe, quòd ex toto poſsit tolli: quē refert Goza. conſ. 43. n. 24. ex quo ſequitur quod licet Princeps concedat facultatē inſtituēdi maioricatum de omnibus bonis, pater poteſt tollere legitimā naturalē aliis filiis quæ ſuccedit loco alimētorū, nec Princeps nec pater eſt tutus, ſi aliàs pręſtet talem facultatem, vt per plura deducit Suarez in l. quoniā in prioribus. C. inof. teſt. ſuper l. 5. §. 2. limitabis per totum n. 14. & talis facultas eſt odioſa, vt per Pala. Ru. repet. de donat. inter virum & vxorem. in 5 per veſtras. §. 24. nu. 20. ex quibus etiā reſultat, quòd cum legitima aſcendentium debeatur iure ciuili, quod per ſtatutum poteſt tolli: ſecundum communem opinionem. de qua in verſi. aſcendentes. Villalob.

Hanc poſteriorem opinionem, ex cauſa hic in fine poſita, ſequitur tanquam communem, etiam Nicol. Bellon. conſ. 13. nu 21. & ibid pro hac refert Deci. & per eum accumulata in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur. I. Fichard.

Additio. Circa legitimam & eius emolumētū ac hæreditatē, Anto. de Bur. in c. licet. n. 16 de vot. & vot. red. & c. ſi hæredes n. 6. de teſta. de mente gl. in d. c. licet. diſtinguit, aut hæreditas eſt diuidua, aut indiuidua. primo caſu conſeruatur legitima, ſecundo verò non: prout in ſucceſsione Regni, quia ſi Regnū diuideretur, facilè deſtrueretur. Circa quam legitimationē dicit Bart. in l. fine. §. excluditur. circa fi. de iure patro. & in auth. nouiſſima. C. de inof. teſta. quòd aſcēdētib. titulo inſtitutionis, nō ſit neceſſe habere legitimā, ſicut ecōtrario. Quę opinio practicatur cōtra Bart. vt dicit Angel. in l. ſi à milite. §. ſi nu. 3. ff. de milit. teſta. Bald. in auth. ex cauſa, nu. 17. C. de lib. præt. & in l. omnimodo. nu. 2. C. de inoffi. teſt. Imol. in l. j. §. ſi ex fūdo. nu. 3. verſi. iuxta prædicta reſtat, de hæred. inſti. cū aliis de quib. in apoſtil. in dictis locis. & cōm. dicit hāc Iaſ. in d. auth. nouiſſima. num. 57. admiraturque quod Bart. amicum non inuenerit in ſua opinione: tamen aliquando Bald. variauit, qui cum Bart. aliquando tenuit, vt per Imol. in d. §. ſi ex fundo. Idem.

90 Legitima filiorū portio, nō hęreditatis, ſed bonorum pars eſt. cōm. enūciāt Segur. in l. cū patronus. nu. 49. ff. de leg. lib. 2. Boërius deciſ. 23. nu. 12. Viuius lib. j. opin. 199. E. Suarez.

91 Filius à matre præteritus in ſuo teſtamento, nulla cauſa pręteritionis expreſſa, teſtā. erit nullū: ſi aūt cauſa præteritionis expreſſerit, tūc præteritio haberetur pro exhæredatione propter cauſæ expreſſionē. §. fin. Inſtit. de exhæred. liber. Bened. in repet. cap. Raynutius. in verbo, in eodē teſt. el primo. nu. 252. filius autē præteritus ſine inſertione cauſæ à matre in ſuo teſtamento, dicit teſtamentum nullum. d. §. fin. Bellacomb.

92 Matrem filius non poteſt ſine cauſa in teſtamento pręterire. cō. dicit Clarus §. teſtamentum quæſt. 49. P. Fichard.

93 Pater poteſt relinquere filiæ pro dote, vel ſua legitima certam rem, & valet teſtamentum. Alex. & Deci. in l. humanitatis. C. de impub. & aliis ſubſtit. Ioan. Durand. in arte teſtand. tit. 5 caut. 20. communem dicit. Villalob. & Vezinus.

94 Pater poteſt filiam in ſola dote ſua inſtituere, & valet inſtitutio. com. in §. teſtamentum. quæſt. 44. P. Fichard.

95 Lucrum delatū filio propter tranſitū patris vel matris ad ſecunda vota, non imputatur ei in legitimam, ſed vtrunq; diuerſo iure conſequitur. eſt vera, & in iudicādo amplectenda opin. ſec. Deci. conſil. 246. verſi. vlterius tamen. vol. 2. M. Chær.

96 Mater poteſt filium exhęredare ex cauſa in caſu, quòd pater eſſet dilapidator, ne ſcilicet, hæreditas quæratur patri, ſaltem quo ad vſumfructum, & ab eo dilapidetur: dummodò tamen inſtituat alium, qui poſtquàm filius ſit effectus ſui iuris, ei hæreditatē vnà cum fructibus reſtituat. com. dicit Clarus §. teſtamentum. q. 41. verſi. quæro etiam. P. Fich.

97 Mater tenetur filiū inſtituere, vel exhæredare, nā ſi eū prætereat, teſtamentū nullū eſt. communē dicit Clarus in §. teſtamentum. q. 47. intellige ſi cauſā nullā inſerat: nā cauſa inſerta, talis præteritio habetur pro exhæredatione. Idem.

98 Statuti rubrica diſponēs, vel prohibēs, quòd filia dotata non ſuccedat in bonis aſcendētium, Nigrum verò prædictæ rubricæ, ſeu ſtatuti nō diſponēs, niſi de bonis matris vel auiæ, nullum verbum addendo, ac faciendo de bonis paternis: hoc caſu filia non poteſt ſuccedere in bonis paternis. ſecundum Paulum de Caſtro conſil. 83. vol. 2. præſens caſus medicam. Ioannes Cęphal. cum aliis allegatis per eum conſil. 146. num. 1. vol. 1. Ioan. Baptiſta Bouium, in tractatu de ſtatutis vrbium præſcript. tit. ul. contra omnes creditores. gloſ. 19. num. 61. ratio allegatæ doctrinæ videtur iſta, quia rubrica generalis habens rubricam perfectam, non reſtringitur per Nigrum, vt dicunt

vt dicit Moderni *in d.l.1.ff.ſi cert. peta.* Imo dic fortius, quòd prædicta rubrica generalior Nigro, poteſt allegari ad deciſionẽ cauſarũ, & pro text. & lege, ſec. Bart. *in d.l.1.* quod intelligunt omnes Scribẽt. ibi cõmuniter, quãdo rubrica habet orationẽ perfectã, vt ſ. docuimus, & tenet etiã Alex. *conſ. 13. in prin. vol.3. conſ.180. mature ff. vol. 2.* Cor. *conſ. 67. planè quidẽ lib.1.* & *conſ.104. eo vol.* & *conſ.182. in hac cõſultatione vol.2.* quã quidẽ cõmunẽ vltra alios iã cõgeſtos ſequũtur, & atteſtantur Alex. & Dec. *in 2. lect. in d.l.1.* & Ioã. Cæphal. *in d conſ.146. n.1.* & omnes Moder. corroborãt ſimiliter dictã doctrinã Paul. de Caſtr. per deciſionẽ Petri Gerar. *in ſing. 7.* quòd ſi ſtatutũ diſponat, vt filia fœmina nõ ſuccedat, debet intelligi in bonis dotatis. & per Iaſ. *in l. quoniã nouella. C. de inof. teſta.* licet de eo, ad quẽ ius dotãdi ſpectat, Nigrũ nihil dicat. In cõtrariã verò partẽ inclinauit per ſeptẽ fundamẽta Iaſ. *in d.l.1.* quib' omnibus reſpõdẽt Dec. Niger, & Mãtua ibi, & quã optimè reſpõdebat reſidendo cũ doctrina Paul. Caſt. fortiſsimis, & nouis fũdamẽtis, quæ omitto breuitati ſtudẽdo, illoſtris Raynaldus Rodulph' Peruſin', ſingolaris præceptor me' Iuriſcõſultorũ eloquẽtiſsimus, & acutiſsimus hac tẽpeſtate dũ eũ Peruſij ſuperioribus annis publicè audiebã. & cũ dicta doctrina Paul. de Caſt. tranſeũt oẽs doct. cõmuniter *in locis mẽtionatis*. Corroboraror vlterius præfata opinio Paul. de Caſt. quòd per extẽſionẽ ex mẽte ſtatuẽtiũ collectã cõprehẽditur ſucceſsio patris, quoniã iudicari nequit aliquo modo, quòd ſi ſtatuẽtes fuiſsẽt interrogati de ſucceſsione patris, quòd idẽ diſpoſuiſſent: ſed omiſerũt tãquã clarũ, vtpotè quia maior erat dubitatio de ſucceſsione matris, quũ bona nõ diſcedant à familia agnatorũ. & iſta eſt cõ. opin. vt per Soci. *conſ.128.* Alex. *cõſ 23. 83.* & *122. vol.3.* & Alex. *in d.l.1.* & mihi videtur eſſe probabilẽ, iuri cõſonã, & æquã ſentẽtiã, quia hoc ſtatutũ eſt fauorabile, ſecun. Bald. *in l. maximum vitium. C. de lib. præt.* F. Viuius.

99 Statutum excludẽs fœminam dotatã, ſolum excluditur ab hæreditate dotãtis. Curt. iun. *conſ.65. n.1.* niſi ſtatutum procedat exprimẽdo perſonas: ex quo colligitur ad omnes extendi, idem *ibi n.2.* commu. dicit. B. Villalob.

100 Statutũ excludẽs filiã dotatã à ſucceſsione patris, non excluditur filia à ſucceſsione fratris habẽtis bona patris. Iaſ. *l. poſſeſsio appellata. de acq. poſſ. ff. n.20.* cõmunẽ dicit. Quia hæreditas nõ dicitur amplius hæreditas, vt per eũdẽ *ibi, n.18.* Idẽ.

Amplia ad fœminam ingreſſam monaſterium, quia ſtatutum excludens fœminas ab hæreditate ſtãtibus maſculis, excludit eam. Ripa *lib.1. r.2 n.2.* communem dicit. Idem.

101 Quæro, Stãte ſtatuto, quòd extãtibus maſculis, fœminę nõ ſuccedãt: nũquid teſtamẽtũ annulletur præteritione filię, vel impugnari poſsit? Reſpon. cõmonis & recepta doctorũ opinio eſt, quòd filia nũquã poſsit teſtamẽtũ impugnare, ſi ſit præterita ſtante tali ſtatuto, quòd in ſucceſsione maſculi fœminis præferũtur, maximè ſi maſculi ſint inſtituti, vt firmãt doct. cõmuniter & Iaſ. *in ſpecie in l. Gallus. §. & quid ſi tãtũ.* & *§. in omnibus. ff. de lib. & poſth.* & *in l. filia dotẽ. n.5.* vbi dicit hoc procedere, ſiue velit impugnare per ius dicẽdi nullũ, ſiue per bonorũ poſſeſsionẽ cõtra tabulas, reprobata opinione Ang. *in d. l. filia.* alle. Aret. *in conſ.140* atteſtãtẽ de cõmuni opin. idẽ Iaſ. dicit hãc eſſe cõmuniorẽ ſentẽtiã *auth. nouiſsima. n.57. C. de inof. teſta.* Alex. *in conſ.47. incip. abũdè per celeberrimos iureconſultos. vol.2.* quẽ refert Matth. de Afflict. *deciſ.158. n 6.* eãdẽ dicit eſſe cõ. Brũ *in tract. de ſtatut. exclus. fœm. art.11. q.5.* cumpluribus alleg. per Ant. Capr. *deciſ.176. n. 3.* Mich. Graſſus.

102 Statutum ſuperſtitibus maſculis fœminas excludẽs ad bona in alterius ditionis loco ſita, non profertur. quẽadmodũ magis communem eſſe doctorum ſententiam memoriæ prodidit Alex. *conſ.16. viſo titulo. lib.1.* cenſetur autẽ ſola agnationis conſeruandæ ratione inditi, vt verius arbitror, & magis cõmune pono ex Bald. *in l. maximũ vitiũ. C. de liber. præter.* Romã. *conſ.32.* & *conſ.311.* Dec. *conſ 333* & *conſ.372.* Iaſ. *conſ.205.* & *conſ 225. lib.2.* Curt. iun. *cõſ.87.* & *conſ.111.* & *cõſ.150.* Ruinus *conſ. 20.* & *conſ.89.* & *conſ.93.* & *conſ.107.* & *conſ.179.* & *conſ. 203. lib.2.* Tiraq. qui multos laudat, *in tract. ceſſante cauſa, limit. 52. n.15.* atque ante eos ex Paul. Caſtr. *in l. ſi vero. ff. ſolut. matr.* & *conſ.40. lib.2.* Ang. Aret. *in §. 1. Inſtit. de iure natur. gent. & ciuil.* Alex. *conſ.110. lib.3.* & *conſ.89. lib.6.* Soc. *conſ.128. libro.4.* Quidquid multi contrarium dixerint, de quibus alibi. Suarez.

103 Excluſus à ſucceſsione ab inteſtato, eſt etiam excluſus à ſucceſsione contra teſtamentũ. com. dicit Iul. Clarus *§. teſtamentum. q.44. verſi. Quæ quidem. propè finem.* P. Fich.

104 Excluſus ſimpliciter perindè ac ſi nõ eſſet, dicitur perpetuò excluſus. *l. 1. §. quinetiam.* & ibi notat Bald. *in ſecũdo notab.* & alij ſequuntur *in tit. Epiſc. vel Abba. in vſib. feudorũ:* vbi in ſimili dicit Bald. quod ſi filia ſimpliciter excludatur per ſtatutum, ſtantibus maſculis, dicitur perpetuò excluſa: ita quidẽ, quòd etiam ſi filij maſculi poſtea moriantur, illa non debet reintegrari ad ſucceſsionẽ, à qua fuerat excluſa. Idem dixit *in auth. ſed & ſi quis. verſi. & per hoc. C. de ſecũ nup.* Et ita ſe habet cõmunis opinio, vt ſcribit Deci. alios plures allegãdo *in conſ.309. n.5.* licet aliud eſſet dicendũ, ſi ſtatutum excluderet filiam tẽporaliter: puta, donec, vel quãdiu fuerit maſculus, vt ibid. Deci. declarat cũ multis cõcord. vt per Soc. iun. *in conſ.1. vol.1.* & *in conſ.22. n.1. vol.4.* E. Muſc.

105 Excluſio vnius, alterius eſt incluſio. *l. cũ Prætor. ff. de iudic. l. quòd ſi minor. §. ſed quod Papinianus. ff. de minor. c. nonne. de præſump.* Iaſ. *in l. legata inutiliter. ff. de legat.1.* vbi dicit, quòd Princeps reprobando aliqua ſtatuta, videtur alia approbare, dũmodo corã eo lecta fuerint. Add: Alex. *conſ.59. lib.1. repetito conſ 39. lib.4.* facit quod vult Calderi. *tit. de magiſt. conſ.1. aliàs 485.* vbi dicit, quòd vna qualitate expreſſa reliqua excluditur. & *titul. de hæret. conſ.2.* & *tit. de ſent. excõmunica. conſ. 11.* Ad quod vide limitationes per Fel. *in d. c. nonne. in prin.* & vide Alex. *conſ.75. lib.5.* vbi dicit, quod dicta iura loquũtur vbi de vno eſt dictũ, & de alio omiſſum: quia omiſsũ videtur negatũ. Limita etiã vbi eſſent duo cõnexa, quia vnius expreſsio, operatur expreſsionẽ alterius. Ant. de Butr. *in c. trãſlato. de cõſtit.* Corſe. *in verbo, argumentum. poſt verb. alienatio.* Bellacom.

106 Mater quæ cõuolauit ad ſecũda vota, nõ poterit dicere teſtamẽtũ filij aut filiæ nullum, ſi in eo prætereatur, nec aliquid ei in eo res relinquatur. ſec. Bald. *in l. maximũ vitiũ. C. de lib. præt.* atqui mater quæ cõuolauit ad ſecũda vota, eſt excluſa à filij ſucceſsione ab inteſtato: ergo præterita in teſtamento filij non poterit dicere illud teſtamẽtũ nullũ, quamuis in eo fuerit præterita. Pau. Caſtren. *conſ.215. 1. parte.* Bellacomb.

107 Statutum excludẽs filiam dotatã ab hæreditate patris, vel matris, requiritur ad hoc vt locũ ſortiatur, quòd filia ipſa verè dotata ſit tẽpore quo delata fuerat hereditas illius, de cuius ſucceſsione agitur. vt eſt de mẽte Bar. *in l. Titio centũ. §. Titio genero ff. de cond. & demõn.* & firmat expreſſè Bal. *in l. ſi pater. C. de ſponſal. & in l. non ſolũ. C. de bon. quæ liber.* Pau. Caſt. *in l. de diuiſione. ff. ſolu. matri.* & Bart. conſulendo etiam *conſ.31.* vbi conſtanter determinat, quod ad hoc, vt filia excludatur à ſtatuto diſponente, quòd filia dotata nõ ſuccedat matri, vel patri: requiritur, vt ea dotata nimirũ ſit tẽpore ſucceſsionis paternæ, vel maternæ. & ſequitur Soc. *conſ.121. col.1. vol.1.* And. de Alferiis de Cortona *conſ. 35 ſub n.2. cum alijs ſeq. poſito inter conſilia ad cauſ. vlt. volunt. vol.1.* & hoc idem in proprijs terminis huius ſtatuti concludit Socinus in *conſ. 147. nu. 5. eo. vol.* vbi non quaſſato calamo exprimit ita ſe aliàs conſuluiſſe ſuper ipſo ſtatuto, & quod ſuo cõſilio ſe ſubſcripſerũt aliqui doctiſsimi viri, in quadã cauſa cuiuſdã Bartholomæi de Mignanellis, & terminat, quod ſi filiæ dotatæ non forẽt tẽpore mortis matris, ſuccedũt, & ſucceſſerũt pariter matri cũ filio maſculo, & quòd hereditas materna extitit vtriq; ex filijs delata pro portione ſua. idẽ Alex. *cõſ.162. col 2. vol.6.* Paul. Caſtr. *cõſ.108.* Anch. *cõſ.330.* vbi in terminis ſuadet, quòd ſi ſtatutum excluderet fœminã à quocũque dotatã, ab hæreditate patris, vel matris, requireretur tunc neceſſariò, quòd illa dotata extitiſſet tẽpore quo delata fuerit ei ſucceſsio patris, vel matris.

Idemque decidit quoque Panormit. *conſ.107. ſub num.8. vol. 2.* aſſerens ſtatutũ excludẽs filiam dotatam à ſucceſsione materna, vel paterna, non excludere aliter filiam ab hæreditate matris, ſi illa dotata non reperiebatur à patre tempore mortis matris: quia cum ſtatutum hoc odioſum apertè ſit, tanquã excludens filiam à ſucceſsione materna, cõtra *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* debet ſtrictè intelligi, & nõ extendi ad caſum, in quo non reperitur qualitas requiſita à ſtatuto. *cap. circa ſtatutum, de elect. lib. vj.* ſed ſtatutũ iſtud excludit filiam dotatam à ſucceſsione, & ſic requiritur, quòd tempore ſucceſsionis illa eſſet dotata, ad hoc vt ſtatutũ vendicet ſibi locum. Nec debemus recedere à lege cõmuni, niſi quatenus reperiatur in ſtatuto. *l. præcipimus, C. de appel.* Nec obſtare ait, quòd filia fuerit maritata à patre: quia reſpondetur, ſtatutũ fore intelligendum, quando tempore ſucceſsionis maternæ reperiretur dotata à patre, adeò quòd non ſufficit, quòd poſt hæreditatem delatam matris fuerit dotata.

Ex quo qualitas appoſita in aliqua oratione, intelligitur ſecundũ tempus verbi, ad quod refertur. ita Bart. *in l. ex facto ff. de vulg. & pupil. ſubſti.* Andr. de Alſeriis *in d. conſ. 35. n. 3.* & Dec. *conſ. 14. In caſu, col. 2.* & eſt text. *in l. Titius ff. de milit. teſtam. & in l. in delictis § ſi extraneus. ff. de noxalib.*

Nam cũ verba ſtatuti dicãt, quòd filia dotata nõ ſuccedat: illud verbũ dotata, indubitáter refertur ad verbum ſuccedat: vnde debet eſſe dotata tempore ſucceſsionis, & nõ poſt. ita Corn. *conſ. 75 vol. 3. Capb. conſ. 5. n. 26. vol. 1.* Iaſ. *in l. fin. C. de pact.* Curt. iun. *conſ. 10. col. 3. in fin.* Dec. *conſ. 71. col. 1 & conſ. 266. col. 1.* Natta *cõſ. 74 col. pẽ. vol. 1.* Ar*u. in tract. excluſ. fœminæ 6. art. princ. q. 16.* Soc. Iun. *cõſ. 5. n. 16. vol. 2.* Alex. *conſ. 85. Viſo themate ſuprascripto n. 10.* vbi nõ obſcure adducit iſta eſſe com. opin. *vol. 3.* & Ripa *in l. ex facto. n. 31 ff. de vulg. & pupillar. ſubſtit.*

Et in terminis pręſentis ſtatuti difficultatẽ tollit, & penitus remouet Alex. *conſ. 48. Viſis ſtatutis ſub rubrica de ſucceſsione, col. 1. vol. 3.* vbi conſuluit, quòd ſi ſtatutũ dictat, quòd ſi quis inteſtatus deceſſerit relictis filiis maſculis legitimis, & naturalibus, ſi filiæ ſint dotatæ ab aliqua ex perſonis ibi nominatis, nõ admittuntur ad ſucceſsionẽ ab inteſtato, vnà cũ fratre vel nepotibus ex fratre in bonis patris, vel matris. & inſuper, quod plus eſt, diſponat, quòd debeãt eſſe dote cõtẽtæ, & nõ poſsint ſuccedere, nec aliquid petere in bonis patris, vel matris: quòd ad hoc vt filia dicatur eſſe excluſa à ſtatuto, requiritur, quod fuerit dotata tẽpore mortis patris, vel matris, de cuius hæreditate agitur. vnde illhæc deciſio Alexãdri eſt ſimiliter in terminis propriis pręſentis ſtatuti; imò in fortiorib', cũ per alia verba expreſsiora cõſtet quodãmodo de mẽte propria ſtatuẽtiũ, volẽtiũ omni ferè caſu excludere mulieres dotatas: nihilomin' cũ nominatĩ, & expreſsi ſtatutũ nõ loquatur, vt filia excludatur à bonis patris, vel matris, etiã poſt eorũ mortẽ extiterit dotata. merito cõmunis doctorũ ſchola cõcurrit cũ iſta aurea deciſione Alexãdri; que refert, & ſequitur Rolan. *conſi. 96. n. 29. in fine vol. 4.* qui conſuluit in materia huius ſtatuti.

Facit etiã aliud conſiliũ Alex. 151. *col. 1. vol. 2.* vbi ait, quòd licèt valeat ſtatutũ, quòd dotata à patre vel à fratre ſecũdùm vires facultatũ patris, vel fratris ſui, debet dote remanere cõtenta, nec venire poſsit ad ſucceſsionẽ cũ fratribus in bonis paternis: tamẽ vt filia excludatur ab hæreditate paterna, requiritur eã extitiſſe dotatã tẽpore delatæ ſucceſsionis, & cõſequẽter tẽpore mortis patris: adeò quòd actus, dotãdi ſuperueniẽs poſt mortẽ patris, nõ debet eam excludere vllo modo à ſucceſsione paterna ſibi delata tẽpore mortis patris. & idẽ cũ Alex. conſuluit Soc. *conſ. 121. col. 1. vol. 1.* vbi poſt Bart. per eũ citatũ aſſeuerat quod ſtante ſtatuto, vt dotata de bonis patris, vel matris, ad ſucceſsionẽ venire nequeat, quod mulier tũc dotata à fratre poſt mortẽ patris de bonis cõmunib', poſſit petere ſupplemẽtũ dotis ſuæ: vtpotè quia ſtatutũ ipſum intelligi deberet de illa quę tẽpore mortis dotata reperiretur. & in his propriis terminis, videlicet, in filia dotata à fratre poſt mortẽ patris, cõſuluit Natta *conſ. 74. col. 4. in fin. vol. 1.* vbi expreſsè cõcludit ſtatutũ hoc cõſiderare potentiam, quæ cõpetit, ſpectátque filiæ veniẽdi ad hæreditatẽ parentũ, & excludere eam ab ipſa potẽtia veniẽdi: vnde vt excludatur eademmet filia, debet neceſſariò eſſe maritata vno nimirũ tẽpore, quo venire queat ad hæreditatẽ, quod ſyncerè, & abſque dubio eſt tẽpus delatæ hæreditatis. ita Corneus *cõſ. 131. col. 2. vol. 4.* & in his terminis cõſuluit quoque Rolad. *in præcitato conſ. 96. vol. 4.* ſcilicet in filia dotata poſt mortẽ patris: vbi per memoratas deciſiones cõcedit, nõ obſtãte ſtatuto prę libato, ipſã filiam poſſe ſuccedere vnà cũ fratribus in bonis patris, cũ licet ſuerit dotata poſt mortẽ patris. & ita cõſuluit de præſenti anno 1581. D. Põpeius Leonardus Iuriſcõſultus Reatin', tãquã ſcrutator claræ veritatis, ad fauorẽ D. Barbaræ Barnabei Reatinę, vt nõ obſtante ſtatuto Reatino, diſponente, quod filię dotatę à patre, auo, matre, fratre, vel de bonis ſuis, vel relicto in teſtamẽto nomine dotis: nõ poſsint ſuccedere ab inteſtato alicui proximiori cõſãguineo, nec parẽtib' ſuis, vnà cũ fratre, vel nepotibus ex fratre pręmortuo, vt ipſa D. Barbara, quę tẽpore mortis matris nõ erat, nec reperiebatur dotata, ſed poſteà dotata per patrẽ, excludatur à ſucceſsione materna: cui cõſilio tãquã fertili, & in ſtabili fũdamẽto veritatis radicato, ſe merito ſubſcripſerũt D. Horati' Madoſius, & D. Ioã. Baptiſta Raymũdus Iuriſconſulti Romani celebris nominis: prout eidẽ cõſilio me ſubſcripſi etiam, aliqua fundamenta in medium adducendo pro eius robore & firmitate.

Sed vbicunque viget ſtatutum ſolummodò excludens filias a patris hæreditate ſtantibus maſculis, tunc illud indubitanter nullum ſibi locum vendicaret in hæreditate materna. ſecundum Corn. *conſil. 150. col. 1. vol. 2.* Tiraq. *in tract. primo. q. 9. num. 1.* Andr. de Iſer. & Aflict. *in conſti. Regni, in aliquibus, lib. 3. de ſucceſ. fil. com. rub. 23. num. 7.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem. & Lall. de Tuſcia etiam *ubi poſt princip. in l. nstab* contra gloſſ. ibi contrarium aſſeuerantem.

Et ratio viuax aſſignari poteſt iſthęc, quoniam ſtatutũ non trahitur vllo modo ad caſus non expreſſus, nec ad perſonas ſimiles expreſſis, vt efficax teſtim. eſt Bald. *in l. illã. col. 1. C. de col. in § ſi defũct'. col. 1. & in l. fin. circa prin. C. de ſuis & leg.* & Anto. Gabriel. *concl. 48. col. 4. verſ. In cap. etiã, lib. 4.* Viuius *opin. 868.*

108 Statutũ excludẽs ſorores extãtibus fratribus, ſortitur locum etiã indubitáter, vbicũque extarẽt filię fœminæ fratris prædefuncti: & ſic neptes, quæ vigore ipſius ſtatuti facile excluderẽtur a ſucceſſione patrui, quẽadmodũ & ſorores. Et ratio ea eſt, quia cauſa ne agnationis & maſculorũ, videtur conditũ ſtatutũ hoc, vt bona cõſeruetur in familia; imò mẽs quoq; ſtatuẽtis hoc apertè ſuadere cenſetur, voluiſſe cõprehẽdere etiã neptẽ. vt not. *in l. 3. C. ad legẽ Iulia. de adult. & in l. 14. § videndũ. ff. ad Tertul.* & ita Bart. *in l. 3. ff. de ventr. inſpicien.* ne vtiq; melioris conditionis ſit neptis, quæ reperitur in remotiori gradu, quã ſoror quæ eſt in proximiori, contra text. *in l. ſi vna matre. C. de bon. maternis,* vt innuit Fulgo. *in l. 4. C. de in ius vocãd.* & ſic quod diſponitur in filio, diſponitur & in nepote. teſte Bal. *in l. 4. verſ. qu. 1. C. de leg.* cõcludẽs cõſtãter ſibi, ſtatutum excludens filiam dotatam, excludere etiam nepotem.

Et quamuis ex capite excluſiuo fœminarũ, nõ videatur excluſa neptis, cũ nominata aliter nõ extet in ſtatuto: nihilominus tamẽ ex capite incluſiuo maſculorũ, videtur excluſa: nam incluſio vnius, eſt omniũ aliorũ re ipſa excluſio. *l. quod in rerũ. § ſi quis pro. ff. de legat. 3.* & Bal. *in d. l. quod vero. & in l. ſi verò. § de viro ff. ſolut. matr. & in l. maximũ vitiũ in 2. notab. C. de liber. præter.* Beroius *cõſil. 151. n. 17. vol. 2.* & Paul. Caſtrẽ. *in l. qui exceptionẽ ff. de cõdit. indeb.* vbi docet, ſtatutũ excludẽs fœminas, extãtib. filiis maſculis, excludere etiã neptẽ ex filio maſculo, ex quo planè tũc maior viget ratio illã remotiorẽ excludendi. *l. cui pacto ff. de ſer. expor.* Bal. *in d. l. ſi vero. § de viro in l. 4. in fin. C. de in ius vocan. & in d. l. maximũ vitiũ.* Crauet. *conſil. 53 n. 6. & cõſil. 111. n. 18. vol. 2.* Syluan. *cõſil. 1. ſub n. 64. & ſeq.* & Ang. *in § reliquũ. in fin. in auth. de hered. ab inteſt. veni* ponit regulã, quòd ſi quis excluditur a ſucceſſione alicuius, cẽſeantur etiã tũc excluſi filij, eiúſq; deſcẽdẽtes. & hinc Bart. *in l. Neſennius. ff. de neg. geſt.* meritò cõcludit, quod cõſtitutũ, ſtabilituinq; in matre, obtineat locũ etiã in auia, quia militat eadẽmet ratio. ita Dec. *conſil. 634. nu. 5. & ſequen.* ex quo commodè dici poteſt, quòd virtualiter comprehẽdatur neptis ſub pręſenti ſtatuto, cõprehẽditur. n. ſub ratione ſtatuti; imò à lege dicitur ſtatuere, quod deſcẽdit ex ſentẽtia *legis l. omnis & res. § verbum ex legib. ff. de verbo. ſignif. l. cũ mulier. ff. ſolut. matri.* & ibi Bal. & Doctor. *in l. libertum ff. de ritu nupt.* quod quidẽ ſtatutũ abſq; dubio aliquo conformari videtur cũ iure communi antiquo, quo ſtatuebatur, quòd filij fratris, & ſic nepotes nullatenus ſuccedebant patruo, extantibus aliis fratribus patrui, ſed dũtaxat ſuccedebant fratres. *l. conſanguinitatis iure ff. de legit. hered. l. 4. C. de ſucceſſ. edict. & l. auunculo. C. communia. de ſucceſſ. & § ſi plures. Inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ.*

Et ſecundũ iſtã opinionẽ ita illuſtratã, religiosè more ſuo, iudicauit Rota Romana de pręſenti anno 1581. referente Domino Seraphino, meritiſſimo auditore, & ſydere fulgentiſſimo ipſius Rotæ, in cauſa in eã vertẽte inter Dominos Antoniũ, & Octauiũ Emilianos, nobiliſſimę proſapię Ciuitatis noſtræ Aquilæ, filios nobiliſſimæ & illuſt. D. Iacobę Capranicę de alma Vrbe, ex vna parte: & inter dominas Claudia, & Terẽſcã Capranicas, filias D. Stephani Capranicæ ex altera parte, dum tractabatur de ſucceſſione hæreditatis D. Cęſaris Capranicæ patrui antedictę D. Iacobę, & de viribus ſtatuti almę Vrbis, diſponentis, defuncto ab inteſtato ſine filiis ſuccedere pariter germani fratres, & non vterini, excluſis ſororibus, dũmodò cõgruè dotẽtur, vel ſint parati eas dotare. & quia tẽpore mortis prędicti D. Cæſaris, extabat pręmemoratus D. Stephanus eius germanus frater, qui acceperat eius hereditatem; ideò per ipſam Rotã deciſum, determinatumq; extitit, quod ſub ipſo ſtatuto comprehendatur etiam neptis, & filia fratris.

Verùm quia tempore ſanctionis, atque publicationis eiuſdem

dem ſtatuti, mortuus reperiebatur prælibatus D.Cæſar: proindè per Rotam prudentiſſimè,& religioſiſſimè procedẽdo, extitere reſeruata iura eiſdem dominis Antonio,& Octauio: & pariter conceſſus, elargitúſque terminus ad probandum, docendum, & oſtendendum mortis tempus eiuſdem D.Cæſaris, ex quo prætendebant,& prætendunt ipſi domini Antonius & Octauius, ſtatutum hoc reſpicere tantummodò tempus futurum, nõ autem tempus præteritum: vt firmãt doctor. omnes *in l.oẽs popul.ff.de iuſt.& iur.* Alex.*conſ.* 141. *Viſo teſtamento, & conſiderato themate.num.*8.*vol.* 2.& rel. amplè *in c.quãuis cõtra. de probat.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem opinionem,& eam in nonnullis caſibus ampliat & limitat.

In contrariam verò ſententiam, videlicet, quòd non excludatur neptis per præſens ſtatutũ, ſed ſuccedat cũ patruis ad hæreditatẽ alterius patrui: prout diſponit ius cõmune,& ſic *text. in §.relíquum,in auth.de hæred.ab inteſt ven.* inclinarunt Bar.& Salic.*in auth.poſt fratres.C de ſuis & legit.* qui apertè deducunt, atq; oſtendũt, quòd ſolus filius intrat in locũ patris, quãdo agitur de ſucceſſione aui, vel patrui.& Alexan.etiã *cõſ.*44.*vol.*5.

Et iſta eſt communis regula, filium in ſucceſſione legali intrare in locum patris.ſecundùm gloſ.& Bald. *in l.cum ita.§. in fideicommiſſo.ff.de leg.*2.& Deci.*conſi.*1.*num.*3.*& conſi.*553.*num.*1. vbi firmat, quod vbicunque tractatur de ſucceſſione patrui, nepos ſuccedit vnà cum patruo, per *authen.ceſſante.C de ſuis & legi.* Alex.*conſi.*157.*vol.*1.*& conſi.*26.*vol.*3.& Natta *conſi.*581.*nu.*1.*vol.*3.& Socin.*conſil.*122.

Cúmq; ſtatutum memoratum nõ loquatur aliter de nepote ex filio, meritò igitur eam nullatenus excludit.ita Corn.*conſi.*82.*num.*6.*vol.*4. nec eius excluſio deberet extendi ad perſonas in ipſo ſtatuto nõ nominatas.teſte Bal.*in l.ſi defunctus,in prin. C.de ſuis & legit.* Alex.*conſi.*97.*nu.*10.*vol.*2.Deci.*conſ.* 246. *poſt nu.*6.*& conſ.*451.*num.*9.Corn.*d.conſ.*82.*num.*9.Pariſ.*conſ.* 47.*n.* 80.*cum aliis ſeq.vol* 3.Rui.*conſ.*143.*num.*9.*in fin.vol.*2.& Rolan. *conſ.*96.*num.*15.*& ſeq.vol.*4.

Quoniam ſtatutum tantum diſponit, quantum ipſius verba loquuntur,& non vltra.*l.ſi verè.§.de viro ff ſolut.matri.*& Bald. *in l.teſtamenta omnia.C.de teſtam.*

Vndè verba adaptata ad aliquas perſonas, non porrigũtur modo aliquo ad alias perſonas nõ nominatas.*l.fin.*& ibi Bald. *C.de interd.matrim.*

Imò diſpoſitio limitata ſtatuti certarũ perſonarũ, producit dubio procul effectũ limitatũ:& nõ cõprehẽdit aliter alias perſonas, vel caſus nõ expreſſos.*l.in agris.ff de acquiren.rerũ domi. l.cancellauerat. ff de his quæ in teſtamẽ.delen.cap.ſuſceptũ. de reſcript.lib.*vj.*& l.cõmodiſſimè*,& ibi Bald.*ff.de liberis & poſthu.*

Et eo faciliùs, atque cõmodiùs concludendũ venit, quòd vigore ſtatuti huius nõ excludatur neptis, quãto priuatio iuris cõpetentis nõ ſortitur aliter locũ, niſi expreſſe à lege exprimatur.ſecũdùm Bald.*in authen.ex teſtamẽto.C.de ſecund. nupt.* vbi allegat text.*in §.cùm igitur.authen.de nõ eligẽ.ſecũd. nupt.*& facit text.etiã *in l.at ſi quis.§.diuus.ff.de relig.*& notat.per gloſ. *in cap.fin.de iure patronat.*& per Decium *in d.conſ.*553.*num.*5.

Et conſequenter cùm non ſit nominata neptis in ſtatuto, meritò concludendum eſt, quod per id nequaquã excludatur, & vt caſus omiſſus remaneat in diſpoſitione iuris cõmunis,& quod nõ mutatur, firmũ permaneat.*l.ſancimus.C.de teſta.l.præcipimus.C.de appel.*& potiſſimùm quãdo eſſemus in odioſis, in quibus non fieret extẽſio de vno caſu ad aliũ.*l.maximũ vitium. C.de liber.præter.l.cùm quidã.ff.de liber.& poſthu.l. Gallus.§.& quid ſi tantùm.eod.tit.l.ſi extraneus. ff. de condit. ob cauſ.& d.l. ſi verò.§.de viro.ff.ſolut.matrim.* prout in ſtatuto reſtringẽte ſucceſſionẽ, quod eſt odioſum.ita Bal.*in l.quoties.in prin.C.de ſuis & legit.& in l.ſi defunctus,in princ.eod.tit.* quo nẽpe caſu fieri extenſio nequit modo aliquo ad perſonã magis remotã, vt efficax teſtimonium eſt Alexand.*conſi.*97.*volum.*2.& Decius *conſ.* 346.

Et hinc ſuccedit etiã, quod verba ſtatuti in dubio intelligi, interpretariq; debent, vt minus iuri cõmuni derogetur, etiam ſi opus foret ea impropriare. vt firmauere gloſ. Abbas & alij *in cap.cùm dilectus.de conſue.*&Dec.*conſ.* 451. *ſub num.* 5. Nam quæ ſpecialiter cõceduntur, veniunt abſq; dubio aliquo ſtrictè aſſumẽda, atq; intelligenda.*l.mihi & Titio.ff.de cõdit.& de monſt.*& notat gloſ.*in cap.ſi ſuper gratia.de offic.deleg lib.vj.*

Et cùm ſtatutum ſtricti iuris extet, meritò illud ſtrictè intelligendum, tanquàm iuri cõmuni contrarium.ita Bartol. *in l. conſtitutionibus. ff. ad municip. & in l. omnes populi, in verſi.* 4.*ff.de iuſt.& iur.* ideo concludendum eſt, quòd ſoror tantum excludatur, tãquàm nominata, non autem neptis, de qua nulla admodum extitit facta mentio. *argum.l. cùm Prætor. ff.de iud. & l.ſtatuliberum.§.ſtatim.ff.de legat.*2.*& l.quos prohibet, cum aliis ſimilibus.ff.de poſtulat.*

Nec poſſet vllo modo fieri extenſio de vna perſona ad aliã, vt de ſorore ad neptem.ſecundum Inno.*in cap.dilectus,col.*1.*de cap.mo.* Cyn.*in l.*1.*in fin.de emãcip. liber.*& Paul.Caſtr. *conſ.*312. Quoniã adiectione, *col.fi.* quãuis ex tacita mẽte ſtatuẽtis colligatur, appareátq; velle etiã includere neptẽ: vtpotè quia mẽs cõiecturata nõ attẽditur, vt in ſubſtitutione facta, ſi ſine liberis decedat, extãtibus liberis euaneſcit abſq; ſcrupulo aliquo ſubſtitutio ipſa, etiam ſi poſtmodũ moriantur filij ſine filiis, qui ſanè faciunt ſubſtitutionem, euaneſcere.& tamen ſi teſtator extitiſſet, interrogatus, idẽ diſpoſuiſſet, ne plus videatur tribuiſſe nepotibus, quàm filiis.

Quia mẽs cõiecturata nõ extẽditur de vna perſona ad aliam. vt cõcedunt Aret.*in l.Gallus.§.& quid ſi tãtùm ff.de libe.& poſthu.* Oldr.*conſ.*22.Io.And.*in addit.Spec.in tit.de teſta.§ in primus, in vlt.quæſt.incip. Quinta quæſtio.*& Pau.Caſt.*in l.ex facto. §.pen. ff ad Trebel.& cõſ.*170.Ne impropriis vocabulis vtamur.Glo. *in l.Titius.ff de liber & poſthu.*& eſt tex.*in l.ſi quis ita. §.pen. ff. de teſta.tute.* Deci.*conſ* 211.*n.*5.*& conſ.*465.*n.*16. *& in l.illam. C. de collat.* Crauet.*conſ.*98.*num.*13.& Marſil.*ſingul.*409.

Quare ſi hoc procedit in diſpoſitione teſtatoris, tanto magis ſortitur etiam locum in ſtatuto, cùm arctius ſit reipſa intelligendum ſtatutũ, quàm diſpoſitio teſtatoris, *l. quicquid aſtringendæ.*& ibi Bart *ff.de verb.oblig.l.conſtitutiones ff ad municip.l.in teſtamentis ff.de reg.iur* & Io.*ut.in cap.dilecti,in fin. extra, de donat.*& per Cæphal.*conſ.*80.*num.*7.*vol.*1.

Quódq; cõfirmatur ea ratione: quoniam ſtatutũ nõ ſolùm excludẽs ſororẽ, ſed etiã filiã, ex capite excluſiuo, nõ cõprehẽdit aliter neptẽ ex filio.ita *Bal.in l.*9.*n.*5.cũ quo tranſire videtur Pau.Caſt.*n.*4.*C.de in ius vocan.* Ancha *in cap.canonũ ſtatuta, verſ. His igitur quinque mẽbris, de cõſtit.* Cur.Ien.*cõſ* 44.*col.* 9.*&* 13 Soc.*conſ.*122.*n.*2.*vol* 3.Ang.Are.*in §.ius autẽ ciuile, in fi. Inſtit de iure natu.gent.& ciuil.*& Iaſ. qui planũ facit iſtam eſſe cõmunem opinionem, *in l.qui exceptionem, num.*1.*ff. de condit. indeb.* Pariſ.etiam *conſi* 41.*num.*79.*& ſeq.vol.*3.Rui.*conſ.* 143 *n.* 8.*vol.*2.Soc.iuo.*conſ.*168.*nu.*12.*vol.*2.& Rolan.à Valle *conſi.* 82. *nu.* 22. *vol.*3. ita pro iſta opinione extitit ſtrenuè conſultum, atq; reſpõſum per nõnullos illuſtres Iurecõſultos in alma Vrbe, qui tanquam diuini vates ad hanc veritatẽ oſtendendam, innouento alto mari, in eo ad ocium mehercle non laborarunt.

¶ Et cùm verſa vice adducerẽtur horribiles illæ diſſidentiũ opinionum procellæ, Domini de Rota meritò per cõplureas dies ſtetere perplexi, in quã partem inclinare deberent; & conſiderantes deniq; quòd agnationis fauore extiterat cõditum ſtatutũ, vt bona cõſeruarentur in familia, inclinauerunt atq; iudicauerunt ad fauorem maſculorũ, declarãdo quod per ipſum ſtatutũ excludatur neptis,& ſic filia fratris, ſicut ſoror.

Cæterùm D.Octauius Viuius frater meus, verè lumẽ & decus Ciuitatis noſtræ,& vas ingenij, maturiq. iudicij plenũ, accuratiſſimè cõſuluit pro parte negatiua, ad fauorẽ antedictorũ Dominorũ Antonij & Octauij eius cognatorũ, qui ſubtiliter defendendo iſtã opinionem, nõnulla in mediũ afferebat, maxima cõſideratione digna, quæ breuitatis ſtudio ſupprimuntur.

Qui etiã, vt in præſentiarũ memoria teneo, ita cõſideratè illã difficultatẽ quæ excitabatur: quod ſi excluditur ſoror, multò magis debeat excludi etiã neptis, tanquã remotior, per *d l. ſi viua matre*, penitus remouebat hac viuaci ratione, videlicet quod hoc ſortiatur locũ in nepte ex ſorore, nõ autẽ in nepte ex fratre.ita Cæphal.*cõſ.*46.*n.*36.*vol.*1.& Ang.Gabr. *de fideicõ. cõcl.*6.*n.*16.in quib.vtiq. locis facilè oſtendũt, illã cõcluſionẽ, quod vbicunq. dicitur excluſa filia, cẽſeatur excluſa neptis, ne illa iure reluctante melioris conditionis reddatur, procedere in nepte ex filia,& nõ in nepte ex filio maſculo.Et ratio differẽtiæ apertiſſimè colligitur ex traditis per Rui.*cõſ.*143.*poſt n.*9. *vol.*2.Imò etiã qui argumẽtũ *d.l.ſi viua matre*, obtinet nimirum locũ abſq. ſcrupulo aliquo in linea aſcẽdẽti,& deſcẽdẽti, nõ autẽ in linea trãſuerſali, quo in quã caſu nõ militat eadẽ ratio. *§.inter eas,Inſti.de nupt.* Et proinde diſpoſitio, quæ rupto teſtamento conſeruat legata liberis parẽtibus. vt *l.*1. *ff. de leg. præſt.* nõ vẽdicat aliter ſibi locũ in fratrib⁹.tex.eſt *in l.*3. *§.liberis.ff.de leg.præſt.*& ita firmãt Deci⁹ *cõſ.*688. & Aretinus *cõſ.* 115. Stãtibus *in propoſito themate enarratis.n.*20.*vol.*2.quoniã nõ debet eſſe melioris conditionis neptis nata ex ſorore, quàm ipſa ſoror: & tunc valet argumentum à maioritate rationis,

ex quo oitstur iuribus matris: & ſi excluditur mater, multò magis neptis, teſte Bar. *in l. ij. C. de liber. præt. & in l. j. §. ſi ſit nepos. C. de coll. dot.* & Crau. *conſ.* 127 *n.* 1. Sed vbicunq. neptis non foret ex ſorore, verùm ex fratre, qui vocetur ad ſucceſſionẽ, etiã vigore ſtatuti: & tunc ſyncerè utitur iuribus ſui patris, & cùm hic adſit diuerſa ratio, meritò militat diuerſa iuris diſpoſitio. ita Rui. *in d. conſ.* 143. *n.* 8. *vol.* 2. & Cæph. *in d. conſ.* 46. *n.* 36. Imò minor ratio eſt excluſionis neptis, quę repræſentat perſonã ſui patris, quã ſoruris. & cũ habeat etiã plus iuris: ideóq. nõ poſſet fieri iſthęc extẽſio ad caſũ, in quo vigeret minor ratio, atteſtante Soc. *conſ.* 122. *n.* 4. *vol.* 3. & Crau. *conſ.* 6. *num.* 10.

Nec non illi rationi fauore agnationis adductę reſponderi facilè poſſet, quòd illa ratio reſtringitur ad perſonas ſpecificatas tãtùm, non autem ad perſonas non expreſſas: vt ſi ſtatutum excluderet matrem extante patruo, non haberet vtique locum in patruo magno: & nihilominus fauore agnationis illud introductum dilucidè diſcernitor, & vt bona conſeruentur in familia. vt concedunt Bald. Caſtren. & alij omnes *in l. j. C. de ſucceſ. edict.* Alex. *conſil.* 97. *vol.* 2. Rom. *conſil.* 411. Bald. *conſi.* 12. *vol.* 3. Soc. *conſ.* 30. & Dec. *conſi.* 451. *in fine.*

Et quòd nõ fiat aliter extẽſio à ratione cõſeruandæ agnationis. ita firmat Alex. *in d. conſ.* 97. Are. *conſi.* 27. *in fine.* Dec. *conſi.* 57. *n.* 10. vipotè, quia illa ratio fauore agnationis, intelligitur de fœminis deſcendentibus, de quibus ſtatutũ loquitur, non autẽ de quibus nõ loquitur. teſte Dec. *conſ.* 287. *ſub n.* 9. & Bar. *in l. liberorũ. ff. de verb. ſignific.* vbi finaliter concludit atq. determinat, quòd ab illa ratione conſeruandę agnationis, cùm expreſſa non ſit, argui nequeat: ſed illa ratio extenditur ad perſonas ſpecificatas dũtaxat, ſecũdũ Dec. *in d. l. j. C. de ſucc. edict.* Bald. *in l. ſi defunctus. C. de ſuis & legit.* & Alex. *conſ.* 80. *vol.* 1. & Berous *conſ.* 154. *Super dubitatione inter partes nunc orta, num.* 6. *vol.* 2. Et ratio eſt: nam ex identitate rationis, non inducitur correctio legis *auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. eccle.* & facit quod notatur per glo. *in c. cùm dilectus, extra de conſuet.* & per Dec. *in d. conſ.* 451. *nu.* 9.

Et quia etiam in huiuſmodi ſtatutis excludẽtibus fœminas, eſt prohibita extẽſio, etiã ex maioritate rationis. ita Alex. *cõſ.* 153. *ſub n.* 4. *vol.* 7. qui ibi planum facit iſtam eſſe com. opin.

Et inde eſt, quòd ſi patruus excluderet ſororẽ, non excluderet aliter amitam, licèt remotior foret: ſecund. Alex. *conſ.* 97. *n.* 9. *vol.* 2. Bald. *in l. ſed & milites. ff. de excu. tut. in l. illam. in prin. C. de colla. in l. quod verò. ver. Item poſe ff. de legi. & in l. ſi quis. verſ. Et facit ad quæſtionem. C. ad Tertul.* Anch. *in c. t. de conſti.* & Io. de Ana. *conſ.* 69. *Pro breui expeditione.* quia ſi hoc ſtatutum voluiſſet, vtique expreſſiſſet. *l. ſi ſeruus. §. non dixit Prætor ff. de acq. hæred. & l. ut ſi quis. §. diuus. ff. de relig. & ſump. fun.* & Cor. *conſ.* 82. *nu.* 8. *vol.* 4.

Vndè ſi ſtatutũ excluderet filias, nõ excluderet vllo modo filias non dotatas. teſte Bar. *conſ.* 31. & Bald. *in l. ſi plures. C. de condit. inſer.* vbi adijcit etiã, quòd ſi illa dotata non ſit, extet tunc caſus omiſſus, & remaneat ſub diſpoſitione iuris, prout cõceditur etiam Paul. Caſtr. *conſ.* 108. Super eo de quo quęritur per *l. Pulcinus. §. cùm autẽ. ff. ex quib. cauſ. in poſ. eat.* & Dec. *cõſ.* 383 *n.* 2. & Rom. *conſ.* 542. *in pr.* Et hinc deniq. cõcludũt Imo. *in d. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. mat.* Dec. *conſ.* 315. *ante n.* 4. & Bald. *in l. j. C. de ſucc. edict.* quòd ſi ſtatutũ excludat filiã exiſtente filio, illud nullatenus obtinere locum exiſtente nepote ex filio.

❡ Cæterùm nõ obſtãtibus iſtis rationib. & aliis numeroſis, quæ adduci ad propoſitũ poſſent, quę me nullatenus deterrere potuerũt, cõcurro libẽtiſſime cũ prima opinione, tãquàm penitus pia, & ſacroſancta; q. ſtatutũ excludẽs ſororẽ propter fratrẽ, fortius excludat neptẽ ex præfuncto filio propter patruũ, licèt de eis in ſtatuto ipſo, nulla admodùm fiat mentio. Et licèt Rota ipſa, diuino afflante ſpiritu talẽ opinionẽ firmauerit: tamẽ eidẽ ſententię accedit etiã Soc. in *conſ.* 10. *n.* 17. *vol.* 4. vbi meritò in medium reſeruauit illam eſſe magis communem, & Menoch. quoque *conſil.* 95. Et ſi doctè *num* 86. & 96. *vol.* 1.

❡ Quoniam ſtatutum præferendo filios maſculos agnationem, & familiam patris conſeruare voluiſſe videtur, quæ indubitanter per maſculos, non autem per fœminas conſeruatur. *l. j. §. pen. ff. de ventre inſpicien. l. lege. C. de legit. hæred.* Cyn. *in l. j. C. de adult.* Bar. *in l. liberorum. col. pen. ff. de verb. ſignific.* & Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. præter.*

❡ Imò licèt ſtatutũ ipſum excludens fœminas propter maſculos, non expreſſiſſet ſe hoc inducere fauore maſculorum nihilominus tamen ex præſumpta mente ſtatuentium iſtud facile colligeretur, ex eo quòd ad ſucceſſionem maſculos vocauit, illos filiabus fœminis pręferendo. vt concedunt Doct. vniuerſaliter, & communiter omnes poſt Bald. *in d. l. maximũ vitium, & in l. eam quam. C. de fideicom.* & Soc. *in l. cùm auus, in* 3. *q. principali. ff. de cond. & demonſt.* Viuius *opi.* 869.

100 Clauſula codicillaris ſemper operatur effectũ, vt habeat vim fideicõmiſſi vniuerſalis, quoquomodo teſtamentum irritetur, ſiue ratione omiſſæ ſolennitatis, ſiue exhęredatione, vel præteritione; ita vt veniẽtes ab inteſtato teneantur reſtituere. Iaſ. *in auth. ex cauſa. nu.* 23. *C. de liber. præt.* & eſt communis opinio ſecundum Dec. *conſ.* 490 *nu.* 10. *verſi. Simile non obſtat.* Burſ. *conſ.* 15. *nu.* 3. *lib.* j. Bellacomb.

110 Rupto teſtamẽto ex cauſa præteritionis, filij iã nati, vel naſcituri, etiã ignorãter præteriti, clauſula codicillaris operatur effectũ ſuũ. Eſt magis cõmunis opinio ſec. Alex. *in conſ.* 37. *in cauſa. vol.* 1. & eſſe magis cõmunẽ, ſimiliter atteſtatur Corn. *in conſ.* 225. vbi late diſputat, *volum.* 3. *& in conſ.* 245. *licet eodem vol.*

111 Pater filium ſuum bãnitum propter delictum ab eo cõmiſſum, & qui iam bãnitus eſt, non tenetur eũ hæredẽ inſtituere, nec exhæredare, quia habetur pro mortuo: & nec fiſcus nomine ipſius filij poterit illud teſtamẽtũ rumpere, ſi vellet allegare filium à patre fuiſſe præteritum. Iaſ. *in l. ſi filius. n.* 12. *ff. de liber. & poſthu.* Talis enim filius bannitus vel deportatus, habetur pro mortuo. *l. actione. §. publicatione. ff. pro ſocio.* Tamẽ non prohibetur hęres inſtitui: eſt etiam omniũ ſucceſſionum capax, quæ illi deferuntur, ſecundum Bar. *in diſput. incip. Lucana ciuitatis.* cuius op. dicit comm. Alex. *d. l.* 1. *nu.* 4. *C. de hæred. inſtituen. & conſ.* 26. *nu.* 2. *lib.* 1. Bellacomb.

112 Teſtamentum quod ex cauſa præteritionis nullum eſt, annullatur hodie, quo ad inſtitutionem tãtum, ſed legata, &c. in teſtamento contenta firma manent. com. dicit Clarus *§. teſtamentum. q.* 51. *verſi. Præcedentibus.* P. Fichard. ex Claro.

113 Rupto teſtamẽto per præteritionem, conſeruatur pupillaris ſubſtitutio, per *auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* eſt com. opi. ſec. Rom. *con.* 516. *in caſu propoſita. in fi. conſilij.* Vezio.

114 Legata ad pias cauſas etiã hæreditate nõ adita deberi, cõtra tritã & cõmunem regulam, quã aſſerunt, teſtamentũ corruere, quia hereditas non fuit adita, corruunt & legata, & alia in teſtamento contẽta, cùm omne ius teſtamenti ſaluatur. *l. ſi nemo ſubiit. ff. de reg. iur.* affirmat Bar. *in l. j. repet. n.* 65. & 66. *verſ. quarto quæro. C. de ſacro. eccl.* & addit ipſe, legata ad pias cauſas valere, nec requiri aditionẽ, cũ in eis ceſſet omnis neceſſitas iuris ciuilis. *c. cùm eſſes. c. relatũ. extra, de teſta.* Sed Sal. *in d. l. j. n.* 18. *verſ. quære decimotertiò, an hæreditate.* & Io. de Imo. *in l. quã filio. §. ſeruus. n.* 8. *verſ. & prædicta faciunt. ff. de hæredit. inſtit.* & Iaſ. *in l. j. C. de ſacroſ. eccleſ. nu.* 31. & Couar. *in repet. c. Raynutius. de teſta. §.* 3. cũ multis aliis contrariã ſentẽtiã ſequũtur, allegatis hinc inde argumẽtis & adductis ſolutionibus Bar. rationũ. Et hãc com. opin. Doct. eſſe dicũt Io. de Imo. loco iã citato. & Alex. de Imo. *in conſ.* 209. *nu.* 16. *lib.* 2. & Iaſ. *in d. l. j. nu.* 31. *in fi. & nu.* 32. *in prin. verſ. limita hãc cõmunẽ, & in repet. nu.* 34. *verſi. tamen communis ſententia & vera eſt*, contra Bar. quòd legata ad pias cauſas, hęreditate non adita, nõ debeãtur. & *in l. eam quã. nu.* 19. addens communem concluſionem iſtam eſſe, cũ adductis nonnullis limitationibus. *C. de fideic.* Cæterùm alij Bartoli ſententiam magis communem eſſe aſſerunt And. Barba. Sicul. *in conſ.* 8. *nu.* 16. *in* 1. *vol. verſ. Et licet.* Io. de Imo. *in d. l. quã filio §. ſeruus.* dicat, quòd com. opin. eſt contra Bar. tamen ſalua ſua pace dixerim, imò communis opinio ſequitur doctrinam Bart. &c. And. de Beſſetis *in repetitio. d. l. j. nu.* 148. vbi ipſe hanc quæſtionem eruditè in vtramq. partem explicat. Approbat & hanc ſententiã Hieron. Cagnol. *in l. j. nu.* 44. *verſi. rationes tamen Bartoli in repetitione, videntur mihi multum notabiles & benè fundata*, &c. Et ita ſeruari indiſtinctè meminit Apoſtil. *ad conſ.* Alex. *in d. conſ.* 209. *in verb. ſecundum veram.* Quã ſententiam ego *in d. l. j.* cùm in Academia Roſtochienſi eam explicarem, ſequutus ſum. Kirchouius.

115 Legata ex teſtamento inualido & imperfecto, non debentur, niſi in eo adeſſet clauſula codicillaris, ſecundùm Benedict. *in repet. c. Raynutius. in verb. ſi abſque liberis. de leg. & fideic. nu.* 157. & 158. Bellacomb.

116 Legata teſtamẽto nullo ob cauſã præteritionis vel exhęredationis, nihilominus debẽtur: quia licet quoad hæredis inſtitutionẽ teſtamẽtũ corruat, cætera tñ firma manẽt. *auth. ex*

cauſa

cauſa.& *ibidē* gl.& Bar.*C.de liberis præteritis*, quod eſt verum, niſi primū teſtamentū validū ſit,& ſecūdum ex cauſa præteritionis hæredū inualidum,tunc enim ex ſecundo non,ſed ex primo,debebuntur legata. Licet autem teſtamento ex cauſa præteritionis vel exhæredationis,nulla legata ex conditione *d.auth ex cauſa.*Hugo.& Cy.petenda putent,contraria tamē opi.quod dicta legata ex teſtamēto debeātur,& petēda ſint. verior eſt communiter tenetur,ex Bar.*in l j.C.de iure codicil. l.ita tamē.§.quoties.ff.ad Trebellia.*& *in d auth.*vbi idē Pet.Anc. Dy.*Iac.*de Rauen.& *Iac. Butr.*& Ang.*in conſ. quod incip. Berta habens virum*,ſicut refert *ibi.nu.*15.Ben.Cap. non obſtante quod Bar.*in l.ſi iure,verſ.quia declarationem.*in contrarium ponat.

117 Legata teſtamēto nullo ob cauſam præteritionis filij iā nati,licet,vti dictū eſt,debeantur, tamē ſi pater ignorāter filiū quem mortuū credebat,aut poſthumum,cùm vxorē prægnantem ignoraret,præterit legata.per *auth.ex cauſa* , *C.de liber.præterit.*quæ hoc caſu locū non habet,ſed incorrectis manentibus iurib.antiquis non debentur , ſecundū Bar.*in quodā ſuo conſilio,quod incipit,Factū eſt tale.*Cecchus,*& conſ.quod incipit,Omne illud quod alias conſului.& ceſſite quod incipit,I.a pius fecit teſtamentū,& in d.auth ex cauſa,verſ.nūc ad quæſt.propoſitam.& in l.filio præterito.verſ 2.eſt videndum ff.de iniuſto teſt.& in l.tale pactum , §.pater.in fi ff de pact.& ibid.*gl.*in l. ff.de iure codic.*quod cōmuniter teneri refert *ibi.nu.*15. idem Cap.quod licet.n.ſequent.procedere dicit,etiā ſi appoſita ſit clauſula, ſi non valet iure teſtamenti , &c.ſec. *Bar.in l j.ff.de iure codic.* pro quo collegiū Perufinum cōſuluiſſe aſſerit Ang.*in l.ſi.ff.eo.tit.*tamen idē Bar.*in d. conſ.*Factū eſt tale.Cecchus cōcedit & dicit omnes Doctores cōmuniter tenere:Si dictū ſit in teſtamento,Si non valet iure teſtamēti,&c.porrigi clauſul ad eaſum præteritionis poſthumi,& antiqua iura per *d.auth.ex cauſa.*corrigi,& ſic rupto agnatione poſthumi teſtamēto,legata etiā nō adita hæreditate deberi,per *l.ſi ita ſcripſiſſet,ff.de legatis ij.l.ſi ita ſtipulatus fuerim.§ .ff.de ver.obl.qd.auth.ex cauſa* Cy. & Dyn.tenēt.& Bar.*in l.qui filiabus in ſi prin. .de leg.j.*quā op. vt refert Bar.*in l.j.ff.de iure codicil.*tenuit quoq.Beluiſo,qui declarat omnes Doct.ſui tēporis ita ſentire.quod cōmuniter teneri refert *n.*18.*& ſeq.*idē Cap.cum adiecta ſunt verba futuri tēporis,ſecus ſi præſentis:quē tamen articulū adeo dubiū dicit,vt indigeat Cæſarea,declarat *ibid. nu.* 23.*&* 45. Bened. Capr.

118 Diſpoſitio *auth.ex cauſa.C.de liber præter.* locū habet in præteritione facta de filio per matrē,aut alios aſcēdētes. cū ait Clar.*in §.teſtamentū.quæſt.*51.*verſ. Et quia.*Similiter etiam locū habet in filio à patre præterito,communem dicit. *quæſt.* 35.*verſ.ſed quid.* idem locum habet tam in præteritione filij nati,quàm poſthumi à patre ſcienter facta.com.*in d. quæſt.*51. *verſ.item quæro.* Non autem locum habet in poſthumo a patre ignoranter præterito.com.*in d quæſt.* 51. *verſic. ſed quid ſi poſthumus ſit ignoranter.*Contr.dixit Paril.*in conſ.*60.*n.*13.Neq. etiam locum habet quando frater à fratre eſt præteritus , & turpis perſona inſtituta.communem dicit Clarus *d. §. teſtamentum.quæſt.*52. Hæc tamen opinio ipſi Claro non placet. Tandem locus eſt d. diſpoſitioni ſiue exhæredatio facta ſit non inſerta cauſa legitima,ſiue cauſa ſit inſerta , ſed per hæredem non probata.commun.dicit *in d.quæſt.* 52. *verſic.vltim.* P.Fich.

119 Diſpoſitio auth.ex cauſa,facit vt etiam legata & fideicommiſſa ſuſtineantur,item ſubſtitutiones.omnium.idem Clarus dicit *d.§ teſtamentum.quæſt.*54.*Quæro etiam.*Sed legata facta ipſi filio præterito,vel exhęredato non ſuſtinentur. communem dicit.*quæſt.*53.*verſ.prætereà.* Similiter non ſuſtinentur legata facta per teſtatorem turpibus perſonis. communē dicit Clar.*d.quæſt.*34.*verſi.item.* Idem.

120 Teſtamenti nulli dicendi ius non admittit edictum ſucceſſorium. commune dicunt Aret.*conſi.*49.Roder. Soares *in l.quoniam in prioribus.amplia* 10.*C.de inoff.teſta.*Cur.iu.*in rubr. n.*16.*C.de ſucceſſ.edict.*tametſi Alex.*in ead.rubr.nu. vlt.*contrarium magis commune perperam arguetur E.Soarez.

121 Teſtamentum prius annullari debet , & de viribus iuſtæ exhæredationis diſcuti,antequam exhæredatus aliquid conſequatur,ſecundum communem.quæ concluſio fallit,ſi iniuſta eſſet exhæredatio , cùm ipſo iure tunc nullum dicatur teſtamentum,iuxta communem per Burſ.*conſ.* 121.*nu.*11.*lib.*j.

De poſthumo hæredibus inſtituendis,vel exhæredandis,vel præteritis.

TITVLVS XVIII.

TEſtatur pater inſtituēs filium ſuū hæredē, & eius filios,videtur eos inſtituiſſe ordine ſucceſſiuo, vt primò ſcilicet filius admittatur ad eius patris hęreditatem,& demùm poſt illius mortem ſui filij admittentur,& hæc operatur ordo neceſſitatis , & charitatis. gl.Bart.& Iaſ.*in l.Gallus.§.*1.*ff de liber.& poſthu.* & ea eſt cōmunis opinio,quā cōmuniter teneri à doctoribus aſſerit *Iaſ.in l. Titia textores.§.nihil.ff.de leg.*1.*& in d.l.Gallus.§.*1.&appellatur ordinata charitas,quando ſic ab inteſtato ſucceſſuri erant.*Iaſ. in d.l.Gallus.n.*20.& hoc procedit vbi filius teſtatoris hæres inſtitueretur,& filius ex eo filio qui eſt nepos teſtatoris, & filius ipſius hęredis:tūc enim filius ſolus ſuccedet,& poſt eū eius filius:hoc enim ordo charitatis requirit. idē ſi vocati eſſent per diſiunctiuā: vt inſtituo vel ſubſtituo filios meos,vel filios eorū:tūc enim diſiunctiua poſita inter perſonas inter quas cadit ordo charitatis,& neceſſitatis,non reſoluitur in cōiunctā.*l.cū pater.§ pen.ff de lega.ij.*& Dec.*conſ.*95. inſtat enim ordo charitatis,& neceſſitatis,vt primò filius inſtituatur, & poſt eius filij filius:quod ſi eſſet inſtitutus filius teſtatoris,& nepos ex alio filio,tūc inſimul ſuccederent.Iaſon *in d.§. quia.* tūc nepos de neceſſitate erat inſtituendus,vt qui ſubintrauit locū ſui patris iam mortui,quæ neceſſitas ceſſat in alio caſu. & vbi ab aliquo extraneo pater & filius eſſent hæredes inſtituti, intelligentur vocati pro ratis,& portionibus.quia nō ſunt de deſcēdentibus teſtatoris,qui non tenebatur eos inſtituere.ita Boer. *dec.*185.*n.*16.vbi autē teſtator inſtituiſſet ſuum fratrē , aut aliū extraneum hæredē,& eius filios , & tunc inſimul vocarentur, & non ordine ſucceſſiuo, quia hic ceſſat ordo charitatis & neceſſitatis,quæ neceſſitas facit vt prius filius teſtatoris admittatur,quàm ipſius filij qui ſunt nepotes ipſi teſtatori. cùm ergo in poſteriori caſu ceſſet ordo neceſſitatis,quātumuis ordo charitatis videatur hoc ſuadere in fratre inſtituto , & eius filiis inſtitutis,tamē omnes vocantur ad hęreditatē,& hāc opinione veriſsima eſſe teſtatur Cæpola *conſi* 52. ficeq; inter fratrem cohęredē inſtitutū à fratre , & eius filios inſimul cohęredes inſtitutos,diuiſio hęreditatis,vt frater cohęres vnā partem habeat,& eius filij cohęredes alterā partem , quia natura copulæ ea eſt,vt diuidat.ita Cępola *vbi ſuprà*,& eam communem eſſe opinionē aſſerit Decius *conſ.*205.*&* *conſ* 243. & Boerias *deciſ.*165.*nu.*6.Alexand.*conſ.*xa.*part.*3.& Socin. *conſ.* 49. *s. volu.*& eo caſu filij fratris qui tunc ſunt in rerum natura, ſuccedent:alij vero qui nondum ſunt nati,non ſuccedūt, cùm ea inſtitutio ſit pura.Decius *conſ.*153.*in fin.* Bellacomb.

x Frater inſtituens ſuum fratrem hęredem,& ſi decedat ſine liberis ex ſe natis,talem ſubſtituit: ſi demùm frater hęres moriatur ſine filiis,relictis tamen nepotibus ex ſuo filio iam pręmortuo tales nepotes excludent ſubſtitutū.Iaſon poſt alios *in l Gallus.§ inſtituēs.n.*22.*ff.de liber.& poſthum.*Decius *conſ.*391.*n.* 3.& Alexan.*conſ.*5.*in* 3.*col.*frater autem inſtituēs fratrem ſuum, & filios fratris ad hęreditatem illius teſtatoris admittentur & fratres,& eius filij inſimul,& non ordine ſucceſſiuo.frater tamen habebit dimidiam hęreditatis,& eius filij etiam dimidiā Anchar.*in cap.Raynaldus.de teſtamentis.*Iaſon *in l.Gallus.§.quidam recte.nu.*22.23.*&* 24.*ff.de libe. & poſth.* Idem ſi teſtatur hęredi inſtituto ſubſtituat ſuum fratrem, & filios eius d.fratris, & ſuccedet frater ex vna parte,& eius filij ex alia. Alex.*conſ.*22. *num.*6.*part.*3.& Soc.*conſ.*51.*num.*14.*part.*5. Idem.

3 Poſthumi agnatione rumpatur teſtamentum *in princ de exhæredatione liberorum. inſti.* tamen agnatione poſthumi codicilli non rumpuntur.*l pen.C.de iure codic.*Bald. *in l. quoties. C.fami.erciſ.* Idem.

4 Poſthumus qui præteritus eſt in teſtamento patris, & demùm viuo patre teſtante poſthumus ipſe mortuus fuerit , nō rumpit teſtamentum,& ſuſtinebitur illud teſtamentū,& cōualeſcet de iure pretorio:licet de iure ciuili nullū poſſet dici: quia natiuitate poſthumi rūpitur teſtamētū,ſi in eo nulla fuerit facta mētio de ipſo poſthumo. quod procedit ſi filius natus poſt patris teſtamētū viueret:ſed vbi filius natus moritur viuo patre,teſtamentū illud ſuſtinetur.gl.*in l. poſthumus.ff.de iniuſt.rupto.*& Guliel.Ben.*in repet.c.Raynutius.in verbo, in eodē teſtamēto,in prin.n.*226.*de teſta.*communem dicit Clarus *§.teſtamentum.q.*45.*verſ.ſed pone.* P.Fichard.

5 Poſthumus non rumpit teſtamentum, ſi apponatur clauſula codicillaris per verba futuri temporis.Corn. *conſil.* 225. *volum.*3.comm.dicit.Sed Aarb.1.*conſil.col* a.dicit communiorem eſſe,quòd operetur clauſula codicillaris: per quæcunque

verba concepta, & eum ſequitur *Io.* Dnr. *in art. teſtan. ti. 5 cau. tu. nu. 3 bonis rationibus.* quem vide. B. Villal.

6 Obſtetricum iudicio ſtandum eſt, in eo, an partus viuere poſſit naturaliter, vel non. communem dicit Clarus *§. teſtamentum. quaſt. 45. verſi. fi.* P. Fichard.

7 Partus immaturus, & qui ſecundũ iudiciũ obſtetricũ viuere nõ poteſt, habetur pro nõ nato, & ei ſuccedi nõ poteſt. cõ. dicit Clar. *in §. teſtamẽtũ. q. 45. verſ. Sic etiã.* Talis etiam partus nõ excludit ſubſtiturũ, neq. facit deficere cõditionem fideic. com. Clar. *in d. quaſt. 45. verſ. eadẽmque.* Villalob.

8 Nepotem legitimum ex filio ſpurio, auus inſtituere poteſt ſibi hæredem. com. Clarus *in §. teſtamentum. q 2.* intellige quando auus legitimam ſobolem non haberet, *vt in d quaſt. 32. verſi. item ſciaſ. tum ſeq.* P. Fich. ex Claro.

9 Nepos legitimus, vel naturalis ex filio ſpurio deficiente prole legitima, poteſt ab auo inſtitui hæres. Cou. *in epi. 4. c. 8. §. 5. nu. 13.* com. dicit ex Dec. *conſi. 462.* Villal. & Vezin.

10 Amplia etiam ſi proles ſit legitima ex reſcripto principis. idem ibi ex Dec. *conſ. 175.* communem dicit.

Fallit in nepote ex filio inceſtuoſo. idem ibi ex Sal. *in l ſi quis inceſti. C. de inceſtis nupt.* communem dicit.

Fallit ſecundò, in nepote legitimo ex filio clerici inſigniti ex ordine ſacro. idem ibi ex Corſ. *in ſing. in verſi formatio,* communem dicit. P. Villal. & Vrainus.

11 Nepos legitimus & naturalis ex filio ſpurio ab auo inſtitui, vel ſubſtitui poteſt: & nõ obſtãte vitio paterno, capax eſt eorũ quæ ſibi relinquuntur, dũmodo nõ cõſtet, quòd cõtẽplatione patris ei relictũ fuerit. Eſt com. op. ſec. Cor. *in cõſ. 1. vol. 3.* Et eſſe cõmunẽ etiã teſtatur Alex. *in conſ. 74. circa primũ. ver. & dicit Pau. vol. 3.* intellige, non exiſtentib. legitimis. Vide Dec. *in conſ. 85. verſi. vlt. in 4. dub.* vbi videtur contrarium tenere: ſed loquitur ab inteſtato. Vide Bar. & præſertim Iaſ. *l. Gallus. §. quid ſi tantum. col. pen. & fi. de liber. & poſth.* M. Chætian.

12 Nepos ex filia mortua, & viuente auo, habet ius petendi legitimam ex perſona propria: etiam ſi mater renunciauerit legitimæ. Io. à Ripa *de leg. lib. 1. c. 6. nu. 3.* communem dicit. limita tamen ſi interuenit iuramentũ. per Dec. *conſi. 161.*

13 Ius dicendi teſtamentum nullum, quod filio in poteſtate præterito competit contra teſtamentum patris, ſi is moriatur priuſquam illud teſtamentum dixerit nullum.

14 Tranſit ad ſuos liberos ſolùm, & hoc beneficio legis vnicę, de his qui ante apertas tabulas: ſed quo ad extraneos tale ius dicendi nullum ad extraneos non tranſmittitur. Iaſ. ita *in l. cum mota. nu. 16. C. de tranſact.*

15 Nepotes non obſtante renunciatione matris, etiam mediante iuramento ſacta, ſi viuo patre decedat illa, ſuccedere nihilominus poſſunt, ex perſona nimirum propria. cõmunem dicit Alex. *in l. pactum dotali. c. de coll.* Et Goz. *conſ. 75.* I. Fich.

16 Teſtamẽto ob hæreditatẽ nõ aditã rupto, nec piè piis cauſis legata debebuntur. cõmune pono ex Corn. *Iaſ. nu. 19. l. eam quã C. de fideic.* Pala. Ruu. *in rub. §. 65. nu. 17. de don. inter vir. & vxor.* Did. à Cona. *in c. Raynaldus. § 3. n. 11. de teſta.* E. Suarez.

17 Nepos cõceptus poſt morte aui, de cuius ſucceſſione agitur, ex perſona ſui patris qui erat filius ia defuncti, poterit venire virtute tranſmiſſionis, putà mortuo auo ante cõceptionẽ nepotis, ſucceſſio eius defuncti filio defertur, qui filius demũ moritur cõcepto poſthumo: eo. n. caſu ille poſthumus natus ex perſona ſui patris venire poterit ad aui hæreditatẽ. Nã pater eius moriẽdo trãſmittit ſui patris hereditatẽ ad ſuũ filiũ nũc cõceptũ. *l. 1. C. de his qui ante aper. tab.* nã hereditas nõ agnita, ſicuti trãſmittitur ad ſuos iã natos, ita & ad eos poſthumos, qui demũ naſcuntur. & hæc eſt communis opin. quã ponit Ben. *in repet. c. Raynutius. verbo, ſoboles. n. 39.* Bellacom.

18 Subſtitutio ſacta poſthumo hoc modo, ſi poſthumus moriatur in pupillari ætate, aut aliàs, talem ſubſtituo: ſi poſthumus non naſcatur viuus, locum etiam habebit ea ſubſtitutio, quia talis ſubſtitutio facta poſthumo in caſu poſthumi morientis, deficiet etiam eo poſthumo non nato. Soc. *conſ. 52. nu. 3. in primo vol.* Iaſ. *in l. 1. n. 28. ff. de vulg.* & *Boër. dec. 28.* Bellac.

19 Nondũ natus, qui tamẽ ſperatur naſci, ſi inſtituatur hæres, hæreditas nõ poterit adiri quãdiu eſt in vtero, ſed expectabitur quòd naſcatur *l. antiqui. ff ſi pars here. petatur.* verùm interim poteſt peti bonorũ poſſeſſio nomine vẽtris, aut poſſeſſio bonorũ in vim edicti Carboniani, per eum titulum de Carb. edicto. Iaſ. *in l. Gallus. in pr. n. 76. ff. de libe. & poſth.* Bella.

20 Teſtamentum ruptum natiuitate poſthumi, per clauſulã codicillarem in vim fideicommiſſi ſuſtinetur, ſecundum magis communem per Burſ. *conſi. 88. nu. 21. lib. j.* Bunacoſſ.

21 Vbi teſtamẽtũ eſt nullũ veniẽtes ab inteſtato, cẽſetur rogari reſtituere hæreditatẽ hæredi ſcripto: & hoc in vim illius clauſulę codicillaris. *auth. ex cauſa. C. de liberis præterit.* Idem.

22 Teſtator vxorẽ habens inſtituit vario modo poſthumos, tam maſculos quàm fœminas ſibi naſcituros: & poſthumis ſi decederẽt in pupillari ętate ſubſtituit, ſi demum vnus poſthumus naſcatur & moriatur in ætate pupillari, ſubſtitutio non habebit locum: quia iſte caſus omiſſus fuit à teſtatore: ergo ſucceſſio relinquetur diſpoſitioni iuris communis, pręſertim cùm ibi agatur de excluſione matris à luctuoſa filij hæreditate, & ob id mater ſuccedet filio ſuo vnico mortuo in pupillari ætate. Oldr. *conſi. 142* & hanc deciſionem notandam aſſerit *Iaſ. in l. commodiſſimè. nu. 4. ff. de libe. & poſth.* Bellacomb.

23 Mors ficta, & ſic ciuilis, naturali morti nunquã æquiparatur, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſec. gl. *in c. ſuſceptum.* & ibi Phil. *de reſcr. lib. 6* & *in c. placuit. 17. q. 1.* Alex. *n. 5. & ſeq.* & Coſt. *par 2. in prin. in l. Gal §. &* quid ſi tatum.* & ibi Iaſ *ff. de li. & poſth.* Vincen. Herc. & Rip. *n. 11. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb.* Fel. *in c. in præſentia n. 55. de probatio.* Soc. *in l. cum auus. n. 103.* cũ *aliis ſeq de cond. & demonſt.* Barb. *conſ. 82. vol. 4.* & Boer. *dec. 323. ſub n. 6.* vbi exiſtimat iſtorũ opinionem cõmunem fore, & *I.* Bap. Bouius, *in tract. de ſtatutaria vrbis præſcriptione. in. de eo. habente apodiſſas, c. 102 gl. 12. n. 2. & ſeq.* Iaſ. *in l. 1. in 2. col. C. de har. inſt. & in l. ex facto. in 12. col ff. de vul. & pup.* Alex. *in 2. vol. conſ. 139. in 1. col. in fi.* De quo vide latiſſimè Soc. *in 1. parte conſ 92.* & Alex. *in l. ex facto. § ex facto in 5. col. ff ad Treb.* vbi tenẽt quod grauatus reſtituere hæreditatem, ſi deceſſerit ſine liberis, nõ tenetur reſtituere poſt ingreſſum religionis, ſed erit expectanda mors naturalis. & ita videntur tenere *in 4. vol. cõſi. 117. ibi, præterea teſtes.* Sed idẽ Alex *in 3. vol. conſ. 13.* tenet quòd facta profeſſione in religione incapace hæreditatis, vocabitur ſtatim ſubſtitutus, & dicit, quòd illa eſt com. op. Et ita vult Soc. *in d. conſi. 92.* quia tunc eſt idem effectus mortis ciuilis & naturalis. ita videtur tenere *Iaſ. in locis preal.* idem vult Ben. *in conſil. 83. in prin* & Crot. *in repe. §. & quid ſi tantùm. in 3 col. & ſeq.* maxime *in 7. col.* Ang. *in §. 1. verſi. & prædicta fatuus, & t. Inſti. quibus mo. ius patron. poſſ. ſol.* Viuius *opin. 515.* & Suarez.

14 Subſtitutio ſortietur effectũ, ſi teſtator vxore prægnãte ita dixerit, filium naſciturũ hæredẽ inſtituo, & ſi hæres erit, & in pupillari ætate deceſſerit, talem ſubſtituo, licet filius nõ naſcatur viuus, quamuis ſubſtitutio nõ fuerit facta in eo caſu, ſi filius nõ naſceretur. *l. ab [ex] hæreditate. § fi. ff. de leg. j.* vbi ſubſtitutio pupillaris facta poſthumo cõprehendit etiam tacitam pupillarem poſthumo non nato. *l pe. & fi. ff. de ven. inſpi.* Boër. *dec. 38.* Guliel. de Cun. quem poſt Bar. refert & ſequitur Soc. *in l. 1. ff. de vulg.* faciunt no. per Dec. *conſil. 227.* idem ſi teſtari ætate, talem ſubſtituo, nam ſi filius non naſcatur, ſubſtitutus admittetur: ſubſtitutio enim facta poſthumo ſi moriatur, & ſic in caſu poſthumi morientis, habet locum etiam poſthumo nõ nato. Soc. *conſ. 52. nu. 3. 1. vol.* Dec. *conſ. 227.* & Alex. *conſ. 188. vol. 2.* Gul. Bened. *in repe. c. Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis. in materia vulg. ſubſti. nu. 29.* Iaſ. *in l. 1. ff. de vulga. n. 28. & 59.* vbi inquit eam eſſe communem opinionem. Bellacomb.

25 Si teſtator inſtituat ventrẽ ſuæ vxoris, & poſt conditũ teſtamentũ ex eadẽ vxore plures filios ſuſtulerit, eo mortuo cũ illo teſtamento, omnes filij ita ſuſcepti dicentur inſtituti. nam videtur teſtator inſtituiſſe nõ ſolùm eũ qui tũc erat in vtero, ſed & omnes alios qui naſcẽtur ex ea vxore, & etiã ex alia, ita vt nullus eorum poterit dicere ſe præteritum ad rumpendum teſtamentũ. Io. And. *in addi. ad Speculũ in tit. de teſta. ſuper. rub. per l. ſi quis ita dixerit. § fi. de teſta tutel. & l. cum inter veteres C. de fidei. liber.* Alex. *in l. placet. ff. de liber. & poſth.* & hanc opinionẽ tenendã ibi aſſerit Iaſ. & in practica ſeruari. & inſtituere vẽtrem nihil aliud eſt, quã inſtituere poſthumũ. *l. y. §. nominatim. ff. de liber. & poſthu.* ſed inſtituens poſthumum, videtur omnẽ poſthumũ inſtituere, quãdocũq. naſciturũ, *d. l. placet. de liber. & poſthu.* ergo idẽ erit in eo qui inſtituit ventrẽ Iaſ. *in d. l. placet. n. 10.* & hæc procedunt ſiue teſtator dicat: Inſtituo ventrẽ meę vxoris, ſi eſt prægnãs, ſiue etiã dicat, inſtituo poſthumũ meũ. his enim caſibus quotquot naſcẽtur etiã diuerſis temporibus ſuccedẽt. Alex. & *Iaſon in d. l. placet. nu. 12. & 22.* Boër. *deciſ. 148.* & Soc. *conſ. 126. n. 6. vol. 3.* Paul. Caſt. *conſi. 409. part. 2.* verùm ſi teſtator dixerit, Inſtituo poſthumũ qui eſt in vtero meæ vxoris, tunc videtur ſe retuliſſe ad præſentem, qui eſt in vtero. Ia-

ſon

ſon [illegible] num 12. & 13. [illegible] b.

26 Poſthumus ſi hæres [illegible] ſimpliciter, cenſetur eſſe factum ei qui eſt in vtero, ſiue ſit vnus, ſiue plures qui inſimul naſcẽtur, per *l. boues. § hoc ſermone ff. de verb. ſignif.* [illegible] ceſſat tũc fauor conſeruãdi teſtamenti, cũ ſumus in legato facto, & non in inſtitutione. ſimplex enim poſthumi appellatio in legatis cõprehendit plures, ex eodẽ ventre natos ſimul, & non eos qui naſcuntur diuerſis temporibus, & diuerſis conceptionibus per *l. ſi quis ita. § 1. ff. de teſta. tute.* Bart. *in l. ſi cognatis. de rebus dub.* Alex. & Iaſon *in l. placet ff. de liber. & poſthu.* Bellacomb.

27 Filiorum appellatione in teſtamẽto diſpoſitione emiſſa nepotes continentur, vt ſi teſtator filiũ inſtituit hæredẽ, & ſi moriatur ſine liberis Titiũ ſubſtituit, ſi hæres nõ filiũ, ſed nepotẽ, & ſic filiũ ex ſuo filio relinquerit, ceſſabit ea ſubſtitutio, atq; per nepotẽ excluderetur ſubſtitutus *l. Lucius ff. de hæred. inſt.* Bart. *in l. Gallus. § inſtituẽs ff. de liber. & poſthu.* Dec. *conſ.* 391. Idẽ.

28 Poſthumus is propriè dicitur, qui poſt patris humationem & mortẽ naſcitur. *l. 3. § 1.* & ibi glo. & Bar. *ff. de iniu. rupt. & irrit. teſta.* Alex *in rubr. C. de poſthum. hæred. inſtit.* & *in conſ.* 123 *incip. circa primam dubitationem lib. 3* & Iaſ. *in l. Gallus. in princ. de liber. & poſthu.* vbi atteſtatur hanc eſſe com. opinionem, quod etiam [illegible] Dec. *in l. poſthumo. in princ. C. de bonor. poſſ. contra tabul.* & ex Bart. ſentẽtia idem Iaſ. *in l. Gallus. in princ. ff. de liber. & poſthu.* tenet quod appellatione poſthumi [illegible] tur ille proprie venit, qui poſt mortem patris in lucem prodijt. per tex. *in d. l. nomen filiarum de verb. ſign.* quæ iura id expreſſe probare videntur, quamuis Dec. *in d. l. poſthumo. in princ. C. de bon. poſſ. contr. tab.* dicat text. *in d. l. nomen filiarum* nihil facere. Quando autem illorum prçteritio teſtamentum nullum reddat, explicat eleganter & accuratè cum receptis ſententijs. Iul. Clar. *§. teſtam. q. 45.* Et an illis prçteritis, & teſtamento ea ex cauſa rupto, legata nihilominus ſuſtineant[ur], necne? ſcribit diligẽter duas contrarias ac receptas opiniones idem Clar. *vbi ſuprà. quæſt. 51. verſic. quod autem* E. Suarez. & F. Turzan.

29 Legatum magnũ tollitur rupto teſtamẽto, per natiuitatẽ poſth. Alc. *de præſump. reg. 1 præſump.* 13. com. dicit. Vezin.

30 Seruus pœnæ, vita functi loco ponitur, vt cenſet glo. *in l. ex facto. § ſi quis rogatus. 2. ver. ſed cum decedit. ff. ad S.C. Trebel.* neceſſaria, & cõmuniter interpretibus probata iuxta Claudiũ *ſibi ad ſi.* Quamuis cum nonnullis haud de nihilo relinquetur meus iuriſprçceptor Eman. à Coſt. *in l. Gallus. § & quid ſi tantum. part. 2. nu. 1. ff. de liber. & poſth.* E. Suarez.

31 Natus in ſexto menſe, & ſic ante ſeptimum vel in octauo, non rumpit teſtamẽtum in quo fuerat prçteritus: quia minus properè natus deceſſit, & naſcitur etiam in tẽpore in quo non poteſt viuere. *l. 1. C. de hære. inſtit.* Alex. & Iaſon *in l. quod dicitur ff. de libe. & poſthu.* Chaſſa. *conſ.* 19 *nu.* 6. Clarus *§. teſtamentũ. q. 45. verſic. ſed quia ſi iſte.* Burſ. *conſ.* 63 *nu.* 18. *lib.* 1. P. Fich.

32 Natus paulò poſt decem menſes & duos dies poſt mortẽ patris, diceretur poſthumus legitimus, & patris legitimus. gl. *in § mulier. in authen. de reſtit.* & ea quæ parit in vndecimo mẽſe. & ibi Bar. & Iaſ. & Soc. *in l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſthu. n.* 62. Si autẽ poſt multos dies poſt eos decẽ mẽſes quis natus eſſet, nõ diceretur partus legitimus. *l. ab inteſtato § poſt decẽ mẽſes. ff. de ſuis & legi. here.* Bald. *in auth. eiſdem pœnis. C. de ſecund. nupt.* glo. *in l. ſeptimo menſe. ff. de ſtatu homi.* Bellacomb.

33 Quæro, Nunquid filia poſſit inſtitui in ſola dote? Reſp. quod ſic, & iſta eſt recepta & cõmunis opin. vt firmat Iaſ. *in d. auth. nouiſſima. num.* 46. & quod ita de generali conſuetudine obſeruetur, dicit Specul. *tit. de inſtru. edit. § vt autem. verſi. ſed ſuper forma.* Mich. Graſſus.

34 Quæro, an etiã filius emancipatus debeat inſtitui, ad hoc vt teſtamẽtum valeat? Reſp. quod ſic. in hoc tantum eſt differentia inter filiũ emancipatũ & in poteſtate, quia ſcilicet ſi emancipatus ſimpliciter ſine cauſç inſertione, prçteritus fuerit, teſtamentũ ipſo iure nullum eſt, de iure ciuili: ſi verò cum cauſç inſertione, valet mero iure, ſed prçteritus habet ius contratabulãdi de iure prçtorio. ita eſt gl. *in verb. nolue. auth. de hæred. & falcid.* quç communiter approbatur ſecundum Iaſ. *authent. ex cauſa. num.* 8. Alex. *l. ſicut certi. num.* 14. *C. de teſtam. milit.*

Secùs in filio in poteſtate. Nam ſiue is prçteritus ſit cum vel ſine cauſç inſertione, indiſtinctè teſtamentum ipſo iure nullum eſt. ita dicit *d. gl. § exhæredatos.* communiter approbata. Ratio prçdictorum eſt, quia licet de iure hodierno ſublata eſt differentia emancipationis & patriç poteſtatis, quò ad ſucceſſionem ab inteſtato: Tamen quò ad remedia, quç competunt contra teſtamẽta, ſublata non eſt. ita videtur velle gl. *l. ſi emancipati. C. de collationib.* Idem.

35 Statutum ſi excludit filiam dotatam, non ſimpliciter maſculis exiſtentibus, ſed donec ſuperſint maſculi, illis deficientibus & mortuis recuperat locum ſuum, & redintegratur ad patris ſucceſſionẽ, perinde ac ſi nunquam excluſa fuiſſet, demonſtratũr: quia ſi pater, ipſa filia prçterita in ſuo teſtamẽto, filiũ vel filios maſculos inſtituat hæredes, teſtamentũ corruit, & ex die mortis ipſius nullũ eſt, vt tradunt Bal. & Sal. *in l. Auus. de pa.* Ang. & Imo. *in l. qui ſoluẽdo ff. de hæred. inſt.* vbi idẽ Ang. collegij Bononiæ ita conſuluiſſe inquit. ergo ſuccedit tanquã ſua. Dixit quoq; Bart. qui quæſt. noſtrã etiã in terminis ponit *in l. ſi ff. ad Sena. conſult. Tertull.* quod ex qua opinione et dubiũ, an teſtamentum ipſum rumpatur? arg. tex. *in l. ſuus quoque § ſiue, verſi. & ideo de hæred.* nõ indicabitur, nec cel[e]bitur iterum validũ. ita quod filius ſic inſtitutus hæreditatẽ adire valeat, & ad ſolutionem alterius quæſtionis, an talis filia dotata prçterita teſtamentum [illegible] ſicuti filius qui nõ ſuccedat, & ab inteſtato prçteritus, rumpit teſtamentum *l. 3. § pen. ff. de bono. poſſ. contra tabu.* certo iſta, quæ ex forma ſtatuti quouſque ſuperſunt maſculi, excluditur à ſucceſſione patris, ſi in eius fuerit teſtamento prçterita, rumpit teſtamentum. Franc. Turzan.

36 Succeſſorium edictũ locum habet in querela inofficioſi teſtamenti. Alex. *in l. ſi quis poſthumos. § 1. ff. de liber. & poſthu.* & ibi inquit in practica ab hac opinione non eſſe recedendũ. & Iaſ. eam opinionem communem eſſe aſſerit *in l. in ſuis. nu.* 252 *ff. de liber. & poſthu.* & hoc per *l. 3. § ſi emancipatis, ff. de bono. poſſ. contra tabulas.* nepos enim prçteritus venit ex ſua perſona ad querelam per ſucceſſorium edictum, & nõ ex perſona ſui patris exhæredati, ad quam querelam admittetur etiam, ſi eius pater exhæredatus teſtamentum approbaret: quia ſequens in gradu ex ſua perſona, admittetur ad eam querelam. Alex. *in d. l. ſi quis poſthumos. § 1.* & Iaſ. *in d. l. in ſuis. num.* 55. Idem.

Aduerte quoque, quod ſi legatarius, ſeu quilibet creditor teſtatoris opponeret, aſſererẽtq; plures res, ac bona in hæreditate ipſius teſtatoris eſſe, quã ea quę per hæredẽ oſtenderẽtur: tũc dictus creditor ita excipiẽdo, ac opponẽdo hoc probare teneretur, eiq. incũberet onus probãdi; Et ſic ſi hæres exhiberet in iudicio patrimoniũ teſtatoris, diceretq. nõ eſſe alia bona in hæreditate, & creditores, & legatarij cõtradicerent: tũc certè ſtaretur eius aſſertioni, niſi probaretur alia bona extare, ſecundũ gl. in l. cùm de lege. ff. de prob. quã ſequuntur Bart. Bal. Iaſ. & alij in d. l. fi. §. licentia, Ang. in l. qui mutũ. §. 1. ff. de acquir. hær. Caſtr. cõſ. 112. vol. 1. & in l. maritus, la 2. ff. ſolut. mat. Aret. conſ. 120. in fi. Rom. conſ. 122. in fi. Alex. conſ. 35. col. 1. vol. 4. & cõſ. 55. col. fi. vol 1. Guid. Papæ deciſ. 142. Bar. in l. cõficiuntur §. codicil. ff. de iure codicil. Iaſ. cõſ. 34. vol. 1. & in l. cùm ex cauſa in fi. ff. de iud. Cur. iun. cõſ 150. poſt nu. 10. Gozad. cõſ. 94. col. 7. Crauet. cõſ. 2. ante n. 11. & conſ. 218. col. 1. & iſta eſt cõmunis opinio, vt narrant Curt. ſen. conſ. 27. & Ripa in c. cum eccleſia Sutrina n. 84. de cauſa poſſeſ. & propriet. Monticulus in d. tract. de inuentario hæredis in princ. n. 44. & ſequent. fol. paruo 12. & Alciat in tract. de præſumpt in reg. 3. præſumpt. 28. & licet Iaſ. in d. §. licẽtia, & Sigiſmu. Loffred' cõſ. 32. n. 9. & ſeq. cõcludãt dicta gloſſ. procedere, vbicũq. adeſſet pro ea aliqua pręſũptio, vt cõfecto inuẽtario.

Nihilominus illa gloſſ. procederet, ſiue pro ea ſtaret præſumptio, ſiue non, ſiue confectum ſit inuentarium, ſiue non: & in hoc eſt communiter approbata, vt per Curt. ſen. in d. conſ. 27. & Ripam in d. cap. cum eccleſ. nu. 83.

Similiter aduerte, quòd inuentarium ipſum non valeret, nec teneret aliquo modo, quando non reperiretur legitimè confectũ, & deeſſent ſolennitates ad inuentarium prędictum requiſitę, ſecundũ Bar. & alios omnes communiter in d. l. fin. C. de iur. delib per text ibi, vbi ipſæ ſolennitates connumerãtur.

Ideo nec mulier ſuper hoc releuaretur, vt poſſet in integrũ reſtitui ad conficiendum huiuſmodi inuentarium: quoniam mulierib. hoc caſu non cõcederetur talis reſtitutio, vt voluit Bald. in d. l. fi. in princip. q. 3. Bart. cõſ. 154. maritus fecit hæredẽ, & Alex. in l. iuris ignorãtia, C. qui admitt. & dicã infra in proxima ſequenti Opinio. Hæres non conficiẽs inuentarium circa fi.

Sed in Regno Neapolis obſeruatur contrariũ, cõceditúrq. antedicta reſtitutio in integrum mulieribus in iudiciis, Cõſtitutio, obſcuritatẽ legis Diui Regis Rogerij aui noſtri li. a. tit. 44. vbi And. de Iſer. Afflict. & alij, & ita in facti contingentia iudicari vidimus in curia noſtra Aquilana de anno 1571. per antedictum D. Thomam de Sicu in cauſa tunc vertente inter magnificã Iuliã Stellam, & Proſperum Romanellum.

Imò mulieres ipſę indifferenter reſtituuntur, quando lęſio eſt in prõptu ex aliquibus omiſsis, vel productis, & non probatis in Iudicio, & ita obſeruatur in magna Curia Vicariæ, vt teſtatur gloſſ. in dict. conſtitutio. obſcuritatem in fin.

Itẽ nota, quod hæres in confectione inuẽtarij, debet omnes creditores hæreditarios, ac oẽs, qui ſua intereſſe putauerint cõuocare, & ſic oẽs creditores ipſi certi nominatim neceſſariò perſonaliter, vel domi in dicta cõfectione inuẽtarij citari debẽt: aliàs nõ valeret inuẽtariũ, ſecundũ Bal. in auth. ſed cùm teſtator n. 5. C. ad leg. Falc. Anchar. & Gemi. in c. fi. in fi. de elect. in 6. Bar. Bal. Salyc. Alex. & cæteros oẽs in d. l. fi. in princ. Bal. in terminis in auth. ſi omnes nu. 12. C. ſi minor ab hæred. ſe abſt. Ang. conſ. 193. pro deciſione quæſitorum col. 2. Sigiſmun. Loffredum d. conſ. 32. n. 8. & Dec. conſ. 251. in cauſa magnifica Domina nu. 5. vbi affirmat iſtã eſſe verã, & communẽ opinionẽ, & Alciat. etiã, vbi reddit rationẽ iſtius cõmunis conſ. 43. dubitationib. viſis n. 7. & ſeq. tomo 2. lib. 6. fol. 128. & Crauet. conſ. 89. nu. 6. vbi perhibet iſtam eſſe veriſsimam, ac communem opinionem.

Et dat cautelã creditorib. ipſis citãdis nominatim, quãdo vocarẽtur per proclama, vt tacerẽt: quia inuẽtarium, tãquam nullũ, nulliterq. confectum ei aliquo modo nõ præiudicaret.

Et in hoc caſu ſufficeret vnica citatio cõtra creditores legatarios, fideicõmiſſarios, & alios, nec interuenire deberent aliquo modo tres citationes, vt voluit cõſulendo Bart. d. conſ. 133. ſub n. 4. & ſeq. & ita vltra bis obſeruari vidim' in practica.

Incerti vero creditores per publica banna, ſeu proclama in locis ſolitis, & conſuetis emittenda, ſeu publicãda pro determinata die, hora, & loco vocãdi eſſent, vt voluit Bar. conſ. 154. maritus col. 1.

Sed abſentes creditores citandi aliter non forent, ſecũdum communem opinionem omnium Doct. in d. l. fi. relatam per Loffredum in d. conſ. 32. ſub nu. 8.

Vt cõſulẽdo determinat poſt alios quãplures illuſtres Doct. aggregatos per eũ hoc non procedere, quãdo creditores reperirent in iuriſdictione illius loci, in quo eſſet conficiendũ inuẽtariũ. & ſic ſi eſſẽt extra Ciuitatẽ ſub iuriſdictione ipſius Ciuitatis venirent citandi nominatim mediantibus certis, & ſpecialib. literis citatorijs, nõ aũt generalibus, & per proclamata, & ita concludit etiã Dec. in d. conſ. 251. ſub nu. 5. Viuius.

68 Hęres non conficiens inuẽtariũ, nõ tenetur in foro animæ & conſciẽtię, vltra vires hęreditarias creditoribus hęreditarijs ſatisfacere. ſecundum gloſ. in cap. parrochiano de ſepul.

Io. And. *in tit. de inſtr. edit. §. nunc verò aliqua. in add. exordicte An in foro conſcientiæ*, Hoſt. in Sũma *de teſtib. §. pen. verſ. Quid ſi bona*, & Io. And *in c. quãquam. de vſuris. lib. 6. in nouellis*, quos refert Bart. qui ait ita teneri per Theologor, quorũ firmat plures de re hac ſententias ſe vidiſſe, & cũ hac eadẽ opinione concurrunt quoque Anto. Butr. *in c. quia plerique de immun eccleſ.* Aneh. *in c. Raynut. de teſta.* Abb. *in c. Raynald. col. 9. eodẽ tit. & in c. ſua nos de vſuris*, Lauren. de Rodul. *in repet cap. cõſuluit. de vſuris, quæſt. 24.* Feder. de Senis. *conſ. 20.* Bart. Ang. & Bald. *in l. gerit. ff. de acquir hered.* Imol. *in l. 1. §. hæc ſtipulatio, ff ſi cui plus quam per legem Falc* Bart. *nu. 3.* Bal. Ang. Alex. *nu 5.* & Iaſ. *n 23. cum aliis ſeq. in rub. ff. de acquir. hæred.* & Ang. *in l. fi. in prin. C. de iur delibe. & in l ex teſtamẽto. ff. de teſt. mil.* Alex. de Neuo. *conſ. 98. ſub n. 8.* & Boer *conſ. 53. ſæpè ſub n. 3.* & iſta eſt communis opinio ſecundum Doct. præcitatos, & Ruinum *conſ. 20.* contra Paulum, qui dicitur vnà cum aliis donum dirupiſſe *n. 6. vol. 8.* qui ſimiliter ibi ſequitur dictam communem.

Sed regulariter de iure ciuili in foro iudiciali hæres adiens hæreditatem ſine beneficio legis, & inuentarij, ſiue ſuus, ſiue extraneus ſit, tenetur in ſolidũ, etiã creditoribus hæreditarijs ſatisfacere, etiã vltra vires hæreditarias, vt *in l. fi. §. fi.* vbi Glo. *C. de iure delib. & in l. qua dotis, ff. ſol. mat.* Bar. *in l. filiusf. § Diui. n. 8. ff. de leg. 1.* Bal. *in l filiũ quẽ habẽtẽ n. 36. & ſeq. C. famil. erciſ.* Io. de *Amicis cõſ. 3 n. 21. & cõſ. 70. n. 2.* Alciat. *cõſ. 29 occupationes mea n. 2. tom. 3. li. 9. fol 200.* Boër. *in d. cõſ. 53. n. 3. & in deciſ. 57.*

Et hoc procedit ſimiliter de iure canonico, vt hæres vltra vires hęreditarias, etiã in foro contentioſo canonico per nõ confectionem inuentarij infra ſtatuta tempora à iure teneatur, ſecundũ cõmunem opinionẽ Bal. *in d. l. fin. C. de iur. delib.* Ang. & *Alex col. 1. in d. rub. ff de acquir hered.* Ang. *in l. 1. §. hæc ſtipulatio ff. ſi plus quàm per l Fal* & Imol. *in rubr ff. de acquir. hæred.* citatã per Rom. *in auth ſimiliter circa fin. C. ad legẽ Falc.* & per *Alex.* de Neuo *in d. conſ. 98 ſub num. 8.*

Et ſic nõ cõficiẽdo inuentarium ipſe hęres inſolidum teneretur, vt per *Abb. in d c. Rayn. n. 13. & ſeq.* Imol. *in d. l. gerit n. 5.* & Caſſado. *deciſ. 3. n. 3. de teſtam.* quoniã contra eũ pręſumptio foret, quòd hæreditaria bona occupaſſet, *§. ſi quis aũt. auth. de hæred. & Fal.* Affl. *deciſ. 44. col. pen.* & Alciat. *in l. 1. n. 14. ff. de leg. 1.*

Et pręmiſſa, quòd hęres nõ cõficiẽs inuẽtariũ teneatur vltra vires hęreditarias creditorib. ſatisfacere, ampliãtur, vt comprehendant quoq. mulierẽ ſuccedentẽ; Et ſic mulier ipſa tenetur inſolidum quemadmodũ maſculus, ſecundũ *Bart. conſ. 154.* maritus fecit hęredem vxorẽ, *Bald. in l fin. in princip. C. de iur. deliberãd. col. 2.* & *Alex. in l. iuris ignorantiã C. qui admit. ad bõ. poſſ. per. col. pen.* & iſta eſt cõmunis opinio omniũ Scribẽtiũ.

Ampliatur ſimiliter dicta communis, vt hęres etiam vſurarij nõ cõficiens inuentarium inſolidum teneatur in foro contentioſo ad vſuras reſtituendas, pręſertimq. vbicunque fœnerator ipſe pœnitens decederet, vt voluit Hoſtiẽ. *in d c. ſua nos*, Abb. *in c. in literis de rapto.* & Alex. de Neuo *in dicto conſ. 98. ſub nu. 8.* vbi deducit iſtã opinionẽ cõmuniter approbari.

Item ampliatur, vt hęres ipſe ſe immiſcẽs hęreditati ſine inuentario infra tempus legitimum cõfecto, teneatur non ſolùm omnibus creditoribus, ſed legatariis, *auth. ſed cũ teſtator. C. ad leg. Falc.* & in corpore vndè ſumitur, & quod notat gloſ. *in d. l. fin. §. cum igitur hæreditas, in verſ Omnibus, C. de iu. delib.*

Ampliatur etiã mentionata cõmunis, vt hęres ipſe nõ conficiẽs inuentariũ bonorum hæreditariorum, teneatur quoq. vltra vires hęreditarias in legato alimẽtorum alicui facto, & conſequenter huiuſmodi legatum alimẽtorũ, tunc ſoluendũ veniret per hæredẽ vltra vires patrimonij, ſecundũ Iaſ. *in l. fi. §. ſi præfatam C. de iure delib.* & Nattã *conſ. 387. in quæſtione alimentorum n. 9. vol. 2.* contra *Bal. in l. voluntatis col. 2. C. de fideis.* contrarium aſſeuerantem, quòd hæres ipſe non teneatur ad ſolida legata, ſi ageretur de legato alimentorum.

Sed præmiſſa cõmunis opinio, ita & taliter ampliata, limitatur nõ procedere, vbicũq. eccleſia, vel pauperes, vel alia pia cauſa inſtituerẽtur hęredes, & adirent hęreditatẽ abſq. beneficio inuentarij, tunc quippè nõ tenerentur vltra vires hęreditarias, ſecundum *Bar. in l. 1. q. 4. prin. C. de ſacroſ. eccl.* & Cardin. Alban. *ibi in ſuis lucubrationib. n. 9.* qui exprimit iſtam eſſe magis cõmunem opinionẽ, & ſequitur copioſè, & citat etiã Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ in priuileg. 88.* vbi refert quoque Doct. contrariæ ſententię. Viuius.

Hæreditas in codicillis neque adimi, neque dari poteſt, & neque ſimiliter hęredi inſtituto in teſtamento condito adijci poteſt, *§. pen. Inſtit. de codicill. l. 2. § fi. & l. diui Seuerus ff. de iure codicil. & l. hæreditatẽ C. de codic.* Spec *in tit. de iudicio §. 1. ver. ſi verò*, eũ ſimil. & Dilect. *in tract. de art. teſt tit. 10. caut. 8. num. 1. & in tit. 2. caut. 10. nu. 1.* & licet in codicillis ipſis hæreditas neque dari, neque adimi poſſit.

Nihilomin⁹ hoc nõ procederet in codicillis inter filios per patrẽ factis, tunc quippè in codicillis hæreditas directò dari, & nẽ adimi poſſet, vt voluit Bart. *in l. miles in codicillis, ff. de milit. teſtam.* quẽ ſequuntur Fulgoſ. Paul. Caſtr. Alex. & Franc. de Aretio *in auth hoc inter liberos §. ſi quis autẽ, C. de teſta.* Ang. *in l. 2. C. de codicill* Aretin. *in l. cohæredi §. cùm filia, ff. de vulgar ſubſtit.* Iaſ *in l. 1. C. de codicill.* & iſtorũ opin. in puncto iuris defendi poſſe arbitratur idẽ Iaſ. *in l. hac conſultiſſima §. ſi quis autẽ. col. 2. & ſeq. C. de teſtã.* & ſubſtentabiliorẽ, & veriorẽ parte vocat Boer. *deciſ. 241. col. 2* & mag. com. fore affirmat Guliel. de Bened. *in c. Raynutius in verb. Teſtamẽtũ il 3. n. 57. de teſtam.* & ab eadẽ ſententia Bart nõ eſſe recedendũ, eũ nemo ſit, qui ab ea diſcrepet: cũ fauorabilis ſit patris inter liberos diſpoſitio, teſtatur *Iaſ. in l. Lucius nu 11. & 12. ff. de vulg. & pup ſubſt.*

¶ In contraria verò partẽ, videlicet, quod inſtitutio filiorũ in teſtamẽto facta, in codicillis reuocari nequeat, inclinarũt Bald. *in l. inſtitutio, ff de conditionibus inſtitutio. & d. l. hac conſultiſſima, § ex imperfecto*, Salyce. *in d. §. ſi quis autẽ*, Iaſ. *in l. commodo. nu. 9. C. de inoffic. teſta.* Bert. *conſ. 70 diſpoſitio, vol. 1. in nouis, & conſ. 143. nu. 4. & ſeq. vol. 3.* & Ludou. Rom. *conſ. 179.* ampliſſimẽ Doctor *ſub nu. 12.* vbi ſcribit iſtam eſſe commun. opinio. contra Bart. & ſequaces, prout communis eſt, & veriſſima apparet ex ſcriptis infinitorum conſulentium variis in locis, & iuris interpretum in lecturis.

Sed aduerte retenta dicta communi contra Bartol. & alios, quod licèt in codicillis hæreditas dari non poſſit directò, tamen quando datur, quãuis iure directo nõ valeat, nihilomin⁹ trahitur ad fideicõmiſſum, ſec. gloſ. Aret. Fab. port. & alios cõmuniter *in §. penult Inſt. de codicillis*, Odofred. *Bart.* Bald. Paul. de Caſt. Alex. Aret. *Iaſ.* & cæteros cõmuniter *in l. verbis ciuilib. ff. de vulgar. & pupil. ſubſtit.* Bartol. Alber. *in l. Scæuola, ff. ad Treb.* Alex. *in d. authent. hoc inter liberos §. ſi quis autem*, & Dilectum *in d. cautela 10. ſub nu. 1.* & iſta eſt cõmunis opinio, vt per Scriben. *in memoratis locis.*

Alios verò caſus, in quibus hęreditas ipſa codicillis dari, vel adimi poſſit, ponit Dilectus *in d. caut. 10. & in d. caut. 8.*

Et aduerte, quod Trebellianica in codicillis ipſis prohiberi abſque dubio aliquo poſſet, ſec. com. opin. Scribẽtium in iure relatam per Curt. iun. *conſ. 73. ſubtilia proculdubio, & ſucci plena ſunt motiua, num. 26.*

Et aduerte etiã quod codicilli in quibus adimeretur, vel daretur de nouo legatum eſſet ſolennis diſpoſitio, etiam ſi tractaretur de adimendis legatis in ſolenni teſtamento relictis, ſec. gloſ. *in l. fideicommiſſum C. de fideicommiſſ.* communiter ab omnibus approbatam, vt per Alex. *conſ. 131. ſuper themate, & dubiis ſuprascriptis nu. 1. vol. 7.* Viuius.

70 Teſtes duo interuenire debent in confectione inuẽtarij, & ſic requiritur inuentarium confici debere coram duob. teſtibus: ſec. Ang. *in §. extraneis. Inſtit. de hæred. qualit. & differen. col. 1.* Bart. *in l. fi §. cùm igitur, col. 2. C. de iure deliber.* Bald. *conſ. 145. in prin. vol. 4.* Paul. de Caſtr. *conſ. 205.* & *Iaſ. in d. l. fi. verſ. Octauò quæritur.*

Qui quidẽ teſtes debẽt cognoſcere hęredẽ; & requiritur etiã quòd in eorũ pręſentia res oſtẽdãtur: vt per Paul. Caſtr. *in d. conſ. 205. Bar. in d. §. cũ igitur*, Dec. *conſ. 633. col. pen. in fi.* Ang. *in d. l. fi. ſin autem dubius*, & Iaſ. *in ipſa l. fi. verſ. Nonò quæritur.*

Et vltra prædictos duos teſtes adhibitos in inuẽtario pro teſtib. tres alij teſtes bonę opinionis, locupletes, & bona ſtabilia poſſidẽtes, interuenire debẽt in cõfectione inuẽtarij, qui loco abſẽtiũ creditorũ adhibẽtur, & corã iudice poſtmodũ recognoſcãt hęredẽ, & in præſentia eorũ res videãt, atq; deponãt eũdẽ in cũficiendo inuenta. in hoc, nullũ dolũ, ſeu fraudẽ cõmiſiſſe: vt *in auth. ſed cũ teſtator. C. ad leg falcid. cũ gloſ. & ibi* vbi Bart. Iaſ. & omnes alij Scrib. cõmuniter. *C. de iure delib.* Guid. Pap. *deciſ. 371. ſub nu. 8.* Franc. Porcel. *in tract. de confectione inuentarij. c. 2. ſub nu. 7. & ſeq.* Dec. *conſ. 633. n. 15.* Berttan. *cõſ. 123. viſis dubiis ex parte nobilis, & generoſi viri*, Io. *Adhemary, ſub nu 9. vol. 7.* & Dilectus *in tract. de arte teſtan. tit. 11 cautela 8. ſub nu. 9. ver. Septimò adhibentur duo teſtes.*

Et an teſtes iidẽ, & idẽ tabellio ſemper debeant adhiberi ad inuẽtariũ, explicat & cõcludit quod nõ, Monticulus. *in tract.*

de inuentario hæredis, in 7. mēbro, ſeu q. n.24. & ſeq. fol. parn.28.

Et an hæres ſcribere neſciens, ſufficiat in inuentario loco ſubſcriptionis propriæ manus requiſitæ apponere ſignum crucis ſuæ manus? firmat quòd ſic, ex com. opin. Monticulus *in d. tract. de inuentario hæredis*, poſt decimum, & vltimum mēbrū principale, *n.59. & ſeq. fol. par.131. & ſeq.* Vezi. *op.*887.

71 Teſtatur, licèt de iure poſſit remittere hæredi cōfectionem, ſeu neceſſitatem conficiendi inuentarium. *l. fin. C. arbit. tut. & l. cùm tale pactum. §.1.* vbi Bald. & Imol. *ff. de cond. & demonſtr.* Curt. *conſ.29. in regno Hiſpaniæ, circa fin.* cum allegatis per Dec. *conſ.308. viſa, iterum lecta, col. 2.* & Suc. *conſ.51. viſo teſtamento, vol.3.* & copiosè Clarus *in tract. de teſtam. lib. 3. q.66.* vbi ait iſtam eſſe communem opinionem, & declarat illam quomodo procedat. Nihilominus iudex ſi ei viſum fuerit id expedire rerum adminiſtrationi, poteſt tutorem cogere ad confectionem mentionati inuentarij, non obſtante, ſeu attēta remiſſione ipſi tutori facta per teſtatorem in ſuo teſtamento de non conficiendo inuentarium ex *l. vtilitatem*, vbi Bart. *ff. de confir. tut* Ang. *conſil.144. circa fin.* Iaſ. *in l. cùm neceſſitatem. C. de fideic.* Guid. Papæ *deciſ.352. in fin.* Bart. communiter approbatus, & receptus *in l. nemo poteſt, n.12. ff. de leg.1.* vbi poſt alios Crotus *col.19.* idem Bart. *in l. tutor qui repertorium, n.18. ff. de adminiſtr. tutor.* Crauet. *conſ.193. nu. 10. in l. ſi ex legati cauſa n.21. & ſeq. ff. de verb. oblig.* Aret. *conſ.22 col.2.* & Dec. *cōſ.349. n.5.* Ioan. Dilectus *in tract. de arte teſtandi, in rub. de tutor. cap.11.* & Clar. *in d. q.66. in fin.* Viuius *opin.*878.

72 Teſtator prohibens inuentariū fieri, ac confici per hæredem, non propterea talis prohibitio noceret, fieretq. præiudicium creditoribus, quibus quidem non obſtante huiuſmodi prohibitione inſolidum teneretur hæres inuētario nō confecto: quia teſtator ipſe ſuis creditoribus præiudiciū facere nō poteſt. *l. filiuſfamilias. §. Diui. ff. de leg.1.* & iſta eſt com. opin. vt reſoluit Bal. *in l. ſi. §. cùm igitur. C. de iure delib. & in l. ſi. C. arbitrium tutela*, Dec. *conſ.418. n.14.* Caſtr. Alex *n.18.* Crotus *n.30.* & Annib. *n.596.* Iaſ. *in 1. lect. n.51. & ſeq. & in 2. lect. nu. 65* & Ripa, *n.80. & ſeq. in l. nemo poteſt ff. de leg.1.* & Pariſ. *conſ. 21. n.54. vol.2.* & idem Dec. *conſ.653. n.7.* Viuius *opi.*873.

73 Receptior eſt doctorū ſententia, quòd hæres inuentariū nō cōficiēs, teneatur nō ſolū ad integra legata, etiā vltra vires hæreditarias. *auth. ſed cū teſtator. C. ad l. fal.* ſed etiam Trebellianica priuetur, vt tenuit Pau. Ca. *in conſ.445. circa primū. lib.1.* vbi refert ſe ita ſæpius cōſuluiſſe. Idē atteſtatur Roſellus, qui ſua ipſi⁹ ſubſcriptione dictū cōſiliū approbauit. Hāc etiā magis com. eſſe voluit Cor. *in conſ.303. in 5. dub. lib.1. conſ. 22. lib.2. & conſ.163. in 3. dub. lib.3.* Dec. *cōſ.480. verſ. Poſtremò in caſu iſto. & 495.* Cur. iu. *in conſ.54.* Soc. *in rub. ff. ad Treb. in fi. & in l. Martellus. §. quod autē. eo. tit.* Capr. *cō.7. in fin.* idem voluit Guid. Papa in extraneo, ſecus in filiis, vt *in q.53.* Iaſ. verò contrariū tenuit, *in cōſ.114.* & Aym. Crau. qui poſtquā retulit plures doctores hoc in articulo ſibi ipſis cōtrarios, tandē cōcludit, quòd ob nō inuētarij cōfectionē Trebellianica nō amittatur, vt videre licet apud eū *in cōſ.17. in 1. part.* F. Turza. & E. Suarez.

74 Filius grauatus nō cōficiēs inuētariū, Trebellianicam perdit. Eſt magis com. opi. ſecund. Deci. *conſ.236. nō parua. & cōſ.480. in caſu.* Soc. iun. *in cōſ.132. ad corroborationem. vol.1.* M. Chær.

75 Inuentario nō confecto per filium etiam primi gradus, vel doloſè confecto Trebellianica amittitur, iuxta communem per Burſ. *conſ.55. n.36. lib.1.* Bonac.

76 Inuētariū tenetur facere hæres rogatus de reſtituendo, aliàs perdit Trebellianicā, Cor. *conſ.168. vol.3.* Io. Durand. *in arte teſtan. tit.5. caut.37.* com. dicūt: ſed Alex. *cōſ.67. vol.4.* dicit com. cōtraria. Sed Dec. *cōſ.480.* dicit magis com. primā, etiā in filiis hæredibus, *n.16.* Concor. cum prima *l.10. tit.6. part.6.*

Fallit in legitima, quia etſi non conficiat inuentarium, nihilominus poteſt detrahere legitimam. Calc. *conſ.36.* Ioan. Dur. *in art. teſt. tit.11. can.8.* & Guid. *dec.54.* com. dicūt. B. Vill.

Nota quòd tēpus cōficiēdi inuētariū currit à tēpore aditæ hæreditatis. Dec. *conſ.633.* Rom. *conſ.84.* Ioan. Dur. *in art. teſt. tit.11. can.8.* & Bello. *conſ.68.* communem dicunt. Et poſt aditam hæreditatē debet incipere, & finire intra ſexaginta dies.

Nota ſecundò, quòd teſtator nō poteſt remittere vſufructuario inuētarium, nec cautiones præſtādas in vſufr. Bello. *cōſ.54. n.2.* cū. d. ex Soc. *cōſ.131.* & Bart. *l. nemo poteſt. de leg.1.* Idē.

Additio. Inuentarium hæres de iure antiquo nō conficiebat, & vltra vires hęreditarias de legata non tenebatur, niſi quatenus ei viſum eſſet. hodie per ius auth. indictū eſt, quod ſi integra legata euadere voluerit, ſi hæreditas ſuffectura nō eſſet quòd debeat cōficere inuētariū, aliàs tenetur ad omnia legata. & hanc com. d. Ang. *tract. de inuētario. n.2.* Sed an ſit verum indiſtincte & de aliis queſt. in materia inuentarij per eundem *in d. tract.* & Franc. Porcel. ſimiliter *in eo tract. per totum*, & Gui. Pa. *tract. de forma inuentarij per totum.* Io. Fich.

77 Inuentariū cōficiens nō dicitur adire hęreditatē, ſecundum communem per Rol. *de inuent. 3 par. q.3.* Bonac.

78 Inuentariū qui cōfecit hæres, ſi nō ſit pecunia in hęreditate, cōpellere poteſt creditores hæreditarios vel legatarios ad accipiēdū res hæreditarias in ſolutū, ſecūdū commun. per doct. *in l. ſi. §. etſi præfatā.* per illū text. *C. de iur. delib.* & ſic aliud pro alio ſolui poteſt, cōtra not. *in l.2. ff. ſi cert. pet.* ſecus ſi eſſet pecunia in hæreditate. *l. ſi pecunia. ff. de leg.2.* quā concl. declara, vt per Rol. *de inuentar. 4. par. q.23.* Bald. *d. §. & ſi præfatam. col.2. v. quæro.* vbi inſtruit hæredem quòd dicat creditoribus, vēdite vos, & ego conſentiā, proteſtans quòd nolo teneri de euictione. Quod dictū ampliatur procedere, etiā ſi creditum eſſet ex cauſa dotis. ex not. per Rol. *vbi ſuprà* quod not. Quā concl. declara vt per eundē *d. tract. 4 part. q.24.* vbi an ſit dare caſum in quo hæres cū beneficio inuētarij cogi poſſit ſoluere in pecunia: Dic vt per eū *ibi, & q. ſeq.* vbi an ſi pro prędicta ſolutione faciēda, vēdātur bona hæreditaria, requiratur ſubhaſtatio, vel alia ſolennitas? Et cōcludit quòd nō, ex iurib. per eū alleg. hīc ad prædictas cōcl. vide Rol. *vbi ſuprà. q.26.* Bellac.

79 Inuētariū ſi fiat de rebus abſentibus, tunc ſi ſubſcriptio fiat per procuratorē valet, ſecus ſi fiat inuētariū per ipſū hæredē, quia tūc nō poteſt ſubſcribi per procuratorē, ſed per aliū notariū, ſecūd. com. per Rol. *de inuent. 3. par. q. 49.* Iaſ. *in l. fin. in prin. col.4. verſ. ſextò requiritur. C. de iur. delib.* Bonac.

80 Inuētariū nō ſolū prodeſt aduerſus obligationes merè hæreditarias, ſed & aduerſus mixtas à propria hæredis promiſſione ortas, iūcta hæreditaria aditione, ſine qua alioquin eū effectu nō gigneretur. commune ait Iaſ. *in l. quæ dotis, nu. 52. ff. ſol mat.* E. Suarez.

81 Inuētarium in quo vnam, duáſve res hæres per dolū non ſcripſit, nihilominus valet, quàm ſi bona fide fieret, vt frequenter placitum inquit Iaſ. *in l. fin. §. in computatione. §. licentia. n.4. C. de iure delib.* E. Suarez.

82 Inuentarium conficiens hæres, ſi ſoluit ſcienter alicui legatū integrū abſq. detractione falcidiæ, hodie ſibi præiudicat in cæteris legatis, ſecūdū com. per Rol. *de inuentar. 4. par. q.7.* quam limita vt per eum ibi *n.2. & 3.* Idem.

83 Inuentariū neceſſariū eſt de iure canonico in ſoro contētioſo, cū in eo ſeruētur iura, quæ de inuētario loquūtur, cū ius canonicū in hoc non contradicat iuri ciuili: quod vtique certum eſt, vt *in cap. Raynaldus.* vbi Abb. *col.3. ver. item nota ex hoc tex. de teſta.* quod ius canonicū in foro cōtentioſo approbat diſpoſitionē iuris ciuilis, quæ vult, quòd hæres nō conficiēs inuētariū teneatur creditorib. vltra vires hęreditarias. & hanc communem dicit Roland. *de inuent. par. vltim. quaeſt.35.* Idem.

84 Inuētarij faciēdi tēpus ab adita hæred. incipit, atque ab eius aditione infra 30. dies numeratur, & intra 30. dies finem facit. cō. aiunt Rom. *conſ.84.* Dec. *conſ 633.* Bellō. *cōſ.68.* E. Sua.

85 Inuentarium intra 30. dies, computandos à die aditę hæreditatis, confici debet. Eſt magis communis opin. ſecundum Dec. *conſ.633. conſulitis n.2.* M. Chær.

86 Inuētariū inchoari debet intra 30. dies, à die aditæ hæreditatis, ſec. com. per Rol. *de inuent. 3. part. q.4* & dic, quòd inuētariū incœptū intra mēſē à die aditæ hæreditatis, intra alios duos mēſes perfici debet, & ſic datur tres menſes ad inchoādū & perficiēdū inuētariū, iux. Rol. *d. tra. 3. par. q.6.* Quid ſi hæres inuētariū nō inchoauit intra 30. dies, incœpit tamen & perfecit poſtea intra alios 60. dies, & ſic intra tres mēſes, an habeat beneficiū? *l. ſi. C. de iur. delib.* & dic quod ſic. ſecun. Rol. *d. tract. 3 par. q.7.* Suprаſcripta procedūt, quādo tota hæreditas vel maior pars eſt in loco domicilij hæredis, ſed quid ſi hæreditas, vel maior pars ſit alibi, quàm in domicilio hęredis? & dic, quod datur annus ad cōficiendum inuētarium, ex not. per eundem *d. 3. par. q.9.* Bellac.

87 Inuentarij conficiendi tempus non incipit currere niſi à die aditę hęreditatis, ſecund. comm. per Rol. *de inuentar. 3. part quaeſt. 2. verſ. quid dicendum.* Limita non procedere quādo hęres malitioſè differret adire hęreditatem, quia tunc incipit currere ante aditam hęreditatem. Rol. *vbi ſuprà num.*

6. Quid quando hæres petit tempus ad deliberandũ, vtrũ tempus ad conficiendum inuentarium currat, durante dicto tempore dato ad deliberãdum, vel poſt tempus deliberationis finitum? dic quòd ſi terminus eſt petitus ad deliberandum, debet confici inuentarium intra illud tempus datum ad deliberandum, vel ſaltem interim currat tempus ad inuentarij confectionem: ſed quando nõ eſt petitus terminus ad deliberandum, tempus ad inuentarij confectionem currit à die aditę hæreditatis. ſecundum communem per Rol. d. 3. part. qu. 12. declara tamen vt per eundem d. tract. 4 part. quaſt. 2. vbi de hęrede qui petiit tempus ad deliberandum, an priuetur commodo inuentarij? diſtingue vt per eum ibi. Idem.

88 Tempus faciendi inuentarium, currit à tempore aditæ hęreditatis. Dec. conſ. 633. Rom. conſ. 84. aliàs 304. Dur. in arte teſtam. tit. 11. can. 8. Iaſ. in l. ſcimus. C. de iure delib. nu. 7. Bell. conſil. 68. communem dicit, & poſt aditam hęreditatem debet incipere intra 30. dies, & finire intra 60. B. Villal. & Vezinus.

Additio. Dictique 30. dies continui ſunt, ac à die ſcientiæ delationis hęreditatis incipiunt, & ſimiliter alij 60. continui, à die hęreditatis aditę incip. & ita de communi teſtatur Bero. quaſt. 62. an tempus? & qu. ſeq. & refert M. Ant. Bard. tract. de temp. vti. & contin. in cap. 3. ſub nu. 7.

89 Tempus datum à Pretore, non poteſt abbreuiari ad finẽ excluſionis, ita nec tempus datum ad adeundum, de iure ciuili, Curt. iun. conſ. 108. n. 37. com. dicit. B. Villal. & Vezinus.

90 Iudex tamen poteſt abbreuiare tempus ad adeundam hęreditatem, ne legatarij diu expectent. Alex. conſ. 4. vol. 2. & idem Alex. & Iaſ. in rub. de ſucc. edicto. C. comm. dicit. Idem.

91 Inuẽtarij cõficiẽdi tẽpus nõ currit fideicõmiſſario, ante reſtitutã hęreditatẽ re vel verbo, ſecundũ cõmunẽ per Rol. d. tract. de inuent. qu. 2. 3. part. n. 3. pro qua vide Ro. conſ. 84. Idẽ.

92 Inuentarij cõfectionis pendente termino, nõ poteſt cõtra hęredem fieri executio ſententię latę contra defunctum, ſecundum cõmunem per Rol. d. 4. part. quaſt. 9. n. 3. quã limita, vt per eũ, ibi nu. 4. & ſeq. quẽ vide & quaſt. 14. Et quòd executio inſtrumentorũ nõ poſſit fieri contra hęredẽ, qui cõfecit inuentarium, not. idem d. tract. 4. part. quaſt. 41. n. 15. Bellac.

93 Inuentarium ac librum rationum ſi quis nõ cõfecerit, cùm ſit dolus in omittendo, & dolus pręſumptus, non poſſe deferri iuramentum in litem. Iaſ. conſulendo ſcribit in conſ. 174. n. 3 ver. tertiò principaliter facit, in 2. vol. conſ. Sed quod deferri poſſit, eſt cõmunis opin. licet dolus in omittẽdo & pręſumptus fuerit, quia poteſt & debet nihilominus deferri tale iuramentũ. Et hanc cõmunem Doct. ſententiã eſſe poſt alios refert Ioan. Bapt. Plot. in rep. l. ſi quando. §. 4. inci. primò itaque. n. 85. verſ. & hac eſt vera & cõmunis opi. C. vnde vi. Kirchouius.

94 Inuentario non confecto, nec negabitur, nec attondebitur legitima filiorum portio, vt frequenter placitum aitio contrarium ipſe meritiſſimo abiens, Vigl. in §. extraneis, n. 6. Inſtitu. de her. qualit. & differ. vt nec quiuis alius hæres ad legata vltra ipſius hęreditatis vires generaliter tenebitur, commune cum Alex. ponit Fran. Turz. opin. 95. E. Suarez.

95 Inuentarij exceptionẽ ita opponi poſſe poſt ſententiã: ſicut & illa, ne quis conueniatur niſi in quantũ facere poterit, ſcribit Rol. de inuent. par. vlt. quaſt. 22. n. 3. vbi dicit cõmunem. quã limita tribus modis, vt per eũ d. quaſt. n. 6. & ſeq. Bonac.

96 Exceptio oppoſita per hæredem conuentũ inuentarij non confecti, impedit litem conteſtari. l. ſi. C. de iure delib. & ibi Bart. qui ait exceptionẽ hanc, quã hęres habet intra tẽpus cõficiendi inuentariũ, impedire litis ingreſſum: cùm etiã hęc exceptio impediat ſententię executione, & quotidie practicatur, quod inſtrumenta non exequuntur contra hæredes exiſtentes intra tempus cõficiendi inuẽtarium. Et huiuſmodi opinionẽ ſequuntur Paul. de Caſtr. Alex. Iaſ. Corn. ceterique cõmoniter in d. §. donec. per illum text. Alex. in l. vir bonus. in addi. ad Bart. ff. iud. ſol. Ang. in §. equè. Inſtit. de actio. verſ. 11. & Philip. franc. in cap. 1 fallen. 19. de lit. conteſt. Interpretatur primò, & reſtringitur iſta communis non procedere in hærede cõuento, vt reſtituat vſuras, ſi quando defunctus iuſſit eas reſtitui, vel cauit ſecundũ formam. cap. quamuis. de vſuris, lib. 6. tunc. n. propter animę periculũ (quę cũctis rebus eſt præferẽda) nõ debet differri. l. ſancimus. C. de ſacroſ. eccleſ. cap. cum infirmitas, de pœn. & remiſſ. Hoc etiam quia animę detrimentũ inferretur illo medio tẽpore, quod poſtea nõ tolleretur. l. 2. ff. de app. recip. cum ſit dãnũ irreparabile, meritò diſcedimus à regulis iuris communis. d. l. 2. & l. tutor qui repertoriũ. ff. de admi. tut. Diſpoſitio verò præcedens procedit, quãdo omnia ſalua remanent, ita tenẽt Richar. Alberic. Cyn. Rayne. aal. Angel. Fulgo. Paul. de Caſtr. Alex. Cor. Iacob. de ſancto Georg. Iaſ. cæteriq; cõmuniter in allegato §. donec. Limitatur ſecundò precedens cõmunis, nõ habere locũ, quando cõueniretur hęres pro legatis piis nõ requirentibus dilationẽ, putà alimẽtorũ pauperũ, qui interim necãtur fame. ita limitat Angel. in l. j. §. hac ſtipulatio. ff. ſi cui plus quam. per l. Falcid. quẽ ſequitur Imol. ibi, & Alex. Corn. & Iacob. in preallegato §. donec. Tertiò coarctatur dicta cõmunis nõ procedere, vbicunque cõuenitur hæres rei vendicatione: tunc. n. cõuenitur, vt quilibet poſſeſſor, nõ vt hęres. l. de eo. §. pen. in fi. ff. ad exhib. quod voluit Odofre. Guli. de Cu. Nicolaus de Matare. Bal. Saly. Paul. de Caſtr. Ange. Alex. Corn. Iac. de ſancto Georg. in d. §. donec. quãuis ibi Cyn. ſenſerit cõtrariũ, ob id, quod diſpoſitio illius text. generaliter debet procedere, cũ generaliter loquatur, dũ etiã in eo loquitur de hypothecaria, quæ eſt actio in rẽ, daturq; cõtra quẽlibet poſſeſſorẽ l. eos. C. qui potio. in pignore habeantur. & iſtã opin. Cyn. ſimpliciter refert Albert. in d. §. donec. tamẽ Alex. Corn. & Iac. ibi præcedentẽ limitationẽ aiunt eſſe veriorẽ, & cõmuniorẽ, cũ in tex. dicatur, creditoribus hęreditariis, ex quo qui nõ ſunt creditores hęreditarij nõ cõprehendũtur. idẽ etiã voluit Angel. Imol. in d. §. hac ſtipulatio. Vnde hæres rei vendicatione cõuentus, nõ poſſet obiicere pẽdentiã inuentarij. Limitatur prædicta comunis vltèrius non procedere, quotieſcũq; petitur aliquid ab hęrede pro impenſa funeris, tũc proculdubio nõ poſſet opponere de inuẽtario: ita tenẽt & cõcludũt Ang. Alex. Corn. Iacob. de ſancto Georg. in d. §. hac ſtipulatio. Adde præmiſſis, ꝙ ex huiuſmodi exceptionibus impedientib. litis ingreſſũ cumulauit 30. Martinus de Fan in tract. de exceptio. Alex. in l. vir bonus. in addi. ad Bart. ff. iud. ſol. Angel. verò Aretin. in §. æquè. Inſtit. de exceptio. retulit 40. Maria. Soc. poſuit 33. in c. j. de litis conteſta. in 6. Philipp. Francus in d. c. j. & ſeq. poſuit per viam fallentiarum 43. F. Viuius opin. 257.

97 Creditores hęreditarij, aut legatarij non poſſunt hęredẽ conuenire, pendẽte termino ad cõfectionẽ inuentarij: & ſi cõueniatur, poterit opponere eã exceptionẽ quod ſit intra tempus conficiendi inuentariũ: quæ exceptio proceſſui opponitor, & impedit litis cõteſtationẽ. l. ſcimus. § licẽtia. & ibi doct. & Iaſ. C. de iure delibe. & inquit ibi Bar. quẽ ibi ſequitur Iaſo. quod executio inſtrumẽti nõ põt fieri contra hæredẽ, donec pendet tẽpus ad inuentariũ cõficiendũ, niſi ex tali dilatione tẽporis poſſet inferri remediũ irreparabile. Paul. Caſt, ibi: poterit tamen ipſe hęres pendente termino debitores hęreditarios ad ſibi ſoluendum conuenire, licet tamen ipſe conueniri non poſſit. Paul. Caſtr. in eo. §. donec. Nicol. Boër. deciſ. 53. & deciſ 10. Si tamen fuerit vocatus ad reſumẽdũ proceſſũ inchoatũ per ſuum prędeceſſorẽ, tenebitur defendere, & non poterit talem exceptionẽ opponere. Boër. ea. dec. 53. Viuius.

98 Inuentarium probat contra tutorem. d. l. ſi. C. arb. tu. Barb. in 2. vol. conſ. 59. in 17. col Dec. conſ 60. in 2. col.

Et res poſitę in inuentario pręſumuntur extare, niſi probentur conſumptę. Alex. in j. vol. conſ. 45. vbi ponit quomodo probentur conſumptæ. Vezin.

99 Hæres nõ tenetur probare alia bona nõ extare, quã deſcripta in inuẽtario. Sed hoc probare debet, qui cõtrariũ allegat. Pau. de Caſt in 2. vol. conſ. 211. Lud. Ro. conſ. 276. in fi. Idem.

100 Cõtra inuentarium hęredis, admittitur probatio in cõtrarium, l. ſi. §. licentia. C. de iur. delib. quod ſecus eſt in inuẽtario tutoris, ſecundum communem per Rol. de inuent. 3. par. q. 66. nu. 7. & plures differentias de inuentario tutoris vel hęredis, vide per eundem d. tract. 4. part. quaſt. 47. Bonac.

101 Onus probãdi incũbit aſſerẽti eſſe alia bona in hæreditate, præter deſcripta in inuẽtario, nõ autẽ negãti: etiã ꝙ inuẽtariũ nõ eſſet cõfectum, ſec. com. per Aurſ. conſ. 123. nu. 2. lib. 1.

102 In inuẽtario ſi quis nõ ponat ea quę poſtea ad ipſi⁹ hæredis notitiã deuenerũt, an perdat per hoc ipſius inuẽtarij beneficiũ? & dic ꝙ nõ, niſi circa illã rẽ, ſec. Rol. de inuẽt. 3. par. q 65. quẽ vide in d. tract. 4. par q. 8. vbi plenè diſputat, & tandẽ cõcludit quod puniteus hęres celãs rẽ hęreditariã circa eandẽ rẽ, vt teneatur in duplũ, nõ tamen per hoc irritatur. Bellacomb.

103 Hęres vnuſquiſque in ſolidum tenetur adimplere factũ indiuiduum, ad quod tenebatur teſtator, ac vno adimplente, eſt ſatisfactum, & alij non incidunt in pœnam, Alcia. in l. 3 §. Cato. nu. 41. ff. de verbor. obliga. com. dicit. Vezinus.

104 Hæreditate aut priuatur nepos ex parricidio commiſſo à patre.

à patre. Boer. *dec.* 21 *nu.* 8. com. dicit. Vezinus.

105 Hæreditate nõ adita, ſi minor moriatur, ſuccurretur eius hæredi reſtitutione. Pau. de Caſt. *in l. ſi infantis. C. de iur. de liber.* quem refert Duran. *de arte teſtan. tit.* 11. *caut.* 1. com. dicit. Vezinus.

106 Hæreditate non adita, ſi hæres ſcriptus moriatur, ſi in teſtamento ſit clauſula codicillaris, hæredes eius petunt hæreditatem ex fideicõmiſſo, & non eſt neceſſaria reſtitutio. Alex. *in l. cum filio. ff. de leg.* 1. Duran. *ibi* com. dicit. Vezinus.

107 Hæreditatis aditio eſt animi. Corn. *conſ.* 312. *vol.* 4. Dur. ibi com. dicit, ſed non probatur niſi per actum. Nic. *de concor. glo. concor.* 92. com. dicit. Vezin.

108 Legitima non minuitur per legata ad pias cauſas. Alex. *in 4 vol. conſi.* 18. Iaſ. *in l. ſi vnus in* 2. *&* 3. *col. C. de teſtam.* Alex. *in* 5. *vol. conſ.* 45 *in* 4. *dubio.* Cur. *in* 4. *vol. conſ* 148. Benea. *in conſil.* 19. Calder. *in tit de teſta conſ* 33. *aliàs* 361. Vezinus.

109 Per omiſſionem inuentarij, filius legitimam non amittit. Eſt magis com. opin. ſec. Alex. *in conſil.* 139. *eleganter circa prin. vol.* 1. Idem.

De repudianda, & abſtinenda hæreditate.

TITVLVS XX.

HÆres ſuus, etſi repudiaret hæreditatem, poteſt re integra reuocare repudiationem, etſi habeat cohæredem extraneum. Iaſ. *in l pupillorum. C. de repud. & abſtin. hæreditat. n.* 2. com. dicit. B. Villalob.

2 Filiofam. inſtituto repudiante hæreditatem, poteſt pater eam acceptare, etiam ſi tali filio eſſet datus ſubſtitutus: hanc eſſe communem opinionem teſtatur Baptiſt. a Villal. *concluſ.* 120. *in litera F.* vbi limitat. Don. à Pina.

3 Adeũdæ hæreditatis facultas ius cẽſetur, cõmuneq; ait Aret. *in l.* 3 *ff. de acq. hær.* affirmans ibi. Iaſ. *n* 10. & idẽ Iaſ. *in l. cũ filiof. n.* 110 *ff. de leg.* 1. *in l. licet. C. de iur. deli.* Dec. *n.* 3. poſt alios *in l.* 3. *C. de inſtit. & ſubſtit.* & ſi Com. Arimin. & alij ad *l pretia rerum, ff. ad leg. Falc.* non leuiter ea in re hallucinetur. E. Suarez.

4 Aditio hæreditatis, cùm animi ſit, ex ſola voluntate reſultat, licet per alios actus exteriores declarata nõ fuerit. Ita cõmuniter tenetur. vide Phil. Cor. *conſ.* 312. *n.* 5. *vol.* 3. quem refert & ſequitur Io. Dilec. *in art. ſeſſ. tit.* 11. *can.* 6. dicẽs, q ea in re nõ reſpicimus veritatem, ſed animi opinionẽ ſequimur. B. Vill.

5 Filius poſſidens res paternas, aut domũ paternã inhabitãs poſt patris mortẽ, præſumitur eius hæreditatẽ adiuiſſe vt hæres, niſi probet quòd ex alia cauſa eius res poſſideat, *l. ſi quis mihi bona. § iuſſum. ff. de acq. hæred.* Iaſ. *in l.* 1. *C. de repud. hæred.* Bellac.

6 Filia quæ renũciauit ſucceſſioni paternæ aut maternæ, excludetur à ſucceſſione patris aut matris cui renunciauit, ita vt ab inteſtato ſuccedere nõ poſſit. Guid. Pap. *dec.* 295. quod procedit quãdo perſona ſupereſt quæ ex præſumpta mẽte patris vel matris teſtãtis excludat renũciantẽ: aliàs non excludetur illa filia renũtians. Dec. *conſ.* 553. Bald. *conſ.* 372. *lib.* 3. Boër. *dec.* 304. *n.* 21. Alex. *cõſ.* 29. *vol.* 3. aliàs noceret filiæ talis renũtiatio. Alex. *d. conſ.* 29. *vol.* 3. poterit tamẽ filia renũcians à patre vel à matre hæres inſtitui, & tũc ſuccedet ex teſtã. Ben. *in c. Raynutius. verbo, duas habens. n.* 288. pater. n. faciendo eã hæredem, cẽſetur iuramento remiſiſſe. Guid. Pap. *dec.* 599. verùm ea filia à petitione ſuæ legitimæ nõ excludetur per eam quittantiam. Steph. Ber. *conſ.* 63. *n.* 6. 1. *vol.* Contrarium tamen quòd ſcilicet legitimæ renuntiaſſe dicatur, & ab ea nõ ſecus quã ab alia bonorũ parte excludatur, voluit Soc. *conſ.* 50. *nu.* 11. *vol.* 2. & communiter dicit Iaſ. *in l. ſi quando. §. fi. C. de inoſ. teſta. & conſ.* 207. *vol.* 2. Dec. *conſ.* 18. vide Tiraq. *in præfat. l. ſi vnquam n.* 144. *C. de reuocand. donat.* Bellac.

7 Hærede non adeunte hæreditatem, omnia iura teſtamẽti pereunt: & ſic, ſi nemo hæreditatem ipſam adierit, nihil valet ex his, quæ in teſtamento ſcripta ſunt, *l. ſi nemo. la prima, ff. de teſta. tute. l. eam quam C. de fideic. & l ſi nemo ſubiit, ff. de reg. iu.* & notat Roma. *conſ.* 428. Dec. *in d l. ſi nemo,* & in terminis Alex. *conſ.* 198. *viſo proceſſu. col. fi. vol.* 7.

Fallit hoc principaliter in filiofa. etiã infante, qui abſque aliquo dubio tranſmittit hæreditatem patris, non agnitã ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis, *l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit.* & iſta eſt communis opinio, vt apparet ex relatis per Decium *conſ.* 331. *pro reſolutione col.* 5. *conſ.* 245. *& conſ.* 250. *in antiqua,* & Iaſ. *conſ.* 130. *magnificus col.* 3. *vol.* 1.

8 Sed imò pupillus, ſeu infans moriẽs hæreditate nõ adita, trãſmittit ad hæredem ſuum beneficium reſtitutionis in integrũ aduerſus omiſſam hæreditatẽ, & per cõſequens hæredes eius poſſunt petere reſtitutionem in integrũ, ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa, &c. aduerſus hæreditatem nõ aditã a minore, vt tenet *Bat. in l. ſi infantis. col fin. C. de iure delib.* & alij multi, quos referũt Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. ibi dicentes iſtã eſſe cõmunem opinionem, prout etiam atteſtatur. Soc. *conſ.* 9. *col.* 7. *vol.* 1. & latè plures citãs Guil. Ben. *in c Ray. n.* 179. *de teſta.* Cor. *conſ.* 312 *in fi.* Rom. *conſ.* 58. *viſu narratu,* & Rimio. *conſ.* 20. *n.* 15. *& conſ.* 120. *nu.* 3. Bald. verò *conſ.* 226. *quæſt.* 1. *col.* 2. arbitratur quæſtionẽ iſta eſſe difficile, & *cõſ* 213. *caſus talis, li.* 3. habet pro abſurda ratione minoris ætatis dari reſtitutionẽ in integrũ, & Soc. *conſ.* 216. nõ poteſt negari *col.* 5. aſſerit, in iſta quæſtione eſſe locũ gratificationi, & per authoritatem eorũ, qui ſunt in cõtraria ſẽtẽtia, & ob validiſſimas quoq. rationes, quib' reſpõderi nequit, indigere Cæſarea deciſione.

Nihilominus Doct. cõmuniter tenent, quòd competat reſtitutio in integrum etiam hæredibus infantis, vt per Cor. *conſ.* 87. *circa primum,* & latè ſuprà deduximus, & ab iſta communi ſatmum eſſet recedere in actu practico.

Hiſque accedit cõgruẽter hic, quòd infans non poteſt adire hæreditatẽ ex ſemetipſo, ſed pater pro eo, aut tutor, ſecũdum Bar. *in d. l. ſi infantis,* & omnes doct. cõmuniter *in l. bonorum. C. qui adm.* & itam ſcribit eſſe communem *Bello. conſ.* 24. *n.* 16.

Interpretatur quoq; prædicta regula nõ procedere in legatis ad pias cauſas, vt not. Bar. *in l.* 1. *col. pen. C. de ſacroſ eccle.* Sed cõtra Bar. ipſũ audacter aſſeuerat eſſe com. op. Canon. & Legiſt. Alex. *conſ.* 354. *ſtantis. nu.* 17. *vol.* 2. Iaſ *in d l eam quã. col.* 2. *& in d. l.* 1. *in* 1. *lect. col.* 6. *& in* 2. *lect. col. fi.* & Quintilianus Madoſius cumulatiſſimè in additio. Lapi *in alleg.* 91. *in litera I.* quod imò relicta ad pias cauſas, nõ debeantur hæreditate nõ adita: ſed iſtã cõmunem non auſus eſt firmare Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio* 33. vbi congerit Doct. prope innumeros remiſſiue. Opinionem verò Bar. ſequitur Dec. *in d. l. ſi nemo,* & Lapus *in d allegatione* 19. *ſub nu.* 4. *& ſeq.* vbi expreſsè fatetur, ſententia Bar. ſeruari in practica, & eſſe magis æquã, & alios cõplures eiuſdem ſententiæ refert Quintilia. Madoſius *in add.* Lapi, *vbi ſuprà in litera I.* vbi eã, tanquã fauorabiliorem, & æquiorem ſequitur, & ait vidiſſe ſeruari in facto.

Et bis accedit ſimiliter, quòd hæreditas poſtquam eſt adita per hæredem, non dicitur amplius hæreditas: ſecundum communem opinionem Doctorum, quam citat, & ſequitur Iaſ. *in l. poſſeſſio appellatio. §. veteres. n.* 18. *ff de acq. poſſeſſ.*

¶ Fallit etiam præfata cõcluſio in viginti aliis caſibus, quos ponit Barbatius *in rub. extra, de teſta. col.* 58. *verſ. Nunc ad vltimam quæſtionem.* Viuius.

9 Renunciatio facta à filio, vel à filia in manibus patris, aut matris, tam de bonis patris adhuc viuẽtis, quàm de bonis matris iã defunctæ, & quæ bona iã fuerãt filiis quæſita tẽpore illius renũciationis, poterit reſcindi reſpectu bonorũ maternorum, & non quo ad bona paterna: & hoc quia ea filia in bonis paternis tẽpore illius renunciationis nullum ius habebat. *l.* 1. *§. ſi impuberis. ff. de colla bono.* Quæ iuri quærendo potuit ea filia renuntiare, etiam, ſine ſolennitate. in repudiatione. n. & renunciatione iuris quærẽdi, ſolẽnitates nõ ſunt requiſitæ. *l. fi. §. fi. de rep. here.* facit *lex aut Prætor. §. ſed ſi hæreditatem. ff. de min.* vbi minori in iure iã quæſito ſuccurritur, ſed nõ in lucro captãdo. Facit, quia vbi vitiatur alienatio, nõ tamẽ vitiatur repudiatio iuris quærendi. *l. quæ autẽ. ff. de his quæ in fraudẽ creditor.* & Rub. Alex. *conſ.* 18. *n.* 6. & cùm in bonis maternis iã ea filia ius habebat, & quod illi iã erat quæſitũ: quare nõ debet tenere talis renunciatio, & hac læſione probata. Alex. *in eo conſ. n.* 7. 8 *&* 9. niſi tamen in ea renũciatione facta de bonis paternis nondũ quæſitis, dolus, metus, & læſio enormiſſima interueniſſet: quo caſu metu probato, aut dolo, aut læſione, reſcindi poſſet ea renunciatio, vt ibi per Rubeum Alexan. Bellac.

10 Filius vel filia renũtiãs, & quitãs ſucceſſioni paternæ vel maternæ, ſi demũ in teſtamẽto illi' cui renũciauit prætereatur nõ poterit demũ dicere teſtamẽtũ nullum. Guid. Pap *dec.* 598. Ben. *in verbo, duas habẽs. n.* 261 *in repe. c. Rayn.* neq; enim pater tenebatur de ea mentionẽ facere, poſtquã ſuæ ſucceſſioni renuntiauerat, ac ſi fuiſſet mortua. Bar. *in l* 1. *§. qui habebat. ff. de bon. poſſ. cõtra tab.* ſed & neq. filij ex ea poterũt conqueri contra tale teſtamentum ipſa viuente. Guid, Pap. *ibi.* Idem.

11 Hæreditate paterna repudiata, cæteris filiis debetur hæreditas æqualiter. Couarru. *in Epito. de ſucceſſio. ab inteſt. conſ.* 9. communem dicit. Vezin.

13 Filia quæ quitauit, facit partẽ & numerũ liberorũ, licet ad partem aliquã nõ debeat admitti: & ea pars hæredi patris cui renunciauit, cedit, & venit in lucrũ hæredis patris aut matris, cui facta erat ea renunciatio. Guid. Pap. *dec.* 599. & hanc opinionẽ magis cõmunẽ eſſe, & iuxta eã fuiſſe iudicatũ, aſſerit ipſe Guid. Pap. *dec.* 295. & Boër. *dec.* 104. & idẽ de filia à ſucceſſione excluſa per ſtatutum aſſerit Corn. *conſ.* 190. *n.* 7. 1. *vol.*

14 Per renunciationẽ ſucceſſionis paternæ, filia nõ excluditur, quin petat quod pater perdidit per tranſitũ ad ſecũda vota iure ita diſponente: quod ius petẽdi id quod pater perdidit per tranſitũ ad ſecunda vota, defertur liberis primi matrimonij. *l. fœmina. C. de ſecun. nup.* Guil. Ben. *in rep. c. Raynutius. verbo, duas n.* 288. & Dec. *conſ.* 346. *& conſ.* 206. Bellac. nu. 8.

15 Renunciatio filiæ, viuo patre defunctæ, nepotibus indiſtinctè non præiudicat. eſt com. opin. teſte Dec. *in conſ.* 181. ſatis nota. M. Chætian.

16 Renunciatio facta per diuidentes de omni iure, quod habent, vel habere ſperant inuicem in bonis alterius in partem obuenientis, non includit fideicommiſſum futurum inter ignorantes.

Ampliatur & limitatur per Soc. *in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig. nu.* 1at.

17 *L. ſi vnquam. C. de reuoc. dona.* non habet locum in renũciatione facta per filiam in manibus ſui patris pro ſua dote, nec filij demum ſuſcepti poterunt venire contra talem renũciationem, quando filij veniunt vt hæredes matris, quæ renunciauit. Alex. *conſ.* 29. *nu.* 10. *in* 3. *vol.* Idem.

18 Mulier, licet proprio pacto etiã iurato, repellatur à ſucceſſione patris: tamẽ filius, & etiã hæres eius ſi ex propria perſona veniat ad ſucceſſionem aui, nõ repellitur, vt eſt doctrina Bar. cõmuniter approbata *in l. qui ſuperſtitu. ff. de acq. hæred.* ad quẽ etiã ſe refert Soc. iu. *in conſ.* 53. *ſub n.* 5. *vol.* 4. E. Muſcul.

19 Renunciatio facta per filiã de omnibus bonis paternis & maternis iuramento firmata, valet extantibus maſculis. *c. quãuis pactũ. de pactis in* 6. nõ extantibus autẽ filiis maſcu. non excluderetur filia à ſucceſſione, quãuis renunciauerit: quia non eſt veriſimile, & neque præſumendum eſt, patrem propter filias aliam voluiſſe deijcere, quare ſuccedet ea filia vnà cũ aliis ſororibus, cõferendo quæ accepit. Chaſ. *conſ.* 3. *in fine.* Bellac.

20 Filia dote mediãte renuncians paternæ ſucceſſioni, non poteſt demũ patri ſuccedere, & eius portio hæredi patris cui facta eſt renunciatio, acquiretur. Ben. *in c. Raynutius. in verbo, duas habens. n.* 26. & ſic portio illius penes patris hæredem remanebit. Boër. *dec.* 104. *n.* 10. niſi in tali renunciatione interueniſſet dolus, metus, aut læſio enormiſſima, quia tunc à iuramento relaxari poſſet. Ben. *eo loco nu.* 264. & ea renunciatio reſcindi poterit vel per remedium *l.* 2. *C. de reſcind. vendit.* vel per actionem de dolo ſi iuramentum interuenerit, vt per Benedict. *d. nu.* 264. Bellac.

21 Renunciatio per filiam facta in cõtractu matrimonij de bonis paternis aut maternis, ſeu quitãtia ita patri facta, & firmata iuramento, nocet nõ ſolum ſibi, ſed & eius filiis, nõ ſolũm natis, ſed & naſcituris: quãdo ſcilicet mater moritur poſt mortẽ patris, & filij veniũt ex iure materno, & ex illius perſona: tũc enim filij nõ audirentur cõtra talẽ renunciationem maternã. gl. *in c. quãuis pactũ. de pac. in* 6. Si verò venirent filij ex eorũ perſona, & ſtent fratres eorũ matris, nõ poſſunt venire illi filij: quia admittuntur fratres ad iura ſororis matris filiorũ per ius accreſcendi: cõtra verò alios qui ſunt in gradu remotiores audirentur illi filij, atq. reciperentur. Quòd ſi mater eſſet mortua ſuo patre viuente, quæ deceſſit relictis liberis, & ſuo patre, tũc talis renunciatio à matre facta nõ noceret ſuis filiis: quinimò ſuo auo patri eorũ matris nepotes reperiuntur, & ex eorũ perſona tanquã nepotes poterunt venire ad bona aui, ſublata eorũ matre de medio. *l. Gallus. in prin. ff. de liber. & poſth.* Bene. *in repe. c. Raynutius. in verbo, duas habẽs vxores. n.* 280. & eſt additio ſuper Bar. *in verbo, ſãguis in l. qui ſuperſtites. ff. de acq. her.* & hãc cõmunem opinionẽ eſſe aſſerit Alex. *in l. pactũ quod. verſ.* 2. *C. de colla.* & Steph. Bertr. *conſ.* 138. 1. *vol.* & Ant. Rubeus, Alex. *conſ.* 12. *n.* 12. Idem.

22 Filia ſi pro dote quæ ſibi debetur in bonis paternis aut maternis, renunciauerit bonis paternis aut maternis, & ſic ſi filia pro vna dote renunciauerit ſucceſſioni plurium, talis filia dicetur lædi, & poterit obtinere reſcriptum ad eã renũciationem reſcindendã. Dec. *conſ.* 379. *nu.* 14. excepta enim hæreditate paterna, ex cuius bonis filia habuit dotem, nullla ſuberat cauſa renunciandi aliis ſucceſſionibus, vt ibi per Dec. & Petr. de Anch. *conſ.* 39. & Dec. *conſ.* 181. Idem.

23 Sed quid ſi ſtatutũ dicat, quòd mulier non poſſit cõtrahere ſine conſenſu propinquorum, nunquid poteſt adire hæreditatẽ? Reſp. quòd licet in hoc articulo doct. variè locuti ſint, tamen magis communis opinio eſt, ſtãte tali ſtatuto, mulierem nihilominus hæreditatẽ adire poſſe, vt firmat Alex. *l. mutũ. ff. de acq. hæred.* Et ibi eam tenent Sal. Imol. Cuma. & Aret. Eandem dicit eſſe cõmunem *Iaſ. d. l. more. nu.* 33. *ff. eod.* Quia adire hæreditatem non eſt propriè cõtrahere, ſed quaſi. Vnde cùm verba ſtatutorũ ſtrictè & propriè ſint intelligenda ſecũdum receptam doct. opinionem, ſtatutum loquens in contractu, ad hæreditatis aditionem extendi non debet. Mich. Graſſ.

43 Executoribus currit annus, nõ tãtùm à die monitionis, ſed à die ſcientiæ & potentiæ exequendi, vt tenet Bald. d. c. religioſus. c. nos quidẽ. de teſta. niſi cõſuetudine aliter contra conſtitutionem Epiſcopi interpretandũ ſit, quod erit ſeruandũ. argumento l. ſi quis ignara. §. fi. cum l. ſeq. ff. ad Syllan. quod Bald. quoque in l. id quod pauperibus, videtur tenere, dicens annum ignoranti non currere, etiam ſi conſtitutio ad hæc non extendet de iure communi, quod cõmuniter teneri refert in tract. execut. vlt. volunt. memb. 7. n. 8. Capra, quod licet regulariter ita procedit, tamen inter alia fallit, quando ipſe Epiſcopus terminum anni prorogaſſet: quia tunc lapſo anno poteſtas exequendi in ipſum non transfertur, vt videtur velle Bald. in l. nulli. C. de epiſc. & cler. dicens, talem prorogari poſſe. Idem tenet Barth. in d. c. Religioſus, per nota. in l. 1. ff. de re iud. cum quibus cęteros tranſire ibid. nu. 12. refert Bened. Capr.

44 Executores teſtamentorum tenentur reddere rationes hæredibus, præſentibus legatariis, cũ eorum interſit. l. 1. cũ auth. ibid. poſita. C. ſi vt ab hæredi. ſe abſti. vt videtur velle Specula. tit. de inſtru. edit. § nunc verò, ver. ſed an ſimplex, imò tenentur quoque legatariis quib. integrè ſolutum non eſt, eadẽ

reddere

reddere, vt tenet Iac. de Arena, in tract. execut. per l. fin. C. de aduoc. diuer. iud. vt refert Ioan. And. ibid. in addit. ad Specu. cũ quo communiter tranſire Doct. refert idem Capt. in d. tract. execut. vlt. volunt. membr. 8. num. 8.

45 Executio relictorũ ad pias cauſas nõ differtur durante tẽpore inuentarij per hęredẽ conficiendi. Cy. & Bald. in l. nulli. C. de epiſco. & cleri. Cy. in l. fi. §. donec. C. de iure deliber. Balb. deciſ. 402.

De edicto diui Adriani tol. & quemadmodum ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur.

TITVLVS XXII.

Remedium l. fi. C. de edic. diui Adr. competit pro codicillis, iuxta veriorẽ ſententiã per Burſ. conſ. 89. nu. 12. lib. 1. datũq; dubitanti de viribus teſtamẽti, ſecun. communẽ per eundẽ. d. conſ. nu. 21. Bonac.

2 Raſura ſeu abraſio in loco non ſubſtantiali neque periculoſo nuſquam nocet. Bald. in l. edicto, C. de edic. diui Adri. tollen. ſed ſi raſura reperiretur in loco ſubſtantiali, vitiaret & reſcriptum & inſtrumentũ. d. l. edicto. & ibi Iaſ. nu. 19. Anto. Gomez. l. alv. Tauri nu. 145. com. dicit eſſe gl. in d. l. fi. doct. in c. fraternitatis, de hæretic. Felin. in c. ex literis. nu. 15. de fid. inſtru. quod limitatur vbi inſtrumentũ in quo eſt raſura eſſet penes aduerſariũ, qui demum illud inſtrumentum produxit raturatũ: tunc enim bene præſumendum eſſet aduerſarium doloſè abraſiſſe: & talis raſura reperta in inſtrumento per partem aduerſam producto non nocet alteri. Felin. in eo. c. ex literis. nu. 25. item in falſitate dicendum eſt, quę fit in loco non ſubſtantiali, non vitiat, & ſi ſit in parte ſubſtantiali, bene vitiat. Felin. in d. c. fraternitatis, de hæreti. nu. 16. & 17. Bellacomb.

3 Hæredi petenti mitti in poſſeſſionem vigore l. fi. C. de edi. diui Adr. toll. ſufficit præſentare teſtamentũ, & aſſerere ſe eſſe illum nominatum in ipſo teſtamento, nec aliæ probationes exiguntur, & ſic iudex tenetur mittere in poſſeſſionem hęredem ſimpliciter, oſtendentẽ ei teſtamentũ faciens mentionẽ expreſſè de inſtitutione, & conſequenter ſufficit hæredi oſtẽdere teſtamẽtũ, & eo oſtẽſo iudex debet eũ mittere in poſſeſſionem hęreditatis. ita colligitur ex d. l. fi. & hoc nõ habet difficultatem aliquam, vt aiunt Doctor. ibi, & Alex. conſ. 101. nu. 9. vol. 1. Dec. conſ. 84. & Gozad. 7. ſub nu. 5. & conſ. 21. n. 10. & ſub nu. 26. Imo omnes Doctor. concludunt, quod ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentum, & dicere ſe eſſe illum nominatum in teſtamento. nec aliæ probationes requiruntur, vt per Scriben. omnes communiter in practicatis locis.

Et hoc ampliatur in tantum procedere, vt hęres ipſe ex oſtẽſione prędicta teſtamẽti debeat poni, ac mitti in poſſeſſionem bonorum, quæ tempore mortis teſtatoris per ipſum poſſidebantur, etiam ſi non eſſent ſua dicta bona, ſed aliena, ſecundum glo. & omnes in d. l. fi. & Ruinum cõſ. 107. ſuperfluum eſt iudicio meo, num. 1. vol. 4.

Ampliatur etiam hoc eatenus procedere, quod ſi filia vnica eſſet hęres inſtituta à patre vaſallo, & peteret mitti in poſſeſſionem bonorum omnium defuncti, & pręſertim feudaliũ bonorum, adhuc deberet poni in poſſeſſionem, nõ obſtante quod agnati dicerent, & opponerent eſſe feudum, & eos admitti debere, vt voluit Guid. de Suzan. in d. l. fin. cui inhærent omnes ibi, Afflict. deciſ. 119. nu. 4. & Vrſil. in add. ibi n. 1. & Natta conſ. 473. quadam nomine Sylua. nu. 8. vol. 2. & Rolan. à Valle cum aliis aggregatis per eum conſ. 2. viſo & perlecto elegãti cõſ. nu. 26. cum aliis ſeq. vol. 3. vbi perhibet iſtã eſſe com. opin.

Quæ limitatur vtiliter non habere locum, vbicunque ipſi agnati offerrent, & opponerent incõtinenti velle probare, & oſtendere bona eſſe feudalia, aſſerendo hodie conſtat, hodie agatur: tunc enim eſſent legitimi contradictores mentionati agnati ad impediendam huiuſmodi immiſſionẽ in poſſeſſionem, ſec. Alua. Præpoſ. And. de Iſer. & Mat. Laud. in c. 1. §. inter filiam ſi de feu. fuer. contro. inter dom. & agnat. & Gozad. conſ. 12. in hac cauſa ex ciuitate Florentia mihi tranſmiſſa. ſub nu. 8. & ſeq. vbi deducit iſtam eſſe com. opin. idemque fatetur Rol. in d. conſ. 2. nu. 32. & ſeq. vbi intelligit hoc procedere cũ grano ſalis.

Et ampliatur quoque hoc idem, vt remedium dictæ l. fina. hęredi ſcripto detur, non modò vt de nouo in bonorum hæreditatis poſſeſſionẽ inducatur, ſed etiam in poſſeſſione iam apprehenſa fortè propria authoritate confirmetur: & conſequenter memoratũ remediũ dicta l. fina. conceditur, nedũ vt inducatur ad poſſeſſionem bonorũ hęreditariorũ de nouo, ſed etiã, vt confirmetur in poſſeſſione illorũ, quã hæres ſcriptus prius habebat, & quam antea fortè apprehenderat authoritate propria, vt volũt Cyn. & Bartol. in d. l. fi. & ibi Alex. in fin. & cæteri omnes cõmuniter ſequuntur. Bald. etiam in additio. Specul. in tit. de teſtamen. in ver. An ſemel. & Pariſ. conſ. 60. ſi conſideramus petita. nu. 2. vol. 3. licèt & malè Ioan. And. in addit. ibi in § pen. in verſ. quòd ſi in diem, contrarium velit.

Sed aduerte hic, quòd remediũ d. l. fi. nõ cõpetit ab inteſtato, & ſic beneficium eiuſdẽ legis nõ procedit in ſuccedente ab inteſtato, vt apparet ex ſignatis per Alex. nu. 22. Dec. n. 39. & Zuccardum num. 306 ibi, vbi ita reſident, & iſtam commu. opin. fore prædicat Pariſius in mentionato conſ. 60. ſi conſideramus petita. nu. 1. vol. 3. Cæphalus conſ. 152. n. 31. vol. 2. Ripa in rubr. ff. quorum bonorum. circa fin. & Gozadin. in d. conſ. 7. ſub nu. 5. & in d. conſ. 21. ſub num 30.

Item beneficium d. l. fi. ceſſat contra habentem titulum ante teſtatoris mortem: tunc enim impeditur poſſeſſionis immiſſio ex diſpoſitione eiuſdem legis, vt firmant omnes communiter ibi, & Afflict. in d. deciſ. 119. num. 6.

Necnon antedictũ beneficium ceſſat in hærede in re particulari inſtituto, cui non datur aliquo modo illud beneficiũ, vt voluit Bartol. in d. l. fi. col. 4. v. ſecundò quæro vtrum quando eſt ſubſtitutus, cũ quo concurrunt omnes Docto. cõmuniter ibi.

Sed inſtituto hęrede, tunc aduerte, quod concederetur tale beneficium, ſecundum gloſ. in d. l. fin. Alex. in l. quoties de hæred. inſt. Saly. Pau. Caſt. Dec. & alios Modern. qui ibi perhibẽt iſtam eſſe communem opinionem. Viuius.

Si quis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit.

TITVLVS XXIII.

Rohibens aliquem teſtari incidit in crimen falſi. com. dicit Boſſ. in t. de his qui prohib. aliq. teſta. Clarus lib. 5. §. falſum, verſ. prohibens. P. Fichard. & Bonacoſſ.

De iis quibus vt indignis auferuntur hæreditates: & ad Senatuſconſ. Syllanianum.

TITVLVS XXIIII.

Voluntatẽ alicuius teſtatoris vt falſam, vel inofficioſam impugnans, non poterit demũ ex ea ſe iuuare: quia per hoc ſe reddit indignũ ſucceſſione, & priuari debet omni emolumento quod ex ea vltima voluntate conſequi aliàs poſſet. l. poſt legatũ. ff. de his quibus vt indi. & ibi Bart. Bellacomb.

2 Officium omittens, non debet fructus lucrari. Alex. in l. 1. C. de his qui. vt indig. Vezin.

3 Quia nõ poteſt ſuccedere ei quem interfecit, ſed talia bona applicantur fiſco, l. cùm ratio in fi. ff. de bon. dam. Quod autẽ dicitur, talia bona applicari fiſco, intellige, dummodo non ſit alius non interficiens, qui in eodem gradu ſit cum interfectore, quia talis ſuccedit. Quã concl. intellige, quod ſuccedit quo ad portionem ſuam, ſecùs quo ad portionem delinquentis, quæ omnino fiſco applicatur, ex glo. in l. 1. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. Alex. in l. hæreditas. n. 6. C. de his quib. vt indign. ita Bart. ibi allegat l. 2. §. fratres. ff. ſi quis aliq. teſt. prohib. idem Bart. in l. 1. ff. eod. vbi quod tamen ſequentes in gradu excludunt, & idem repetit in l. fi. nu. 10. item intelligitur dummodò nõ tractetur de lucris dotalibus, quia illa applicantur hæredibus vxoris vel mariti reſpectiuè occiſi, l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorẽ. vbi Bart. ff. ſol. mat. Ratio verò diuerſitatis de iſto ad alios caſus varia aſſignatur ibi per doctor. maximè per Caſtr.

Et primum dictum facit contra ſubſtitutum, qui excluditur ab hæreditate eius quem occidit, vt per Bar. in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir vxorem in fi. & tali caſu applicatur hæreditas fiſco propter delictũ ſubſtituti, ex theorica generali poſita per Bar. in l. fi. C. de his quib. vt indig. Quid in fratre occidente fratrẽ, an ipſe, vel eius filius eidem occiſo ſuccedat cum aliis fratribus ab inteſtato vel ex teſtamento? & dic vt per Boër. q. 25.

pulchrè

pulchrè per Rol *conſi.56.lib* j. poſt Bald. *in l. eam quam. col. 4. verſi. hac faciunt ad q. C. de de fideic.* Quid de patre occidente filiũ, qua cautela ſeruet hæreditatẽ? vide Boer. *quæſt. 7. nu. 17.* Quid de filio occidente patrẽ? & dic vt per Rol. *d. conſ. 56. nu. 4. lib. j.* vbi declarat doc. Bar. *in d. l. cũ ratio. §. fi. ff. de bon. dam.* quã dicit cõmuniter improbari. Quid de occidente teſtatorẽ? & dic, quòd priuatur hæreditate tanquã indignus, & applicatur fiſco *d. l. cum ratio. in fi.* & no. Rom. *ſing. 467.* ſed quid in occidẽte filiũ teſtatoris, ſeu eius cui quis ſuccedere poteſt? & Bor. *in d. l. cũ ratio*, dicit, quòd priuatur, ſed hæreditas nõ ad fiſcum, ſed pari in eodẽ gradu applicatur. Bal. vero *in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig.* dicit quòd priuatur, & fiſco applicatur, de quo vide quæ habentur *in l. his conſequenter. §. 1. ff. fa. erciſ.* Quid in marito occidente vxorẽ? & dic, quòd excluditur a lucro dotis, ſecũdum Iaſ. & cõmuniter doc. *in d. l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir ff. ſol. mat.* Rol. *de dote. q. 61. n. 1. n. 11.* poſt Dec. *in conſ. 525.* Quid ſi occidit repertam in adulterio? & dic, vt per eundem Rol. *d. tract. q. 63.* vbi diſtinguit. Bellacom.

4 Hæres qui adiuit hæreditatẽ teſtatoris occiſi eius morte inulta, tanquã indignus priuatur ſucceſſione, & fiſco applicatur, qui prius tenetur accuſare occiſorem, & facere quod puniatur, *l. 1. C. de his qui. vt indig. l. hæredem.* ampliatur in 3. caſ. & limitatur in 5. à Diaz. *reg. 319.* Hodie tamẽ de cõſuetudine nõ obſeruatur illa pœna, ita atteſtatur Full. *in pract. crim. Can. n. 32. & ſeq.* Imo quotidie hęredes remittũt occiſoribus defuncti, & cũ eis pacẽ faciunt. eſt enim illa lex nutritiua peccati. Cla. *d. § fin. q. 79. verſ. item quando.* P. Fichard. & Don. à Fina.

5 Dolus qui dat cauſam actui, ex quo acquiritur, nocet tertio, & ille tertius fit indignus in teſtamentis, vt eſt communis opi. Gabriel. *conſi. 99. nu. 9.* Bonacoſſ.

6 Nepotes ex filio parricida, priuãtur hæreditate auita. ſuccedit enim patri parricida, ſed fiſcus aufert ab eo hæreditatẽ, tanquam ab indigno. ita contra Bald. *in l. ſi quis inceſti. n. 3. C. de inceſt. nup.* communiter teneri ait Boër. *deciſ. 25. n. 8. & 17.* Cla. *lib. v. §. homicidium. verſic. priuatur etiam.* idem obtinet in nepotib. *vt ibid.* Clar. P. Fich.

7 Pœnę ſtatutæ cõtra mulieres ſecũdò nubentes ex *l. j. C. de ſecun. nup* intra annũ luctus durat, & contra viduas luxurioſè viuentes intra ann. luctus, nõ ſunt correctæ. doct. *in l. ſororẽ. C. de his qui. vt ind.* & plenè de Garr. *in l. 1. nu. 57. de ſec. nup.* quod procedit etiã ſi ipſa vidua cõtraheret matrimoniũ, cũ eo cui fecit ſui copiã: quia ius per ſtuprũ cõmiſſum per viduã, ius acquiſitũ eſt ipſis filiis primi matrimonij, quod ius demũ non poteſt tolli. ita eſt ibi deciſio: & illa eſt cõmunis opinio teſte de Garr. *in auth. eiſdẽ pœnis. n. 16. C. de ſec. nup.* quòd ſi poſt annum luctus illa vidua ſtuprum committeret, nõ perderet dotem. ita de Garr. *in auth. eiſdem pœnis. n. 18.* Bellacomb.

8 Vxor hęres inſtituta à ſuo marito, aut relicta legataria, ſi poſt mortem mariti ſtuprum commiſerit, vt indigna repelli poterit à tali hęreditate aut legato, licet maritus non adiecerit, donec honeſtè & caſtè vixerit. Sal. *in l. fideicommiſſum. C. de fidei.* ex delicto enim commiſſo per hęredem aut legatarium poſt mortem teſtatoris, qui ſe reddit indignũ. *l. 1. de ſec. nupt.* & eo caſu debetur quidem legatum, ſed fiſcus illud auferet velut ab indigno. Sal. ibi. Et quod viuendo impudicè perdat legatum, tenet Panor. *in c. uxoratus. de conuer. coniug.*

Quando teſtator dicit, lego talia & talia vxori, caſu quo nõ poſſit, vel nolit ſtare cum hæredib. tunc ſtando cũ vno, poteſt habere dicta legata. Ita Cum. *in conſi. 38.* & Bened. de Peru. *conſi. 4. in 1. dubio.* Bellacom.

9 Legatum dotis factum filiæ ſpuriæ valet, & tenet, tam de iure ciuili quàm can. ſec. cõmunem per Rol. *conſ. 85. n. 1. n. 7. & 8. lib. 3.* & qui *nu. 12.* quærit, an præſuppoſito validitate legati, ſi excedat modum congruũ alimentorũ, poſſit auocari à filiis legitimis & naturalibus hæredibus patris? Diſtingue, vt per eũ *d. conſ. col. fi.* vbi tãdẽ cõcludit, quod viuẽte matre, nullo modo id quod excedit verã menſurã dotis poſſit ab hęredibus auocari, de quo vide quæ ſcribit Bar. *in l. ſi ff. de his qui. vt indig.* idem Rol. *conſ. 87. nu. 17. conſi. 89. col. 1. lib. 3.* Bellacom.

10 Auus non poteſt relinquere nepoti etiam legitimo ex filio ſpurio, ſtante legitima ſubole, ſecundum communem per Iaſ. *in l. hæreditas. poſt nu. 8. C. de his quib. vt indig.* Vezin.

11 Legatum relictum ſpuriis à patre, cognatis proximioribus defertur, Couar. *epitom. 4. c. 8. §. 5. n. 5.* com. dicit ex Iaſ. *in l. 1. C. de hæred. inſtitu.* & Alex. *in l. hæreditas. C. de his quibus vt indig.*

Et cognatis proximioribus negligentibus per duos menſes, defertur fiſco. *l. 10. tit. 13. par. 6.* Villalob.

De codicillis.

TITVLVS XXV.

IN codicillis habet locũ regulariter, quod dicitur de teſtamento, & ſicut in teſtamento requiritur, ꝙ teſtes ſint in conſpectu teſtatoris, ſic etiã in codicillis. Eſt cõmunis op. ſec. Dec. *conſi. 354. in caſu pręſoſito. circa mediũ:* vbi reprobat opinionẽ Marheſilla. qui ſingulariter tenuit aliud ſeruari in codicillis & donationibus cauſa mortis, quàm in teſtamentis. M. Chærian.

1 Quinq; teſtes ad codicillos requiſiti, debẽt eſſe omni exceptione maiores, teſte Ang. *conſi. 128. Dec. cõſ. 105. nu. 5.* Vezi.

3 Codicillis non dempta ideò ſollennitas cẽſebitur, quia ſtatuto, vel conſuetudine teſtamentis dempta ſit. commune ponit Viuius *lib. 1. ſpi. 306.* cum Rip. *de peſte. in tit. de priuil. vlt. volunt. cauſa peſtis. nu. 47.* E. Suarez.

4 Pater prius cõdito teſtamẽto filio impuberi, nõ poſt in codicillis directã pupillarẽ ſubſtitutionem facere, ſed fideicõmiſſum ſubſtituere poteſt. *l. hæreditatẽ. C. de codicill.* & iſto caſu poterunt hæredes eius legitimã deducere. *l. ex tribus. C. de inof. teſta.* limitatur ac interpretatur hoc eleganter non habere locum, quando per teſtatorem non filius, ſed eius ſucceſſores rogentur hæreditatem reſtituere: tunc quippe fideicommiſſarius ab hæredibus pupilli legitimam deducere nequit. tex. eſt *in l. ſi fundum. §. fi. de leg. j.* & ibi latè Iaſ. poſt Bar. & per Bal. *conſi. 39. teſtator relinquit. lib. 1.* Pau. Caſt. *conſi. 187. in caſu præſenti.* & per Cor. *conſil. 138. nulli dubium. lib. 4. & conſil. 158. viſo ſupraſcripto, vol. 3* & Auguſt. Berotum *in cap. Raynut. nu. 244. de teſta.* & iſta eſt com. opi. per Iaſ. *in d. l. ex tribus.*

5 Ratio huius opinionis cõmunis videtur illa, quia legitima non debetur eis, qui ab inteſtato ſuccedere non poſſunt, ſec. Bal. *conſi. 329. circa 1. dubium, lib. 3. & conſi. 49.* Statuto cauetur quòd mater, *vol. 5.* cuius opinionem audacter aſſeuerat eſſe cõmunem Crau. *conſi. 2. nu. 13.* Ampliatur pręmiſſa cõmunis ita firmata nõ ſolùm procedere in caſu claro, verùm in caſu dubio etiã: vnde audacter & explicitè dicit, ꝙ in re dubia intelligitur fideicõmiſſum iniunctũ nõ filio, ſed eius hęredi. *argumẽto l. quoties. ff. de reb. dub.* & per Pau. Caſt. & Ioſ. *in d. l. ex tribus*, & Alex. *conſi. 67. conſiderato. lib. 5.* & Iaſ. *in l. cohæredi §. cum filia ff. de vulg. & pup. ſubſti. & conſi. 99. demum, vol. 2.* vbi ſcribit, affirmátque illam eſſe communem opinionem contra Bar. cõtrarium concludentem *in d. § cum filia.* & de communi prædicta fecit mentionem etiam Aug. Bero. *d. c. Raynu. n. 244. circa med.* vbi ait iſtam eſſe veriorem, & magis communem ſententiam. F. Viuius.

6 Codicilli intelliguntur rupti, rupto teſtamento, *l. C. de codicillis.*

Fallit in 5. caſibus, quos no. Iaſ. *in d. l. nu. 1.* fallit vt per Soc. *reg 60.* Don. à Fina.

7 In codicillis non poteſt dari directo, nec adimi hæreditas, *l. hæreditatem, C. de codicill.*

Fallit in 4. caſib. quos no. Soc. *reg. 169.* Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 7. à Ioan. Ber. Diaz. *reg. 308.* ampliatur in vno caſu, & limitatur in 6. vt ego notaui *in §. codicillis autem, Inſti. de cod.* Don. à Fina.

8 Si teſtamentũ nõ valet vt teſtamentũ, nõ valet vt codicillus. *l. 1. ff. de iure cod.* Fallit vt per Ant. Trig. *ſing. 104.* Idem.

9 Pater in codicillis nõ poteſt directam pupillarem facere, ſed per fideicommiſſum ſubſtituere poteſt, & ſui hęredes poſſunt deducere legitimam, niſi eis rogetur vt reſtituant. Iaſ. *in l. ex tribus. C. de inof. teſt.* 10. Duran *in arte teſtan. tit. 5. cau. 34.* Et in dubio videtur iniunctũ fideicommiſſum non filiis, ſed hęredibus. *Iaſ. conſi 69. vol. 2.* contr. dicit. B. Villal. & Vezin.

10 Inſtitutio facta in codicillis, trahitur ad fideicõmiſſum. gl. *in ver. voluntatem.* eſt communiter approb. *in l. verbis ciuilibus. nu 3. ff de vulg. & pupil.* ſecundum Alex. *in conſil. 104. viſis teſtamento & codicillis, circa med. vol. 7.* & prædicta opinio procedit etiam, quando præcederet aliud teſtamentum: vt ibid. firmat Alex. Idem.

11 Codicillaris clauſula operatur fideicõmiſſum, etiã poſthumo ignoranter prętermiſſo. Eſt magis communis opinio ſecundum Alex. *conſil. 26. verſi. vel pote, 3. lib. j.* Mat. Chærian.

12 Codicil-

12 Codicilli ante & poſt teſtamentum fieri poſſunt. *l. ſi quis nullum. §. ſi ff. de iure codicil.* & fieri etiam poſſunt nullo condito teſtamento. *d. l. ſi quis. in prin. & l. conficiuntur. ff. eodem.* & in quibus codicillis licèt nequeat dari vel adimi hæreditas. *l. ij. C. de codicil.* tamen poſſunt adimi iure legati vel fideicommiſſi, non ſolùm res ſingulares, ſed etiam ipſa hæreditas per *l. Scæuola. ff. ad Treb.* Cor. *conſ. 305. in prin. in 1. vol.* & facta inſtitutio in codicillis, reſoluitur in fideicõmiſſum. Cor. *conſ. 324. nu. 5. vol. 1.* & plures codicillos poteſt quis facere, nec poſteriores derogant prioribus, niſi ſint contrarij. *§. fi. Inſtit. de codicil. iuncta l. cum proponatis. C. eod.* & an inter liberos poſſit in codicillis reuocari inſtitutio? dicit per Rom. *conſ. 179. col. 3.* vbi nũquid inſtitutio particularis poſſit in codicillis reuocari? vide *d. conſi. col. 4. verſi. non obſtat.* Turzan.

In codicillis teſtes non debent de neceſſitate eſſe rogati *l. fi. in fin. C. de codicil.* vbi tamen quòd debent eodem tempore omnes audire diſpoſitionem defuncti. Idem.

De Legatis.

TITVLVS XXVI.

Legatum eſt donatio quędã à teſtatore relicta ab hęrede præſtanda, vt luculenter probant tex. *in l. legatum. ff. de leg. lib. j. & in l. legatum eſt. ff. de leg. lib. ij.* Ana. *in conſ. 77. in prin.* ponit cõmune Ant. Gom. *in tract. de teſt. c. 12. n. 3.* Quamobrem ſi teſtator rẽ teſtamento legatã viuus adhuc in legatariũ ſimpliciter contulerit, legatum ceſſabit, ac donatio inter viuos cõſtabitur: ſi verò ex cauſa pręcedentis legati expreſſim rem legatam viuus tradiderit legatario, legatum ſuis omnibus cũ qualitatibus firmũ ac ratum permanebit, & conſequenter vt quoduis aliud legatum pro teſtatoris arbitratu imminui, reuocaríque poterit, vt ex Dyn. Bart. Albe. Pau. Caſt. ac Io. Imol. *in d. l. legatum eſt*, aſſerit frequenter placitum. Ant. Gom. *d. c. 12. nu. 4.* E. Suarez.

2 Hæres grauatus reſtituere hæreditatẽ retẽta alia dimidia, & ſic retẽta quota hæreditatis tenetur ad legata, pro rata parte hęreditaria, quatenus habet vltra quartã, *l. j. §. ſed ſi quadringenta. ff. ad Treb. l. Titia. in fi. & l. quod de bonis. ff. ad l. Falcid.*

Fallit in 2. caſ. vt per *Iaſ. in d. §. ſed ſi quadringẽta.* Don. à Fin.

3 Legatũ eſt acceſſoriũ teſtamenti, nõ autem pars, ſecundũ gl. *in rub. ff. de leg. j.* cũ qua ſentiunt Cy. Alex. Soc. *nu. 6.* Iaſ. *n. 4. & ſeq.* Ripa *nu. 6.* cęteriq; cõmuniter ibi. vt meminit D. Pontanus Peru. *ibi, nu. 6.* vnde cautè loquuta eſt d. gl. ſecundum præcitatos doct. non appellans legata partem teſtamentorũ, ſed acceſſorium quid ad teſtamenta. quippè cùm teſtamentũ poſſit abſque legatis valere. *vt l. j. §. qui neque legaturus. ff. de hær. inſt.* ſequitur ergo quod non eſt pars, *l. malum. ff. de verb. ſign.* & hanc eandem communem ſubtiliſſimè explicat, & declarat Marcellus Berincutius Senen. *in apologia in trac. de iuris & facti differentia, nu. 34. cum alijs ſeq.* F. Viuius *opin. 447.*

4 Legata relicta in teſtamento, ad hoc vt valeãt, requiritur quòd ex eo adeatur hæreditas. *l. ſi nemo ff. de teſta. tutel.* Bar. *in l. qui filio §. 1. ff. de hær. inſt.* quæ concl. procedit quando nullus etiam fiſcus apprehendere voluit bona defuncti, ſed eſt datus curator, iux. no. per Mathe. *ſing. 162.* Vezinus.

5 Legata regulariter hæreditate non adita, non deberi: id tamen inter alia fallit ſecundum Bar. *in l. j. C. de iure codicill. & l. j. & ij. eod. tit.* ſecundũ Ben. Capr. *reg. 3. nu. 5.* pręter alia etiam fallit fauore libertatis, ſecũdum gl. & Bar. *in l. eam quam. C. de fideic.* per tex. gl. & Bar. *in l. teſtamento. & in l. Ant. ff. de fideic. liber.* & Bar. *in l. fideic. §. quoties. ff. de leg. 3.* & gl. *in l. generaliter. §. ſi quis. verſi. ex teſtamento. ff. de fideic. liber. l. pen. ff. de his. quæ in teſtam. delent.* & licet contrariũ tenuerint Vltramontani, & eam iuxta *l. cum quaſi §. fi. verſi. quanquam. & l. generaliter, §. ſi quis. ver. ex teſtamen. ff. de fideic. libert.* nũc veriorẽ puteot, priorem, tamen op. ob tot gl. authoritatẽ, cõmuniter teneri ibid. *nu. 46.* refert Bened. Capr. quod maximè procederet, ſi in teſtamento etiã aliàs nullo, ratione imperfectę voluntatis, eiuſmodi legatũ ab inteſtato repetitũ foret, per clauſulã, ſi nõ valet, &c. aliàs ſi nullũ eſſet ratione omiſſæ ſolennitatis: tunc etiamſi talis clauſula adiecta non foret, omnes conſentiant legatas libertates deberi, per tex. & gl. *Inſtitu. de ee cui libertatis cauſa.* Io. And. *in add. ad Spec. tit. de inſtr. edi. §. nunc autem aliqua. verſi. ſed pone.* Capra *ibidem n. 50.* Pręterea fallit dicta regula, hęreditate non adita, legata non deberi, ſecundũ Bar. & Odofred. *d. l. eam quã. in caſu auth. ſi captiui, C. de epiſc. & cler.* vbi ſcriptis hęredibus negatur ſucceſſio, ſi neglexerint captiui redemptionẽ: quia licet ex teſtamento hęreditas nõ adeatur, firma tamen nihilominus manent legata, gl. *in auth. vt cũ de app. cog. §. ſi vnũ, coll. 8.* & cõmuniter teneri teſtatur *ibid. nu. 55.* Capr. Similiter fallit dicta reg. ſecundũ Odofred. quem ſequitur Bar. *in caſu auth. liberi. C. de epiſc. aud.* quoties curã furioſi negligentes eius hęreditate priuantur, & nihilominus hęreditate nõ adita, legata debentur, prout voluit gl. *d. auth. vt cũ de appellat. §. ſi quis. de prædictis. & §. ſeq.* & cõmuniter tenetur, vt refert *ibid. nu. 56.* idẽ Capr. Similiter fallit d. regula, quando teſtator prohibuiſſet detrahi Falcidiã, quia tunc hæreditate non adita, nihilominus legata debebũtur, per tex. *in auth. de hæredi. & Falcid. § ſi verò expreſſim*, ſec. Bar. Pet. Anch. & Bal. *in d. l. eam quã. C. de fideic.* & Iac. de Beluiſo *in d. §. ſi verò expreſſim.* Bar. *in l. nemo. §. 1. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. & in l. cũ teſtamenti. & in auth. ſed teſtator. C. ad leg. Falc.* & ita cõmuniter teneri refert *ibid. nu. 18.* Capr. Similiter fallit in legatis ad pias cauſas, quę etiã nõ adita hęreditate ex teſtamento debentur. Io. And. *in add. ad Spec. tit. de inſtr. edi. §. nunc verò aliqua. verſ. ſed pone.* Bal. *in l. j. C. de ſacr. eccl. arg. l. miles ita. §. 1. ff. de teſtam. mil.* quod tenuit Pel. Anch. & D. Nic. *in c. relatũ. de teſta.* Bald. *d. l. eam quam* & licet Bar. *d. l. j. C. de ſacro. eccl. & l. eã quam.* vacillet, Imo. *d. c. relatum contradicat*, id tamen ita cõmuniter teneri refert *ibid. nu. 62.* Capr. quod verum eſt, niſi tale relictũ ad pias cauſas, nominatim iniunctũ eſſet certo hæredi: quia tunc non tranſit ad alium cum onere, ſed opus erit aditione. *argumento l. qui quadringenta ff. ad Trebellia.* & Bal. *d. l. eam quam.* & Bar. *in l. Marcell. ff. ad Treb. ibid.* Capra.

6 Legata demũ poſt aditam hęreditatẽ debentur, non ante, ſecundũ Bar. & doct. *in l. eam quam. C. de fideic.* Bar. *in l. j. C. de don. inter vir. & vxo.* Bal. *in l. j. ff. ſi quis omiſſ. cauſ. & in auth. hoc amplius. C. de fideic.* & ideo cautela eſt, ꝓ aditio fiat, vt ei conſeruentur, ſecundũ Bar. *in d. l. eam quam. & in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. in l. filius qui patri. ff. de vulg.* niſi ſint ad pias cauſas, quia aditio nõ requiritur vt debeatur, iuxta no. per doct. *in d. l. eam quam.* vel niſi id diſpoſuerit etiã tacitè, vt prohibendo falcidiã, vel niſi teſtator ipſe poſt factũ legatũ tradiderit, ſecundũ Bal. *in d. l. eã quã. col. 6.* vel niſi prohibita ſit falcidia, teſte Bal. *in d. l.* vbi dicit, quòd dictis caſibus debetur officio iudicis. Bar. *in l. nemo poteſt, col. 1. de leg. j.* Alex. *in l. extraneum. C. de hær. inſt.* vel niſi ſint expreſsè repetita ab inteſt. vel niſi ſit in teſtamẽto clauſula codicillaris, legata tamẽ debẽtur: vel niſi in legatis piis quę dilationem nõ exigunt, vt pro ſepultura, pro alimentis infirmorũ, vel niſi iuratum ſit in teſtamento. itẽ verum, etiã ſi facta ſint in codicil. quia requirunt aditionẽ ab inteſt. gl. & Bar. *in l. qui filio §. ſeruos. ff. de hær. inſt.* Bellacomb.

Item debentur etiam poſt aditam ab vno tantum ex hæredibus in re certa inſtituto, ſecundum Bar. *in l. nemo, in fi. ff. de teſta. tut. in l. ex facto, de hær. inſt.* item verum etiam ab inteſt. vt fiãt aditio, teſte Bal. *ad Spec. tit. de teſta. verſi. rubrica*, & contrarium teſtator diſponere nequit, ex no. per Alex. *in d. l. extraneum. & in d. l. nemo poteſt. de legat. j.* Idem.

7 Dominium rei legatę tacitè, nõ trãſſertur ipſo iure in legatarium ſine traditione, ſicut transfertur dominium rei expreſsè legatæ, ſecundum Bar. *in l. 1. ff. de leg. 1. & in l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vend.* quem ſequuntur Bal. Ang. Floria. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. *in l. ſeruũ filij. §. fi. ff. de leg. j.* Dec. *in l. traditionib. C. de pactis.* Bertach. *in ſuo repertorio, in verb. dominiũ transfertur, verſi. 9.* & iſtorum opinionem aſſeuerant eſſe communem Soc. & Iaſ. *in d. l. j.* Sed contrariam partẽ, quòd imò dominium rei tacitè legatæ tranſeat ipſo iure in legatarium abſq; traditione, tenent Imo. Alex. & Aret. *in d. l. j.* ad quorum fundamenta reſpondent Soc. & Iaſ. ibi. Poſſet tamen interpretari, ac limitari, ni fallor, quando res tacitè legata eſſet apud legatarium, tunc quippe trãſfertur dominium in eum, per tex. *in §. interdum. Inſt. de rerum diuiſio.* & per id quod ſcribit Bal. *l. j. C. communia. de leg.* vbi dicit quod quando teſtator legat rem hæredis, tranſit dominium recta via in legatarium, quando res erat apud eum. F. Viuius *opin. 204.*

8 Legatarius petens legatum ſibi relictum in ... teſtamẽti, de quo in libello mentionem fecerit, non tenetur illud teſtamentum hæredi exhibere: quia preſumendum eſt hęredem habere notitiam contentorum in teſtamento. *l. non eſt ferendus ff. de tranſact.* Iaſ. *in l. ſi legatum. numer. 3. ff. de edend.* intellige tamen quando ageretur contra hæredem extraneum, vel

contra

contra eum qui non poteſt adire hæreditatem, niſi in vim teſtamenti, tali enim hęredi editio teſtamenti non eſt facienda, ſed bene hęredi qui ab inteſtato hęreditatem poſſet obtinere. Iaſ. in eo loco. num. 4. intellige tamen editionem teſtamẽti hæredi extraneo non debere fieri, vt hæres deliberet, verùm ille legatarius illud teſtamentum debet producere in cauſa coram iudice ad docendum de ſuo iure, alias poſſet legatarius ſuccumbere. Bellac.

9 Legatum ab aliquo ita relictum, ſi hęres erit conditionale. l. iiij. ff. de leg. 1.

Fallit in 3. caſib. vt per Vigel. in commento 5. ann. cap. 37. membro 6. reg. 1. fol. 718. Don. à Fina.

10 Ex legato annuo datur actio. l. 1. & per totũ tit. ff. de annu. leg. fallit vt per Vigel. in commento 5. ann. cap. 33 membro 4. fol. 736. Idem.

11 Legatum liberationis validum eſt. l. 1 ff. de lib. leg.

Fallit in 10. caſibus vt per Vigel. in commento 5. ann. cap. 38. fol. 776. Idem.

12 Legatum facti vtile eſt, & ea eo naſcitur actio. §. ſed & tale. Inſt. de leg. l. ſi ſeruus. §. fi. ff. de leg. 1.

Fallit vt per Viggl. in commento 5. ann. cap. 41. fol. 819. Idem.

13 Legatum conditionale ad alium tranſlatum, cenſetur cum eadem conditione tranſlatum.

Fallit in 2. caſibus vt per Cagno. in auth. ex cauſa. C. de lib. prat. num. 109. Idem.

14 Vocati per nomen collectiuum videntur conſtricti ad vnam partem legati. l. ſi Titius. ff de vſufr. leg.

Fallit in 6. caſib. vt per Ioan. Bolog. in l. re coniunctis. ff. de leg. 3. num. 275. Idem.

15 Legatæ rei dominium tranſit in legatarium ipſo iure, §. 1. C. com. de leg. l. ſi tibi homo, §. cum ſeruus. ff. de leg. 1.

Fallit in 3. caſib. vt per Vigel. in comm 5. ann. c. 2 reg. 1. num. 7. Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 14 per Iacob. de Nigri. in l. 1. ff de leg. 1. nu. 65. & ſeq. fallit in 5. caſib. vt per Ziſium in l. planè, §. ſi ita Titio. nu. 6. ff. de leg. 1. ampliatur in 8. caſibus. & limitatur in 12. à Rip. in d. l. 1. vbi Iaſ nu. 114. ff de leg. 1. & vltra iſtas, ampliatur in 13. caſib. & limitatur in 9 à Petr. Duen. reg. 210. fallit in 7. caſibus quos not. Hieron. Butrig. in l. omnia. ff. ſi cert. pet. nu. 7. ampliatur & limitatur in 4. caſib. per Maria. Socin. in d. l. 1. num 357. & 384. fallit in 4. caſib. vt per Soc. reg. 221. Don. à Fina.

16 Pro legatis pro quibus competit actio perſonalis, datur hypothecaria. not. doct. in l. 1. ff. de leg. 1.

Fallit in 9. caſib. quos no. Iac. de Nig. in d. l. 1. nu. 76. & quãdo legatur res teſtatoris ſpecificè demonſtrata, & ſimpliciter pro ea datur actio in rem.

Ampliatur & limitatur in 4. caſib. vt per Maria. Soc. iun. in l. 1. ff. de leg. 1. nu. 357. Don. à Fina.

17 Pro legato cõtinẽte vtilitatẽ alterius, & quod de iure cõmuni validũ eſt, competit actio perſonalis. l. 1. C. comm. de leg.

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 5. à Crot. in l. 1. ff de leg. 1. num. 29. verſ. prima ſit concluſ. ampliatur in 4. & limitatur in 3. à Maria. Soc. iun. in d. l. 1. ff. de leg. 1. n. 263. fallit in 5. caſ. vt per Iacob. de Nig. in d. l. 1. nu. 89. verſ. prima concluſ. Ampliatur in 3. caſibus, & limitatur in 5. à Iaſ. in l. 1. nu. 100. Ampliatur in 2. caſibus, & limitatur in 7. à Iaſ. in l. 1. C. cõm de leg. Don. à Fina.

18 Legatum non inducetur per verba grauamen enunciãtia, veluti ſi quis ita teſtamẽto cauerit, ea cẽtũ aureis, quæ tibi legaui, dabis reſtituéſve Sẽpronio quinquaginta, vt cõmune ait Ant. Gomez. in tract. de teſt. c. vlt. nu. 54. verſ. item etiam limita. E. Suarez.

19 Legatũ tacitè factũ nõ iure ipſo abſq. traditione, trãſfertur in eum cui fit: quamuis expreſsè relictum transferatur. commune ponit cum Iaſ. ac Rip. Viuius lib. 1. opin. 168. Idem.

20 Legatũ hoc modo cõceptũ, Lego Titio rẽ meã, aut lego Theodato ius meũ, id tantũ ius cõprehendit, quod etiã morte periturũ in re teſtator habet: quãuis res tota poſtea à teſtatore comparata fuerit: at ſi legata res proponatur, lõgè ſecus erit, vt communia fatur Ant. Gomez. de teſtam. cap. vlt. nu. 15. verſ. quod tamen vltimum. Idem.

21 Legatum rei eccleſiaſticæ, vel rei fiſcalis, vel rei dotalis valet, ratúmque eſt, vt ſaltem illius rei æſtimatio ei præſtetur, cui res ipſa relinquitur. commune pronunciat Curt. iun. conſil. 30. Villal. in ſua collecta. Idem.

22 Legatũ etiam in codicillis ab inteſtato relictũ, non aliter debebitur, quàm ſi hęreditas ab hęredibus iuſtis adeatur. commune aiunt Curt. conſ. 97. lib. iij. Did. à Couar. in cap. 3. nu. 3 de teſtam. Ant. Gomez. in tract. de teſtam. cap. y. nu 11. ver. & in tantum aſſerunt. Alca. ac Iaſ. nu. 4. Soc. Rip. in l iij. ff. de leg. lib. j. legatum tamẽ piũ nõ idcircò euaneſcet, quia hæreditas adita non ſit. cõmune eff. runt Iaſ. in l. habeat. nu. 14. C. de ſacroſanct. eccleſi Did. à Couarru. vbi ſuprà. Idem.

23 Legatũ, quod in illum confertur, qui voluntate legantis antea creditor effectus eſt cõpenſandi animo relictum non videtur: tametſi quod in eum qui vel iure, vel cõſuetudine creditor eſt, confertur, cõpẽſandi animo relinqui cenſeatur, vt commune ait Io. Coraſ. lib. 3. Miſcell. c. 1. nu. 9. Si quod autem legatum compenſandi animo relictum ſit, atq; expreſſim adiiciatur, ne quid amplius petatur, non quidquam amplius petere poterit, qui illud agnouit, quamquam debitum multo minus, quã legatum ſit, vt frequenter placitum renuncio ex Alca. in l. ſi compenſandi. C. de hæredib. inſti. & conſ. 131. num. 2. lib. j. Matth. de Afflict. deciſ. 44. nu. 34. Idem.

24 Legatum factum hoſpitali, vel alio pio loco de pecunia quę teſtator ex ſolutis debitis, quę pecunia erat in mõte Genuæ, aut Florentiæ, an ſi ſuperueniẽte teſtatore creuerit, & aucta ſit ſumma legata, putà facto calculo & ſolutis debitis, debeat etiã augeri legatũ? Dic quod nõ, ex no. per doct. in apoſtil. ad Bar. in l. cũ ſtipulamur. ff de verb. obl. Villalob. & Vezin.

25 Legatũ ſi fiat de feudo emptitio hęreditario debetur æſtimatio legatario, ſec. comm. per Burſ. conſ. 4. nu. 17. lib. j. Bonac.

26 Legatum piũ non debetur, niſi adita hæreditate, ea no. per Iaſ. in l. j. lect. j. nu. 19. & 2. lect. nu. 34. C. de ſacroſ. eccl. Capel. Toloſ. q. 89. 214. 2oẽr. q 41. 93. Natt. cõſ. 231 poſt Alex. conſ. 209. lib. 2. cui adde quod cauſa legatorũ ad pias cauſas in vtroq; foro agi poteſt, teſte eodẽ Alex. conſ. 170. ee. lib. & peti poſſunt talia legata ab hærede laico, etiã corã iudice eccleſiaſtico. teſte Did. in c. relatũ. el 1. n. 13. de teſta. Quòd autẽ nõ debeãtur legata hęreditate nõ adita, notãdẽ Did. in c. Raynal. §. 3. nu. 11. de teſta. vide Rom. conſ 493. Matheſ. ſing. 163. Villalob. & Vezinus.

27 Legatũ factũ mulieri, ſi vidualẽ vitã ſeruauerit, an ingrediendo religionẽ, legatũ habere debeat? Dic q ſic, teſte Bal. in l. Deo nobis 1. reſp. nu. 9. C. de epiſc. & cler. Et dit quod legatum factũ filię ſi nupſerit, etiẽ debetur ſi intrauerit religionẽ, teſte Euerard. lib. argu. loco à matrimonio carnal ad ſpiritnale. Vezin.

28 Legata conditionalia, & fideicommiſſa tam particularia quàm vniuerſalia, non tranſmittuntur ad liberos

Ampliatur in 4. caſib. vt per Io. Bolog. in l. hæredes mei. §. cũ ita. ff. ad Trebel. nu. 129. & 137. Don. à Fina.

29 Hypothecaria datur pro legato, etiam de iure antiquo, l. creditoribus. ff de ſeparat.

Fallit in 4. caſ. quos refert Crot. in l. j. ff de leg. 1. nu. 41. datur etiam rei vendicatio, vt per Rip. in d. l. j. vbi limitat in 12. caſibus nu. 84. & ſic pro legato competunt tres actiones.

Fallit in multis caſib. vt per Baptiſt. à Villalo. concluſio. 46. in litera L. ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 7. à Rip. in d. l. j. num. 38. Don. à Fina.

30 Legatum continens alterius vtilitatem, ſi eſt validũ, producit actionem. Bar. in l. j. ff. de leg. 1. ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 4. per Soc. reg. 55. in add. Don. à Fina.

31 In caſu, in quo teſtator prohibuit Falcidiã de legatis poſſe detrahi, debentur legata hæreditate non adita per hęredem ſcriptum. no. in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1.

Fallit in duob. caſib. vt par Crot. in d. l. nemo, n. 16. Don. à Fin.

32 Teſtator legando rem com. cum alio, intelligitur ſolum legare partem, quam in ea re habet, l. ſeruus, §. cùm fundum, ff de leg j. l. ſi colonus, §. fi. l. quod in verum. §. 2. eod. tit.

Fallit in 4. caſib. quos not. Soc. reg. 124 ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 4. à Iaſ. in d. §. cum fundus, numero 1. & 28. fallit. in 4. caſibus vt per Rip. in l. cum fundus. ff. de leg. j. num. 4. Don. à Fina.

33 Teſtator legans rem ſimpliciter, cenſetur tantummodò legare ius, quod habet in re, l. ſi domus, §. ſi fundus, ff de leg. j. Ampliatur in 7. caſibus, & limitatur in 7. à Socin. reg. 95. in add.

Fallit in 4. caſib. ſecundùm Alca. in l. ſerui electione, §. cùm fundus, ff. de leg. 1. nu. 2. vbi Ponta. ampliat in 8. caſib. & limitat in 5. Idem.

34 Legatarius habens electionem legati, non poteſt eligere partem in vno, & partẽ in altero, l. ſi ex toto. §. ſi ita legatum. ff. de leg. j. fallit in 3. caſ. quos no. Iaſ. in d. §. ſi ita legatum, n. 5. Idẽ.

35 Illud quod poſſum legare domino, poſſũ legare eius ſec

uo, *l. non ideo minus, ff. de hered. instit.* & econtrario illud, quod poſſum legare ſeruo, non poſſum legare eius domino, *l. neque ff. de heredib. instit.* Fallit in 3. caſib. quos notat Iaſ. *in l. ſi mihi & tibi §. regula, ff. de leg. 1. nu. 2. & ſeq.* Don. à Fina.

36 Quod minimum eſt, cenſetur eſſe in legato, *l. legato generaliter, ff. de leg. j.*

Fallit in 4. caſib. quos no. Soc. *reg.* 319. fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. *in l. ſi ita ſit ſcriptum, ff. de leg. j. nu.* 17.

Fallit in multis caſibus, vt per Alex. *in d. l. ſi ita ſit ſcriptum. num.* 4. Idem.

37 Anguſtiæ temporis, quę concernunt executionem, ſeu pręſtationem legati, non vitiant ipſum legatum, *l. ſi mihi & tibi, §. ſi quis ſeruos, num.* 9. Idem.

38 Legatū factū filiab. nō cōprehendit poſthumā, de qua nō eſt facta mentio in teſtamento, *l. qui filiab.* vbi not. *ff. de leg. j.* fallit in 2. caſib. vt per *Iaſ. in d. l. nu.* 8. Don. à Fina.

39 In legato patris bonorum non veniunt fructus niſi à tempore, quo heres fuit in mora, *l. ſi quis bonorum. ff. de leg. j.*

Fallit in 2. caſib. vt per *Iaſ. in d. l. ſi quis bonorum.* fallit in 18. caſ. vt per Rip. *in l. in fideicommiſ. ad Treb. col. 9.* Don. à Fina.

40 Legatum factum hęredi a ſemetipſo non valet. *l. legatū, §. j. ff. de leg. j.* fallit in 2. caſibus vt per *Iaſ. in l. planè, §. ſi duobus, ff. de leg. j.* Idem.

41 Legatarius ſi ſtipuletur ab hęrede ſeruū in ſpecie ſibi legatū nō eſſe fugitiuū, per talē ſtipulationē nihil plus debetur, quā eſſet in legato, quare hęres debet pręſtare talē, qualis eſt, *l. ſi legati ſerui. ff. de leg. j.* fallit in 2. caſ. vt per *Iaſ. in d. l. n.* 2. Idē.

42 Quando teſtator legat domum ſimpliciter, & nullum habet in patrimonio, tale legatum eſt deriſorium, & ſic inutile; & heres non tenetur aliam domum extra patrimonium teſtatoris redimere, doc. *in l. ſi domus, ff. de leg. j.*

Ampliatur & limitatur in 3. caſib. vt per *Iaſ. in d. l. ſi domus, n.* 10. Idem.

43 Quando teſtator legat domum ſimpliciter, & habet in patrimonio plures domos, electio eſt hęredis, quam velit dare, *d. l. ſi domus, ff de leg. j.* Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 2. à Iaſ. *in d. l. ſi domus, num.* 5. Don. à Fina.

44 Teſtator legādo domū, videtur legare vnā ea illis, quaa habet in patrimonio, *l. 3.* ibi & Bart. *ff. de vino, trit. & oleo leg.*

Fallit in 2. caſib. vt per Soc. *reg. 94. in addit.* Idem.

45 Legari poteſt ab omni debitore, *l. ſi pecunia, ff. de leg. j.* fallit in 2. caſib. vt per *Iaſ. in d. l. nu.* 8. Don. à Fina.

46 Quando extraneus legat mihi rem meam, alteri obligatam pignori, cenſetur grauare hęredē, vt illud pignus liberetur ſoluēdo debitū principale, *l. ſi tibi homo, ff. de leg. j.* ampliatur & limitatur in 4. caſib. per Iaſ. *in d. l. ſi tibi, n.* 4. Don. à Fin.

74 Legatum ad pias cauſas hæreditate non adita, non debetur. hanc eſſe commu. opin. teſtatur *Iaſ. in l. habeat, C. de ſacroſan eccleſ.* fallit in 3 caſib. vt per eundem *in d. l. nu.* 29. fallit vt per Fran. Tora. *reg. 40. in ſuis concluſ.* Don. a Fina.

48 Legatum rei quā teſtator pręſcribebat, an finita pręſcriptione valebit? gloſ. tenet quod ſic *in l. j. §. fi. ff. de eo per quem fac.* & ibi Bald. & doct. vide tamen *Iaſ. in d. l. cum alienam. in 3. col. ibi. 6. no. limita.* Vezinus.

49 Sed quid ſi res eſſet aliena, ſed dominus non poſſet eam reuocare, vel vēdicare niſi pro illa re quid præſtaret? dic quod valet legatum, in eo quod dominus euincens habet præſtare. ita Iaſ. *vbi ſuprà* al. gloſ. not. *in l. qui ſolidum. §. j.* & ibi Bald. & Imo. *ff. de leg. 2.* Idem.

Subdit ibi Iaſ. an hoc caſu in teſtatore præſumatur ſcientia vel ignorantia, quia ſi præſumatur ſcientia in dubio valet legatū rei alienę: aliàs ſecus. Et ſecun. cum videtur quòd pręſumatur ignorantia *l. verius. ff. de proba.* & ita vult gloſ. *in cap. ſi. hus. de teſta.* ſed iſtud procedit quando res peruenisset ad teſtatorem ex facto alterius: ſi autem ipſe acquiſiuiſſet ex ſuo contractu, præſumeretur ſcientia. vide per eum. Idem

50 Teſtator an poſſit legare rem hæredis? dic quòd ſic: quia ita poteſt diſponere de re hęredis ſicuti de ſua. *l. vnum ex familia. §. ſi rem. ff. de leg. 2.* gl. & doct. maximè *Iaſ. in d. l. cum alienam. in 4. col.* Bened *in conſ.* 113. Lud. Ro. *conſ. 35. in fi.* Idem.

Eſt tamen differentia, quia quando teſtator legat rem propriam, dominium tranſit ipſo iure in legatarium. *l. à Titio. in fi. ff. de fur.* ſecus quando legat rem hęredis. gloſ. *in l. Pap. ff. de ſeruit.* doc. *in l. 1. ff. de leg. 1.* Iaſ. *vbi ſuprà.*

Limitat ibi Iaſ. præmiſſa nō procedere, ſi hæres haberet ſolū ius reale, putà pignoris vel ſeruitut. all. Bart. *in l. ſi ſeruus Titij de leg. 1.*

Subiungit Iaſ. quòd teſtator poteſt obligare rē hęredis. al. Pe. & Cy. *in l. aſſiduus. C. qui potio. in pig. ha.* & ibi Bal. qui dicit iſtum punctum non eſſe alibi in iure. & idem tenet ipſe Bal. *in l. 1. in fi. ff. ſol. mat.* & Alea. *vol. 2. conſil.* 173. ego miror de hac ſpecialitate: quia clarum eſt, quòd cui permittitur quod plus eſt, permittitur etiam quod minus eſt. ſed maius eſt legare rē hæredis in totum, quàm illam obligare. vt de ſe patet. ig. &c. & quòd pignoratio non ſit tanta alienatio, quanta eſt legare rem. faciunt no. per Iaſ. & doct. *in l. 3. C. de lega.* Idem.

55 Quid ſi laicus habeat ius patronatus in eccleſia, & legat alteri eccleſiā? dic quòd legatū, quātū ad eccleſiā nihil valet: tamē videtur quòd intelligatur laicus legaſſe illud ius patronatus, quod habebat. per *l. monumēta. C. de lega.* fac. *l. qui tabernas. ff. de cōtrah emp.* cū aliis al. per gloſ. *in d. l. monumēta.* Idē.

56 Legatū generis quod habet certos terminos ſola hominis deſtinatione, vt fūdus, non valet, ſin autem habeat certos terminos hominis facto, vt domus, valebit, & erit electio hęredis, vt *in l. quod in rerum. §. 1. l. ſi domus. in pr. ff. de leg.* 1. quod eſt verū, niſi teſtator non haberet aliquas domus, vel aliquid de illo genere, de quo legatum fecit, quia tunc nullum erit: prout notatur *d. l. ſi domus.* & à Doct. *ibid.* communiter teneri refert Bened. *d. reg. 113. num.* 26. Sin autem legatū generis habeat certos terminos natura, vt homo, equus, tunc ſecūdum omnes legatum generaliter valet, vt refert *ibid num.* 29. Cap.

57 Legatū factū pręlato, cōtēplatione eccleſię factū nō cēſetur: hac eſſe cōmune opinionē atteſtatur Frac. Turza. *conclus.* 14. vbi limitat: ſed legatū factū cattaneo cēſetur factū cōtemplatione eccleſiæ, & intuitu eccleſiæ. fallit in 3. caſibus vt per Socin. *in l. cum. ff. de rebus dub. num.* 15. Don. à Fina.

58 Legatum factum vxori, in quo relinquitur vſufructuaria omnium bonorum, inſtitutis filiis, intelliguntur ſolum legata alimenta. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Baptiſt. à Villal. *concl 15. in litera L.* Don. à Fina.

59 Legatū ſi factū eſt in teſtamento minus ſolēni, nō tenetur hęres ſoluere: hac eſſe cōmunē opinionē atteſtator Baptiſt. à Villal. *cōclus. 20. in litera L.* vbi limitat in 4. caſib. Idē.

60 Legata facta in teſtamento paterno, non confirmantur per exiſtentiam ſui hæredis, *l. ſi filius patri, ff. de vulg.* fallit in 2. caſib. vt per Soc. *in d. l. num.* 10. fallit in 4. caſib. vt per Alex. *in d. l. num.* 8. Idem.

61 Expreſſio conditionis quę tacitè ineſt in legato, non facit illud conditionale. no. doct. *in l. hæc verba, ff. de leg.* 1.

Fallit in 7. caſib. vt per Soc. *in d. l. nu. 1. & ſeq.* Idem.

62 Commodum rei legatæ cedit legato, *l. quod in rerum, §. ſi quis poſt ff de leg* 1. fallit in 4. caſib. quos not. Rip. *in l. ſi ex toto, ff. de leg. 1. nu.* 8. Don. à Fina.

63 Teſtatur legando ſecundo quod prius alteri legauerit ſub commemoratione primi, cenſetur totum adimere à primo, *ff. transferri, Inſt. de ademp. leg.* fallit in 3. caſib. vt per Ripam *in l. re coniunctis, ff de leg. 3 nu.* 23. Don. à Fina.

Vocati cenſentur in vnam portionem, qui per collectiuam vocantur, *l. ſi quis Titio, ff. de vſufr. accreſ.*

Fallit in 5. caſib. quos notat Rip. *in l. re coniunctis, ff. de leg. 3. num.* 103. Idem.

64 Hæres apud quem remanet aliqua quota hæreditatis, tenetur legatariis pro rata quotę, *l. 1. & 2. C. ad Treb.* fallit in 3. caſibus, vt per Rip. *in l. explicito, §. ſed ſi quadraginta, ff. ad Treb. num.* 2. Idem.

65 Legata relicta ab inſtituto, videntur in dubio repetita à ſubſtituto. fallit in multis caſib. vt per Alex. *in l. licet Imperator. ff de leg. 1. nu.* 9. Idem.

66 Legatarius propria authoritate accipiens rem legatam perdit illam, & eius actionem, *l. non eſt dubium, C. de leg.* fallit vt per Rom. *ſing.* 88. & Curſet. *ſing. incip. legatarius.*

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. nu.* 2. ampliatur in vno caſu, & limitatur in 4. per Diaz. *regul.* 407. videas Plot. *in rep. l. ſi vnguā, C. vnde vi. nu.* 58. fallit in 2. caſib. vt per Alea. *in l. nō dubiu, C. de legat. nū.* 1. & cōtra eū qui propria authoritate occupauit cōpetit interdictū quorū legatorū. vide plures congeſtos per Alpha. *collecta.* 828. ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 5. à Rip. *in l. hoc interdicto, ff. quorum legat.* Don. à Fina.

67 Legatum rei alienæ factū à teſtatore ſciēte valet, *l. cum alienam, C. de leg.* fallit vt per Baptiſt. à Villal. *concluſ. 3. litera L.* ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 7. à Iaſ. *in d. l. nu.* 2. fallit in 4. caſib. quos not. Bened. Cap. *in ſuo tract. reg.* 105. ſed ſi

res eſt

res eſt tradita, hæres non tenetur de euictione. fallit vt per eundem reg.107. Don.à Fina.

68 Legatum rei alienæ factum à teſtatore ignorante,& ſic errante,non valet, d.l. cum alienam. fallit in 8.caſibus, vt per Iaſ.in d.l.num.4.fallit in 7.caſibus.quos not. Bened. Capra in ſuo tract.reg.106. Idem.

69 Si pater filium impuberem exhæredauit alijs inſtitutis,& filio exhęredato dederit pupillarem ſubſtitutum,à ſubſtituto non poteſt alteri legare, l.cum quidam, C.de leg. fallit in 3.caſibus,vt per Iaſ.in d.l.nu 3. Idem.

70 Si fiat legatum mulieri ſub cõditione ſi nõ nupſerit,cõditio hodie reiicitur,& legatũ remanet purũ,& ſic mulier debet habere legatũ,ſiue nubat,ſiue nõ,l.cum relictũ,C.de indict. viduitate tollenda.fallit in 5.caſib.quos no.Iaſ.in d.l.n.3.Idem.

71 Legatarius cui facultas eligendi competit, debet rem mediocrem eligere,l.1.§.1.C.com.de leg.l.ſi quis argentum.§.2. C.de donat.l.legata generaliter,& l.ſi hæres generaliter,ff.de leg. 1.fallit in 2.caſib.vt per Iaſ.in d.l.generaliter. Don.à Fina.

72 Legata reuocantur per ſolas inimicitias ſuperuenientes poſt factũ teſtamẽtũ,licet hæredis inſtitutio nõ,l. ex parte.ff. de adi.leg.fallit vt no.Gerar.de Petraſan.ſing.5.incip.regula eſt. Don.à Fina.

73 Legata peti nõ poſſunt hæreditate nõ adita, l.ſi nemo. ff. teſt.tut.l.ſi quis omiſſa.ff.ſi quis omiſ.vide Tiraq. in tract.ceſſante cauſa.in 1.part.nu.24.Roman.ſing.199.Iaſ.in auth.ex cauſa,nu. 5.C.de lib.præter.Diaz reg. 410. fallit in 12. caſibus quos notat Iaſ.in l.eam quam,C.de fideicom.nu.20. fallit in 26. caſib. quos notat Benedict.Capra in ſua tract.reg 151.fallit in 12. caſibus, vt per Socin. reg.12.in addit. vide Dec. in l.ſi nemo.ff.de reg.iur. fallit vt per Viuium in fine concluſ.in verſ. hæreditate non adita.

74 Legatũ factum mulieri, aut inſtitutio facta de muliere quãdo habebit filiũ,debebitur legatũ illud,etiã ſi filius extractus fuerit à vẽtre illius mulieris dũ morretur, quia dicitur mulierẽ filiũ habere,quãdo exciſo vẽtre filius ablatus fuit ab ipſa muliere dũ moreretur.l.etiam ea mulier.ff. de verbo ſignif. Iaſon in l.quod dicitur.nu.5.ff.de liber.& poſth. Bellaromb.

75 Legati fructus ab adita hæreditate duntaxat,nõ & à teſtatoris morte legatario debẽtur,vt magis frequẽter receptũ profitetur Anton.Gom.in tract.de teſta.c.12.nu.5.quãuis contrarium omnino verius,vt idem Gom. ibidem. veriſsimè aſfirmet. Vide Iaſ.in §.ex maleficiis in 6.& 7.col.Inſti. de action. Corn.conſil.200.verſicul.ex qua infertur.vol.4. E. Suarez.

76 Si teſtator legat domum cum his quę ibi ſunt,non intelligitur legare quæ ibi ſunt merces cauſa,vel ad tempus. l. ex facto el 2 ff.de hær.inſt.

Fallit vt no.Rom.ſing.649. Don.à.Fina.

77 Legatarius actionibus hæreditarijs non tenetur. l.7.C. de hæred.act.fallit in 6.caſib.vt per Vigel.in commenta 5. annot. ca.2.reg.14.fol.14. Don.à Fina.

78 Legata regulariter præſtanda ſunt. l. verbis legis. ff. de ver.ſign.& §.1.Inſt.de fideic.hæred.

Fallit in 43.caſib.vt per Vigel.in com. 5.an.c.3.Don.à Fina.

79 Legata poſt aditam hæreditatem debentur, non ante. Bart.Bald.& doct.poſt gloſſ.in l.eam quam C.de fideicom. fallit in multis caſibus vt per Gabr.Sarayn. in annot.ad Matth. nu.162. Don.à Fina.

6 Legata certa quantitate frumenti annuatim alicui legatario,nõ debetur ſtatim ea frumẽti quantitas:ſed erit ſoluẽda eo tẽpore quo frumentum colligitur.*l.Fundo §. pater. ff.quando dies legati cedit.*& ibi Bar.*in l.legatarius.ff.de legat.3.*Soc. *cõſ.4. nu.10.in 4.vol.* idẽ erit dicendum in legato aliorum fructuũ, qui debentur eo tẽpore quo fructus colligentur annuatim,& nõ in principio cuiuſlibet anni. quod ſi legetur inſimul certa quantitas fructuum,& certa ſumma pecuniæ,vtrumq; debebitur tempore quo fructus colliguntur , cùm ſimul vtrumq; legatum ſit.Rom.& Iaſ.*in l.qui hoc anno ff de verb.oblig.* quod ſi veſtitus legatus ſit, tradentur veſtes quando legatarius egebit Soc.*conſ.11.in fi.in 1.vol & conſ.*10. *eodẽ vol.* quod ſi legata ſint alimenta,ea debebuntur de menſe in menſem, & in principio cuiuslibet menſis.*l.ſi pecunia ff.de alim.& cib.lega.*Soc. *in eodẽ conſ.*quòd ſi victus legatus fuerit , in principio cuiuſlibet anni debebitur.*Soc.ibid.* Bellacomb.

7 Legatũ annuũ factũ Eccleſię per verbũ ſẽper,& in perpetuum perſoluẽdũ,finitur curriculo,ſeu ſpatio 100.an.à die relicti,ſec.gl.no.poſt Bart.*in l.an vſusfr. ff de vſufruct. & in l.ſi vſusfruct.leg.*Iaco.de Raue.And.de Piſ.& Nicol.de Neap.*in l. annua ff.de annuis leg.*Card.*conſ.*66.Fed.de Senis *cõſ.*12 Ancharã.*in c.ſi.de teſtã.* Alex.*conſ.60.in prin.vol.2.* vbi ſcribit illã eſſe magis com.opi.& ab ea in iudicãdo,& cõſulendo nõ eſſe recedendũ,Didac.Conar.*in tract.Reſolutionum iuris ciuilis & Pontificij,in c.9.nu.10.lib.3.*idẽ tenet,& cõcludit ipſemet Alex. *in l. 2.in prin.ff.ſol.matr.*& ibi Ripa,Iaſ.Dec.& Claudi. Aquenſ. *nu.* 25 Rui.*conſ.143.nu.11.vol.4.*& *Alex.in d.conſ.60.*& hoc firmãt Doct.ratione infinitatis euitandæ, vt latiſſimè per Alex. ibi poſt prin.& ſententiam iſtã tanquã veriorẽ ſequutus eſt Dec. *conſ.*378.& Marcus Mantua,*in apophthe.apophthe.*52.Contrariã vero partẽ,expreſsè tenuit Rogerius relatus ab Accurſ.*in d.l. an vſusfructus.* Abb.Poſt alios ibi congeſtos per eum *in d.c.ſi. de teſtam.*Barb.*conſ.* 20. *volum.* 4.Angel.Cuma.Soc.*in l.3. §.ſi. nu.6.ff.ad leg. Falcid.*Corn.*conſ.22.n.19.vol.3.* Iaſ.*in l.videamus, §.deferre.ff.de in litem iuran.& in l.2.ff.ſol.mat.*vbi pariter Crotus,Pontanus Peruſinus,Parpal.Ripa,& Alber.*in d. l. an vſusfructus*,vbi audacter aſſeuerat opin.hanc ſe vidiſſe communiter ſeruari in practica.Et pro iſta opinione videtur caſ. legis expreſſus,qui non poteſt,niſi cum magna cauillatione & falſa interpretatione euitari in *l.annuam* , & in *l. annua §. Titia, ff.de annuis leg.*prout egregiè perpendit Ripa,*circa prin.* & Põtanus *in l. 2. ſol mat.*& Soc.*in l.3 §. ſi.ff. ad legem Falc.* & ita per iſtas leges,& alias quamplures rationes, & auctoritates conſuluit Frater Io2. Maria Verratus Ferrarienſis in libello diſputationum aduerſus Lutheranos,*in tit.de annuis legatis.*& ita conſuluit etiam efficacioribus fundamentis & rationib. Riminaldus,*conſ.inſerto,& poſito in d. libello diſputationum contra Lutheranos*,vbi quàm optimè firmat opinionem iſtam,& reſpondet omnibus ferè contrariis, & huic conſilio Riminal. ſe ſubſcripſit Bernardinus Burguntius Doctor eximius Parmenſis,plurimis & optimis rationibus & ſubſcriptio hæc repetitur poſt conſ.Riminaldi *in loco ſ.citato.*His accedit,ꝙ quãdo eſt factum legatum alimentorum alicui Eccleſiæ præſtandorum omnib. fratrib. dictæ Eccleſię in die ſancti Ambroſij, & nihil aliud ſit dictum,tunc alimenta iſta non forent pręſtãda quolibet anno in illa die ſancti Ambroſij,ſed hæres liberatur pręſtãdo,& ſoluẽdo alimẽta pro primo anno in dicta die

ſancti Ambroſij, vt per plura concludit Marcus Mantua. in apopthebeg. apophthbeg. 51. F. Viuius, Villalob. E. Suarez, & Vezin.

8 Quid ſi teſtator legat mihi centũ vel 5. quolibet anno, donec hæres ſoluat ipſa centũ, an illa, quinque peti poſſint quolibet anno? Barb. per multa quæ adduc. in 2. vol. conſ. 66. tenet quòd non. vide ibi per eum. & ita tenet Lanc. Dec. in l. ſi legatum. §. ſi cui. ff. de annu. leg. per illum tex. Vezinus.

9 Annuos reditus ex ſua propria natura nec mobiles nec immobiles eſſe (quantũ ad ius cõmune attinet) ſed tertiam quãdam ſpeciem cõſtituere, tradit And. Tiraq. lib. j. de retract. §. 1. gl. 6. in verſ. Rentes. n. 3. ſecundũ Pan. in c. nulli. de reb. Eccleſ. non alienan. & quoſdam alios quos ibi allegat. Si tamẽ ad alterutrũ eorum trahendi ſint certè immobilium naturam eos ſectatores uit. Et inde fieri, vt plerique omnes dicãt annuos reditus inter immobilia cenſeri, per l. ſi quis inquilino, ff. de lega. j. & expreſſum textum in Clem. exiui. §. cũque annui redditus, de verb. ſign. vbi dicitur, Cumq; annui reditus, inter immobilia cẽſeatur à iure, &c. & l. iubemus. 2. C. de ſacroſ. eccleſ. Ioan. Fich. Idem tamen poſtea nu. 7. limitat hoc ita procedere, ſi reditus ſint perpetui, aut certè ad longũ tempus cõſtituti, ſecus ſi ad modicũ: per multa ibi allegata. tales autem videntur cẽſus redimibiles, de quibus annotaui in verſ. redditus Villal.

10 Lego Titio decem annua vſque ad 25. annũ. intelligitur à morte teſtatoris. pone num. quòd Titius habeat 15. annos, non intelligitur legatum ſolũ pro 10. annis, ſed pro 25. Alex. notabilit. in l. ſi cui lege. §. hoc autem. in fin. ff. de leg. j. de quo etiam per Iaſ. ibi. Vezinus.

Et in materia legatorum, quando annus cœptus habeatur pro completo, vide Cor. conſ. 213. Idem.

11 Quid ſi teſtator legat vxori decem annua, ſoluẽda de fructibus taliter prædij, an ſi multis annis vxor nõ petiit, poſſint eius hæredes petere? Cor. in conſ. 183. tenet quod ſic. Idem.

12 Solutio in legato annuo fieri debet in principio cuiuſlibet anni. l. qui hoc anno. vbi gl. & doct. ff. de verb. oblig. tamen ſi legetur frumentũ annũ ex tali fundo, tale frumentũ non debebitur, niſi in tẽpore meſſium, & nõ in principio anni. l. Firmio. §. pater. ff. quando dies leg. cedit. Soc. conſ. 4. n. 10. vo. 4. Rom. in d. l. qui hoc anno. & Iaſ. in l. j. a. 4. ff. de inſti. & iure. Bellac.

13 Si teſtator legat alimentũ in domo, an poſſint alibi peti? Bar. in conſ. 211. incip. quidã ſibi filios. tenet quòd nõ. Et ita vult Bal. qui refert dictum conſilium Bar. de verbo ad verbum in ſecunda parte conſ. 150. Iaſ. in l. j. C. de legat. tenet in conſ. 139. Angelus conſ. 28.

Limita niſi ex ſæuitia hęredum, non poſſet alimẽtãdus ſtare in domo. & ita tenent Bar. & Bal. in conſiliis præællega. Iaſ. qui infinita al. in l. diuortio. in 8. col. ſol. mat. inter cętera alleg. Paul. de Caſt. conſi. 387. incip. vxor quædam. in fi. quod mihi eſt 389. alias 391. incip. quòd vxor. idem Iaſ. in d. l. j. Bened. in conſil. 128. Charian.

Et aduerte, quod tunc alimentandus tenetur probare, quod non poteſt habitare in domo, vt in terminis tenet no. Pet. de Anch. conſ. 154. refert alio numero, & ſequitur Fel. in ca. ſuper his. in 7. col. de accuſ. Alex. in 1. vol. conſ. 100. repetito in 4. vol. conſ. 3. facit quod vult in 2. vol. cõſ. 101. Iuſ. in l. j. C. de leg. & in d. l. diuortio. in 8. col. Secus ſi ſimpliciter relinquuntur alimenta. Cor. in 3. vol. conſ. 286. vide eundem in 4. vol. conſ. 156.

Non tamẽ tenetur habitare omni momento. l. ſi quis ita legauerit. & ibi Bar. ff. de cond. & demon. Idem.

Quid ſi debeat morari cum duobus, & vnus expellat, an debeat habere legatum alimentorum? Cor. quod ſic, in conſ. 323. Idem.

14 Si hęres grauatus eſt dare alimenta in domo, excuſatur dando in domo ęquè bona. Hypo. in l. 1. §. cum quidam. circa fi. de quæſt. Idem.

Aduerte etiam, quia ſi teſtator dixerit, ſi habitauerit Papiæ cũ filiis, ſuffitit habitare Papiæ. Secus ſi indiſtinctè dixerit, ſi habitauerit cũ filiis, quia debet ſimul habitare. tex. & ibi Bar. in l. qui concubinam. §. vxori. ff. de l. 3. & in d. l. ſi quis ita. Idem.

Pone quidam reliquit duas filias impuberes, in ſuo teſtamento legauit earum matri alimenta, donec ipſę filiæ ſtarent cum ea: deinde vnã nuptui tradidit, altera vero deceſſit, nunquid mater debebit habere alimenta? Rayn. de forl. in l. 1. C. de leg. refert quoſdam magnos doct. determinaſſe quod ſic, per no. ibi. Tamen dicit ſe reſpondiſſe totum contrarium: quia conditio appoſita in legato, cenſebatur appoſita fauore filiarũ, vt inſtruerentur à matre. arg. l. ſed & ſi hoc. §. vlt. ff. de cond. & demon. facit. l. ſi ita relictum. §. Pegaſus, ibi veluti, &c. ff. de leg. 2. & ibi Imn. in 1. not.

De hac materia vide in ſimili Angel. in conſ. 150. vbi ponit quæſtionẽ, quãdo teſtator legat alicui donec, vel quoad ſteterit cũ hærede. vide etiam Iaſ. in d. l. j. vbi dicit quòd ſi relicta ſunt alimẽta alicui donec ſteterit cũ tali, ſeu quoad morabitur in domo, debet illa habere illo tali mortuo. cõtrarium tenet Lud. Rol conſ. 185. de quo etiã amplè Soc. in 1. par. cõſ. 68. & ſeq. Cor. conſ. 311. Beo. in conſ. 4. in 1. dub. Ang. conſ. 301. Idem.

15 Sed quid ſi caſu fortuito cõtingente in perſonã legatarij alimentorũ, non poteſt ipſe morari cũ eo qui tenetur ad alimenta, an habebit legatarius alimenta dũ viuit? Pan. de Caſt. d. l. j. C. de lega. dicit quod non: quia caſus debet nocere legatario, nõ autem hęredi, vt in ſimili no. in l. ſi vno. §. cum quidã. ff. leca.

Sed Alex. in d. l. j. dicit, quòd de hoc dubitat, per no. per Bar. in l. Caio. §. Imperator. de alim. lega. vbi dicit, quod quotieſcũq; ſubeſt iuſta cauſa non habitandi, nihilominus legatarius debet habere legatũ alimentorũ, vt dixit Ben. in d. conſ 4. Idem.

16 Quid ſi teſtator reliquit vxori alimenta in domo, & ipſa ducit ſecundum maritum in domum primi? dic, quod perdit legatum. Bal. in l. j. in fi. C. de lega. Idem.

17 Alimẽta in domo teſtatoris, quãdo alicui relinquũtur, ſi cõmodè poteſt in ea habitare, extra domũ pręſtari nõ debent, ſecundũ veriorem ſententiã per Rol. conſ. 89. n. 10. lib. 3. n. 14. vbi ſi quis nõ poſſit morari cũ aliquo ex iuſta cauſa, nõ perdit legatũ, teſte eodẽ d. conſ. col. 4. in prin. vbi inquit, quod & ſi alimẽta pręſtãda veniant in domo hęredũ, & nõ extra: id tamẽ nõ procedit, nec locũ habet, quãdo non ſtat per legatarios quominus in domo percipiantur alimenta, ſed per hęredes, iuxta no. per Bar. in l. Caio. §. Imperator. ff. de alim. & cib. leg. vbi quòd ille qui cum aliquo morari debet: ſi nõ poteſt ex iuſta cauſa, non perdit legatũ, per l. Mæuia in fi. de ann. lega. & ideo ſubdit quod ſi teſtator reliquit alimẽta vxori in domo ipſius teſtatoris, ſi nõ poteſt ibi cõmodè morari, quia eſt iuuenis, & aliqui ſunt ibi, qui veriſimiliter luxuriarentur cum ea, poteſt petere alimenta, & recedere à domo, ex no. per doc. in l. j. C. de legat. de quo per eundẽ Rol. d. conſ. 89. col. 4. per tot. vbi quod ſi ab vno hęrede de relicta fuerint alimẽta in domo, & per eum fit quominus legatarius cũ eo ſtare poſſit: tunc alimẽta extra domũ peti poſſunt. In caſu autem dicti cõſilij ſtetit per hæredes quominus legatarij perciperẽt alimẽta in domo ipſorũ, cùm ipſi non viuant in cõmunione, & in qua lẽ domo de qua ſenſit teſtator. Quam concluſio. declara vt plenè per eum dicto conſilio, & vide quæ ſcribit Miſing. centur. prima, obſerua. 64. vbi quod vxori debentur alimenta ex bonis mariti, & ſi habeat vnde viuat. Vide infra §. alimenta ſi legantur. Bellac.

18 Quid ſi teſtator relinquat alicui alimenta in parte ſua, & in parte fratris ſui cum quo habebat bona communia? dic quod hæredes tenentur pręſtare in ſolidum omnia alimẽta. ita Bar. in conſ. 211. & volunt doct. max. Alex. & Iaſ. in l. ſi duobus. §. 1. ff. de leg. j. Quod no. quia quilibet diceret cõtrarium. Pr. Gerar. ſing. 44. Fac. quod vult Cor. in 4. vol. conſ. 105. vbi vult, quod ſi teſtator legat filiæ vſumfr. bonorum quæ habet communia cum fratre cuius filium inſtituit, veniat totus vſusfr.

19 Legatum alimentorũ non eſt reiterabile. l. libertis. ff. de aliment. lega. & ibi Bar. & ideò ſi vir vxori legatum alimentorum fecerit, deinde filiis vel aliis alimẽta relinquat in eis bonis: illud ſecundum legatum erit modicę vtilitatis. ita Io. Dilectus, in ſuo lib. de arte teſtand. in tit. 6. cautel. 23. duę enim cauſę lucratiuę ex diuerſis teſtamentis non poſſunt concurrere. & Alex. conſi. 134. nu. 9. in 6. vol. Vezin.

20 Alimenta vbicunque ſimpliciter debentur, ea præſtanda ſunt arbitrio boni viri, id eſt, pro modo facultatum, l. pen. ff. de alim. & cib. leg. & erunt pręſtanda ſecundum redditus patrimonij, & non ſecundum valorem proprietatis rerum Boër. dec. 19. a. 8. nec propterea debet vendi proprietas pro ipſis alimentis præſtandis, etiam ſi in matrimonio eſſet proprietas alicuius rei parui valoris, & modici redditus. l. Imperator. ff. ad Treb. Bar. in d. l. pen. Alex. conſ. 72. vol. 5. & conſ. 70. vol. 4. quod ſi facultates non ſuppeterent, non teneretur quis pręſtare alimenta. Corn. conſi. 128. in 3. vol. at ſi ad certam quantitatem alimenta eſſent taxata, tunc ea quantitate ſoluenda eſſent. d. l. pen. & ibi de Roſate. Bellac.

21 Alimenta alicui legatario debita ex diſpoſitione teſtatoris, legatarius non tenetur operari hæredi, ſecus ſi ex diſpoſitione legis alimenta debeantur, eo caſu ille cui debentur ea

alimenta tenebitur operari, vt ſunt alimenta quæ vxori à marito ſunt præſtãda, & quæ mulier in vtilitatẽ viri tenetur operari. *l. ſicut. ff de operis liber.* Iaſ. *in l. quãdiu. C. de leg.* Pau. Caſtr. *in l. diuortio. in prin. nu. 10. ff ſolu matri.* tenebitur quidem ea vxor ad æqualia ſeruitia, putà facere coquinam, parare mẽſam, & huiuſcemodi ſeruitia. Bal. *in l. j. C. de leg.* Idem.

22 Alimenta vbi debentur iure obligationis ex cõtractu vel teſtamento, ſi non fuerint exoluta, ea alimenta peti poterunt etiam pro tempore præterito: vbi autem deberentur ea alimẽta ſolùm officio iudicis, vt ſunt ea quæ à patre filio debentur: vel econtra, & tunc præterita alimenta peti non poterunt. *l. ſi quis à liberis. §. ſi vel parens ff. de liber. agnoſcend.* Alex. *conſ. 88. nu. 20. vol. 6.* & Corneus *conſ. 183. 1. vol. nu. 5. & conſ. 212 in 3. vol.* Roman. *conſ.* 458. Idem.

23 Alimentorum legatum relictum pauperi, cenſetur eſſe ad cauſas pias: aliàs ſi non relinqueretur pauperi, non dicetur factum ad cauſam piam. Bar. *in l. alio. ff. de optio. lega.* Iaſ. *in l. cum is. §. mulier. ff. de cond. indeb.* Idem.

24 Ius accreſcendi ceſſat, vbi alimenta ſunt duob. relicta ex quibuſdam prædiis, & vnus eorum moriatur, vel recuſet accipere partem ſuam alimentorum, quia ea pars ad proprietariũ venit. *l. dominus. §. per fideicommiſſum. ff. de vſufruct.* Iaſ. *in l. ſi cõſtante. nu. 7. ff. de ſolut. matr.* Idem.

25 Legatum alimentorũ, & vſufructus, per illa verba donec vixerit, vel vidualẽ vitam ſeruauerit, vſque quo cenſeatur pro primo anno purũ, & pro aliis conditionale, vide Burſ. *conſ. 32. nu. 8 nu. 53. & ſeq. lib. 1.* vbi concludit, quod ſit pro primo anno purum, pro ſequenti verò conditionale: & an trãſmittatur ad hæredes ſi filia decedat antequã nubat? Dic quòd non, ſecun. cõmunem *d. conſ. in locis ſupra allegat.* quas tamen concluſiones intellige vt latius per Anchar *conſ.* 307. Bonac.

26 Teſtator legãdo ſuæ vxori victũ & veſtitũ in ſua domo, & grauauerit hæredes de exoluẽdo eo legato, & vt ne moleſtarẽt ipſã vxorẽ: & ſi eã moleſtauerint, priuat eos hæredes hæreditate: in caſu cõtrauẽtionis hæreditas ea ad cohæredes debebit pertinere ſi qui alij ſint, aut ad ſubſtitutos, aut verò ad venientes ab inteſtato, & nõ ad ipſã viduã, licet cõtẽplatione ipſius viduæ ipſius hæredes priuati ſint. Iaſ. *in l. ſi ſeruo legato, §. ſi teſtator. nu. 5 ff. de leg. 1.* & hoc per *l. vxorem. §. hæres,* & Bart. *ff. de leg. iij.* Bellac.

27 Alimenta vxori relicta, debentur tantũ ex vſufructu ſibi, prout per teſtatorem maritum præſtabãtur, ne filius fame pereat, iuxta communem per Burſ. *conſ. 25. nu. 28. lib. 1.* Bonac.

28 Alimenta ſi legantur mulieri in domo hæredũ, tenetur ipſa ibi morari, quia verba appoſita in legato, quod hæredes teneantur præſtare alimenta in domo, ponũtur in cõmodũ & fauorẽ hæredis, cũ dicatur minus grauis ipſis hæredib. præſtatio alimentorũ, ſi in domo alimẽta præſtentur, ſec. differentiã Bart. *in l. Caio. §. Imperator, nu. 3 ff. de alim. & cibar. leg.* Et hãc ſententiã cõmuniter approbatã eſſe ſcribunt D. Alex. de Imol. *in conſ. 100. nu. 1. in 1. lib. & in conſ. 168. nu. 5 & 6. vol. ij. conſ.* Barth. Soc. *in conſ. 28. nu. 5. in ij. vol. conſ.* Steph. Bert. *in conſ. 177. in vol. 2. par. altera.* Sed hæc doctrina vt dextrè intelligatur neceſſe eſt: ſi enim ex cauſa iuſta, mulier nõ poſſit morari in domo hæredũ, legato nõ priuaretur. Ita cõmuni calculo illã generalem differentiã Doctor. limitant Bart. *in d. §. Imperator.* Bald. *in l. 1. nu. 10.* Salicet. *nu. 4. C. de legat.* Petr. de Anchar. *in conſ. 254 n. 3.* Ioan. de Anan. *in conſ. 54 n. 1.* & ibi Ludouic. Bolog. *in addit. ſua. nu. 4.* pulchrè Iaſ. *in l. diuortio. nu. 23. & 25 & in d. l. 1. nu. 3. C. de legat. & in conſ. 44. nu. 2. in 1. vol. conſ.* quã & reliqui Docto. referẽte Rol. à Valle, *in conſ. 22. nu. 11. in 1. Tom.* approbant. Licet nõ ignorẽ Paul. de Caſt. inter diſpoſitionẽ ipſius teſtatoris & legis *in d. l. 1. nu. 4. C. de legat.* diſtinguere: cuius ſẽtẽtiã cũ tẽperamẽto, ibi Alex. *nu. 5.* intelligenda eſſe arbitratur. Quis autẽ iuſtã illam cauſam probare cogatur? an mulier, quod iuſta de cauſa in domo cũ hæredib. viuere nõ poteſt, an verò hæredes probare debeãt? referunt in ſpecie Petr. de Anchara. *in d. cõſ. 254.* & Iaſ *in d. l. diuortio. d. nu. 25.* Quãuis Fran. Curt. *in addit. ad Alex. in d. l. 1. in verb. morari.* illud in conſ. Ancharani nõ inueniri dixerit: aliquãdo tamẽ bonus Homerus dormitat. Kirchu.

29 Legatarius cui ſunt legata alimenta in domo hæredum, ſi non poſſet morari in domo cũ hærede, propter eius malos mores, ſæuitiã eius, aut propter honoris ſuſpicionẽ, tũc illi debent dari alimenta in alia domo. Bal. & Iaſ. *in l. 1. C. de leg.* ſpectat autẽ onus probandi ſæuitiã, aut aliã cauſã ad legatarium, quod ſcilicet cum hærede nõ poteſt ſtare. Iaſ. *ibi.* illud legatũ ſimpliciter relictũ fuiſſet, tunc extra domũ poſſent peti alimẽta. Et hãc opin. tenẽt Bart. & alij *in l. libertus. 1. §. 1. ff. de alim. & ciba. leg.* Bertrandi *conſ. 183. in 2. vol.* & ibi inquit hãc opin. com. eſſe. & Iaſ. *in l. diuortio, in prin. nu. 24. ff. ſol. matri.* Bellac.

30 Si teſtator legat alimẽta vxori alicuius, intelligitur tã de prima quã de ſecunda vxore fauore alimentorũ. Fel. *in c. ſi moniamus. in pen. col. de treug. & pac.* al. Alex. *conſ. 313. incip. viſo proceſſu.* quod mihi eſt *in ij. vol. conſ.* 171. Rip. *in rub. de ſecund. nup.* Sed Iaſ. *in l. diuortio. §. quod in anno. in 3. col. ff ſol. mat.* dicit quòd ſolet admirari de eo quod conſuluit Alex. *in d. conſ.* 171. & quod non putat verum. Chærian.

31 Alimenta monachis, nihil proprium, peculiaréue habentibus legata, iudicis officio debebuntur. commune dicit Ant. Gomez. *de teſtam. cap. vlt. nu.* 46. quamuis ea de re dubitare nõ de nihilo quis poſſit. E. Suarez.

32 Legatum factũ alicui loco pio, vel hoſpitali, aut eccleſiæ pro pauperibus alimentandis, eo loco pio deſtructo, legatum illud non amplius debebitur. Gemini. *in cap. licet. de electio. in 6.* Iaſ. *in l. inter ſtipulantem. §. ſacram. nume. 30. ff. de verbo. oblig.* communem dicit. Vexinus.

33 Vxor cui maritus in teſtamento alimenta reliquit, poterit ea vxor inſimul & dotem ſuam & alimenta petere, niſi per teſtatorem hoc expreſsè illi fuiſſet prohibitum: quia niſi vtrũque petere poſſet, tale legatum alimẽtorum eſſet ſibi inutile. Paul. Caſt. *conſ. 224. par. 2.* quare ne tale legatum ipſi vxori reddatur inutile, præſumendum erit teſtatorem voluiſſe ſuum hæredem grauare duplici onere, quod aliàs nõ præſumeretur *l. Titia. §. quis mutua. ff. de leg. 2.* Soc. *conſ. 10. num. 24. 1. par. & in c. officij de teſtam.* Idem.

34 Alimentorum cauſa tunc demum pia dicitur, cùm pauperi legantur. commune aio ex Bart. *in l. alio. nu. 4. ff. de alimen. & cibar. legat.* Aret. *conſ.* 97. Imol. *in l. cum pater. §. 2. ad fi. ff. de legat. lib. 2.* Alex. *conſ 75. lib. 4.* Iaſ. *in l. cum is. §. ſi mulier. ff. de condic. indeb.* Dec. *conſ. 72. in princip. & conſ. 526. & conſ. 1111.* Soarez *in l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* Gomez. *in §. præiudiciales nu. 5. Inſtit. de actio.* Grat. *conſ. 140. n. 7. lib. 2.* Oldẽdorp. *de iure ſing. nu. 43. lib. 1.* cùm autem ditioribus relinquuntur, inter gratioſas, ac fauorabiles cauſas ponũtur, vt cõmune pronuncio ex Alex. & Dec. *nu. 9.* Alciat. *nu. 19. in l. ſi certis annis. C. de pact.* Iaſ. *in l. 2. hunc. 3. C. de fideicõmiſ.* Bald. Nouel. *in repetit. l. 1. nu. 53. ff. ſolut. matrim.* Guliel. Bened. *in repetit. cap. Raynut. verſ. ſi abſque liberis. in 2. tract. de leg. nu.* 279. E. Suarez.

35 Legatum alimentorum incertum valet. Barb. *in 3. vol. conſil 29. in 2. vol. in fi.* Vezinus.

36 Legatũ alimentorum, habet ſpecialia, quæ habet legatum libertat. Cor. *in 1. vol. conſ. 323. verſ & primo eſt.* Idem.

De fundo legato.

TITVLVS XXVIII.

SI teſtator primò legauit tibi partem fundi, deinde ſimpliciter eundem fundum tibi legat, nihil valet ſecundum legatum, & ſolũ intelligitur legata pars fundi. Iaſ. *in l. planè. §. 1. in 5. col.* poſt Paul. de Caſtr. *ibi. ff. de leg. 1.* per *l. Mauius. de leg. 2.* & dicit quòd quilibet diceret contrarium. Vexinus.

2 Sed quid ſi teſtator prælegat certa prædia vni exhæredib. deinde generaliter legat vxori vſumfruct. omnium bonorũ, an vxor habebit vſumfruct. dictorum prædiorũ? Paul. de Caſt. *in 2 part. conſ.* 104. determinat quod ſic. alleg. *l. Sempronio. ff. de vſufr. leg.* & ita videtur tenere Panor. *in 2 part. conſ. 4. in 2. col.* addo Bald. *in 2. part. conſ.* 185. fac. quod vult Alex. *in 1. vol. conſ. 25. in vlt. col. ibi. ſed quando teſtator.* Idem.

Aduerte tamen, quòd ſi teſtator legat vni fundum, poſtea legat vſumfruc. illius fundi alteri, ambo concurrunt in vſufr. *l. ſi alij. ff. de vſufr.* Imò Paul. de Caſt. *in 2. vol. cõſ.* 240. tenet, quod ſi fundus ſit relictus vni extraneo, & vxor ſit relicta vſufructuaria omnium bonorum, quòd ambo concurrent in vſufr. illius fundi. Idem videtur tenere Alex. *in 3. vol. conſ.* 56. vbi dicit, quòd ſi teſtator inſtituit filias in omnib. bonis, & reliquit vſumfru. omnium bonorũ vxori, quòd filiæ & vxor in vſufr. concurrent. In caſu tamẽ Alex. erat verbũ pleno iure, & idem eſſet ſi dixiſſet plenariè. Ita Barb. *in 2. vol. conſ.* 2. Limita etiam *d. l. ſi alij. de vſufr. leg.* procedere quãdo fundus fuit relictus vni, deinde vſufr. illius fundi fuit alij in ſpecie relictus: tunc enim ambo concurrunt in vſufr. ſecus quãdo fundus eſſet in ſpecie relictus vni, deinde alij eſſet relictus vſufr. omniũ bonorũ: quia in vſufr. illius fundi non concurret vſufr. cum legatario.

ita Iaſ.*in l.quæſtio.C.de leg.* alleg. Bal.*in l.quoties.in fi. C.fam. erciſ.* addo Bal. *in 2. part. conſ* 56. Ang.*in §.1.Inſti.de vſufruct.* Fac.quod volt Iaſ.*in l.ij.in 28.col.in fi.C.de iur.emph.* vbi ponit q.de emphyteota,alienante rē, vt videatur alienare ius quod habet in re.de quo etiam per eundem Iaſ.*in d.l.quod in rerum.§.ſi vſumfructum.*& Alex.*vol.2.conſ* 187.*in 2.& 3.col.*Pan.*in c.filius,de teſta.* vbi loquitur in legante rem ſibi pignoratam.

Limita niſi teſtator dixiſſet,lego totam talem rem per *l.Iulia.in prin ff de leg.3.*& ita volt Alex.*in d.l ſerui elec.§.fi.in 1.col.* Cor.*vol.4.conſ.*103.Ang.*in d.§.non ſolum.Inſtit.de legat.*

Et propterea credo,quod Iaſ.*in d.l.1.C.qui teſta facere poſ.in 2.col.* æquiuocauerit,in formādo quæſtionem in eo,qui habet fundū cōmunem cum alio:an ſi legat totum fundum,nominando & confinando fundū,intelligatur totum relinquere?& dicit q̄ non,ſed ſolū partem. Nam iſta deciſio eſt contra tex.*d.l.Iulianus.*& quæſtio debuit formari ſine illo verbo totam, alias non video quomodo procedat ſua deciſio. *Io.Fich.*

3 Si teſtator habeat rē cōmunem cū hærede ſuo,legādo rem ſimpliciter,intelligitur etiā partē hæredis legaſſe,& ſic totā.*l.cum filius.§.dominus.*& ibi Bar.*de leg.ij.*Ang.& doct.*in d.l.ſerui elec.§.fi.& in d.l.cum alienā C.de leg.*Ben.*in conſ.*113. Vezin.

4 *I*dem quando legat vſumfr.rerum communium cum hærede.Cor.*vol 4.conſ.*103.Limita,niſi teſtator dixiſſet,talem rē meam,quia tunc ſolum partem ſuam legaſſe videtur.ita Bar.& doct.*in d.§ fi.*Pan.& Imo.poſt Pet.de Anch.*in c.filius.de teſta Iaſ.in d l.cum alienam.in vlt.col.*& vide notabiliter Cor. *in conſi.*212.*in donat.mariti vtenſilium non includuntur communia. Bal in l.j.in fi.ff.de ſtatu.hom.* *I*dem.

5 Si teſtator habeat nudam proprietatem in fundo , & illū mihi leget,hæres tenebitur redimere vſumfructum, ne nuda proprietas ſine emolumento apud me ſit.*l.Mauius.§.fundo.ſecundum intel.mag.no.ff.de leg.ij.* *I*dem.

6 Quid ſi quis habeat rē in emphyteuſim,quę per ei⁹ mortē finitura erat,& illā alteri leget,an valeat legatū?Bar.& doct.*in d.l.quod in rerū.§.1.*dicūt q̄ nō.de quo vide latius per Alex.*ibi,& in l.vxor.*vbi etiā Iaſ.*C.de leg.*& per eūdē Iaſ.*in l.ij.in* 84 *col.ibi,pro hac parte.C.de iure emph.*& Cor.*vol.2.conſ.*84.*I*dem.

7 Si teſtator habens rem in emphyteuſim,leget eam mihi, deinde acquirat directū dominiū,an augebitur legatum?Bar.& doct.*in l.ſeruum filij.in prin.de leg.j.*cum aliqua diſtio.dicunt quod ſic.& iſta op.verior videtur, licèt Bal.& Sal.*in d.l.vxor.* ſint in op.contraria. De quo vide Alex.*in d.l.ſeruum filij.I*dem.

8 Si teſtator legat rē ſua alteri obligatam, an hæres teneatur luere?vide Cor.*vol.3.conſ.*42.vbi tenet quod ſic , ſi teſtator ſciebat obligationem,per tex.*in l.ſi res obligata.ff. de leg.j.& in l.prædia.C.de fideicom.*

Vide Ang.*in §.ſed & ſi rem.in fi.Inſtit.de lega.* dum all. *l.qui habebat.ff.de leg.3.* *I*dem.

9 Quid ſi legat dimidiam fundi,an intelligatur dimidia totius fundi?Soc.*in d.l.ſerus elec.§.fi.char.223.nu.4.* *I*dem.

10 Legatū factū de re aliena eccleſiæ,vel pro anima valet, ſecundum Gl.doct.maximè Alex.*in d.l.cum alienā.* vide Pan. *in c.filius.de teſta.*Ang.*in §.non ſolum.Inſti.de lega.* Idem.

11 Quid autem de re eccleſiæ ipſius relicta , an valeat legatū? vide Alex.& Iaſ.*in d.l.cum alienam.*vbi ponunt quid etiam de iure canonino.

12 Legatum rei Principis erranter coniunctę perſonæ factum non valet.*l.apud Iulianum.§.fi.de leg.j.* Alex. *in d. l.cum alienam.in fi.* *I*dem.

13 Res propria ei cuius eſt,legari non poteſt.*l.proprias. C.de lega.*& eſt ratio,quia res mea amplius mea fieri non poteſt.*l.ſequitur.§.1ana.ff.de vſucap.* Idem.

Limita niſi teſtator legaſſet tibi rem tuā,quā alteri pignori dederas,quia tale legatū valet,ita quod hæres teſtatoris eā à creditore redimere tenetur.tex.no. *in l.ſi tibi homo.ff.de leg.j.*

Limita etiā, niſi illa res eſſet tua,ſed reuocabiliter : vt quia in euentum condi debebas alij dare.*l.non quocunque.§.1.iuncta Gl.2.ff.de leg.j.Iaſ.in d.l.cum alienam.in 1.col.* *I*dem.

14 Si teſtator emit rem alicuius,ſed non ſoluit pretium in totum,vel in partem,& illam rem mihi legat/hęres tenetur ſoluere pretium:non autem ego legatarius. Iaſ.*in d.l.cum alienam.in 2.col.*al.Bald.*ibi.*& Bar.*in l.apud Iul.§.ſi Titius.de leg.1. Ang.in §.ſed & ſi rem ſuam.Inſt.de leg.1.* Idem.

15 Legatum valet,ſi teſtator ignorans rem eſſe alienam,illā mihi legauit,præſente domino cuius erat res. Nā teſtator poteſt de re alina diſponere legando cum conſenſu domini.tex. eſt no.*in l.ſicut.§.vēditionis.ff.quib.mo.pign.vel hyp.ſol.*eo quia ſecundū *Bal.in d l.cum aliena.* accedit potentia ad actum etiā ignoranti cauſam ſuæ potentiæ.& ita vult etiam Sal.*ibi,*& illum tex. *in d. §.venditionis.* reputat ſing. Bald.in mul.loc.ſed Iaſ.*in l.cum alienam.in 2.col.*addit concor.*in c.1.in prin.de probi.alie.feu.*per rede.quem Bal.*ibi in pen.col.*ad hoc notat.

Limita tamen dicta iura ſecundum Iaſ.*in d. l. cum alienam.* vbi dicit,quod multi in hoc deciperentur. Quia ſola præſentia cū taciturnitate illius domini ad quē res ſpectat , & de qua teſtator diſponit,nō ſufficit ad inducēdū cōſenſum illius domini præſent.& tacent. nec per hoc ſibi pręiudicat,ſed requiritur quod expreſsè cōſentiat.per regulā *l.Gaius ff.de pig.act.* cū ſimilibus.al.Alex.& dicit in ſpecie alibi non legiſſe.*in conſ.*20.*in 3.vol.*& iſto modo intelligit ipſe Iaſ.quod vult *Bal.in c.1.in prin.de probi feu.alien.*per Loth.vbi q̄rit quia ſi patior te, de re mea teſtari,an videar conſentire,& mihi præiudice?vbi tenet quod non,per *l.ſi quando.§ fi.C.de inoff.teſtamento.I*dem.

An autem d.§.venditionis debeat limitari in filiofa. teſtāte de re patris pręſent.ad pias cauſas?vide Bald.*in l.j.C.de ſacro. eccle. ver.deinde quæro nunquid filiusfam.*quem refert & declarat Iaſ.*in d l.cum alienam.*

16 Quid ſi rem alienam teſtator ignoranter reliquit filio pro legitima?dic quod valet tale relictum , ne filius dicatur pręteritus fauore teſtamenti.ita *Bal.in l.ſcimus. C.de inof.teſt.* Iaſ.*in d l.cum alienam,in 3.col.* Idem.

De vſufruct.legat. & vſu.

TITVLVS XXIX.

SI legetur vſufructus cum hoc quòd proprietas non poſſit alienari,videtur legata etiam proprietas.Lud.Ro.*conſ.*206.Cum.*conſ.*120.Barb.*in 2.vol.conſ.*64. Alex.*in l.ſi conſtante.in 1.& 2.col.ff.ſol. mat.* Franc.Crem.*ſing.*27. Cur.*Iun.conſi.*14.*in 1.col.*Bal.*in l.Proculus.ff.de vſufr.* Vezanus.

2 Vſuſfr.legatus vxori cū filiabus,&c.an extinguatur mortua vxore? Cur.Iun.*in conſ.*14. Idem.

3 Si teſtator legat fructus fundi , hęres tenetur cultiuari & ſeminari facere.*l.fundi Trebatiani.ff.de vſufr.leg.*Iaſ.*in l.non eſt dubium.C.de lega.* *I*dem.

4 Quid ſi teſtator relinquit vxori vſumfr. omniū bonorū, & poſt mortem vxoris alium inſtituit:nunquid valeat tale relictū?Alex.*in l.filius à patre.in 5.col.& ſeq.ff.de liber.& poſth.* relatis multis opinionib.concludit quod non. Et idem vult *in 2.vol.conſ.*162.*& in l.extraneum.in 5.col.C.de hæred.inſtit.*

Contrariā opi.per multa tenet Iaſ.*in l.extraneum.in 2.col.& ſeq.C.de hæred.inſti.*vbi etiam vide Alex.Addo Paul.de Caſtr. *in 2.vol.conſ.*290.*incip.ſuper 1.*Lud.Rom.*conſ.*71. Idem.

Limita procedere quandò ſunt inſtituti filij,ſecùs autem ſi eſſent inſtituti vel ſubſtituti hæredes extranei:quia tūc vxor habebit integrū vſumfructū,vt vult Bar.*in conſ.*59.*incip. Bartholomæus fecit teſtamentum.* Et *in conſ.*170.*inci.Petrus.& in conſ.ſeq.incip.Nicolaus.*Ang.*conſ.*97.Pan.*in 2.part.conſ.*78.*in 2.dub.* Alex.*in 1.vol.conſi.*40.*& in 4.vol.conſ.*29.*& in 3. vol.conſ* 57.*& in 4.vol.conſi.*29.Ben.*in conſ.*25.Ang.*conſ.*109.*& conſ.*301.

Amplia etiā ſi filius hæres inſtitutus,moriatur viuo patre qui teſtatus eſt cum clauſula codicillari : quia tunc etiā vxor habebit integrum vſumfructum.ita Alex.*in 2 vol.conſ.*42.

Et etiam ſi pia cauſa ſit ſubſtituta.Ben.*in d. conſ.*25. Idem.

5 Quid ſi filio ſit ſubſtitutus pupillariter extraneus ? dic vt per Iaſ.*in l.& ſi contra.in 2.3.& 4.col.ff.de vulg & pup.*vbi dicit quod ſi eſt ſimpliciter ſubſtitutus , mater habebit ſolum alimenta:quia ſubſtitutus eſt loco filij.

Secùs ſi ſit dictio donec & quouſque , vel huiuſmodi , quæ fac.legatum conditionale ſeu annuum.

Limita etiam quia mater debet habere alimenta etiam inuito filio,qui potius velit dare vſumfructum quam alimēta. Ita Sal. *in d. auth. hoc locum. in vlt. quæſt.*fac.quod vult Alb.de Roſa.*in 2.part.ſtatu.quæſt.*102 *in fi.* Idem.

6 Quid ſi filius & extraneus inſtituātur hæredes,an tūc mater habebit integrū vſumfructū?Fel.*in c.1.in 3 col.de præſc.* Refert & ſequi.Sal.*in d.auth.hoc.locum in 3.col.ver ſed ſuppoſita* tenere,quod mater habebit tantūmodo alimenta , & quòd extraneus gaudebit fauoribus dat.à lege filio,per *l ſi cōmunem.*

Contrarium tenet Bar.*in l.Titia.ff.de leg.ij.*& cum Bar.tranſeunt *I*mo.Fulg.& Flor.ibi.& Alex.*in apoſtillis.*& pro op.Bar. fac.tex.*in l.filium.§.ſi legatum.§.de leg.præſtan.* & iſtud videtur tenere Cor.*in 1.vol.conſi.*5. Idem.

7 Quid ſi ſit inſtituta mater teſtatoris,an vxor tūc habebit integrum

integrum vſumfr. Pet. de Anch. *in conſ.* 237. dicit quòd non.

Contrarium videtur tenere Alex. *in 3. vol. conſi.* 57. *ibi. ſed circa hoc.* & Cor. *in d. conſi.* 5. Idem.

8 Sed quid ſi ſint inſtituti fratres teſtatoris? dic quòd vxor habebit integrum vſumfr. ita Alex. *in 3. vol. conſi.* 57 *preal.*

Et idem quando fratres teſtatoris ſint ſubſtituti, & moritur filius, quia vxor habebit integrum vſumfructum. Alex. *in d. conſi.* 40. *in 1. vol. & in 4. vol. conſi* 29.

Limitat præmiſſa Bened. *in conſ.* 158. niſi teſtator habẽs filiã, inſtituerit hæredes vniuerſales eius fratres, quia tũc vxor non habebit niſi alimenta ex cõiecturata mente teſtatoris. Idem.

9 Quid ſi inſtitutis filiis, bona deueniant in fiſcum? dic quòd vxor habebit integrum vſumfructum, cùm fiſcus habeatur loco hæredis extranei. ita Bar. *inter conſi.* Bald. *in 1. part. conſil.* 318. Bal. *in d. 1 part. conſi.* 406. *& in 3. part. conſi.* 418. Petr. de Anch. *conſi.* 185. Roſat. *conſi.* 516. Alex. *in 4. vol. conſi.* 29. Idem.

10 Quid ſi in teſtamẽto legentur alimenta vxori, & in codicillis relinquatur domina vſufr. &c. Alex *in 4. vol. conſ.* 56. dicit quod vxor tũc habebit dimidiũ vſusfructus. alleg. Pau. de Caſt. *in conſ.* 387. *incip. quod vxor dicti Roſtori. mihi* 389. *alias* 391. *incip. quòd vxor eod.* & ita etiã refert & ſequi. Ale. *in l. Titia. ff. de leg.* 2. *quòd vxor eod.*

Et illud in fortiorib. terminis tenet Corn. *in 1. vol. conſil.* 5. Subiungit Alex. *in d. conſi.* 56. quòd ſi filius decederet, portio vſusfructus accreſceret matri. vide per eum. Idem.

11 Quid ſi mater vel ſoror teſtatoris relinquitur vſufructua ria inſtitutis filiis? dic. Bal. *in d. auth. hoc locum.* quòd ſolum habebit alimenta. Cor. *in 3. vol. conſi.* 210. Ang. *conſi.* 109. Idem.

12 Sed quid ſi teſtator legat alimenta, & vſumfructũ vxori, an debeat habere vtrumque? Bal. *in 3 part. conſi.* 209. *& conſi.* 211. tenet quòd ſic. Idem.

13 Verum ſi teſtator leget, ſeu relinquat vxorẽ vſufruc. alicuius fundi filiis inſtitut. an ipſa vxor habebit totum vſumfructum? Bart. *in d. §. Titia.* tenet quòd ſic. & Sal. *in d. auth. hoc locum.*

Adde quod ſi teſtator ſimpliciter relinquat vxorem vſufruct. relictis filiis, quòd venit vſufr. ita Alex. *in d. §. Titia.* alle. Bal. *in l. ſi pater. C. de vſufr.* & ita tenet Lance. *in l. vxori mea. ff. de annuis leg.* per illum text.

Sed aduerte quia Bald. ibi videtur loqui in terminis illius legis, quãdo vxor fuit relicta vſufr. in cert. reb. ſecùs ſi vniuerſaliter, & ſe remittit ad not. per Bar. *in d. l. Titia. §. fi. de leg.* 2. & quòd etiã hoc caſu debeat ſolũ habere alimẽta, tenet Aret. *cõſ.* 40. & ſequi. Iaſ. *in l. cum bo. §. ſi in annos. in fi. ff. de trãſac.* Cacher.

14 Vſufructuarius cui vſusfructus omnium bonorũ ſuit relictus, ſeu legatus, tenetur ad onera aliena ſimul, itaque onus æris alieni ad ipſum ſpectabit, ſecũdùm *Bart. in l. ſi. ff. de vſufr. lega.* ſed in contrarium facit de directo *l. 1. C. ſi cer. pet. & l. 2. C. de hered. actio.* videlicet quòd vſufructuarius omnium bonorũ non teneatur ad ſoluendum æs alienum, & iſthæc opinio contra Bart. videtur communis, vt patet ex congeſtis per Iaſ. *in l.* 1. *& ſeq. ff. ad Treb.* per Dec. *conſ.* 485. *circa fi.* & per Soc. *conſ.* 131. *in præſenti*, & Bello. *conſi.* 7. *n.* 1. idcirque comprobatur ex his, quæ ſcribit Barba *conſ.* 63. illud: nam creditoribus tenentur ſatisfacere hæredes de bonis hæreditatis, vt per Paulũ de Caſt. *in l. fi. §. ſin autem æs alienum. C. de bonis quæ libe.* ideóque hæres propter æs alienum ſoluendum, & pro ſatisfactione, poteſt vẽdere bona mobilia & immobilia, antequàm illa vſufructuario tradat, & tanto minorem vſufructum habebit vſufructuarius. *l. vſufructu bonorum, ff. ad l. Falc.* & ibi Alex. & Bal. *conſ.* 87. *ſuper* 1. *libr.* 2. & Paul. de Caſtr. *conſ.* 335. *in cauſa quæ vertitur.* & Dec. *conſ.* 620. vbi ſcribit iſtam eſſe communẽ opinionẽ, licet & malè Gozad. *conſ.* 94. aſſeueret contrarium. Viuius.

15 Vſufructuarius omnium bonorum vſumfructum illius fundi, qui in ſpecie alteri legatus fuerat non habebit. generi enim per ſpeciem derogatur, per *regulam generi. de regul. iuris.* & Dec. *conſ.* 590. *num.* 6. Veainus.

16 Relictum vſusfructus omnium bonorum factum extraneo, etiam filiis hæredibus inſtitutis valebit, & debebitur integer vſusfructus: prout ſonant verba relicti, deducta tamen ſi liis legitima, tam ſuper proprietate quam vſufructu. Bart. *in l. vxori meæ. ff. de vſufr. lega.* Ben. *in verbo, Cætera bona. nu.* 22. *in repet. cap. Raym. de teſtam.* Idem.

17 Vſufructus omnium bonorum ſi legatus ſit filiabus, & poſt mortem earum inſtitutus ſit aliquis hæres legatũ valet: teſte Alex. *in conſ.* 162. 2. *dub. lib.* 2. *conſ.* 58. *lib.* 3. Soc. *conſ.* 139. *col.* 4. *lib.* 1. *conſ.* 1. 2. *quæſt. princip. lib.* 4. vbi dicit communẽ opinionem. Iaſ. *in leg. extraneum. col.* 4. *& ſequent. C. de hæredib. inſtit.* Marian. Iun. *conſi.* 115. *col.* 2. *lib.* 3. Pariſ. *conſi.* 95. *n.* 43. *lib.* 2. poſt Roma. *conſ.* 71. de quo vide quæ ſcribit Bal. *in l. ad quod pauperibus. quæſt.* 14. *C. de epiſcop. cleric.* Iaſ. *in l. filius à patre*, vbi etiam Caſt. *de liber. & poſth.* Dec. *in capit. præterea. col.* 5. *de offic. deleg.* Vezin.

18 Vſusfructus teſtamento relictus ipſo iure ante vllã hæredis traditionẽ, ei cui legatur eſt, acquiritur, ſecundũ communẽ per Iaſ. *in leg.* 1. *n.* 62 *ff. de legatis* 1. Alcia. *in leg.* 2. *§. & harum. n.* 51. *de verborum obliga.* Qua in re, magis placet cõcluſio Alex. *conſ.* 56. *n* 3. *lib.* 3 *conſ.* 58. *n.* 9. *eodem*, vbi quòd tutius eſt, quòd ab hærede fiat traditio, niſi in caſu de quo per Roland. *conſi.* 74. *num.* 25 *lib.* 2. vbi latiùs declarat. Bellacomb.

19 Vſufructu omnium bonorum legato, nihil excipitur, niſi de voluntate teſtantis appareat. Eſt doctrina Bar. communiter recepta *in l. generali. §. vxori. ff. de vſufruct. leg.* Et adeò potẽs eſſe debet illa clauſula duplicata (omnium & quorumcumque bonorũ) vt generaliter comprehẽdat etiã bona, quæ aliàs aliqua ratione nõ cõprehenderentur, ſicut in ſimili diceremus, quòd verba illa in conditione feudi (pro te, & hæredibus quibuſcũq;) cõprehendunt omnes, & quoſcunque hæredes, ita vt feudũ dicatur hæreditariũ, quod aliàs ita nõ eſſet. Soc. Iun. *in conſ.* 68. *nu.* 19. *vol.* 4. Vbi poſt alios Iaſon tradere dicit, *in vſibus feudorum. verſic. tertiò limitatur, & verſicu. feudum hæreditarium*, cum concordantibus ibi per Soc. Iun. *in d. conſi.* 68. E. Muſcul.

20 Vſusfructus ſi legetur in rebus mobilibus, vt ſunt veſtes, & alia his ſimilia, an finito tali vſufructu debeatur earum rerum æſtimatio? & videtur quòd ſic, ex Alex. *conſ.* 58. *lib.* 3. cuius contrarium ſcribit Abb. *in cap. ſi. extrà. de fideiuſſor.* Soc. *conſi.* 9. *lib.* 4. Pro prima tamẽ op. vide text. *in §. conſtituitur.* vbi Aret. not. *Inſtit. de vſufr.* & vide quæ habentur *in tit. ff. de vſufruct. earum rerum quæ vſu conſu.* Idem.

21 Vſufructuarius percipit fructus à ſolo ſublatos à ſe, vel de eius mandato, etiam ſi in horreo non ſint reconditi. Gemin. *in cap. ſi propter. de reſcrip. in* 6. communem dicit. B. Villalob.

22 Vſufructuarius omnium bonorũ, tenetur ad ſolutionem æris alieni, ſecund. doctr. Bart. *l. ſi. nu.* 5. *verſ quære, quid ſi alicui legatur vſufructus omnium bonorum? ff. de vſufruct. leg.* Dec. *conſi.* 278. *n.* 11. ſed contraria ſententia verior eſt. *l.* 1. *C. ſi cer. pet. l.* 2. *C. de hæred. vel act. vend.* & hæc ſententia communior eſt, referentibus Dec. ſibi contrario *in conſi.* 485. quia creditoribus ſolutio debet fieri ab hærede, & hæres debet ſatisfacere creditoribus de bonis hæreditariis. Et hoc modo vſufructuarius erit priuatus vſufructu, & hæres proprietate, in rebus legatis pro ære alieno ſoluendo, per tex. *in l. vſufructu. bonorum legato. ff. ad l. Fal.* ita inquit Paul. de Caſtr. *l. fin. §. ſin autẽ. C. de bo. quæ lib. & eod.* Dec. *conſi.* 536. *n.* 13. *& in conſi.* 590. *nu.* 4. 10. Dilect. *in tract. de arte teſtan tit.* 6. *de leg. caute.* 42. *num.* 7. Soc. Iun. *conſilio* 109. *numero* 13. 14. *&* 15. *in* 1. *part. conſil.* Aym. Crauet. *conſil.* 187. *numero* 1. & Rol. à Valle *conſilio* 8. *numero* 13. *tom.* 2. vnde inquit Bald. hunc modum ſeruandum eſſe, quòd primò debeat ſatisfieri creditoribus, & ſolui funeris impenſæ, de fructibus quos teſtator reliquit in ſuo patrimonio, tẽpore mortis, ſi ſufficiunt: ſin autẽ non, per venditionẽ immobiliũ & de reſiduo poſtea legatarius vſusfructus habebit vſumfructũ, *in conſ.* 87. *in fi.* 5. *vol.* Propterea dicit Paul. de Caſt. hanc practicã eſſe, quòd hæres antequã tradat bona vſufructuario, deducat æs alienũ, & vendat bona mobilia & immobilia, ſi aliter ſolui nõ poteſt, & poſtea detur reſiduũ vſufructuario *in conſ.* 388. *incip. in cauſa quæ vertitur Bononiæ. verſi. ſed hæres antequam tradat. colum.* 3. ſecundum veterem impreſſionem. Kirchouius.

23 Vſufructuarius certæ rei, nõ tenetur ad ſoluendum æs alienum. Couarru. *Reſolut. lib.* 2. *cap.* 2. communem dicit. Villal. & Vezinus.

Amplia ad vſumfructuarium omnium bonorum, quia non tenetur ſoluere æs alienum, ſed hæres. Alex. *in l ſi filio. §. vir. ff. ſolut. matrim.* communem dicit, & Bellon. *conſi.* 7. *nu.* 1. ex Barb. *conſi.* 63. & Dec. *conſi.* 533. Idem.

Intellige iſtã cõmunẽ, quia poteſt hæres antequàm tradat legatario, incipiẽdo à mobilibus ſoluere æs alienũ & reſiduũ legatario dare, præſtita cautione de ſoluẽdis aliis debitis. Dec. *conſil.* 620. communem dicit, licet Gozad. *conſi.* 94. teneat contrarium. Idem.

Amplia ſecundò communem ad legata gratuita teſtatoris. Couar. *in d. cap.* 2. *nu.* 7. com. dicit. Villal.

24 Vſufructuaria ſi mulier relicta ſit, ſtantibus liberis, alimenta tantùm debentur. Cora. *in l.* 1. *nu.* 3. *de ſeruitut. ff.* & Decius *conſil.* 54. *num.* 1. com. dicunt. vnum tamen habebis, quod

alimen-

alimenta ſuo iure ac ſua manu percipiet. Ang. *in l. j.ff. rerum amotarũ*, ac mortuis filiis pleno vſufructu gaudebit. Bar. *in l. ſicut in annos.ff. quibus modis vſusfruct. amit.* Idem.

25 Alimenta autẽ præſtabuntur ſecundùm æſtimationẽ iudicis, habito reſpectu ad vitã vſufructuarij, pręſtabunt data ſatiſdatione de lõgiori, vel breuiori vita, vt per Pala. Rub. *in repe. rub. de don. inter vir.* quæ facit ad intellectum *l.11.n.5. vol.3. Ferr.ll.& l.vij.sum.12. l. vij.* eius fori ad taxationem alimentorum ſi excedat quintam. Villal.

26 Legatũ vſufructus vſq; ad 10. ann. Titij, durat mortuo Titio ante 10. an. Lud. *ſing.244.* per *l. ambiguitatẽ. C. de vſuf.* Vez.

27 Legatũ vſusfructus pecuniæ fac. quòd debeatur proprietas pec. vſufr. Bar. *in l.1.§. ſi decem quæ in arca.ff. vt lega. no. caue.* per ea quę habentur *toto tit.ff. de vſufr. ea. rerum quæ vſu conſumuntur.* Idem.

28 Legato vſufructu omnium bonorum veniunt etiam fructus, redditus & prouentus. Paul. de Caſt. Ro. & doct. *in l. diuortio. §. ſi vir in fundo.ff. ſol. ma. l. vſufr. legato cum 3. ſeq.* & ibi Bar. Bald. Ang. & Alb. *ff. de vſufr. l. quotiens. §. fi. eod. tit.* vbi eſt tex. quòd venit etiam vſuſr.

Addo tex. *in l. generali. §. vxori meæ.* & ibi Bar. *ff. de vſufr. leg.* vbi eſt tex. quòd ſi relinquitur vſuſr. omniũ bonorũ, debetur vſuſr. in quibuſcunq. bonis tã mobilibus quã immobilibus.

Etiam vſuſr. nominum debitor. Cor. *in 2. vol. conſ.187. in fin.* Pet. de Anch. *conſ.3.* Bellac.

29 An autẽ in tali legato veniat fructum quod erat in domo cauſa vẽdendi: Vel pone, Mercator pannorũ relinquit vxori vſufructum omniũ bonorum, an veniant panni venales? Bar. *l. generali.ff. de vſufr. leg.* dicit, quòd ſi teſtator ſimpliciter relinquit vſumfructũ omniũ rerum ſuarũ, veniunt etiam venalia. *l. pediculis. §. Labeo.ff. de aur. & arg. leg. iuncta l. Iul. in pr. ff. de leg.3.*

Limitat niſi diceret, quæ domi ſunt. *d. §. vxori & l. ea tamen adiectio ff. de leg.3.*

• Sublimitat ſecus eſſe, ſi diceret, quæ domi quoquo modo ſunt. & ita vult Alex. *in 5. vol. conſi.30. in vlt. col. & conſi.118. in 2. col.* Idem.

30 Tẽpus certæ ętatis hæredis grauati adiectũ legato alicui facto per dictionẽ, quouſq. denotat diẽ & nõ coditionẽ: vt ſi dicatur, lego tibi vſumfructũ quouſque filius meus peruenerit ad decimũquintũ annũ: quare licet interim filius grauatus moriatur, nõ propterea legatũ extinguetur, ſed durabit vſq. ad illud tẽpus ad quod perueniſſet ſi ad illud tẽpus vixiſſet. *l. ambiguitatẽ. C. de vſu.* Paul. Caſt. *in l. ſi cui legetur. §. hoc autem. n.4. ff. de leg.j.* & Caſt. *in d. l. ambiguitatem*, propterea quòd tale legatũ nõ continet conditionem, ſed diem tantũmodo. Bell.

31 Vſusfructus relictus ſub quota bonorũ, vel rerũ: vt lego bonorũ meorũ vſumfructũ tertiæ partis, vel rerũ mearũ vel mercium, nõ tenetur ad aliqua onera: & neq. ea onera ſequuntur vſufructuarium quotæ bonorum vel rerum. *l. generali. §. fi. & l. fi. ff. de vſufr. leg.* quia bona dicuntur deducto ære alieno. *l. ſubſignatum. §. bona. ff. de ver. ſign.* Bened. *in repet. c. Raynutius. in verbo, catera bona. de teſtam.* Idem.

32 Si teſtator inſtituat hæredes, ſiue inſtituat filios, ſiue extraneos, & vxorem relinquat dominam, illa verba, dominam ſiue dominatricem, ſeu maſſariam, ſiue donnam, & madũnã, talia verba importãt dominium, & non vſumfructum. hanc opinionẽ dicit eſſe communem Paul. de monte Pico *in l. Titia cum teſtamento, §. Titia cùm nuberet, ff. de leg. ij.* vbi limitat in 3. caſib. *nu.19.* Don. à Fina.

33 Vxor inſtituto hærede extraneo, habet vſumfructum in totum, nec hæres concurrit cum vxore vſufructuaria, no. Pau. de Monte Pico *in d. §. Titia cùm nuberet. n.93.* vbi limitat in 4. caſib. Don. Fina.

34 Vſusfructus per ingreſſum monaſterij non perditur, vt ſi filiofamilias relictus ſit vſusfructus quãdiu aget in humanis: ſed trãſibit in monaſteriũ, & durabit quouſque filius viuet: ſecundum Henric. Boich. *in c. fi. de pignorib. per l. corruptionem. C. de vſufruct.* & hanc opin. aſſerit Soc. *conſ.10. numer.20. part. j.* Vezin.

35 Si teſtator legat particulariter fundum vni & vſumfructum alteri, ſimpliciter habebit proprietatem totam, & dimidietatem vſusfructus.

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3. per Pau. de Monte Pico *in d. §. Titia, nu.98.* Don. à Fina.

36 Teſtator inſtituit filios heredes, & extraneo reliquit vſumfructum, ille extraneus habebit totum vſumfructum.

Fallit in 3. caſib. quos no. Pau. de monte Pico, *in d. §. Titia, n.83.* Idem.

37 Teſtator ſi legat alimenta vxori, ſiue vſumfructum, ſi ſteterit cum filiis, ſeu habitauerit cũ hęredibus, mulier tenetur ſtare, prout teſtator diſpoſuit, aliàs non habebit legatum. fallit in 4. caſib. quos no. Pau. de Monte Pico *in §. Titia, n.135. l. Titia cum teſtamento.*

38 Teſtator ſi relinquat vxori ſuæ vſumfructum omniũ bonorũ, & poſt mortem eius aliquem inſtituat hęredem, tale legatũ non valet, quia non poteſt confirmari aditione. Iaſ. *in l. extraneum. C. de here. inſtit.* vbi limitat *col.3. & 4.* Don. à Fina

39 Donãs vel legans alicui vſumfructum ex tali fundo, vel talis fundi vſumfructum, vel donans aut legans alimẽta ex tali fundo, videtur ſolum vſumfructum abſque proprietate legaſſe, *toto tit. de vſufr. leg.* Bar. *in l. donationes. §. ſpecies ff. de don. & in l.4. ff. de alimen. lega.*

40 Vxor per maritũ relicta in teſtamẽto ſuo domina, maſſaria, & vſufructuaria omnium bonorum, filiis hęredibus inſtitutis, poteſt habere alimenta ſibi cõdecentia, ſolummodò cũ quadam pręeminentia & honore, prout habebat viuente marito: ſecundùm Bar. Pau. de Caſt. Imo. & Cuma. *in l. Titia. §. fi. ff. de leg. ij.* Bar. Cyn. Alber. Bal. & Saly. *in auth. hoc locum. C. ſi ſecundo nup. mul.* Alex. *conſ.29. in prin. vol.4.* Bert. *conſ.85.* ponitur in facto, quod dudum de anno, ſcilicet Domini, *in prin. vol.6.* Corn. *conſ.257. nu.6. & 12. vol.1. & conſ.308. nu.3. vol.4* Bellon. *conſ.6. n 12.* Caprã *conſ.72. n.17. & conſ.154. punctus, quidam Sanctes de Aquila, nu.1.* Soc. Iu. *conſ.94. nu.2. vol.1.* vbi prorumpit hanc eſſe communem opinionem, & *conſ 96. eod. vol.* Corn. *in in preclaro conſi 257.* & Dec. *conſ.54 nu.1.* & idem conſuluit idem Soc. *conſ 99. vol 1.* Bar. *conſ.9.* Iaſ. *in l. & contra ff de vulg. & pupil.* Ang. *conſi.144.* Rom. *conſ.118 conſ.153. & conſ.116.* Soc. *cõſ. 279. vol.2.* Are. *conſ.40.* refert & ſequitur Iaſ. *in l. cum hi. §. ſi in annos. in fi ff. de tranſact.* Paulus de monte Pico *in d l. Titia §. fi. num.28.*

Et hoc idem concludendum eſt in viro, quem ſi vxor relinqueret dominum vſufructuarium, & maſſarium, vtique non poſſet habere niſi alimenta, vigore legati huius, propter idẽtitatem rationis, quæ par eſt in vtroque. ita voluerunt Bal. Cuma. & Flor. *in d. l. Titia. §. fi.* Iaſ. *conſ.112. col. pen. vol. 1.* Cur. Sen. *conſ.11. col. pen.* & Cur. Iun. *conſ.6. col. 12.* & Bald. *in d. auth. hoc locum.*

Sed aduertẽdum eſt, quòd ſi iſta vxor relicta vſufructuaria. intelligeretur de prima vxore, quam maritus habebat tempore teſtamenti, non autem de ſecunda vxore, quam tempore mortis ſuperſtitẽ reliquit: vt voluit Bald. *in l. fi. col pen. C. de indict. vid. toll.* quem ſequitur cum aliis aggregatis per eum, Tiraq. *in l. bones. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſign. n.104. & ſeq.*

¶ In cõtrariã verò partẽ videtur inclinare cõſulẽdo optimè & vtiliſſimè Bert. *in d. conſ.85. col.2.* & Alex. *conſ.171. col.2. vol.2.* Ideò aduerte, quod Alex. loquitur quãdo quis relinqueret alimẽta alicui, & eius vxori. quo caſu militarent rationes ipſius Alex. vt latè proſequitur Soc. Iun. *conſ.172. n.25. & ſeq. vol.2.* verùm iſtas rationes autumarem non militare in caſu Bal. diuerſo, ſuperius recitato.

Aduertendum eſt etiam, quòd vbicunque vir relinqueret vxorem ſuam dominã, maſſariam, & Vſufructuariam omniũ bonorum, & fratres carnales inſtitueret hæredes vniuerſales, & filiam dotaret, præferendo in inſtitutione fratres ipſi filię: tunc etiam vxor eſſet duntaxat alimentaria, & ſic alimẽta, nõ autem vſumfructum percipere poſſet: vt conſuluit Capra. *conſ.158. ſubſcripſi me eidem conſil.*

Et iſta alimenta poteſt accipere, ac ſumere vxor propter huiuſmodi præeminentiam propria authoritate, nec expectare debet, vt ſibi ab hærede præſtentur: vt voluit Io. And. *in add. Spec. in tit. qui fil. ſint leg. §.1.* Ang. *in l. j. ff. rerũ amotarũ.* Alex. *in l. nemo poteſt, col.6. ff. de leg. j.* & fuit de intẽtione Bar. & aliorum *in d. auth. hoc locũ.* Alex. *n.15.* Iaſ. *n.37.* Cro. *nu.26.* Ruin. *col 17.* & cæteri communiter *in l. nemo poteſt ff. de leg. j.* Picus, *in d. l. Titia nu.116 & 123.* Dec. *conſ.418. nu.3 & ſeq.* Pariſ. *conſ.21. nu. 2 vol.2.* Gozad. *conſ.95. nu.11.* & Soc. Iun. *conſ.86. nn. 7. vol.1.*

Imò ipſa mulier, cui à viro relicta ſunt alimenta, non teneretur operari pro hærede, ſeu ad eius vtilitatem: ſecundùm Bar. Paul. Caſtr. & alios antiquos *in l. diuortio. ff. ſol. matr.* & Gratum, cum aliis relatis per eum, *conſ 87.* Inuocato diuino ſuffragio, Dominus Ferraldus de Feraldis, artium & medicinæ Doctor, *ſub num.21. cum aliis ſequen. vol. 2.* vbi docet iſtam eſ-

ſe com-

e communem opinionem.

Et ſic etiam defunctis filiis,qui prius extabant, non debet conſequi,niſi alimenta ab illis,qui ſuccedũt filiis ex pupillari ſubſtitutione,ſeu ab inteſtato:quia quũ viuente filio,legatum cœperit habere vires,& conſequenter alimenta tantùm debe rentur,nõ debet in plus teneri hæres,quã teneretur filius. *l.ſi fundum.§.cum filium.ff ad leg.Falcid.*

Sed filij morerẽtur,etiã quod habeãt ſubſtitutũ, maximeq; extraneũ,vxor prędicta debet habere integrũ vſumfructũ: vt per Bart.& alios,*in d.l.Titia.§.ſi.* Imol.Alex. & Aret. *in l. & ſi contra tabulas.ff de vulg.& pup. Ang.in auth.hoc locũ.C.ſi ſecun. nup.mul.& cõſ.*97.Viuianus,*circa fi.& cõſ.*199.*in d. teſta.*Rum. *conſ.*516.*n.*1.3.& 8.Bar.*conſ.*56.*Bar.& conſ.*171.Nicola⁹ & Alex. *conſ* 42 *in prin.lib.*j.& iſtã eſſe cõmemorat magis com.opin. Iaſ.*in l.ſi fundũ.§.ſi pater fam col.2.ff.de leg.j.& in l.ſed & ſi contra tabulas,nu.6.ff.de vulg.& pup.*Pariſ.*conſ.*94.*circa primũ, nu.*44.*vol.*2.Soc. Iun.*conſ.*85.*nu.*21.& ibi quoq; Dec.*in ſubſcriptione.ſex conſ ſeq.n.*5.*vol.*1.& idem Soc.Iun.*in d.conſ.*94.*n.*2. *poſt medium.*& ita conſuluit Alex.*in d.conſ.*29.*nu.*1.*cum aliis ſeq.*

Quod vxor relicta domina,& vſufructuaria,ſtantibus filiis, donec vidua & caſta viueret , tunc ſi decederent filij tractu temporis,inciperet habere plenum vſumfructum.

Ampliatur,& declaratur hoc etiã procedere, vbicunq; filius eiuſdẽ matrimonij moreretur,ac decederet ſtantib.filiis alterius matrimonij; tunc ſimiliter matri debetur integer vſusfructus:quia dicta conſuetudo Bulgari,habet locum duntaxat ſuperſtitibus filiis primi matrimonij. ita elegãter tenuit Bal. *in d.auth.hoc locũ.*& Ang. Aret.*in tractatu de teſta.fol.*31.Tamen Bal.reuocãdo ſententiã in melius,tenuit cõtrariũ *in d l. Titia. § fi.* videlicet,q̃ hoc caſu vxori prædictæ debeãtur ſolũmodò alimẽta,ſec.cõſuetudinẽ Bulgari,quę ſequitur ibi Imol.& ita cõſuluit Rui.*cõſ.*41.*n.*4.*&* 9.*vol.*3.vbi dicit hãc opi.eſſe veriorẽ

Interpretatur hoc poſtremò etiã procedere , vbicunq; vxor ipſa relicta eſſet vſufructuaria nõ omniũ bonorũ mariti , ſed aliquarum rerũ ſingulariũ,vel particularium: tunc enim debe ret habere vſumfructum dictarum rerum,nec eſſet locus con ſuetudini Bulgari: vt conſuluit Bert.*in d.conſ.*85.*col.*3. Viuian.

41 Vſufructuaria ac domina relicta vxor liberis hæredib. inſtitutis, alimenta ſolũ cõſequetur , ſi aliud teſtatorẽ voluiſſe palã nõ ſiat. cõmunem inquiunt Corn.*conſ.*173.*circa primum. li.*3.Alex.*conſ.*56.*perlectis.lib.*3. *Dec.conſ.*454.*n.*j.Goz.*conſ.*99.*nu.*8.Ac memineris,quod ſi filij ſine ceſſerint,integrũ bonorum vſumfructũ cõſequetur. com. affirmat Dec.*conſ.*376.*alias* 476. *concluſionẽ.v.*2.*reſpondetur* .Præmiſſa autẽ opinio procedit etiã ſi pius locus foret ſubſtitutus,ſec.eundẽ Dec.*ibid.* Tamẽ iſta ampliatio videtur dubia:quia fauor pię cauſę ęquiparatur fauori filiorũ: vt not.doct.*l.hac cõſultiſſima.§.ex imperfecto.C.qui teſtã.fac.poſſ.*fac.text.*l.ſunt perſonæ.ff.de relig.* cogita. E.Suarez, & Cagnianus.

42 Vſufructuarius omniũ bonorũ nõ ſoluit legata,ſed onus ſoluendi legata incũbit hæredib. *Bart.in d.l.ſi.per l.Sempronio. ff.de vſufruct.leg.*Qui vſufructuarius in vſufructu legato concurrit cũ aliis legatariis particularibus.Guid.Pap.*in deciſ.Gratianop* q.541.*nu.*2.Ang.Aret.*in §.conſtituitur.nu.*3.*Inſtit.de vſufr. & in tract.de teſta.in verb item relinquit d.B. eius vxorem nu.*7.*in* 7. *vol.tractat.*Hanc ſententiã docto. com.eſſ,elicet alij refragentur,inquiunt Dec.*in conſ.*590.*nu.*3.Soc.Iun.*in conſ.*100.*nu.*27.*& in conſ.*115.*nu.*10.*in j.parte,*& Roland.à Valle,*in conſ.*8.*n.*26.*in* 2.*Tomo conſ.*vbi ipſe hanc ſententiam latiùs declarat poſt Aym.Crauetta *in conſ.*188.*in* j.*parte.*Et *ibid.*Rol.*nu.* 36. multis adductis authoritatibus docto.declarat com.ſententiam eſſe, vſufructuarium omniũ bonorum concurrere in vſufructu cũ legatariis.De qua deciſione plura ſcribunt Dec.& Cagn. *in l. in toto ff.de reg.iur.*Licet non ignorem Moder. hanc doctrinã aliter explicare *in ſuis add.ad conſ.Decij in conſ.*607.*in verbo, omnium.* Kirchouius.& Chærian.

43 Vxor relicta vſufr. conſequitur alimenta fauore filiorũ, & ab extraneo integrũ vſumfructũ,& ſic extraneus ex perſona filiorũ nõ conſequitur aliquod beneficiũ,teſte Bal.*cõſ.*317.*col.*2.*lib.*2.itẽ vbi locus eſſet ſubſtitutioni extraneorũ. Bal. *cõſ.* 318.*eod.lib.*& viuentibus filiis vſusfructus non debetur, ſecus illis mortuis,teſte Caſt.*conſ.*417.*col.*1.460.*col.*a *lib.*2.218.*lib.*1. Alex.*conſ.*57.*lib* 3.Auir.*ad Capel.Toloſ.q.*362.& ſic reſpectu diuerſarũ perſonarũ hoc ſtatutũ reperitur, diuerſuſq; ſuccedẽdi modus ſeruatur, ideò mater binuba reſpectu filiorũ eiuſdem matrimonij ſuccedit in vſufructu,reſpectu autẽ filiorũ ex alio matrimonio in plena proprietate,*l.fœmina.§. illud. C. de ſec nup.authẽ.ſi.quis.C.eo.tit.*vbi Bal.& Moder.*in l.generaliter.C.eundem.*Boer.*quæſt.*185.

44 Idẽ in fideicomiſſo intuĩcto filio & extraneo: in perſona filij intelligitur ſi deceſſerit ſine filiis,ſecùs in extraneo.*l.generaliter.§.cũ autẽ.C.de inſt.& ſubſt.*vbi Dec.*nu.*105. *Soc. in l. hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.*gloſ.*in l.& ideo. ff.de leg.*Bellac.

45 Vxor ſi hęres vſufructuaria ad vitam inſtituatur , ac poſt mortẽ reſtitutione bonorũ grauetur,non in hęreditatis proprietate,ſed in hæreditariorũ bonorũ vſufructu inſtituta hæres cẽſetur, vt frequẽter placitũ aiũt Paul. de Mõte Pico *in l. Titia cũ teſtã §.Titia cũ nub.q.*26.*& n.*79.*ff.de leg.li.*2. Car. Rui. *cõſ.*51.*n.*15.*& cõſ.*54.*n.*16.*& n.*17.*& cõſ.*216.*n.*21.*lib.*2. E.Suarez.

46 Maritus relictus ab vxore dominus,vſufructuari⁹,& maſſarius ſuorũ bonorũ inſtitutis filiis hęredibus,ſolũ debet habere alimẽta,ſicuti & ecõtrariò vxore relicta vſufructuaria à ſuo marito,filiis hęredib.inſtitutis:quo caſu vxor & domina vidua,nihil aliud pręter alimentũ conſequi põt. Bald.*in auth. quod locũ.C.ſi ſecun.nupſ.mulier.*Ioan. Nicolaus *in l.generaliter. n.*32.*C.de ſec n.*Paul.de Monte Pico *in l. Titia teſtamẽto. §.fi.n.*27.*de leg.*2.Bal.*in l.&.ſi contra.ff.de vulg.& pup.* Bellac.

47 Vſufructu vni legato,& alteri fundo,ambo cõcurrunt in vſufructu,niſi aliud appareat de mente teſtatoris. Ioan.Dur. *in arte teſtand.tit.*6.*caut.*24.cõmunem dicit.B.Villal & Vezin.

48 Amplia, quod vſufructu omnium bonorum vni legato, & alteri fundo certo , vſusfructus competit tam vſufructuario,quàm legatario:idem *ibi* com.dicit.

Amplia ad vſufructuarium vnius rei,ſi alteri legatur res,vſusfructus erit amborum.idem *ibi* com.dicit. *Idem.*

49 Si legatur vxori ad eius vitã, hæres hęredis præmortui poterit illud vendicare.Bart.& Bal.*in fin.com.in l.Titia.§. Titia ff.de leg.*2.communem dicunt. Vezinus.

50 Legata ad certũ vſum deſtinata, regulariter in aliũ conuerti non poſſunt,*clem.quia contingit de relig.do. l. 1. ff. de adminiſtr.tut vel curat.argumento cap.*3.*c.ſuggeſtum.* & ibid. gl. *de appel.*22.*q.*2.*c.ſi autẽ* 42.*diſt.c licet.c.inter corporalia. de trãſlatio.epiſc.auth.quomodo oporteat epiſc. §.ſi verò hoc nõ fieret.* vt *ibi.* gl.*in verb.hæc adimplenda.coll.*1.*argu.l.liberto.§.Lucius.ff. de an nu.leg.*ſec. Spe.*tit.de inſtru.edi.§.nunc aliqua,ver.quod ſi quis.* & ita cõmuniter teneri aſſerit Bened. Capr.*reg.*321.*n.*4. quod tamẽ inter alia fallit in relictis ad certũ viũ,quia poſſunt per legatum à latere,vel epiſcopum,quatenus conſentiat hæres defuncti in aliũ vſum pium conuerti,*ca.nos quidẽ.& ibid.* Nic.*de teſtã.*& hoc voluit Lapus *in cle.*2.*de relig. dom.*& per not.à Vin. & Io. And.*in c.fi.de teſtam.*quos ſequitur *in d.cle.*2. Aegid.*Bellam.*Card.& D.Nic.& communiter teneri *d.reg.*112.*nu.*9. refert idem Capr.

Ana.*in conſ.*77.*all.c.nos quidẽ.extrà de teſtam.* & ita vidẽtur tenere *Alex.*& Iaſ.*in l.ſi fundũ.§.fi.in* 4.*col.ff.de leg.*1. quod eſt verũ quãdo nõ poſſet diſpoſitio teſtatoris ſpecifice adimpleri,aliàs Papa etiã hærede cõſentiente eã cõmutare nõ poſſet, & ne quidẽ in aliũ pium vſum magis fauorabilem, quia teſtatoria voluntas pro lege eſt ſeruãda.13.*q.*2.*c.fi. auth. de nuptiis. §.diſponat,c.tua.de teſta.c.fi.c.cum Mathæa. de celebrat. miſſ.* & eius mandatum ad vnguem,nec in plus aut minus exequẽdũ. *argumento c. cui de ſacerdot.ide preb. lib.*6.*c. cum dilecta de reſc. l.diligenter,ff.mandati.*& Lap.*d.clem.*2.& *ibidem.* Floria.& Imo. quod contra Io.And.& D.Ant.communiter teneri refert Bened. Capr.*ibid.nu.*21 *&* 24 Hęc tamen limitata ſunt quando teſtator prouidiſſet,quod ſi legatum de iure aut de facto adimplere nequiuit,quod tunc legatum ad hæredẽ reuerteretur:quo caſu legatum ad certum quẽpiam vſum relictum , ſi in illum voluntas teſtatoris non impleretur ex authoritate ſuperioris non poſſit in alium vſum conuerti, cùm teſtator ad hęredem videre diſpoſuerit,ſecundum *Bar.in l.liberto.§.Lucius.* & *ibid.* gl.*ff.de an.leg.*quod Azonem ſenſiſſe *d.§.Lucius,* Bart.aſſerit,& ita communiter teneri refert *ibidem in fi.*idem Capra.

51 Legatum alicui factum à teſtatore,vt poſſit cædere in ſuo nemore decem plauſtra lignorũ:ſi interim legatarius moriatur,tale legatum,& talis facultas cædendi ligna vſque ad eam quantitatẽ,tranſibit ad hæredes ipſius legatarij. *arg l ſi ne ceſſarias.§.de vendendo ff.de pigno.actio.*Alex. & Iaſ. *in l. apud Iulianum.§ ſi quis alicui.nu.*5.*ff.de leg.*3. Vezinus.

52 Quãdo teſtator legat domum ad vsũ & habitat.vxoris,& poſt eius mortẽ voluit peruenire ad eius hæredes , intelligitur de hęredib.teſtatoris,nõ autem vxoris.Hyp.*ſing.*21.alleg. Alex.

Alex *in 2.vol.conſi.23.* adde quòd illud conſ. eſt repetitum *in j. vol.conſi.56.* Vezin.

53 Legatum habitationis alicuius domus, & legatum alicuius vſus, intelligitur factum cauſa ipſius legatarij. Bal. *in auth. habita.C.ne filius pro patre.num.6.* Alex. *ſuper Bar. in l.cum antiquitas.C.de vſufr.* & Bal. *in c.quam ſit, de vſuris.* Vezinus.

54 Teſtator legās vxori habitationē domus, ſi ſolū vnā domū teſtatur habeat, illius domus habitationē cēſetur legare: ſi autē plures domos teſtator habuerit, tūc hæres vnā domū eliget, quā dabit viduę pro ſua habitatione *l.ſi domus.ff.de leg j.* dū tamē ſit in eo loco vbi degebat defunctus: quia ſi aliæ domus eſſent in alio loco, nō poſſet heres eligere. Iaſ. *d.l.ſi domus,* nō q̃ debeatur domus in qua teſtator faciebat ſuā habitationē, ſed hæres eligat quā daturus ſit, nec cogetur hæres ad pēſionē aliā domū conducere: ſed ſufficiet quòd tradat vnā ex illis quę ad defunctum pertinebant. Iaſ. *in d.l.ſi domus.* Bellac.

55 Si teſtator relinquat domum vxori, & iubeat nullū ſibi inferri impedimentū in poſ. ipſius domus: ex hoc intelligitur ſibi dediſſe licentiam propria authoritate apprehendendi domū. ita dicit. no. Ang. *in l.hoc ſi res ff.de rei ven.* habetur aliquid per nouiſſimos, max. Iaſ. *in l.non dubium.C de leg. in l.talis ſcriptura.in vlt.col.de leg.j in l.nemo poteſt.in col eod.tit.* Idem.

56 Ille qui ex legato habet habitationem, poteſt illam rem alteri locare. *l cum antiquitas.C.de vſufr.§.ſi cui.Inſti.de vſu & habita.* Cor *conſ.305.in vlt.col.verſ.circ.2.* Ang. *in d. §.ſed ſi cui.* Secus autem ſi legatū dicat quòd poſſit ſtare. ita vult Fulg. *in conſ 207.incip.Franc.filius.* De quo vide etiā no. *Alex.in 2.vol. conſ.223.* & Soc. *in 2.part.conſ.281.* & Cor. *in d.conſi.305.* Chær.

57 An autem legata habitatione debeantur alimenta? Bal. *in l.ſi.ver.ſed quid ſi teſtator.C. de indic. vid. tol.* tenet quòd ſic. Crem. *ſing.65.* Idem.

58 Legata habitatione, intelligitur de parte quam teſtator habitabat. *l.vxori.in prin ff de leg.3.*

Quid ſi legetur vni pauperi vſus vnius magni palatij, an poſſit vti toto? dic quòd ſic. Crem *ſingu.83.* al. *l.domus.§.licet.ff. de vſu & habita.* Idem.

59 Sed quid ſi teſtator legat ſuā habitationē, apponēdo cōfines, an videatur legata proprietas? dic quòd ſic. ſecùs ſi dicat, lego habitationem talis domus. Crem. *ſing.110.* al. Bal. *in d.l. cum antiquitas.*

Qui habet habitationem, debet vti honeſtè, aliàs priuatur. *l.non aliter.* & ibi Bald. *ff.de vſu & habit.* Idem.

60 Caſtro legato vel cōceſſo, cedūt omnia caſtra adiacētia, etiā ſola deſtinatione teſtatoris, ſecondū cōmunem per Bur. *conſi.2.n.49.lib.j.* poſt doct. *in l.j.ff de acq.poſſ. ex l. quod in rerum.§.ſi quis poſt teſtamentum. & l.planè.§.1.ff.de leg.j.l.prædiis. §.Titio.de leg.ij.* Quoniā agri, molendina, & cætera immobilia quæ tempore conceſſionis ſunt caſtro deſtinatione adiecta, ſec. Bal. *in c.1.de capt.qui cur.vendid.* Burſ. *d.conſ.2.nu.49.*

61 Legans domū cum omnibus rebus quæ in ea ſunt, nulla re excepta, nō videtur per hoc legare pecuniam numeratam quæ ibi reperietur. Frumentū tamen & aliæ res quę ibi ſunt, in ipſo legato bene comprehendentur, non tamē pecunia. *l.ſi mihi Mæuia.§.ſi.ff.de leg.3.* quem tex. ſingularē ad hoc propoſitum inquit Iaſ. *in l.ſingularia.nu.28.ff.ſi cert.pet.* ratio eſt quia pecunia non circumſcribitur loco. *l.ſi fideic.§.tractatum.ff. de iud.* Item etiam nō venit inſtrumentū, ſeu nomen debitoris. *l.Cum.in princ.* vbi Bar. *ff de leg.ij.* Iaſ. *in §.item Seruiana.col.7. Inſtit.de act.* Bene. *conſi.159.* Oldr. *conſi.163.* Card. *conſil.51.* Nec item veniunt poſtea immiſſa. Bened. *conſi.45.* Bellacomb.

62 Legata domo, ſi teſtator habet plures domos, erit in arbitrium hæredis dare minimam, & ſi nullam habeat; legatum eſt eluſorium, Maine. *l.ſemper in obſcuris, num.9.ff.de reg. iur.* communem dicit. Villalob.

63 Si teſtator iubeat fieri hoſpitale in domibus ſuis, & illud ſibi hæredem inſtituat, deinde viuēs domos alienet, an reuocabitur inſtitutio vel legatum? Iaſ. *vbi ſuprà* dicit quòd nō. al. Bar. *conſ.incip.teſtator in teſtamento diſpoſuit,* quod mihi eſt 26. Adde Alex. *in d.l.fideicommiſſa.§.ſi rem.de leg.3.* Et quid ſi alias emat, an iſtę emptæ debeantur pro hoſpitali? vide Alex. *in l. placet.in fi.ff.de liber.& poſth.* & ſimili Bar. & Alex. *in add.in l.ſi id quod.§.quinque.ff.de leg.j.* Cachær.

64 Legata domo venit penus. gl. & Bar. *in l.vxori.in prin.ff. de leg.3.* Vezinus.

65 Affixa domib. ſeu ędib. legari non poſſunt. *l.cætera.* vbi duct. max. Iaſ. *in 1.col.ff.de leg.j.* Idem.

66 Legatum cameræ comprehendit omnia parata ad ipſam cameram, etiam ſi ſint extra eam. Bar. *in l.ff.de pen.lega.*

Non tamen venirent ea quæ ipſa vxor intuliſſet in camerā inſcio teſtatore, cauſa impinguandi legatum. Bar. *in l.cum ita. in prin.* per illum tex. *ff.de leg.2.* & ibi *Bal.* Idem.

97 Teſtator cautionē quam debet præſtare vſufructuarius, nō poteſt remittere, neq. prohibere, quin ea cautio præſtetur de vtendo illis rebus arbitrio boni viri. cōmunem dicit Cla. *§.teſtamentum.quæſt.64.* Bal *in l.j.C.de vſur.* Dec. *conſi.565.* Iaſ. *conſ.40.vol.1.* & hoc locū habet ſiue vſusfructus conſtituatur in rebus quæ vſu conſumuntur, ſiue in aliis Dec. *ib.* Chætian.

68 Vſufructuarius etiā omniū bonorū, nō tenetur creditoribus hæreditariis de vſufructu reſpōdere, ſed debēt diſtrahi tot proprietates vſque ad quātitatem debitam, & de reſiduo percipi vſusfructus. Eſt communis opinio contra Bar. ſecundum Iaſ. *in l.j.ver.2.mouetur.ff.ad Senatuſc.Treb.* P. Fichard.

69 Vſusfructus ſi alicui cum onere vel rei non alienandæ, ſeruitutis cōſtituendę legetur, & proprietas ſimul legata cēſebitur, vt frequenter placitum ex immenſa doctorum congerie ponit Arius Pinel. contrarium ipſe cordatè, ac prudenter docens, *l.j.parte 3.nu.41.C.de bon.mater.* E. Suarez.

70 Vſusfructus teſtamento relictus iure ipſo ante vllā hæredis traditionem ei, cui legatus eſt, acquiritur. commune aiunt Iaſ. *in l.j.n.62 ff.de leg.lib.1.* Alc. *in l.ij.§.& harum. n.51.ff. de verb oblig.* Idem.

71 Vſusfructus ſtatuæ, vel imaginis relinqui poteſt. fallit in vſufructu imaginis alicuius Sancti, quia in re religioſa nō poteſt conſtitui vſusfructus quia eſſet crimen, vt eſt communis opinio, de qua Maluitina *in tract.de oblationib.in 3.dubio.n.76. Tomo 3.fol.76.* Bonacoſſ.

De dote prælegata.

TITVLVS XXX.

Dotis gratia, ſeu nomine, ſi quidpiā pater filiæ reliquerit, ac poſtea viuus eandem filiam collocauerit & dotauerit, non propterea impeditur poſtea filia relictū illud petere, quatenus excurrit, ac ſupergreditur dotē ſibi præſtitā. vt fuit celebris ac famigerata ſententia Oldr. quē referūt & ſequūtur & Bal. & Ang. *l.Lucius.j. ff de leg.lib.ij.* Alex. *n.5.* Iaſ. *n.19.in l.huiuſmodi.§.cum pater.ff de ver.obl.* teſtatur com. Alex. *conſ.7.n.10.lib.j.* Iaſ. *in l filia.n.3.C. de leg.* Soc. *conſ.101.n.3.lib 3.* Ben. *in c.Raynutius.ver.dotē.nu.14. de teſta.* Dec. *conſ.81.nu.6.* Pariſ. *conſ.61.38.lib.ij.* Et ſi nihil amplius filiā poſſe petere aſſeruerit Dynus, quem laudant, ac ſummoperè probāt Cuma. *n.7.* Pau. *n.4.* Im. *ad fi.in d.l.Lucius.* rurſus Im. *in d.§.cum pater.* Cap. *de dote.1 par.q.36.* Hyp. *in l.vna, n.27.C.de rapt.virg.* Sed certè quid quid ſit, ſuperior ſententia & vera omninò eſt, & indiſtinctè recepta, ſeu pater pro filia maritanda, ſeu pro dote filiæ reliquerit: labūturq. maximè qui Bar. eā diſtinctionem *in d.l.Lucius,* adſcribūt inter quos primas obtinet Pau. *cōſ 214.lib.j.* & qui falsò, ac perperā frequēter placitam illā ſcripſit Pal. Run. *in rep.c 3.no.§.12.n.8.* vt aduertit Did. à Cou. ea altorū mente *in c.officij.n.10.de teſtam.* Suarez.

2 Nuptui elocandæ fœminæ ſi quidpiā relinquatur, atq. eā viuus, poſtea teſtator in viri alicuius manū minori dote, quā legati ſumma eſt, dederit, nō omninò extinguetur. ſed reſiduū quatenus dotē datam legatum ſupergreditur, peti poterit, vt frequēter placitū pono ex Alex. *conſ.7.n.10.lib.j.* Soc. *conſ.101. n.3.C.de legat & in l huiuſmodi §.cū pater.nu.19.ff. de leg.lib.j.* Dec. *cōſ.81.n.6.* Gul. Ben. *in c.Rayn.ver.dotē.n.14.de teſta.* Pariſ. *cōſ.71.n.38.li.ij.* Tametſi cōplures nō leuib. argumētis in diuerſa omnia abierint, quorū familiā ducūt Raph. Cu. *n.7.* Pau. *n.4. Im.ad fi.in l.Lucius 1.ff.de leg.li.ij.* cęteros ſuperpeditabit Cap. *de dote par.1.q.39.* & Hyp *in l.vna.n.27.C.de rap.virg.* E. Suarez.

3 Legatum relictum mulieri pro ſe maritanda, vel ad eam maritandam, debebitur mulieri ſimul atque erit nubilis ętatis: & ſtatim cùm ad nubilē ætatē peruenerit, legatū erit debitū, pręſtando tamen cautionem de nubēdo. *l.qui habebat.* cū ibi notatis, *ff.de vulg.* & neque requiritur quòd nuptiæ contrahantur: & ſic tale legatū non habebit conditionem matrimonij. Bar. *in l.Titio centum.§.Titio genero, in fine, ff de cond. & demonſtra.* Alex. *conſil.71.in 5.volum.* & dicitur mulier nubilis ætatis, cùm attingit annum duodecimum: vir autem cum attin-

attingit quartumdecimum, *l. ſancimus. C. de nup.* Bellac.

4 Lapeoſatum certa dotem, factarũ deductione nõ videtur remiſſa per maritum, qui ſimpliciter vxori legauit dotem. *l. 2.* & ibi Bar. *ff. de dote prælegat.* ſed ſi maritus legaret vxori quic quid ad eũ peruenit nomine dotis, videtur remiſiſſe ſuę vxori deductionem expenſarum ſactarũ in ipſis rebus dotalibus. Iaſ. *in l. poſt dotem. nu. 36 ff. ſol. matri.* Villal. & Bellac.

5 Si dos non fuit forte ſoluta, & maritus legat dotes vxori, an poſſit ipſa agere contra hæredes mariti? Bal. *in 2. part. conſ.* 350. tenet quod ſic. Vezinus.

6 Pater legando filiæ ſuę centum cũ erit vidua, ſi ſemel fuerit effecta vidua, coſequętur legatũ, quod demum non perdit quauis poſtea nubat. *l. ſi quis,* & ibi Iaſ. C. *de inſtit. & ſubſt.* ſufficit enim conditionem ſemel fuiſſe adimpletam, quáuis non duret implementũ. *l. cum vxori. C. quan. dies legat. ced.* Iaſ. *in d. l. ſi quis.* niſi pater dixiſſet, lego filiæ viduę, & quã diu ſtabit vidua: nam tunc ſecundò nubendo perderet legatum, vt plenius per Iaſ. *in d. l. ſi quis.* Bellac.

7 Si pater filię legauerit certam quantitatem pecuniæ pro ſua dote, & demum in vita minorem ſummam pro ſua dote conſtituerit ipſi filiæ, dos quidem data in legato computabitur, & demũ reliquũ poterit petere ea filia. Ita omnes tenere aſſerit Dec. *conſ. 81. nu. 6.* Vezinus.

8 Sed quid ſi pater inſtituat filiam in dote quam dedit, & tamen nullam dedit? Bal. *in 3. par. conſ.* 12. tenet quod inſtitutio ſit nulla. vide per eum. Vezinus,

10 Legatum factum filiæ cum alimentis, interim quod nubat cenſetur pro dote, & nomine dotis factum, maximè ſtan. ſtatuto excluſiuo fœminarum, iux. com. per Burſ. *conſ. 32. num. 26. lib. 1.* Bonae.

11 Si teſtatur legat filię quæ vidua fuerit, venit etiã illa quę erat vidua tempore teſtamenti. Imol. & Paul. de Caſt. *in l. hoc ar. ∫ic. ff. de hæred. inſt.* Alex. *in l. cùm ſtipulamur. ff. de verb. obl.* Fel. pulchre *in ca. ad hæc. in 2. col. de reſcr.* Iaſ. *in l. 3. §. ex plurib. ff. de acq. poſſ.*

Contrarium tenet Bart. *in d. l. hoc articulo.* ſed communiter reprobatur, vt dicit Iaſ. *in l. quominus in fi. 27. & in prin. 28. col. ff. de fluminib.* Vezinus.

12 Quid ſi maritus recipit res ęſtimatas in dotẽ, & legat eas vxori, an ipſa debeat habere res, & ęſtimationẽ? Bald. tenet notabiliter quod ſic, *in l. Lucinius locuſta. ff. de leg. 2.* Idem.

De vino & oleo legatis.

TITVLVS XXXI.

SI teſtator certam vini quantitatẽ alicui legauerit ſingulis annis, poterit hæres illi legatario dare vnã vineam, ex qua ille legatarius vinum legatũ conſequi poſſit: & illi legatario etiã inuito curã illius vineæ relinquere poterit. & hoc fauore exercentis liberalitatem. *Bald. in l. ſi quis argentum. §. ſi verò. C. de dona.* Iaſ. *in l. non amplius. §. cùm bonorum. ff. de leg. 1.* Item teſtator legando alicui certam quantitatem vini vel frumenti, cenſetur eam legare de eo vino aut frumento, quod eſt in patrimonio defuncti, & hæres de alio non poteſt dare inuito legatario: nec legatarius hæredem cogere poteſt dare de alio. *l. 3. ff. de vino & oleo leg.* & ibi Bart. & Iaſ. *in l. ſi domus. in prin. ff. de leg. j.* Bellac.

De fundo, vel inſtrumento legato.

TITVLVS XXXII.

TEſtator relinquens fundũ Titio quo ad viuet, mortuo Titio fundus ille reuertetur ad hæredem ipſius teſtatoris & ad hæredem hæredis ipſius teſtatoris. *l. ſciendum. ff. de verbo obl.* Alex. *cõſ. 173. in 1. vol.* & ideo ſi hæres moriatur viuente legatario, demũ mortuo legatario, tale legatum ad hæredem hæredis pertinebit. Alexand. *eo loco.* Chærianus,

De liberat. leg.

TITVLVS XXXIII.

LEgatum liberationis non extenditur ad id quod vendicari poteſt. *l. Aurelius. §. Manea. ff. de lib. le.* Soc. *in 2. parte, conſ. 282. in fi. 4. col.* Et ibi al. Ang. *in conſ. 185. incip. Brunellus,* tenentem quod liberatio generaliter legata, non impedit exactionem reliquorum quæ remanſiſſent in manibus tutorum, & erant incognita teſtatori. mouetur per text. *in l. Lucius ff. de libe. le. & in l. tres fratres ff. de pac.* & dicit quod idem vult Ang. *in conſ. 175. incip. viſo dicto ſtatuto,* ſubiic. Soc. eſſe text. meliorẽ *in d. §. Manea.* per quẽ tex. cum gl. ita etiam tenet Bal. *in l. cum neceſſitatem. C. de fideic.*

Adde Fel. *in cap. ſi in 2. col. in fi. de præſcr.* vbi al. multa, maximè Alex. *conſ. 310. incip. circa primum dub.* quod mihi eſt *in 2. vol. conſ. 170. & in conſ. 428.* quod mihi eſt *in 3. vol. conſ. 64.*

Adde etiam Bal. *in 1. par. conſ. 49. & conſ. 52.* & Barb. multa al legantem, *in primo vol. conſ. 41. in 19. col.* & Iaſ. *Inſti. de actio. in prin. in 15. col.* Alex. *in 1. vol. conſ. 46. & in 5. vol. conſ. 164.*

Vide tamen Cor. *in conſ. 29.* vbi tenet quod in generaliſſima quittatione, venit etiam id quod poterat vendicari. vide etiã *in conſ. 323.* fac. quod vult Bolog. *in conſ. 13.* vide *in ver. generalis. §. 15.* Bellac.

2 Quando creditor rem ſibi obligatam legat debitori, tale legatum, non continet commodum pecuniarium, ſed continet ſolum liberationem pignoris, non autem liberationem à debito. *l. 1. ff. de lib. leg. iuncta l. ſi mulier. §. fi. ff. de leg. 3.*

Limita niſi res eſſet pignorata pro tanto quantũ valet, quia tunc teſtator legando illam rem, videtur etiam liberaſſe legatarium à debito. tex. ſing. *in l. qui habebat. ff. de leg. 3.* & ita dicit ſing. Bar. *in l. ſi tibi homo. de leg. 1.* Idem.

3 Si debitor legat creditori, valet legatum, ſi creditoris intereſt, alias ſecus. *l. ſi creditori. cum ſeq. ff. de leg. 1. & l. ſi debitor. & l. legans. ff. de lib. leg.*

Et an agnoſcendo legatũ creditor ſibi præiudicet? vide Alex. *in 1. vol. conſ. 132.*

4 Quid ſi debitor legat creditori rem ſibi pignoratam? dic quod non tenetur creditor reſtituere pignus hæredi debitoris quantumcunque offerat debitum. *l. creditor.* & ibi docto. *C. de lega.* Idem.

5 Sed quid ſi creditor rem ſibi pignoratam legat debitori, an intelligatur eum à debito liberaſſe? vide Ang. *in §. ſi quis debitori. Inſti. de lega.*

6 Quid ſi debitor legat cred. & iubeat plus nõ peti? vide nu. Cor. *in conſ. 212 in vlt. vol. & in 2. vol. conſ. 192.* Idem.

7 Debitor quantitatis neceſſarius, ſi leget ſpeciem, nõ videtur cõpenſandi animo legare, vt commune pronuncio ex Alex. *conſ. 12. nu. 5. lib. 7. & conſ. 7. num 17. lib. 6.* Soc. *conſ. 43. nu. 23. lib. j.* Iaſ *in l. huiuſmodi. §. cum pater. nu. 12. de leg. lib. j. & in § fuerat. nu. 67. Inſti. de act.* Roderic. Soarez *in ſum. de las arras.* Riminal. *in auth. præterea. C. unde vir & vxor.* Did. à Couar. *in c. officij. nu. 7. de teſtam.* a qua tamen ſententia videntur rectè deſeciſſe Iaſo. & Alex. *nu. 7. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matri.* Rom. & Aret. *Alex. nu. 13.* Iaſ. *nu. 26.* Dec. *nu. 10. in laudata nouell. præterea.* Soc. *reg. 282. in prin.* Matth. ab Affict. *deciſ. 134. numero 4.* E. Suarez. 1

8 Maritus recognouit ſe recepiſſe à ſua vxore decem, & demum in ſuo teſtamento recognouit ſe recepiſſe decem & octo: dicendũ erit ea decẽ & octo recognita à marito, incluſa eſſe in illis decem priùs recognitis ab ipſo marito: & ita ſolũ decem & octo debebuntur recognita in teſtamento, & ſi tam ſumma decem, quã ſumma decem & octo, de quib. facta eſt mentio in teſtamento, ſoluta eſſent, decem repeti poterunt per condictionem indebiti, tanquam indebitè ſoluta fuerit ea ſumma decem librarum. *l. j. ff. de condict. indebit.* & probatur hæc ſuperior regula per *l. ſi duorum. ff. de ver. ob. & in l. Titia. j. §. qui nuncia. ff. de leg. 2.* Pau. Caſt. *conſ. 405. 1. vol.* tantũmodo ea ſumma decem & octo debet peti & non ſumma decem, quæ in maiori ſumma decem & octo videtur incluſa. Bellac.

9 Si teſtator legat Titio centũ, quos de ſua pecunia dixit eſſe apud ipſum Titiũ, & tamen Titius iam ei reſtituerat, an debeatur legatum? Bened. *in conſ. 87.* tenet quod non. Vezin.

10 Legatum factum creditori voluntario, debetur & creditum: ſecus tamen in creditore iuris, vel conſuetudinis, quia præſumitur factum animo compenſandi. Ioan. Cora. *in lib. 2. Miſcella. cap. 4. nu. 9.* com. dicit. Villalob. & Vezin.

11 Debitum dicitur neceſſarium, & animo compenſandi relictum, ſi filius legat quod ex teſtamento patris debebat, ſecundum communem per *Burſat. in conſilio 60. numero 9. lib. 1.* *Bonacoſſ.*

12 Si debitor neceſſarius legat creditori, videtur animo compenſandi. Cor. *in conſ. 257.* & ibi ponit fallentias quas vide.

Et in materia vide eundem Cor. *in 4. vol. conſ. 115.* *Idem.*

13 Debitor aliquid legans ſuo creditori, non cenſetur illud legatum factum animo compenſandi, niſi aliter hoc probabitur, per *l. creditorem. ff. de leg. 2. & l. ſi non compenſandi. C. de hæred. inſtit.* Corne. *conſilio 316. nume. 29. volum. 1.* & ideo ſi debitor in decem leget ſuo creditori centum, conſequetur

& de

& decē debita, & centum legata. Soc. *conſ.*18. *in* 4. *vol.* Vezin.

14 Et in ſimili quādo legat debitori, & poſtca debitor ſpōte ſoluit, an debea. legatū? vide notabiliter Bened. *in conſ.*112. Vide etiam Lud. Ro. *conſ.*229. Idem.

15 Quid autē ſi legat debitori id in quo ſibi tenetur, deinde debitor ſoluit, an ſit legatum reuocatum? dic aut ſponte debitor ſoluit & non reuocatur aut fuit exactus & reuocatur. ita nobiliter *Bened. in conſ.*112. Idem.

16 Quid ſi hæres alicuius pro debito hæred. aliquid habuit in ſolutum, deinde leget bona immobilia ex hæred. peruenta, an illud datum in ſolutū veniet in legato? Alex. notabiliter *vol.* 3. *conſ.*49. concludit quod ſic. Faciunt quę ſubtiliter vult Aret. *in conſ.*46. vbi omnino vide. *Idem.*

17 Legatum factum per teſtatorem filio debitoris ſui hoc adiecto, plus tibi reliquiſſem, ſi pater tous quod mihi debebat, ſoluiſſet: inducit liberationē filio ipſius debitoris, ſi hæres eſſet patris. Lud. *ſing.*519. *Idem.*

18 Legatum liberat. non extendi. ad debitum iam exactum. fortè per procu. vel huiuſmod. Crem. *ſing.*103. *Idem.*

De Auro & Argento leg.

TITVLVS XXXIIII.

PECVNIA ſeu moneta teſtamento legata, eo valore ſolui debet, quo teſtamenti tempore, non quo ſolutionis tempeſtate cenſebatur. cōmune inquiunt Ar. Pin. *in rubr. par.* 1. *c.* 3. *nu* 22. *cum ſeq. C. de reſcin. vend.* Socin. *conſ.*6. *lib.* 4. Quod ideirco obſeruandum eſt, quia vel Princeps ſolus abſque vllo populi conſenſu pecuniam mutare poteſt. communiter dicit Boer. *deciſ* 237. *nūm.*7. qua tamen in re ſemper cauſa aliqua probabilis, vel rei, vtilis verſetur neceſſe eſt, vt alibi latiſſimè oſtendo. Suarez.

2 Si teſtator legat mille in pecuniis & mercātiis: intelligitur de dimidia in pecuniis, & dimidia in mercantiis. Iaſ. *in l. legata inutiliter.* §. *in legato. de leg.* 1. per illum text. Vezinus.

3 Teſtator ſi quingētos relinquat aureos amico, aut 40. ducatos quolibet anno, donec hæredes ſoluerint talē ſummam, tunc nequeunt prædicta quadraginta peti: quia ſapit vſuram omni iure prohibitam. ita conſuluit Are *conſ.*153. *viſo themate.* & hanc communiter approbari à ſcribentibus teſtatur Hieron. Cagn. *in l. curabit. nu.*9. *&* 10. *C. de actio. emp.* poſt Bart. *cōſ.* 66. *lib.* 4. *&c.* refert tamen *ibidem ſequentib. num.* quod oppoſitum conſuluerit Soc. quem ſequuntur Alc. *lib.* 5. *paradox. cap.* 20. & Rip. *in l. nemo poteſt. de leg.* 1. Et ibi latè hoc ipſe Cagn. diſtinguendo proſequitur, quem vide. I. Fich.

Amplia, quia in fideicōmiſſis, teſtatoris coniecturata mens non operatur, quando ratio ſermonis non patitur. Curt. Iunnio. *conſ.*90. *nu.*2. comm. dicit. B. Villal.

4 Lego decem ducatos qui ſunt apud talem, alias lego fundum: Nūquid hæres poſſit ſoluere alios 10. ducatos, quàm illos, vt retineat fundū? Iaſ. *in l.* 4. §. 1. *in* 4. *col. ff. ſi cert. pe.* al. Bar. poſt Dyn. *in l. talis ſcriptura, in ſi. prin.* per illū tex. tenere quod non. & ita etiam refert ipſe Iaſ. *in l. nūmis. in* 2. *col. ff. de in lit. iur.* vbi tamen arguit contra Bart. & dicit quod eſt noua conſideratio. & *in d. l. talis ſcriptura in* 2. *col.* etiam arguit fortiter cōtra opin. Bart. & comm. tamen dicit ab ea non eſſe receden. refert etiam *in l. ſi certos nummos. ff. de verb. obl.* Chætian.

5 Quid ſi lego Titio decem, quæ per eū ſolui volo illi quę ſibi dixi in ſecreto? dic quod valet tale legatū, nec Titius tenetur nominare illum. *Ita Iaſ. in l. captatorias. col.* 2. *C. de teſtament. milit.* al. no. per Spec. *in tit. de inſtr. edi.* §. *nunc verò aliqua. verſ. ſed quid ſi ille viuens. & verſ. ſeq.* & Petr. de Ancha. *in conſ.* 405. *incip. in his dubiis.* quod mihi eſt 436. *incip. in his dub.*

In contrarium vide Ang. *conſ.*201. *Idem.*

6 Legatū alicui factū de flurenis aureis, hæres auditur volēs ſoluere in moneta vſque ad valorē florenorū, qui valor erat tēpore mortis teſtatoris, aut teſtamēti, niſi hæres eſſet in mora: nā tūc ad plus teneretur. Socin. *conſ.*6. *in* 1. *vol.* *Idem.*

7 Legatum calicis in dubio intelligitur de argento. Lance. *in l. legatū. ff. de vſufr. leg.* al. Bar. *in l. Titia.* §. *Seia. ff. de aur. & arg. leg.* Vide Bal. *in l. ſi rondū. C. de fur.* vbi dicit, quod intelligitur de honorabili, ſecundū qualitatem eccleſiæ, & facultates teſtatoris. vide aliquid per Pan. *in c. indicante. de teſtam.* Lud. *ſing.* 515. videtur velle quod intelligatur de calice auri.

Vide etiam Pan. *in c. ex part. de conſ.* vbi videtur tenere, quod vouens dare calicē, non teneatur dare de argento. Cacher.

8 Si teſtator veſtes ſuas alicui legauerit, tale legatū referetur ad veſtes, quæ erant teſtatoris tēpore teſtamenti, & nō ad veſtes poſtea acquiſitas. *l. ſi ita ff. de auro & argen. legato.* & legatarius teoebitur probare, quod tales veſtes erant teſtatoris tempore teſtamenti: quia hoc eſt fundamentum ſuæ intētionis, ita Bal. *in l. fin* §. 1. *C. de appell.* Iaſ. *in l. non ſolum* §. *ſciendum. num.* 4 *ff. de noui ope. nun.* Bellacomb.

9 Si teſtator legauit vxori ſuæ veſtimēta & iocalia quæ æſtimauit valere ducenta, ſi demum appareat non tanti valere, & quantumuis minus valeant, non poterit vxor petere vt ſuppleatur quod minus valet, & id quod deeſt æſtimationi factæ per teſtatorem, quaſi voluerit teſtator ducēta legare: ad quod nō eſt aduertēdū, ſicut ecōtrario ſi ea iocalia vel veſtimenta pluris valeat, nō poterit hæres illud plus petere, nec aliquid diminuere ex eo legato: ſed veſtes & iocalia vti ſunt, debent vxori dari nō attēta æſtimatione teſtatoris, cùm ea æſtimatio teſtatoris nō ſit attēdenda. Iaſ *in l. ſi fundū ſub cōditione.* §. *ſi libertus. ff. de legat.* 1. *& l. cum pater.* §. *pater qui filio. ff. de leg.* 2. & ibi Bart. per eos textus. Guliel. Bened. *in repet. cap. Raynutius. in verb. & hortū. nu.*13. *de teſta.* Cuius opinio approbata eſt à Iaſ. *in d. l. ſi fundū.* §. *ſi libertus*, quod ſi teſtator mādaret rē ſuā vendi pro tali pretio, tamē tali æſtimationi ſtādū eſſet: quia quāuis ea res plus valeat, teſtator videtur illud plus donare, ita vt nec in eo caſu locū habeat remediū *l.* 2. *C. de reſc. vend.* Bellacōb.

10 Si teſtator iubeat eius vxorem viduā veſtiri, an ſufficiat ei emere vnam veſtem, an vero durante viduitate, & poſt hæres teneatur emere? vide Alex *in l. legatū. ff. de an. leg. & in l. diuortio.* §. *ob donationes. in* 3. *col. ff. ſol. mat.* vbi al. Bal. *in l.* 1. *C. de ſideic.* qui dicit quod intelligitur omni anno, ſi mos regionis ita poſtulet, aliàs primis fractis debent aliæ veſtes fieri. Addo Feli. *in cap. innonamus.* 2. *col. de treu. & pa.* Iaſ. *in d. l. diuortio.* §. *quod in anno. in* 3. *col.* Idem.

11 An autē tale legatū transeat ad ſecundam vxorem? vide Alex. *in l. quod principi. ff. de leg.* 2. *& in l. ſi quid.* §. *inter emptum & paratum. ff. de leg.* 3. vbi concludit quod non. Iaſ. *vbi ſuprà.* Bal. *in l. ſi. ver & no. de indic. vid. tol.* vide tamen Alexan. *in* 2. *vol. conſ.*171. *ubi, & intelligitur. & in d. l. ſi. in apoſtil. ad Bal.* Idem.

12 Quid ſi legat omnia veſtimēta, pannos, & maſſaritias domus, an iſta qualitas domus referatur ad omnia? vide not. Dec. *conſ.*92. vbi adduc. mult. in cōtrariū cōcludit dictā qualitatem referri ad omnia, & inter cætera adduc. Old. *in conſ.*8. vbi vult, quòd vltima clau. habēs adiectionem certi loci, minuit vim & effectum generalis legati præceden. & arctat ad locū ſpecialiter cōprehenſum. al. tex. *in l. nā quod.* §. *ſi ff. de pen. leg. in ſi.* vbi ſi omnis penus legata ſit, præter vinū quod erit Romę, illa qualitas loci Romę, raſtringit legatū vniuerſaliter factū de peno, ad penū dūtaxat quæ Romæ reperitur. Idem.

13 Legatū eccleſiæ ſimpliciter factū, cui eccleſiæ debentur? vide Soc. *in l. qua conditio.* §. *cum ita. in prin ff. de cond. & demon.* Iaſ. *in l.* 1. *in prin & in* 1. *col. C. de ſacroſan eccl.* vbi dicit, quod in dubio intelligitur de eccleſia parrochiali, ex quo ab ea teſtator percepit ſacroſ. *cap. ſi. de ſepul.* al. Cy. Sal. & Paul. ibi, & alia multa, maxime Bal. *in l. qua conditio* §. *ſi ff de cond. & demon.* idē vult ipſe Iaſ. *in* §. *ex maleficiis. in* 12. *col. Inſtit. de actio. & in l. non vtique.* §. *ſi quis inſulam. ff. de eo quod cer. lo.* vide Phi. *in cap. cum quis.* §. *cum ab eo de ſepul. in* 6. Pan *in ca indicante. de teſta.* vide etiā Ang. *in* §. *ſed ius quidem ciuile. Inſtit. de iure natura.* Bellac.

14 Si autē eſſent duæ parrochiæ, vel in vna eſſent duo preſbyteri, in dubio cenſetur relictū pauperiori. per tex. no. *in* §. *ſi quis in nomine. in auth. de eccl. tit.* ita Iaſ. *in d. l.* 1. *& in d.* §. *ex maleficiis.* dicit Iaſ. quod quādo ſunt duę parrochiæ, debebitur legatū illi eccleſiæ à qua teſtator ſacramenta recipiebat.

Subdit *Iaſ. in d.* §. *ex maleficiis, col.*13. quòd ſi aliquid legatur ſimpliciter monaſterio, in dubio intelligetur de monaſterio mulierū & ſic monialiū. al. Bal. poſt Cy. *in l. cū multa. C. de do. ante nupt.* quod dicit eſſe mirabile & ſingul. Phi *in d.* §. *cum ab eod. in ſi.* fac. dictū Bal. *in l. in multis. in ſi. com. ff. de ſta homin.* Idē.

15 Quid ſi relinquitur eccleſiæ ſancti Ioannis, & in loco ſunt duæ eccleſiæ ſub eodem titu. S. Ioan. dic quòd debetur pauperiori. ita *Iaſ. in l. ſi ita. in* 4 *col ff. de leg.* 1. al. tex. *in d.* §. *ſi quis.* & ibi Ang. *in auth. de eccl. tit.* Vezinus.

16 Et quid in priuilegio conceſſo eccleſiæ S. Petri, & in loco ſunt duæ eccleſiæ S. Petri? vide Cald. *in tit de priuil. conſ.*6. vbi dicit priuilegium non valere propter incertitudinem. Chærianus.

17 Quid ſi teſtator relinquat eccleſiæ decem menſuras, ſeu ſeſtaria frumenti, & in illo loco habentur diuerſæ menſuræ, dic quòd intelligitur de minori. ita *Iaſ. in d. l. ſi ita. in fin.* com.

al.*cap.ex parte*.& ibi Pan.*ext.de renſi.* vbi Pan. reſpondet ad *l. Titia.§.Seia.ff.de aur.& arg.leg.* quem tex. adduc. pro contrario. vide ibi per eos. *Idem.*

18 Lego vxori veſtes, anulos & perlas, & indumenta quæcunque precioſa, & non precioſa ad vſum ſuum hactenus facta, an veniant perlæ, quæ non apparent ad vſum vxoris empta? Cor. *in 4. vol. conſ.* 218. tenet quòd ſic. Vezinus.

19 Quid ſi legat vxori ... mnia parata ad eius vſum, an veniāt parata à ... viri & vxoris? Phi. poſt Ioan. And. *in c. cùm ... de præſ. in 6.* tenet quod non. *l. legat. ff. de legat. 2.* vide tamen ... *ſing.* 632. Vezinus.

20 Sed quid ſi maritus dicit peruenisse ad ſuas manus centum ... vxoris, quos ſibi legat capiendo de bonis, vt v... placuerit, an poſſit hæres ſoluere in pecunia? Corn. *in 4. vol. conſ.* 132. *verſ. inſuper.* tenet quod ſic. Idem.

De rebus dubiis.

TITVLVS XXXV.

SI quis in ſuo teſtamento alicui legauerit res ſuas mobiles, & alteri res ſuas immobiles, neuter eorū habebit iura, nec actiones, nec nomina debitorū, ſed ea remanebunt penes hæredem: quia ibi nulla eſt iudicā... neceſſitas, vt iura & actiones comprehēdātur: & ideo dicendum eſt in donatione facta de bonis mobilibus & immobilibus, vt nomina debitorum non cenſeantur donata. Guid. Pap. *conſ.* 52 *nu* 2. nomina enim debitorū tertia ſpecies cenſetur, quæ nec mobilium nec immobilium appellatione venit, ſecund. Bart. *in l. poteſt ff. de authorit. tutor.* & eſt communis ſecundum Iaſ. *conſ. 5. vol. 3.* I. Fichard.

2 Legatum ſub conditione relictum familiæ, vel cognatis, ſufficiet quòd reperiantur cognati, vel de familia tēpore exiſtentis conditionis, quo tempore illa qualitas obſeruanda erit. *l. interueniſt. ff. de leg. præſtan.* Socin. *in l. ſi rogatio. ff. de rebus dubiis. verſ. tertia concluſio.* Vezinus.

3 Quantitas legata ſimul cum ſpecie, putà cum fructibus ex tali fundo, debet præſtari eodem tempore quo fructus: quia ſimul legata ſimul præſtari debent. Bart. *in l ſi legatarius. §. cū ita. ff. de leg. 3.* Idem.

4 Legatum factum canonicis, non intelligitur factum capitulo, ſed cuilibet canonico. Fel. *in c. audit. in 13. col. de præſcr.* al. Barb. *in c. requiſiſti. in 40. col. de teſta.* Vezinus.

5 Verba (ſi ambo, ſi vterque, vel ſi omnes) faciunt orationem vniuerſalem, vt ſic in vno falſificata, tota reddatur falſa, iuxta *l. ſi is qui ducenta §. vtrum ff. de rebus dub.* prout ſignāter declarat Paul. de Caſtr. *in l. heredes mei. §. cùm ita*, quem in hoc communiter alij ſequuntur. *ff. ad Treb.* & ita ſe habet comm. opin. doc. *in d. §. cùm ita*, vti traditur maximè per Moderniores. Sic etiā voluit Dec. *in conſ. 593. viſo teſtamento.* Rui. *in conſ. 46. ponderatis diligenter nu. 3. & in conſ. 67. num. 7. & in conſ. 121. nu. 5. & 6. vol. 3.* Pariſ. *in conſ. 14. num. 9. vol. 2.* Soc. iun. *in conſ. 41. ſub num. 5. vol. 4.* E. Muſcul.

De optione legata.

TITVLVS XXXVI.

SI teſtator legat optionem, aliàs electionem ex tribus rebus omnino conformibus, non valet legatum talis optionis. Lud. *ſing.* 487. al. *l. cum aurum. §. ſed ſi argēti, cum gl. ff. de aur. & argent. legat.* Vezinus.

2 Si teſtator legat vnam de domibus, electio eſt legatarij. Iaſ. *in l. qui duos. ff. de leg. 1.* per illum tex.

Secùs ſi ſimpliciter legat domum, quia hæres poterit dare quam velit ita. Iaſ. ibi. alleg. *l. ſi domus. in prin. illo eod. tit. & l. ſi ex pluribus. ff. de verb. obl.* Idem.

3 Si teſtator mandauerit bona ſua diſtribui inter pauperes à tertio eligendos, non poteſt tunc ille eligens vnum ſolum eligere, & ei omnia dare: ſed pluribus ea bona ſunt cōcedēda. Bar. *in l. 1. ff. de optim. legata.* Sali. *in l. ſi quis ad declinandam. in ſi. C. de epiſ. & cler.* Sed ſi mandauerit bona ſua diſtribui inter pauperes, & ad hoc quoſdam elegerit ad eam diſtributionem faciendam, illi quibus data fuit ea facultas eligendi, poterunt vnum ex ipſiſmet eligere, dum tamen ſit pauper, & qualitatis requiſitę, gl. Bar. & Bal. *in l. planè ff. quod cuiuſque vniuer. & in l. ſi tibi. ff. mand.* Soc. *conſ. 12. nu. 9. par. 1.* Bellacomb.

4 Si teſtator diſponat, ꝙ poſt mortem hæredis diſtribuantur bona inter pauperes eligēdos per executores ipſius teſtamenti, nō poterunt dicti executores aliquos pauperes eligere ante mortē ipſius hæredis. Eſt magis cōmunis opi. ſec. Alex. *in conſ. 81. viſa conſultatione. circa med. vol. 6.* M. Chæriac.

5 Electio legatū adepturi cōmiſſa hęredi, vel alteri, & in vita & tantum coram duobus tēſtibus, etiam in electi abſentia fieri poteſt, com. pronunciat Ant. Gomez. *de teſta. c. vlt. n. 48. verſ. item adde quod iſtam. & verſ. item adde quod talis.* Suarez.

De ademp. legat.

TITVLVS XXXVII.

LEgatum teſtator non videtur reuocare, licet rē legatam alteri poſtea pignorauerit. *l. 3. qua incipit, qui poſt. C. de leg.* & ibi doct. maximè Alex. & Iaſ. & eſt text. & ibi Ang. *in §. ſi rem ſuam. Inſti. de legat.*

Limita non habere locū, ſi res eſſet obligata pro tanto quātum valet, cū eo caſu teſtator nō præſumatur habere animū luendi rē. ſec. Bart. no. *in l. rē legatā ff. de adimen. legat. per l. qui habebat. in princ. ff. de leg. 3. & l. legatum in ſi. ff. de ſup. leg.* & ita volunt doc. maximè Alex. *in d. l. 3.* idem Alex. *in l. interdum. §. 3. in ſi. de acq. poſ.* Bald. *in l voluntas. C. de fideicommiſſ.*

Sublimita niſi res pignorata fuiſſet maioribus ſuorum: quia licet pignorauerit pro tanto quantū valet, præſumitur velle redimere & non reuocare legatum. Alex. & Iaſ. poſt Paul. de Caſt. *in d. l. 3.* Bellacomb.

2 Adimi regulariter legata poſſunt. *l 3. §. fin. ff de adim. leg. l. xxvij. quæ incip. fideicommiſſum. C. de fideicom.* fallit in 18. caſ. vt per Vigel. *in commento 5. anm. c. 6. cauſa 2. fol.* 119. Don. à Fina.

3 Tranſlatio legati facta inutiliter in ſecundum adimit legatum à primo, *l. planè, ff de lega. 1.* fallit in 7. caſib. quos not. Iaſ. *in d. l. planè. nu 1. ea quæ in teſtamento ipſo iure adempta cenſentur. l ſi ita ſcriptum. vbi gl. ff. de leg. 1.*

Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 3 à Zaſi. *in d. l ſi ita ſcriptum, num. 7.* Don. à Fina.

4 Voluntariæ rei legatæ alienatio, ſeu donatio, inducit legati ademptionem, *l. rem legatam*, vbi gl. *ff. de admend. lega. l. fideicommiſſa, §. ſi rem, ff. de leg. 3. §. ſi rem. Inſt. de leg.* fallit in 10. caſib. quos no. Bened. Capea *in ſuo trac. reg.* 108. Idem.

5 Alienatio, vel donatio rei legatæ ex voluntate teſtatoris facta, inducit legati ademptionem, niſi aliud de mente legātis appareat. gloſſ. & Bat. *in l. rē legatam, ff. de admend. legatis. l. fideicommiſſa. §. ſi rem ff. de legatis 3. §. ſi rem.* & *ibid.* glo. *Inſtit. de legat.* quod etiā procedit, licet dicta alienatio vel donatio voluntaria ſit nulla, nec ſuum ſortiatur effectū, ſatis eſt enim eam demonſtraſſe: Nā ea quę à mera voluntate dependent, licet per trāſlationē nō ſortiantur effectū, vtilē tamē ademptionem, ſeu reuocationē faciunt. *Bar. in l. etſi. ff. de adimen. legat. & in l. planè. ff de lega. 1.* Quod intellige de actionibus inter viuos, qui etſi nulli ſunt inducunt legati reuocationē. *l. legatum, § ſi. ff. de adim. leg.* glo. & Bart. *in l. 3. §. minor. ff. de fundo inſtruct.* Secus autē eſt in vltimis voluntatibus, quare per contrariam inualidam volūtatē nō inducitur legatorū ademptio, ſec. Bart. *in l. ſi iure de leg. 3.* & Cyn. *in l. noſtram in ſi. C. de teſtamētis.* Bart. *in l. quæſitū, §. ſi quis. ff. de fundo inſtruct.* quia in vltima volūtate non cenſetur quis habere voluntatem reuocandi primū, ſi ſecundum non valet, quod in actibus inter viuos ſecus eſt, per text. apertū *in l. cum dominus. §. filiusfam ff. de pecul. legat. & l. ideo ff. de admend. legat. l. ſi legatum. ff. de legat. 1.* Bartol. *in l. ſi. ff. de auro & argen. legato.* & ita cōmuniter teneri refert Bened. Cap. *reg. 108. nu. 13.* Alienatione autē voluntaria licet legatum reuocatum vel ademptum cenſeatur, vti dictum eſt, id tamen inter alia fallit, quādo ea rei familiaris neceſſitate fieret: quo caſu non creditur teſtator animū legatū reuocandi habuiſſe, vt dicit gloſſ. *in l. 3. C. de legat. & in §. ſi rem, Inſtitut. eod. titul.* & Bart. *in l. rem legatam. ff. de admend. legat. argum l. 1. ff. de tutel. & rationibus diſtrahend. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut.* quod verū eſſe, & communiter teneri *ibid. n. 21.* refert Bened. Capra.

6 Res legata ſi alienetur per teſtatorem, an ſit reuocatū legatum? diſtingue, aut eſt alienatio neceſſaria, aut voluntaria. primo caſu non reuocatur. *§. ſi rem. Inſti. de leg. l. rem legatam.* vbi Bart. *ff de admen leg l. fideicommiſſa § ſi rem de leg. 3 l. ſi res obligata. de leg. 1. l. 3. C. de leg. præal.* & volunt ibi doc. max. Iaſ. & Alex. *in §. ſi rem. & in l. inbut ff de admen. leg.*

Limita procedere quando alienaretur ex neceſſitate rei familiaris: ſecus quando ex neceſſitate per legē impoſita: vt poſſet eſſe in caſu *l. filia legatorū. C. de leo ... p. C. de do. promiſ.* ita dicit Iaſ. *in l in teſtamento in pe. ſol. C. de teſtamento.*

mul

mil. al. Nicol. de Mutina, & Alb. de Rolat. *in d. l. filia legatorum.*

In contrarium facere videtur quod vult Alex. *vol. 3. conſ. 31.* ſecundo autē caſu, videlicet quando alienatio eſt voluntaria, reuocatur legatum. vt habetur in iur. hus & locis præal. & ita vult in terminis Bened. *in conſ. 3. in 9. col.* Subiungit Alex. *in d. l. nihil*: quod quando res legata alienatur ea neceſſitate, & ſic non reuocatur legatum, agitur ad rem, non autem ad pretiū. al. *l. Lucius. la 1.* & ibi glo. & Bar. *ff. de leg. 2.* Bellaco ub.

7 Sed an per cōtractum inutilem, reuocetur legatum? dic quod ſic. vt vult Alex. *in d. l. 3. & in d. §. ſi rem & in l. ſeruum. §. ſi idem.* vbi multa al. *ff. de leg 1.* per tex. *in d. l. legatū. §. 1. ff. de adimen. leg.* cū aliis per eū al. & per Iaſ. *in d. §. ſi itaē. in 3. col.* Ide.

Quod autem dictum eſt ſup. alienationem reuocari ea voluntaria alienatione: Limita, niſi teſtator rem non tradidiſſet emptori, vel pretium et non fuiſſet ſolutum. Nam his caſibus etiam voluntariè alienans, non videtur voluiſſe reuocare legatum. *l. prædia. §. liberto. ff de fun. instruc.*

Aduerte tamen, quia glo. *in d. §. liberto.* & Bar. *in d. l. rem legatam,* intelligunt illū ita. procedere ſecundum diſtinctionem *d. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. de leg 3.* Idem.

Addit Iaſ. quod ſi teſtator ſemel alienauit rē legatam voluntariè, licet redimat, non tamen reconualidatur legatum ſed reuocatum. al. tex. no. *in l. cū ſeruus.* & ibi Bar. *ff. de adimen. leg.*

Limitat, niſi ſit legatum libertat. ſecund. Bart. *in d. l. cum ſeruus.* & Bal. Ang. Pau. de Caſt. & doc. *in d. l. ty.* Idem.

8 Quid ſi ipſe teſtator nō alienauit voluntarie rē legata ſed dedit licētia hæredi alienadi, an ſit reuocatū legatū? Iaſ. *in d. l. 3. ivα. col. ibi, limita tamē prædicta.* tenet quod nō. per *l. poſtquā §. fi. ff. vt leg. no. caue.* al. Bal. Sal. Ang. & Pau. de Caſt. *ibi.* Limitat etiā Iaſ. ibi præmiſſa procedere, quādo teſtator volūtarie vendidit, & tradidit, & pretiū repetit: iſtis tribus concurrentibus, bene reuocatur legatū. Limitat præterea Iaſ. quādo teſtator legaſſet rē ſimpliciter: ſecus ſi alternatiue re vel æſtimatione: quia alienādo tūc rē volūtariè, nū intelligitur reuocatū legatum, quin debeatur æſtimatio. al *l. Lucius la j ff. de leg. 2.* Ang. Sal. & Pau. de Caſt. *in d. l. 3.* Limitat inſuper dicta diſtinctioné inter alienationem neceſſariā, & volūtariā procedere, quādo legatū fuit factū purè: ſi autē ſit factū ſub cōditione, tūc indiſtinctè reuocaretur etiā per alienationem neceſſariā. al Bald. *ibi in 4. q.* & Ang. Sal. & Paul. de Caſt. per *l. Stichū qui meus erit. in p. ff. de leg. j.* qui tex. ſec. eū nihil fac. ſed al. tex. ſing. *in l. ſcribit. alias quintus. §. fi. in fi.* & ibi Bart. *ff. de au. & ar. leg.* quod ſec. eū reputat ſing. Imo. & Moderni. *in d. l. Stichū qui meus erit.* Ide.

Et iuxta prædicta quęrit ibi Iaſ. An mulier teſtatrix quę legauit fundū, vel domū alicui, & poſt teſtamentū nupſit, & dedit omnia bona in dotem viro: an per iſtam donationem in dotem generalem intelligatur reuocatū legatū? Et dicit videri quòd ſic: quia iſta eſt alienatio voluntaria, ergo, &c.

In contrarium dicit ipſe, conſuluit Alex. & eſt noua deciſio *in 3. vol. conſil. 31. incip. ponderatis his quæ in themate narrantur. in vlt. col.* & illam deciſionem ſequitur Iaſo. non per rationes Alex. ſed per ea quæ ipſe adducit.

Infert tamen ibi Iaſ. quod rationes Alex. ſingularius probant quod etiam ſi mulier dediſſet in ſpecie in dotem illam rem quam prius legauit, nō reuocaretur legatū, & dicit quòd eſt ſuprema limitatio, ſed nullatenus firmat. Idem.

9 Si teſtator legat vni nepoti mille, & alteri nepoti, vt æqualis ſit, alia mille: deinde in codicillis reuocat illud primum legatum, aliud legatum etiam cenſetur ademptum. Ludo. *ſing. 316.* al. *l. alteri ff. de adimen. legat.* Vezinus.

10 Legata reuocantur ſi teſtator interrogetur, an ſecerit legata? & reſpondeat quod non. Cepo. *cau. 205.* Idem.

11 Quid ſi teſtator legauit nomen debitoris, & poſtea exigit, an videatur reuocatum legatum? vide Ang. *in §. ſi rem ſuam. Inſtit. de legat.* Idem.

12 An ex ſecundo teſtamento minus ſolenni adimantur legata in primo teſtamento facta? vide Ang. *Inſti. de ademp. leg. verſi. quid ſi fiat.* Idem.

13 Quid ſi teſtator facit legatum, & ſoluit in vita, an poſſit tale legatum reuocari? Iaſn. *in l. filiæ dotem, in 3. col. in prin.* tenet quod non. al. Bar. poſt Dy. *in l. legatum. ff. de leg. 2. Bal. in l ij. C. de iur. dotiū. & in l. j. in pe. col. C. ſi quis omiſ. cauſa teſtamenti.*

Vide Crotum *in repe. l. frater à fratre. in 8. col. de cond. indeb.*

14 Si teſtator legat vni vnam rem, & deinde eam legat alteri, an videatur ademptum legatum à primo? Iaſ. *in l. ſi pluribus. in 1. & 2. col. ff. de leg. 1.* ſubtiliter multa adduc. vide per eū, & per Alex. *in l. ſi Fortidianum. C. de leg. & 5. vol. conſil. 169.*

Quando autem legat totam rem vni, deinde alteri legat dimidiam, intelligitur voluiſſe illam dimidiam adimi de toto. *l. cum quæſtio. C. de leg.* & ibi doct. Bellacomb.

15 Legata & tunc reuocata cenſebuntur, cùm res relictæ poſtea vel inutiliter alteri donabuntur, quamuis non idem iuris ſit, ſi alteri inutiliter legētur. com. inquit Did. à Couarruuias *in rub. de teſt.* Tametsi vtrobiq; atq; vtraq; via adimi probet luculenter tex. *in l. & ſi tranſferā. ff. de adim. legat.* & nos id alibi copioſius oſtendemus. E. Suarez.

16 Si teſtator legauit Titio ducentū, & voluit quod centū ſoluerentur de tali trafico: deinde ipſe teſtator recepit ipſum traficū, an ſit reuocatū legatū? text. eſt quod nō, *in l. quadā teſtamēto ff. de leg. 2.* Parb. *in terminis in 2. vol. conſ. 30. in 2. col.* Vez.

17 Sed quid ſi teſtator legat proprietatē alicui, deinde alienat vſumfructū? Iaſo. *in d. l. 3. in fi. C. de lega.* dicit quod per hoc nō reuocatur proprietas: ſi aūt legaret vſumfructum, & poſtea voluntariè illum alienaret, eſſet reuocatum legatum. ita intelligit gl. *ibi. in ver. dedit.* Bellacomb.

18 In dubio non præſumitur ademptio legati. Alex. *vol. 5. conſ. 169 in 2. col.* faciunt quæ vult Corn. *in 2. vol. conſ. 155.*

Vide etiam *in eo. vol. conſ. 171.* vbi loquitur de adiectione & detractione legati. Idem.

19 Legatū reuocatur per ſuperuenientiam liberorum, & an diſtinguatur inter paruū & magnū? & an conſeruetur per *auth. ex cauſa. C. de liber. præter.* vide Cor. *in 3. col. conſ. 4.* Vezin.

20 Quid ſi teſtator dicat, dono Titio præſenti, & recipienti talē rē, an intelligatur donatio, an vero legatum, & ſic poſſit reuocari? Ang. *in § 1. Inſti. de leg.* tenet quod ſit donatio. Vezi.

21 Legata in teſtamento ſolēni nō adimūtur, nec reuocātur, niſi alio teſtamento, vel codicillis, tamē à quinque teſtibus factis, ſecūdū magis com. per Burſ. *conſil. 96. num. 6. lib j.* Bonac.

22 Legatum factum cum clauſula, quod teſtator promittit non reuocare, & quod ſi reuocauerit, quod donat, non poteſt mutari, & Io. Durād. *in arte teſtan. cau. 3. iu. 6.* cō. dicit. Vezin.

23 Legatū alternatiuū ſi relinquatur, eſt electio legatarij, & nō heredis. Salice. *in l. plerūq; § fi. ff de iur. dot.* cō. dicit. Idē.

24 Legatorum vel hereditatis priuatio non ob quāuis, ſed grauē dūtaxat iniuri inducitur, per not. *in l. iij. ff. de adimē legat.* ſec. Imol. *cap. Raynutius de teſt.* & ita cō. teneri refert Bene. Capr. *in tract. ſubſtit. poſt reg. poſito, ſpecie ſecunda, num. 144.*

De iis quibus vt indig. leg. auferuntur.

TITVLVS XXXVIII.

Legatū reuocatur propter inimicitias ſuperueniētes *l. ex parte. l. iij. §. non ſolū. ff. de adimen. leg. l. ſi inimicitiæ. de his quib. vt indig.* non ipſo iure, ſed ope excep *d. l. ex parte ibi excep. doli mali ſubmouebitur.*

Limita quādo inimicitię ſuperuenerūt culpa legatarij: putà, quia occidit filium teſtatoris: Secus autem econtra. ita tenet Bar. *in l. cum tabul. §. quoniam.* per illum text. *ff. de his quib. vt indig.* Hip. *in l. j. §. præterea. in 9. col. de quæſtio.* Lud. *ſing. 196.*

Sed Iaſ. *in l hæreditas. col. 1. & 2. C. eo. de his quib. vt ind.* putat quod iſtud dictū ſit falſum: & in contrariū pōderat text. expreſſum *in l. iij. ff. de adimen. leg. in ver. & pœnitens teſtatorem, prioris offenſa.* vbi legatū fuit reuocatū, quia teſtator offenderat legatarium: & ſic inimicitia proceſſit culpa teſtatoris. dic. ibi ita. quod ſi teſtatorem pœniteat offenſę, recōualidatur legatū. adducit multa alia fundamenta cōtra Bar. & dicit conſidera, quia ſi caſus contingeret eſſet caſus pro amico.

Et ita etiam latiùs tenet ipſe Iaſ. *in l. ſi filiam. C. de inoff. teſt.* Pet. Gerar. *ſing. 5.* Bellacomb.

2 Et ſi legatarius concubuit cum vxore teſtatoris, reuocatur legatum. Ang. *Inſti de ademp. legat.* Idem.

3 Sed pone, quod poſt contractas inimicitias teſtator fecerit codicillos, in quibus nō reuocauit legata facta illi cū quo cōtraxit inimicitias, prout poterat, ſi volebat quod eſſent reuocata, an per hanc præſumptionē deſināt eſſe reuocata? Bar. *in l. filio. §. Seia.* per illū text. *ff de adimen. leg.* dicit quod non refert. & ſequi. Iaſ. *in auth ex cauſa. in 5. col ibi, pro iſta ampliatione. C. de liber. præte.* vbi dicit eſſe no. quia multi dicerent oppoſitum. Idem.

4 Vnum ſingulariter not. quod licet legata, per ſolas inimicitias reuocentur, tamen illæ inimicitiæ debent probari per quinq; aut ſeptē teſtes. ita mirabiliter vult Bar. poſt Dy. *in l hæredes palàm. §. ſi quid poſt ff de teſtam.* Refert & ſequi. Iaſon. *in d. l. hæredes in 1. col.* licet Bal. teneat cōtrariū *ibi.* Idem.

An autem per ſolam reconciliationem videatur ſublata reuocatio legati facta propter inimicitiam? vide amplè & ſubtiliter Pet.Gerar. *ſing.3.* Idem.

5 Quid ſi legatarius ignoranter incidiſſet in inimicitiam cum teſtatore, an videatur reuocatum legatum? Petr.Gerar. *ſing.5.* tenet quòd non. Idem.

6 An autem reuocatio legati poſſit probari per duos teſtes? vide not. Bal. *in 1.parte conſi.*225. vbi al. multa pro & contra. concludit tamen quod ſic, ſi teſtes ſint integræ & probatæ vitæ. & vide Cor. *in 3.vol.conſi.* 39. vbi dicit quod legatorũ & fideicõmiſſorum reuocatio probatur per 5. teſtes. Idem.

7 Capitalis inimicitia oritur quoties crimen capitale, vel graue deducitur contra aliquem per viã accuſationis. *l. qui cum natu maior. ff. de bonis libert. l. iij. §. fin. de adi. lega.* Frãc. Marc. *quæſt.* 324. & etiam cùm crimen deducitur per viã exceptionis. *in ſpecie cap. præſentium. de teſtam. in 6.* Mar. *in ea lege.* Contrahitur etiã inimicitia capitalis ex iniuriis verbalib⁹, ſec. Iaſ. *in l. procuratoribus. C. de procur.* Itẽ ex minis probatur inimicitia capitalis. Bald. *l. metum. C. quod met. cauſ.* Bellacõb.

8 Inſtitutio hæredis non reuocatur per ſubſequentes inimicitias: & ſic quamuis hæres inſtitutus cõmiſiſſet aliquam iniuriam contra teſtatorem, non propterea reuocaretur ea hæredis inſtitutio. *d. l. ex parte. de adimend. leg.* & multo minus reuocaretur, ſi mortuo teſtatore hęres eius contra ipſum teſtatorem aliquid egerit, vt quia eius viduam carnaliter cognouerit. Iaſ. *in l. ſororem. C. de his quibus vt ind.*

9 Legata inimicitiis poſtea ſubſequutis vſque adeò reuocantur, vt ſatis ſuperque ſit inimicitias duobus teſtib. probari. cõmune renuncio ex Aret. *in l. Lucius. ff. de vulga.* Iaſ. *in l. fideicommiſſum. C. de fideicommiſſ.* Did. à Couarru. *in rubric. de teſtam.* E. Suarez.

10 Legata in codicillis adempta iure ipſo extinguuntur, vt frequens interpretum dogma aſſeuerat Porc. *in prin. num. 4. Inſti. de ademptis. legat.* Idem.

11 Legatũ perditur ſi onus iunctũ recuſetur. *l. pe.* vbi doct. maximè Iaſ. *C. de lega.* Alex. latiſſimè *in 1. vol. cõſil.* 102. facit ꝙ vult Bal. *in l. Neſennius ff. de exec. tu.* Ang. not. *cõſ.* 166. Idem.

12 Legatum perditur ſi legatarius ſtupret viduã relictam teſtatoris. Bart. & Bal. *in l. fideic. C. de fideic.* Barto. *in l. j. ff. de his quib. vt ind.* gl. Bar. & Bald. *in l. Sororem. C. eod. ti.* Veainus.

13 Legatarius qui rẽ legatã propria occupat authoritate eõ vitio cadit à iure ſuo. *l. non eſt dubium.* & ibi doct. *C. de leg.* Nam rei legatæ ſine traditi. non transfertur poſſeſſio. Gl. *in l. cum duobus. §. idem reſpondit. el 2. in ver. dedit. ff. pro Socio.*

Et ita etiam vult *Iaſ. in l. alia ſcriptura. in vi. col. de leg. j.* al. leg. Lud. Ro. *conſi.* 312. *incip. circa propoſitam.* Adde Bened. *conſi. 3. in fi.* I. Fich.

*L*imita niſi eſſet data licẽtia à teſtatore apprehẽdẽdi rem legatam, propria authoritate. *l. Titia cum teſtamento. §. 1.* ſecũdum vnũ intel. gl. *de leg. 2.* doct. max. *Iaſ.* qui multa adduc. *in d. l. non eſt dubium.* Phi. *in c. ſi pater. in 9. col. de teſta. in 6.* & eſt communis opin. ſecundum Ploi. *l. ſi quando nu. 54. C. vnde vi.*

Adde *Io.* Dilect. *in arte teſtand. tit. 2. cautel. 3.* ex *Iaſo. in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignorant. & l. nemo. de leg. j.* I. Fich.

*L*imita 2. non habere locũ in legatario, qui eſſet executor teſtamenti. *l. fiſtulas. §. fundum. ff. de contrahen. emp.* ſecundum Bal. Ang. & Sal. *in d. l. non eſt dubium.* vbi Alex. plures al. remiſſiones. & ibi *Iaſ.*

*L*imita 3. quando legatarius occupat, poſt aditam hæred. ſecùs ſi ante aditã hæred. & apprehẽsã poſ. nã tũc legatarius nõ perdit ius ſuum. ſecundum Glo. & doct. *in d. l. non dubium.*

Ad quod facit pulchrũ Bal. *in l. j. C. quor. lega.* vbi dicit, quod viduæ, quib. mariti fecerũt legata, debẽt eſſe veloces in occupãdo bona ſibi legata, antequã hęres adeat hęred. Corn. *in 2. vol. conſi.* 119. *in 6. col. verſ. circa 3. autẽ quæſitum.* vbi dicit, quòd legatũ nõ cadit, niſi in caſu *l. ſi quis in tantũ. C. vnde vi.* Idem.

14 Quid de ſurripiente teſtamentum? dic quod legatarius cadit à legato tanquam indignus: & quando indignitas reſpicit fauorem alicuius perſonæ, illud quod ab eo auſertur, applica. illi perſonæ. *l. ſi legatarius. C. de lega.*

Quod vltimum intellige quando pœna priuationis imponitur à lege: vt *d. l. ſi legatarius.* aliàs ſecus eſſet. Cacher.

15 *L*egatũ, ſi factũ eſt in teſtamẽto minus ſolenni: hęredes nõ tenentur ad ſoluendum, niſi teſtator legatariis concedat quod propria authoritate poſſint apprehẽdere poſſeſſionem rei legatę. *Io.* Durand. *in arte teſtan. titu. 2. cau. 3.* cõmun. dicit *Iaſ. & l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor.* Villalob. & Vezin.

Nota iſtam com. cũ ſequentib. ad intell. *l. xxxj. tit. 14. part. 6.*

*F*allit in obligatione naturali: per quã hæres tenetur ad pręſtandũ, ſecundum communem opin. vt per Iaſ. *in l. cùm quis. C. de iur. & fac. ignor. nu. 2.*

*F*allit 2. quãdo teſtamentum eſt nullum, ex eo quod teſtator errauit inſtituens quem credebat coniunctum, cùm aliàs non eſſet. Iaſ. *in l. eam quam, de fideic. C. nu. 5.* commu. dicit.

*F*allit 3. quando teſtamentum eſt nullum ex pręteritione: quia non ſunt inſtituti hęredes, qui inſtituendi eſſent. *B*ello. *conſ. 53. in prin.* commu. dicit. Idem.

Nota quod ſi legatarius poſſidet, etiam ſi teſtamentũ ſit nullum: legitimè retinet etiam in foro conſcientiæ. Iaſ. *in d. l. cum quis. C. de iur. & fac. igno.* commu. dicit. Idem.

16 Legatum dicitur inutile, quod in voluntate alterius relinquitur, niſi ſit in piam cauſam. *Io.* Durand. *in arte teſtant. titu. 6. caut.* 8. commu. dicit. Villalob. & Veainus.

De materia iſtius cõmunis habes *l. 6. tit. 3. part. 6. l. 6. tit. 5. lib. iij. For. legum. & l. 31. cum nonẽ ſeq. in deciſ. Taur. & l.* quę cũ cõmuni concordat *in l. axia. tit. 9. part. 6.* quam rogo videas. *Idẽ.*

*P*oſſidens hæreditatem, ſi contra agentem petitione hæreditatis, vel familiæ erciſcũdæ iudicio excipetet, quòd eſt indignus hæreditate, vt putà ſi defunctum teſtari prohibuerit, *l. j. C. ſi quis al. teſta. prohi.* cum nota. per Bart. *in l. fi. ff. eod. titu.* & per Soc. *conſ. 105. viſo proceſſu vol. 3.* vel quòd defuncti vxorem, ſeu liberos occiderit, vel tacitam fidẽ de reſtituenda hæreditate incapaci accommodauerit, vt ſæpè accidit in his, qui inſtituuntur hæredes ab habentib. filios ſpurios, vt per Bal. *in l. ſi quis presbyter. C. de epiſ. & cler.* & Barba. *in c. cùm in officiis. col. fi. de teſta.* exceptione iſta non iuuabitur, ſecundum Gl. *in l. hĩc conſequenter. §. 1. ff fami. erciſc. l. loca. §. competit. ff. ſi ſer. vend.* & opinio hæc communiter approbatur, vt per Curne. *conſ.* 150. *circa præſentem lib. 2.* Docto. variis in locis iuris noſtri: & ſic exceptio oppoſita per poſſidentem hęreditatem contra agentẽ petitione hæreditatis, vel familiæ erciſcũdæ iudicio, quòd eſt indignus hæres ipſe hæreditate, vel quod defuncti vxorem, vel liberos occiderit, vel tacitam fidem incapaci accommodauerit, nihil operatur. Viuius *opin.* 272.

17 Nõ refert per quæ verba teſtator loquatur, dũmodò eius intentio percipiatur. *l. in legatis. C. de legat.* & ibi gloſſ. & docto.

Nec vitiatur legatum ex imperfecta oratione, vel latinitate, ſi conſtet de mente teſtatoris. *l. ſi in teſtamento. ff. de leg. 1. & l. verbum volo. C. de fideic.*

Addo quòd ſuffic. quod verba prolata per teſtatorem in legando, ſecun. com. vſum loquendi habeant certam interpretationem. *l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de legat. iij.* Imò etiam nutu legatum fieri poteſt. *d. l. in legat* & ibi Iaſon.

18 Legatum perditur ſeu non valet, ſi æs aliẽnũ abſorbet totã hæreditatẽ: ſed ſi quid ſupereſt, valet vſq. ad illud ſalua hæredi falcidia, *l. ſi vniuerſa.* & ibi doc. *C. de leg.* quam Bart. ſummat hoc modo, *Mal da chi non ha, dice la Campana de ſancto Pedro.* P. Fichard.

Et illa *l. ſi vniuerſa* ſecundum Bald. ibi, habet locum in donatione cauſa mortis. alleg. *l. 1. §. 1. ff. ſi quid in frau. pat.*

Limita *d. l. ſi vniuerſa.* niſi teſtator legatũ Titio feciſſet ſub conditione, quòd daret hæredi tantum, quod ſufficit pro ſatisfacien. cred. hęreditariis. nã tunc hæres poſſet ſoluer. legatum: & de illo quod ſibi daretur cauſa condi. implendæ haberet ſatisfacer. cred. glo. eſt ſingu. *in l. ſeruum filij. §. ſi idẽ ſeruus. in ver. in fraudem creditor. ff de legat.* j. quam ibi reputat not. Ang. & dicit ibi Pau. de Caſt. illam non eſſe. alibi. Bellac.

19 Demonſtratio falſa temporis, an vitiet legatũ? vide not. Bal. *in 3. parte conſ.* 85. Vide etiam Benedict. *in. conſ.* 87. vbi dicit, quod ſi lego tibi centum, quæ dico eſſe apud te, & tu iam mihi reſtitueras, non debetur legatum. Idem.

20 Legato alicui facto, actio, & vel obligatio quę affixa eſt oſſibus legatarij, non finitur: etſi finiatur tempus appoſitum ipſi legato, ſed exceptio tantum, dominium autem rei legatæ finito tempore, tranſit in hęredem: ſicut tranſlatum erat in legatarium. Iaſ. *in l. illud. C. de lega. nu.* 7. com. dicit. Villalob.

Additio ratio prædictorum eſt, quam cum aliis in hac materia ponit M. Ant. Bard. *in tract. de tem. vit. & contin. in cap. 12. ſub num. 12.*

21 Licet pro legatis pręſtandis tres competant actiones, rei vendicatio, actio ex teſtamento & hypothecaria. *l. vlt. C. commu. de lega. & fidei.* iudicium tamen ordinarium requiritur,

&

& neque eſt ab executione incipiēdum. Bene *in repet. r. Raynutius ſuper verbo, ſi abſque liberis. de leg. & fidei. num.* 191. *de teſtam.* & neque legata habent executionem paratam. *Idem.*

22 Legatario licet tres actiones competant pro legatis, videlicet perſonalis ex teſtam. rei vendicatio, & hypothecaria, per *l. j. com. de leg.* & not. per gl. & doct. *in l. j. ff. de leg. j. & in l. 1. C. communia de lega.* refert Iaſ. *in l. 3. C. de leg.* Alex. *in 2. vol. cōſi.* 4. *in 3. colū. & cōſi* 98. & eſt text. *in §. 1.* & ibi Ang. *Inſtit. de legat.*

Limitatur ea neq; d. l. quod actio ex teſtamento nō cōpetit pro legatis factis duntaxat ad honorem, & vtilitate teſtatoris, vt conſtituatur capella, quia tunc competit officiū iudicis. Ripa *in l. per omnes, nu.* 42. *ff. de leg.* j. communem dicit ex Bar. ibi, licet ſibi non placeat. imò quod nō ſolum cōpetāt in iſto legato actio ex teſtamento, ſed etiam officium iudicis.

Fallit ſecundò in legatis quę ſuſtinētur de iure ſpecialiter: vt in legatis conditionalib. pro quibus competit actio in factum, vel officium iudicis. idem *ibi, nu.* 43. com. dicit, vbi vide alias limitationes. Villalob.

Nota quod *l.* j. in quantum dicit quod pro legatis cōpetit rei vendicatio, limitatur in vniuerſalibus fideicommiſſis, vel legatis: quia non competit niſi facta reſtitutione per hæredem. Sublimitatur in legato vniuerſali, relicto eccleſię, ſecuta ſtiti one per hæredem. idem Ripa *ibi nu* 51. cōmunē dicit.

Limita *d. l.* quo ad rei vēdicationē in legato patris bonorū: quia nō cōpetit rei vendicatio. idem *ibi, numer.* 53. cō. dicit.

Limita etiam in legato vnius rei facto duobus in ſolidū: quia non competit rei vendicatio. idem *ibi, numero* 56. commun. dicit. Idem.

Fallit *d. l.* j. quia hypothecaria non competit in re legata. idem *ibi, nu.* 65. communem dicit.

Amplia primò pro legatis pro quibus competit officium, idem *ibi, nu.* 66. communem dicit.

23 Nota quod actio hypothecaria quę competit pro legatis non fuit cognita de iure digeſtorum, idem Io. de Ripa *ibi, num.* 64. communem dicit. Villalob.

24 Legatarius an habeat remediū? *l. fi. C. de edic. diui Adr. tol.* Iaſo. *in l. pactum inter hæredem. in 1 volum. ff. de pact.* tenet quod ſic. alleg. text. & gl *in §. illud.* & ibi Aug. *in auth. de hæred. & falcid.* Vezinus.

25 Ad inducendam morā in legatis ad pias cauſas, quibus dies certus eſt, non requiritur interpellatio: tamen ad incurrendam pœnam requiritur monitio. Goza. *conſil.* 34. *nume.* 6. commu. dicit.

Fallit ſi per conſtitutionem generalem epiſcopi fiat præceptum quod legata pia adimpleantur, quod tunc dies interpellat ad incurrendam pœnam. idem Goza. *nu.* 8. ibi commu. dicit ex Aret. *conſi.* 67. & Abb. *conſi.* 59. B. Villalob.

26 Cautionē de præſtandis legatis, vel fideicōmiſſis teſtator pōt remittere *l. 2. C.* & ibi Bar. *vt in poſſe. quo. lega.* & ibi Bart. Bal. & alij. & iſtam cōcluſionē ſequūtur Doc. *in l. nemo poteſt. ff. de lega.* j. quā amplia primò, vt etiam procedat ſi hæres eſſet dilapidator bonorū, adhuc teſtator poteſt ei remittere huiuſmodi ſatiſdationem, *l. fin. in princ. ff. vt lega. nomine caue. l. & alij omnes. in d. l.* 2. Amplia, & ſecundo loco, quod ſimiliter teſtator poteſt remittere cautionem Mutiana. *l. fi. ff. de manu. teſta.* & ita notat Aug. *in §. præfata autem*, per illum tex. *in auth. de nuptiis.* hæc concluſio ita declaratur, vt nō procedat in cautione de vtēdo, ac fruēdo arbitrio boni viri, quæ quidē à teſtatore remitti nō poteſt. *l. ſcire debetis. C. vt in poſſe. leg. & l. j. C. de vſufructu.* nam illa cautio cōcernit fauorem hæredis, quam teſtator remittere nō poteſt, ſecundū glo. *in d. l. ſcire debetis.* communiter approbatam à ſcriben. *in d. l. nemo poteſt*, & vltra Doct. inibi atteſtatur de communi Guido Papæ *conſi.* 63. *in 2. dubio*, Bellonus *conſi* 54. *nu* 3. 10. Annibal *in repet. d. l. nemo poteſt, nu.* 164. Cornel. Benincaſſ. *in trac. de paupertate, q.* 11. *ſpecial.* 7. *in vltimis voluntatibus, nu.* 8. & Crauet. *conſi.* 174. *nu.* 3. *cum aliis ſeq.* vbi fruſtrà ipſe per plura conatur ſuſtinere, fulcirique contrariam partem.

Sed aduerte, quod iſta cōmunis vera eſſet, quando vſusfructus reperiretur cōſtitutus in vltima volūtate, ſecùs ſi inter viuos: quia inter viuos poteſt conſtitui vſusfructus. *§. cōſtituitur. Inſt. de vſufruct.* & tūc principalis cōſtituēs poteſt remittere talē cautionē: vt per Bar. *in l. j. C. de vſufructu*, & ita debet intelligi *d. l. ſcire debetis*, & eodē modo debet intelligi argumētū à cōtrario ſenſu (ibi minimè in teſtamēto remitti poſſe) ergo extra teſtamētū, ſiue per hęredē, ſiue per teſtatorem benè poteſt remitti: quia quilibet poteſt ſibi præiudicare.

Et ſimiliter communis præmiſſa de plano procederet in bonis immobilibus: ſed in mobilibus teſtatorem cautionem ipſam remittere poſſe voluit Pet. *in d. l. j.*

¶ In contrariam verò ſententiam, videlicet, quod in vtroque caſu teſtator cautionem remittere nequeat, inclinauit Bart. *in d. l. 1. nu.* 10. cuius opinionem communem eſſe recitat Alex. *conſ.* 58. *num.* 10. *vol.* 3 & Dec. *conſ.* 565. *num.* 5. & veriſsima apparet.

Veruntamē hic non ab re inueſtigandum eſſe arbitror, quæ ſit ratio diuerſitatis, cur teſtator poſsit remittere ſatiſdationem hæredi de præſtandis legatis, vel fideicommiſsis. *d. l. 9.* & tamen non poteſt remittere ſatiſdationē de vtēdo, & fruēdo arbitrio boni viri. *l. 1. C. de vſufru. & d. l. ſcire debetis.* Gloſſ. igitur ibi aſsignat duas rationes diuerſitatis, quarum primam reprehendit Bar. *in d. l. nemo poteſt*, & ſequitur ſecundam, *col.* 1. quia teſtator inuitaretur ad delinquendum. hanc rationē tenet idem Bar. *in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & in d. l. 1. C. de vſufruct.* quoniam huiuſmodi remiſsio de vtendo, ac fruendo arbitrio boni viri ſonat in turpitudinem, quod vſufructuarius poſsit dilapidare, & abuti, idcóque nihil valet.

Et dato quod exploratum ſit, teſtatorem non poſſe remittere ſatiſdationem de vtendo boni viri arbitrio: tamen eam poteſt remittere hęres: vt probat tex. *in d. l. ſcire debetis, in ver. Teſtamēto.* à contrario ſenſu Glo. & Bat. *in d. l. 1. C. de vſufruct.* quarum opinionem audacter ſcribit eſſe communem Alber. *in l. 4. C. de vſufruct.* & Dec. *conſilio* 48. *vel* 418. cui aduerſatur Iaſo. & Crotus *in d. l. nemo poteſt.* Iaſ. inquam *in 2. lectura circa fin.* Viuius.

De indicta viduitate, & lege Iulia miſcella tollenda.

TITVLVS XXXIX.

Vidua ſub conditione nubendi, legato honeſtata, ac poſt mortem illud reſtituere iuſſa, ſi cōditioni non paruit, è veſtigio ipſum reſtituet. commune interpretum placitum cōſtituo ex Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu.* 28. *ff. de liber. & poſthu & in l. Lucius. ff. eo. tit. & in l. ſi mater. verb facit iſta lex. C. de inſtitut. & ſubſtit.* Iac. de S. Georg. *in l. ſi pater. C. de iure dot.* Ant. Gomez. late *de contract. c.* 11. *nu* 34. E. Suarez.

2 Vxor tranſiens ad ſecunda vota, perdit legatū ſibi relictū, ſi caſte non vixerit. Iaſ. *in l fin. C. de indic. viduita. tollen.* Duran. *de arte teſtādi, tit.* 6. *caut* 39. com. dicit, & ſi ex ſtatuto debet lucrari aliquid de bonis mariti, non compenſatur cum legato ſibi facto à marito, vt eſt cōmunis opi. Cortaſi. *Miſcellaneorū* 3. *c.* 1. Nec obſtat huic communi opinioni *l.* 16. *Tauri*, huius regni, quia ibi maritus non dicitur debitor, nec in vllo obligatus mulieri, nimirùm ſi non fiat compenſatio cum legato, per lōge tradita per docto. ibi pręcipuè per Gomeziū, de quo Ioan. Baptiſta Vezinus Tuletanus *in ſuo erario communium opinionum litera V. opin vlt.* impreſſo 1550. Mindonij opera excuſo in Compoſtella. Bnnac. Villal. & Vezinus.

3 Nuptias ſecundas ſi vidua cōtraxerit, cui ſi caſtæ vitæ modum ſeruaret, vel à marito, vel à filio, vel à quopiā mariti neceſſariò aliquid legatum eſt, legato ſtatim eo prorſus excidet: quáuis longè ſecùs futurum ſit, ſi ab alio ſub ea vitæ cōditione illud ipſi relictum proponatur. commone aiōt Iaſ. *in l. vlt. C. de ind. vid. tol.* Io. Dilect. *de art. teſtan. tit.* 6. *caut.* 39. ac prolixè Did. à Couarr. *de ſponſ* 2. *par. c.* 3. *nu. vlt.* & ſi perperam indiſtinctè contrarium receptum aſſeuerat Claud. *in l. mulier. §. cum proponeretur. ff ad S.C. Trebel.* F. Suarez.

4 Facit quod vult ipſe Iaſ. poſt Pau. de Caſt. *in auth. cui relictum. in fi. C. de indic. vidui. tol.* vbi dicit, quod mulieri viduæ magis conuenit abſtinentia à ſecundo matrimonio, quàm viro.

5 Mulier non tenetur ire ad iudiciū. Bal. *in 1. part. conſ.* 28. *in 2. col. & in 4 par. conſi.* 345. *c. mulieres* & ibi Phi. *de iud. in* 6.

Maximè in prægnante, quę non tenetur comparere. tex. eſt *in l. 9. §. ſi verò mulier. ff ſi quis cau.* Idem.

6 Si quis vxorem ſuam heredem fecerit, quouſque honeſtè & caſtè vixerit, & vitam vidualem ſeruauerit, & poſt mortem ſuam Titium hęredem fecerit, muliere quam eiō ſecūdò nubente perdetur hęreditas, & ad Titium ſubſtitutum perueniet excluſis venientibus ab inteſtato ipſi teſtatori, vel ipſi mulieri. *argumen. leg. ſi mater. Cod. de inſtitu. & ſubſtitut. ſub condi.* & ibi Pau. Caſtr. Alexand. & Iaſo. ibi aſſerit eam opinionem communem eſſe, & in practica ſeruari, cōtra Socini opinionem, *conſilio* 5. *in tertio volum.* vbi tenet contrarium, per

l.vxori.3.ff.de vſuf.lega. quæ intelligi debet vbi ad certum tẽpus vſuſfructus alicui legatus fuiſſet, nempe vſque ad quinquennium, vel ad aliud certum tẽpus: Nam eo caſu quoties ad certum tẽpus legatus eſt vſuſfructus, & poſt illud tempus voluit teſtator vſumfructum ad aliũ pertinere, tunc mortuo vſufructuario pendente eo tempore non veniret vſuſfructus ad ſubſtitutum, niſi poſt tempus elapſum. Sed quando tẽpus non eſt limitatum, vt in quæſtione propoſita, & tũc procedit prior deciſio. ita Iaſ. ibi, qui in iudicando & conſulẽdo aſſerit à tali opinione non eſſe recedendum. Bellac.

7 Conditio viduitat. in legato reiicitur. l.1. & toto ti. C. de indic. vidu. tol.

Amplia procedere etiã in muliere nupta, cũ qua tamẽ non fuiſſet ſequuta copula carnalis, licet virũ habuit. ſecũ. Bal. Ang. Pau. de Caſt. Alex. & Iaſ. auth. cui relictum. C. de indic. vid. tol.

Limita non procedere in vidua, in qua non reiicitur conditio quæ ad hoc vt conſequatur legatum, debet iurare, & præſtare cautionem. de qua in d. auth. cui relictum.

Limita 2. procedere, quando legatum eſt factum ipſimet mulieri virgini: ſecus ſi ſit factum tertio. d.l.1.C.eo.

Sublimita, niſi ille terti⁹ eſſet pater, frater, vel propinquus mulieris, ob cuius reuerẽtiã præſupponẽdũ eſt, ꝙ mulier abſtinere debeat à matrimonio, ne propinquus ſuus perdat legatũ. ita Iaſ. in d.l.1. vbi confirmat pulchris mediis & ſimilib.

Limita 3. niſi tale legatum eſſet ad pias cauſas: quia conditio viduitat. non reiiceretur. Iaſ. in d.l.1. al. tex. in l. Titio vſufr. §. ſeruus. ff. de cond. & demon. & ibi Bar. ſub dubio tamen ſorte.

Limita 4. ſi conditio viduitat. eſſet perpetua, vel indefinita: vt quia dixerit, lego tali puellæ, ſi non nupſerit.

Secus ſi eſſet temporalis, vt quia pater, vel alius reliquiſſet domum puellæ, ſi non nupſerit vſque ad ætatem 20. ann. tunc talis condi. debet impleri, aliàs mulier perdet legatum. Iaſ. in d. auth. cui relictum. al. tex. ſolennem. in l. ſi vir vxo. §. fi. & ibi Bar. & doct. ff. de condi. & demon.

Sublimitat Iaſo. niſi tẽpus tã lõgum adiiceretur vt eſſet in fraudẽ, ne matrimoniũ in effectũ deduceretur. vide per eum.

Limita 5. ſi legatum fiat mulieri virgini, ſub conditione, ſi non nupſerit cum aliquo de mundo, vel indefinitè.

Secus ſi fiat ſub conditione, ſi non nupſerit certę perſonæ, vel alicui de tali parẽtela: quia ex quo poteſt nubere omnib. aliis, cõditio nõ reiicitur, imo debet impleri: & ſi cõtrà faciat, perdit legatũ. tex. eſt in l. cùm ita ff. de cõd. & demõ. & vult Iaſo. in d. authen. cui relictum. c. de indict. vidu. tollend. Cacher.

8 An ſi nubat poſt duos vel tres annos, reſtituet fructus, quando dixit teſtator, quàdiu vitam vidualem? &c. vide Bal. in l. cum filius. §. qui Mutianam. de leg. 2. Idem.

9 Si teſtator legat vxori vſumfructum fundi pro toto tẽpore vitę ſuæ, ſi vidua remanſerit, & poſt eius mortẽ relinquit illũ fũdũ Titio: ſi vxor nubat, Titius habebit fundũ, ſecũdũ Io. And. in n. de ſec. nup. & ſeq. Iaſ. qui infinita all. in l. tale pactum. §. fin. in 2. col. ff. de pac. & in l. ſi extraneus in 1. col. ff. de cond. cau. da. & in l. ſi mater. in 1. & 2. col. C. de inſti. & ſubſti. & in l. gallus. §. & quid ſi tantum. in 3. col. ff. de lib. & poſth. Soci. in 2. part. conſi. 259. Alex. in 2. vol. conſi 130. & in 4. vol. conſi. 100. Bolog. conſi. 22. Alex. in d.l. ſi mater. Crotus in d. §. & quid ſi tantum. in 13. col. & ſeq. Idem.

10 Sed quid ſi teſtatur dicat, lego tali, ſi vidua erit, vel quandiu, vel donec erit vidua, & fiat vidua, deinde nubat, an priuetur legato? vide Alex. in d.l. in ſubſtitutione. ff. de vulga. & pup. vbi etiam ponit quæſtionem de legato facto mulieri, ſi intrauerit monaſterium, & intrauit, ſed poſtea exiuit.

Vide etiam Iaſ. in l. ſi quis heredem. in 1. col. C. de inſti. & ſubſti. vbi dicit, quod legatum factum filię ſi vidua erit, debetur filiæ quæ fuit effecta vidua, licet poſtea nupſerit. al. l. fi. & ibi Bald. & Pau. de Caſt. C. de indic. vid. tol.

Subiungit Iaſ. Pau. de Caſt. dixiſſe. in d.l. fi. §. 1. quod dũ legeret Paduæ, fuit ei tranſmiſſa quæſtio conſulenda, & quod ciues Veneti volebant iudicare cõtra filiam. dicit Pau. quòd oſtendit eis tex. in d.l. fi. §. 1. & Veneti viſo tex. mutarunt propoſitum, & iudicarunt pro muliere. & idem repetit ipſe Iaſ. in d.l. fin. in 4. col. de indic. vid. tol. Idem.

11 Legatum relictum mulieri donec caſtè & honeſtè vixerit, nõ deperditur, quãuis mulier ad ſecũda vota tranſierit, niſi teſtator dixiſſet ea verba, & vitã vidualẽ ſeruauerit. Barto. in l. mulier. §. cum proponeretur. per eum tex. ff. ad Treb. c. Neocena. 41. diſtin. quæ Bartoli deciſio debet intelligi in eo caſu, vbi legatũ ſit viduæ ab aliquo extraneo, vel à patre viduæ, vel ab alio quã à marito, vel à filiis mariti ipſius viduę: quod ſi ad tertia vota tranſiret, perdit mulier illud legatũ. Ange. in §. hac mulier. in fi. in authen. quomo. oporteat epiſcopo. quia contra bere tertia vota, eſt ſatis contrarium honeſtati. Fel. in c. ſi cautione. nu. 40. de fid. inſtru. quòd ſi tale legatum fiat à marito ſuæ vxori, aut à filio ſui mariti: ſcilicet, donec caſtè vixerit, & perdetur legatũ tranſeundo ad ſecunda vota. Ange. in §. cum ita. de non eligen ſecundè nuben. nu. 6. vbi vſus fuit ea diſtinctione ſuper hac quæſtione de relicto facto viduę, donec caſtè & honeſtè vix. rit. glo. in l 2. c. de indic. vidui. tollen. & ibi Iaſ. qui ita tenet. & in l. vlt. C. de iudi. nu. 4. & Oldr. conſ. 213. & hoc procedit etiã ſi teſtator ſimpliciter ita dixerit, lego victũ & veſtitũ vxori quãdiu vixerit, vt ibi per Oldra. & Carõ. in rub. C. de ſec. nupt. pœna 9. & in l. 3. ſuper gloſ n. 23. C. eo. & Coraſ. Miſcell. lib. 3. c. 3. Alex. & alij in l. mulier. §. cũ proponeretur. ff. ad Treb. Bellac.

12 Legatũ vxori per maritum relictum ſub conditione, ſi caſte, honeſteq; vixerit, poſt eius mortẽ per ſecundas nuptias nõ amittit legatũ ipſum, nec eo priuatur aliquo modo, ſecun. Bal. in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb. cuius opin. com. eſſe appellat Claudius tot. & ſequitur Euerardus in topicis. In contrariam verò partẽ quod vxor priuetur legato præmiſſo, ſi poſt mortẽ mariti nupſerit, magna cohors ſcribentiũ, & eorum opin. com. eſſe conſtat, teſte Io. Dilect. in tracta. de arte teſtan. tit. 5. cau. 39. nu. 4. & Berũon. de publicis concub. ſed ne erres, ſciaſq; quid concludendũ, conſulendum, iudicandũmue ſit caſu eueniente ſuper præſenti conflictu opin. inhęreas diſtinctioni in hoc traditæ per Iaſ. in l. fin. C. de indi. viduit. & per Alex. & Ang in dicto §. cũ proponeretur. F. Vin. lib. 2. epi. 156.

13 Si teſtatur aliquid legat vxori donec caſtè vixerit, & vitã vidualẽ ſeruauerit, deinde facit eidẽ vxori alia legata: illa qualitas de caſtè ſeu vidualiter viuendo, &c. non intelligatur repetita in aliis legat. per l. in repeten. ff. de leg. 3. & ibi Bar. idem in terminis vult ipſe Bal. in conſ. 39. incip. colla reliquit. Addo Bal. in 2. part conſ. 224. Cu. conſ. 32. & conſ. 47. & Bened. de Peruſ. conſ. 70. Alex. in 3. vol. conſ. 66. Crot. in l. re coniunctis. in 38. col. de leg. 3. I. richard.

Fac. quod vult. Pan. in c. cum dilecti. de don. vbi clauſula oneroſa non refertur ad omnia, ſed ad vltimum tantum.

Vide tamen Pau. de Caſt. in 2. vol. conſ. 153. in fi. vbi tenet contrarium, dicens poſſe reſponderi ad cõtraria quod loquũtur, quando cõditio eſt talis, quod eius effectus non offendit maritum. Secus in iſta conditione viduitat.

Fac. quod vult in eod. 2. vol. conſ. 70. vbi ponit, quando conditio ſeu qualitas appoſita in legato facto vni intelligatur repetita in legato facto alteri.

Aliqua in materia repetitionis vide ſubtiliter per Aret. cõſ. 1. vide in ſimili. Lud. ſing. 237 vbi dicit, quod conditio quę ſubintelligitur nunquam intelligitur repetita in ſequenti legato. & idem dicit in conſ 134 in fi. Idem.

An autem conditio appoſita in teſtamento, videatur repetita in codicillis? vide Ang. conſ. 294. Idem.

14 Vidua intra annum luctus nubens cui facta fuerãt multa legata à ſuo marito, liberis non ſtantibus ex eo matrimonio, non perdit ea legata. Corn. conſ. 308. quod de conſuetudine ob ſeruari aſſerit Boer. deciſ. 186. nu. 3. Vezinus.

15 An autem mulier dicatur vitam vidualem ſeruare, ſi nõ portet habitum nigrum? Bal. in l. decreto. C. ex qui. cau. inf. irro. per illũ tex. tenet ꝙ nõ tenetur portare habitũ nigrũ, ſi non vult. Quid ſi ingrediatur monaſteriũ, an dicatur ſeruare vitã vidualẽ? Crẽ. ſing. 143. al. Bald. in l. Deo nob. C. de epi. & cler. quod ſic. Sed Alex. ff. ad Treb. l. mulier. §. cũ proponeretur. in princ. 7. col. dicit hoc intelligere, niſi mos regionis vel cõmunis vſus loquendi, aliter ſe haberet. Et per illud dictũ Alex. aliàs defendi vnam viduã, quę deferebat veſtẽ morelã ſeu violetam: quia in illo loco erat talis mos. vide aliquid per Aret. in d. l. decreto, quam legit cum l. nullam & in ver. vidua. Cacher.

16 Quid ſi mulier fuerit per vi in proſtibulo proſtituta? dic ꝙ per hoc nõ dicitur deſinere caſtè viuere. Alex in d. §. cũ proponeretur in 6. col. al. Bal. in l fœdiſſima. C. de capt. & poſtl. reuer. Idẽ.

17 Religionẽ ingreſſa filia, cui, ſi ſacris imbueretur, ducenta, ſi nuberet, mille nummum ſeſtertia legata erant, integra mille conſequetur. commune ponunt Hyppo. in l. vna: numero 45. C. de rap. virg. Emanuel à Coſta, cũ Dec. Fely. & Ferret. in l. cum tale. §. ſi arbitratu. ampliat. 11. num. 5. ff. de condit. & demonſt

monſt. Dec. *conſi.* 64. *&* *conſ.* 419. Duran. *in arte teſtan. tit.* 6. intellige tamen, niſi ſi teſtator prohibeat expreſſim ne illa mille nummû ſeſtertia aliter filia adipiſci poſſit, quã ſi matrimoniũ inierit. cõmune aſſeruot Dec. *conſ.* 419. Berous *in c. in præſentia. n.* 494. *& ſeq. de proba.* Viu. *lib.* 1. *opi.* 125. quãuis mihi ſolidas hac in ſe iuris vtriuſque ratione a iotuenti verius multo videtur, vel vtroque caſu, vel neutro potius filia admittatur. Sed hac de re copioſius alibi. E. Suarez.

Limitat tamen *Iaſ.* iuxta prædicta, quãdo maritus fecit legatum vxori ſimpliciter: ſecus ſi legaſſet vxori, etiamſi ad ſecundas nuptias conuolauerit. quia tũc dummodo nubat poſt annum luctus, habebit legatum. quo ad proprietatem & vſumf. non ab filiis primi patrimonij. al. gl. *in* §. *vnum itaque in auth. de nupt.* & Bal. *in l.* j. *in ver. ſed pone prior maritus. C. de ſecund. nupt. & in l. filium quem habentem.* vbi etiam hoc repetit ipſe Iaſ. *col.* 7. *C. fam. erciſc.* & Lud. Rom. *conſ.* 119. *incip. ex themate conſultationis.* Dec *in d. c. eccleſia ſancta M. de conſtitut.*

Iaſ. autẽ *in l.* 9. *col.* 1. *verſi. C. de indic. vid. tol.* dicit quod ſi maritus qui habet filios ex vxore, ſi fecerit legatũ vxori, nulla conditione adiecta. & mulier poſtea traſcat ad ſecũda vota: Si quidẽ tranſit 7. annũ luctus, in totũ priuatur legato: ſi autẽ nubat poſt annum, perdit proprietatem rei legatæ quæ acquirit filiis primi matrimonij, & habet tantũ vſumfructũ. hoc aſt ſecundũ eum, quod vult dice. ille tex. & clarius *in l.* j. *& in l. fœmina. & in l. generaliter. C. de ſecun. nup.* Alex. *in* 3. *vol. conſi.* 66.

18 Nuptiæ ad certũ aliquod tẽpus inhiberi conditione poſſunt, vt frequenter placitũ aſſerere auſim ex Are. *conſi.* 67. Alea. ac Iaſ. *in l. turpia.* §. 1. *ff. de leg. lib.* j. Iaſ. *in auth. cui relictum. n.* 3. *C. de indict. vid. tol.* Fel. *in c. ex parte. de conſtit.* Soc. *in l. mulier & Titio n.* 11. *de cond. & demonſt.* & Dec. *in l. nuptias. num.* 9. *ff. de reg. iu.* Rip. *in rub. n.* 11. *C. de ſec. nup.* Quamuis aperta Papiniani authoritas reluctari videatur *in l. enim tale.* 71. § *reſcriptum ff. de cond. & demon. in verbis illis*: Ne quod omnino nuptiis impedimentum inſeratus, ſed ea de re latiùs alibi. E. Suarez.

De iis qua pœna nomine in teſtamento, vel codicillis relinquuntur.

TITVLVS XL.

Teſtatoris diſpoſitio ita facta, lego Titio mille, & illis non ſolutis, volo vt ſoluantur centũ pro centenario in annos ſingulos, cũ ſapiat vſurã, nullo modo valet. Bar. *in l.* 3. §. *ſi ff. de annu. leg. & in l.* 9. *C. de iis qua pœna nomine.* Guliel. Bene. *in rep. c. Raynutius in gl.* 1. *nu.* 65. & neque tenebitur hæres ad eam ſummam ſingulis annis ſoluendam, ità vt talis conuentio non valeat etiam nomine pœnæ. ita ibi *Bene. per l.* j. *C. de ſumma Tri.* & quæ ibi notantur. Bellacomb.

2 Pœna appoſita ex diſpoſitione hominis nõ acquiritur illi cuius cõtemplatione eſt appoſita, ſed venientib. ab inteſtato. Io. Nic. *in l. generaliter. n.* 48. *de ſec. nup. C.* com. dicit. *B.* Villalob.

3 Iuſſus conſtruere monumentum ſub tali pœna, ad exemplum alterius exiſtentis in tali loco, ſi in eo loco illud nõ reperiatur, ille non incurret aliquam pœnam *l. in teſtamento. in prin. ff. de cond. & demon.* Rebuf. *in l. vnica. in ſeptimo notabili. n.* 3. *C. de ſentent. qua pro eo quod intereſt.* Bonac.

4 Si in fine alicuius ſtatuti pœnalis ſit aliqua additio, pœna appoſita in principio, videtur repetita in illa additione. Ex quo enim adijcitur, videtur quod ſit pars illius ſtatuti. quod intellige, cum adijcitur verbum adijcientes. Vel etiam, idem iudicium eſſe volumus, &c. communis eſt opi. vt per Ab. *in c. de multa. nu.* 18. *de præbendis.* Vide Iaſ. *in l. pen. ff. de in ius vocan.* Bonacoſſ.

De fideicommiſſis.

TITVLVS XLI.

Hæredem in teſtamento, aut in codicillis poteſt quis onere fideicommiſſi grauare, & etiam in donatione cauſa mortis, vt ſua bona vel eorum partem reſtituat alteri. *l. cùm pater.* §. *eorum ff de leg.* 2. & etiam quis grauare poteſt eũ cui inter viuos aliquid donat, vt bona donata, aut partem eorum alteri reſtituat. *l. quoties. C. de do. quæ ſub mod.* Alea. *conſ.* 12. *lib.* 3. & ſic in vltima voluntate, & in contractu inter viuos quis grauare poteſt eum cui aliquid relinquit, aut donauit, vt illud alteri reſtituat. Ben. *in repe. c. Raynut. verbo, ſi abſque liberis. de fidei. ſubſti. n.* 20. *extrà, de teſtamen.* Bellac.

2 Fideicommiſſum cõditionale aſcendentis, nõ trãſmittitur ad deſcendẽtes. Cur. iun. *conſ* 135. *n.* 5. cõmunem dicit. Vezinus.

3 Teſtator poteſt grauare hæredem, vt alicui reſtituat rem ipſi prius inter viuos à teſtatore donatam. comm. dicit Clarus *in* §. *teſtamentum. q.* 71. *verſi. vlt.* P. Fichard.

4 Hæres grauatus reſtituere hæreditatem per fideicommiſſum, etiam ſi adiuit hæreditatem ſine beneficio inuentarij, poteſt deducere aduerſus fideicommiſſariũ, id quod ſibi debetur à defuncto, ſecundum communem per Rol. *de inuent. par. vlt. q.* 11. *nu.* 5. *& ſeq. & nu.* 9. vbi ponit exemplum in vxore inſtituta & grauata, quæ & ſi non conficiat inuentarium, ſuam dotẽ deducere poteſt, ſecundum communem *ibi, & conſ.* 65. *lib.* 2. *& d. trac. de inuent. par. vlt. q.* 15 *nu.* 12. Bellac.

5 Fideicommiſſum poſt impuberis mortẽ à nemine expreſſim relictum à filiis hæredibus in dubio relinqui videtur: quapropter & ipſa legitima filij portio reſtitui debebit. communiter dicunt Alex. *in l.* 1. §. *vlt nu.* 3. *ff. de vulg.* idem Alex. & Iaſ. *nu.* 16. *in l. cohæredi.* §. *cum filia. ff. illo tit.* Rhoderic. Soarez. *l. Quoniã in priorib. limit.* 1. *C. de inoff. teſta.* Guliel. Bened. *in c. Raynutius. v. abſq; liberis, in ſecundo tractatu compendioſè. n.* 45. *de teſta.* Et ſi contrariũ cõmune eſſe miſerint in litteras Rip. *n.* 136. Galcaul. *n.* 409. *in l. Centurio, ff. de vulg* quorum ſententiam non probo, ac videndos conſulo ſuprà relatos, *verſ. iſto. n.* 105. E. Suarez.

6 Fideicommiſſum reſultat ex ſola coniecturata mente teſtatoris, etiam ſi ea verbis non conſtet. Cur. Iu. *conſi.* 121. *num.* 10. communem dicit. Vezinus.

7 Pater non poteſt grauare impuberem per fideicõmiſſum: quod poteſt facere in perſonam ſubſtituti pupillaris. Iaſ. *in l ſi arrogator. nu.* 58. *ff. de adopti.* com. dicit. B. Villal.

8 Fideicõmiſſum familiæ ſimpliciter relictũ, cẽſetus relictũ illis tantũ, qui reperiẽtur in familia tẽpore mortis teſtatoris, *l. cùm ita.* §. *in fideicommiſſo. ff. de leg.* 2. quod ſi fideicõmiſſum conditionaliter fuiſſet relictũ familiæ, requiritur quod ſit de familia tẽpore exiſtẽtis cõditionis. Dec. *cõſ.* 364. com. dicit. Vezinus.

9 Filius grauatus reſtituere per fideicommiſſum, poteſt detrahere duas quartas, vna legitimæ, & alia Trebellianicæ. Cur. Iun. *conſ.* 148. *nu.* 9. communem dicit. Vezinus.

10 Per conditionis remiſſionẽ remiſſum eſt fideicõmiſſum, *l. delata. in fi. C. de rebus cred.* Bar. *in l.* 1. *C. de pact.* fallit in multis caſib. quos no. Io. Bolog. *in d. l. delata. nu.* 22. Don. à Fina.

11 Fideicõmiſſum quoties familiæ relinquitur, ſi ſuperſint defuncto frater, & filius alterius fratris præmortui, frater ſolus ſuccedet excluſo nepote filio fratris, & ſic non inſimul cõcurrunt frater & alterius fratris filius. Bal. *in l. cum filio.* §. *in fideicõmiſſo. ff de leg.* 2. & hãc opinionẽ veriorẽ de iure aſſerit *in l. ſi auia. n.* 6. *C. de ſucceſſ. edict.* in hoc enim fideicõmiſſo vocãtur proximiores teſtatori, & nõ cõcurrunt auunculi cũ filiis fratrũ: quia auũculus proximior eſt quã nepos, & filius alterius fratris. *l. auũculo. C. de ſuis & leg. hær.* ſi autẽ agatur de ſucceſſione legali, bene verũ eſt quod auũculus cũ filio fratris præmortui ſuccedit vna per *auth. ceſſante. C. de ſuis & leg. hær.* & per eũ titulũ, vt fratrũ filij: ſecùs ſi agitur de ſucceſſione ea diſpoſitione teſtatoris, & ſic de titulo hęreditario, proximior debet admitti. Dec. *cõſ.* 478. *&* 480. *& cõſ.* 1. in legato enim quod familię relinquitur, qui ſunt proximiores ſuccedũt gradatim. Dec. *eo. conſi.* 1. Bellac.

12 Fideicõmiſſum relictũ eis, qui ſunt de familia, intelligitur relictum ei, qui in agnitione, vel familia tenet primũ gradum & proximiorem. Alea. *conſ.* 88. *nume.* 12. *vol.* 1. communem dicit. Villalob. & Vezinus. Suarez.

13 Fideicõmiſſum in teſtamẽto relictũ, etiã nõ agnitũ, trãſmittitur ad hęredes: ſimiliter fideicõmiſſũ relictũ in codicillis, vel virtute clauſulę codicillaris inductũ. eſt cõ. opi. ſec. Dec. *in cõſ.* 478. in cauſa dñi Aurelij. idẽ Dec. *in cõſ.* 490. *viſis.* M. Cheri.

14 Hęres grauat9 vni certę perſonę reſtituere hęreditatẽ, poterit ſtatim eã hęreditatẽ illi certę perſonę reſtituere *l. poſt mortẽ. C. de fideic.* grauatus autẽ reſtituere hæreditatẽ vni ex certis, cùm ſint plures, poterit vſq; ad mortẽ variare in tali electione: & ſi ante mortẽ vnũ elegerit hęres grauat9, & in tali electione vſq; ad mortẽ perſeuerauerit, & ille elect9 reperiatur in rerũ natura tẽpore mortis grauati, valida erit talis electio. & tene-

bus *l. cùm pater. §. à filia*, & ibi Bar. *ff. de leg. ij.* Iaſ. *in d. l. poſt mortem.* Quòd ſi teſtator hæredem ipſum grauauerit vni hæreditatē reſtituere, & ſi non elegerit & teſtator talē elegit, & ſi ille electus moriatur, aliū elegit ipſe teſtator, & tunc hæres grauatus non poterit in præiudiciū ſecundi, primū nec alium eligere, niſi moriendo, & non ante, vt ibi per Iaſo. Bellacomb.

15 Grauatus reſtituere hæreditatem Titio & eius hæredib. maſculis, non intelligitur grauatus reſtituere hæreditatē nepoti Titij nato ex filia. *l. ſi viua matre. C. de bonis mater.* Paul. de Caſt. & Iaſ. *in l. Gallus. §. nūc. n. 17. ff. de libe. & poſthu.* Vezin.

16 Hæres grauatus poſt mortem teſtatoris diſtribuere bona inter pauperes, non poterit facere talem diſtributionem in vita ipſius teſtatoris: vbi enim tractatur de præiudicio tertij, hæres ante tempus ſoluere non poteſt. *l. cùm pater. §. a filia. ff. de leg. ij.* & ibi Bart. idem Bar. & Iaſ. poſt alios *in l. poſt mortem. C. de fideicommiſ.* Dec. *in l. cum in tempus. ff. de reg. iuris.* vbi inquit eam opinionem communem eſſe. Vezinus.

17 Congruit præcedentibus nonnulla, de coniecturis fideicommiſſi conditionalis annectere, cùm coniecturalis hæc inueſtigatio frequens ſit, vtilis, & peregrina: licèt itaq; ius fideicōmiſſi conditionalis regulariter nō trāſmittatur, idque népè plures ampliationes recipiat, quas alibi explicaui, nūcque cōſultò omittēdas eſſe cenſui: cùm tamē in omnibus hæſitationibus fideicōmiſſorum præferenda indubitanter ſit teſtantis voluntas: ipſa quidem etiam tacita efficit de intranſmiſſibili trāſmiſſibile, è contra etiam, de tranſmiſſibili intranſmiſſibile: ſecundùm Bal. *in l. vnica. C. de his qui ante apert. tab. in l. vnica. vt act. ab hered. in l. ſi pater, col. 4. de inſtit. & ſubſt. & in c. 1. qui ſucceſſ. ten. col. 2.* quem refert Paleot. *in ſubſcri. ad Alex. conſ 93. vol. 3.* Iaſ. *conſ. 233. col. 2. in princ. vol. 2.* Curt. Sen. *conſ. 75. col. 10.* Dec. *conſ. 574. n. 4.* Pariſ. *conſ. 52. n. 18. vol. 3.* & Soc. Iun. *conſ. 141. col. 7. vol. 2. & conſ. 63. Viſo propoſito themate, nu. 2. & ſeq. vol. 4.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe communem ſententiam.

Eſtque re ipſa communis omnium iuris interpretum opinio, tranſmiſſionem fideicommiſſi conditionalis, ex tacita voluntate teſtantis coniecturis elicita fieri. vt teſtatur non obſcurè quidem Pariſ. *conſ. 5. n. 14. & ſeq. vol 3. & conſ. 50. n. 16. & ſeq. eod. vol.* & Curt. Iun. *conſ. 16. ſub nu. 6.*

Imò iſthæc concluſio adeò vera eſt, vt talis tranſmiſſio cōditionalis fideicommiſſi fauorabilis cenſeatur, vt volunt Soc. *in l. qui dues, in prin. ante n. 26. de reb. dub.* citans in argumentū Glo. *in d. l. vnica. C. de his qui ante apert. tab.* & Fran. Marzar. cū aliis catenatim relatis per eum, *in tract. fideicommiſſariæ materiæ, in 2. par. in prin. fol. par. 4. & ſeq.* vbi fuſiſſimè quidem tuetur opinionem iſtam, eámq; pariter indubiam vocat, vt fauorabile fideicommiſſum ipſum ſit, vt bona conſeruentur in agnatione, & familia.

¶ Idq; vtique tanquam fauorabile adiuuandum venit *l. heredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb.* vbi meritò quidem diſponitur vnicam duntaxat ſufficere coniecturam ad inducendum fideicommiſſum. quoniam lex fauere cenſetur fideicommiſſariæ voluntati, vt etiam pro ea ſuſtinenda verba improprientur *l. Titia. §. Lucius. ff. de leg. ij. & l. Scæuola ff. ad Trebel.*

Eáq; obtinet locū etia, ſi teſtator dixerit ſuperſtites, vel ſuperuiuētes ſubſtituo. vt firmauere Raph. Cum. *cōſ. 13. Titius* Raph. Fulg. *conſ. 15. Proponitur q monte ij, in 2. dub.* Alex *in l. q. patri, col. fi.* ſad in terminis illius textus, *de acq. her.* Iaſ. *cōſ. 154. col. fi. vol. 4. cōſ. 52. col. fi. vol. 3.* Dec. *cōſ. 369. col. 3.* Io. Maria Riminal. *conſ. 78. col. 2.* Ruin. *cōſ. 79. col. pen. vol. 3.* & Pariſ. *conſ. 76. col. 2. vol. 2. & in d. conſ. 50. nu. 35. & ſeq. vol. 3.*

¶ Et quāuis aliqui Doct. nō cōtēuēdæ authoritatis, cōtrariū ſenſerint, videlicèt Bal. *in l. quidē elegio. C. de iure delib.* Lud. Ro. *in d. l. q. patri, in fi.* ac idēmet Bal. bis cōſulēdo, ſ. *cōſ. 271 Subſtitutio fideic. vol. 2. & cōſ. 435. Pūclus ſuper quo, in fi. vol. 4.* Iaſ. titubāter, *cōſ. 29. col. fi. vol. 3.* Ruin. pariter ſibi cōtrarius, *cōſ. 193. n. 28.* Cur. Iu. *cōſ. 69. col. fi.* Soc. Iu. *cōſ. 133. col. 2. in fi. vol. 1.* Rip. *in l. hære. mei. §. cū ita. ff. ad Treb.* Quinimò ipſe Soc. Nepos bis aſſeruit iſtā Bal. opi. magis cō. eſſe, *cōſ. 14. n. 9. & ſeq. & cōſ. 30. n. 7. vol. 4.*

¶ Nihilominus tamē nō arbitror fore modo aliquo recedēdū ab opinione vtriuſq; Raphaëlis, quā etiā vltra præmemoratos Doct. ſequitur Crauet. *cōſ. 306. col. 3.* & in eiꝰ repetit. *l. cùm filiuſfam. in 2. par. n. 261. circa fi. & n. 352.* Hiero. Zanch. *in repet. d. l. hæred. mei. §. cùm ita, ante n. 221.* & facilè diſcernitur magis cōmunis ſentētia, atteſtāte ingenioſiſſimo D. Sfortia Oddo, *in trac. cōpen. ſubſtitutionis, partic. 6. art. 2. cōcl. 14. poſt 6. lim. verſic. Contrariū tenēt.* Eſt etiā re ipſa æquior, & benignior opinio, à qua non foret vllatenus in iudicando, & conſulendo recedēdum, & ſecundum iſtam magis cōmunem ſententiā extitit de præſenti anno 1581. hîc Aquilæ religioſiſſimè atq; copioſiſſimè cōnſultū, per D. Alexandrū Treutacinque, cōpatriotā meum, virū vtique eminentis ſcientiæ: & conſiliū fuit ſubſignatū per Illuſtres Doctores Peruſinos, & Aquilanos, in pulcherrimo caſu ad fauorē magnificorū filiorū *D. I*oannis Hieronymi Riueræ: & illi conſilio requiſitus me ſubſcripſit, & electo iudice in præſenti cauſa de amborum partium conſenſu, Illuſtri D. Vincentio de *F*ranchis, regio conſiliario, vndique incorruptiſſimo, & relata trutinatáque in ſacro conſilio Neapol. cauſa ipſa: ita ibi religioſè quidē iudicatū extitit de mēſa Maij 1581. licèt pro ipſis filiis tranſmiſſionē præcedērēt. vehemētiſſimæ cōiecturæ aſſererētur, quo caſu hæc opin. indubitāter procedit.

¶ Sunt tamen qui ipſam dupliciter declarent. Primò, quoties eſſemus in dictione ſuperſtites, geminata; tunc enim trāſmiſſionē impediri aſſerūt, nō immeritò quidē. Sociꝰ Iun. *in d. cōſ. 133. col 3. in prin. vol. 1.* & Zanchar. *in d. §. cùm ita. ante n. 222.*

¶ Secundò, quando ſubſtitutioni da ſuperſtitibus, in totum adiiceretur: vt ſingulariter tradit Ruin. *conſil. 181. col. 2. & fi. vol. 2.* Si enim tranſmiſſioni, iſto caſu locus eſſet, in totum nō ſuccederetur. Sed licèt iſtam limitationem idem Zanchar. aſſerat ante *d. nu. 221.* videtur nihilominus titubare, *in fi. nu. 340.* relinquens cogitandum, vt per eum: verumtamen eſt pulchra limitatio, & ſingularis.

Tranſmiſſionis autē ex tacita volūtate, cōiecturæ quomodò colligantur, non admodum extricatum eſt; Quidam enim extrinſecus à teſtamento colligi poſſe autumant. Socin. Iun. *conſ. 167 col. 3. v. 2.* citans ibi Ruin. *in d. §. cùm ita.* vt per eum. Pariſ. *in d. conſ. 5. nu. 17. vol 3. & conſ. 66. col. 9. in prin. eod. vol.* Rubeus Alexandrinus, *conſ. 8. propè finem.* Curt. Iun. *conſ. 121. col. 6. circa princ.* & Ruin. *cōſ. 86. col. 4. vol. 2.* & aliqua in materia tetigimus in præcedenti opinione, *num. 20.*

¶ Alij verò iuris interpretes aſſerunt hoc iudicis arbitrio, circumſpectionique relinqui; & præſertim Cur. Iun. *conſ. 96.* relatus per Socin. Iun. *conſ. 141. num. 23. vol. 2. & conſ. 167. col. 3. eod. vol.* quem etiam comprobat.

¶ Cæteri demùm doctor. ſentiunt, coniecturas iſtas, ex expreſſis in teſtamento colligendas eſſe, vt per Soc. poſt Bal. *in d. §. cùm ita & conſ. 6. vol. 3.* Dec. *conſ. 55. col. pen. conſ. 417. col. 2. & conſ. 465. col. fi.* Pariſ. *conſ. 86. col. 4. vol. 2. & conſ. 63. col. 2. in fi. vol. 3.* Ruin. *conſ. 129. col. 2. in prin. vol. 3.* Ioan. Crot. *in l. 1. poſt num. 75. ff. de legat. 1.* Curt. Iun. *conſ. 16. num. 6.* & ita eſt tenendum, & cōcludendum; eſtque tutior opinio, ac etiam cōmunis, teſte Soc. Iun. *in d. conſ. 141. num 22. vol. 2.*

Vtque ad coniecturas tranſmiſſionis tacitæ voluntatis deueniā; Prima ea eſt, quādo poſt reciprocā ſubſtitutionē inter filios, ſi ſine liberis deceſſerint, factā, ſubſtitutus eſſet extraneus, ſi omnes ſine liberis; tunc enim primus decedēs cum liberis trāſmitteret ſpē ſubſtitutionis reciprocæ ad filios ſuos. ita videtur determinare Bar. *in d. §. cùm ita, in finalib. verbis, ſi illa accuratè ponderētur*, vbi idē firmāt Alberic. de Roſate, *ante fi.* Alex. *n. 7. & 19.* Soc. Sen. *n. 13.* Fabius Accorōbonus *n. 33.* & Zāchus *n. 275.* quicquid diſputando inferius aſſeueret, coniecturā iſtā ex Bal. *cōſ. 175.* factū tale eſt. Fortiſguer. *vol. 2. in antiquis* de ſumi ſubdēs. idē Soc. Sen. *conſ. 6. col. 3. vol 3.* Iaſ. *cōſ. 154. col. 6. vol. 4.* Curt. Iun. *conſ 16. col. 3. & conſ. 121. col. 5.* Ruin. *conſ. 113. col. fin. vol. 1. conſ. 85. col. penul. & ſeq. vol. 2. conſ. 140. col. 7. in prin. conſil. 175. col. 2. & conſi. 201. col. antepen. eod. vol.*

¶ Et licèt ab ea diſſenſerint pauci admodū Doct. ſub dubio tamen, vt Ripa *in d. §. cùm ita. nu. 64. & 66. in fi.* & Socin. Sen. *conſ 69. nu. 2. vol. 3.* nihilominus non eſt ab ea, tanquam communi opinioni recedendum, de qua meminit D. Sfortia Oddus *in d. tract. compend. ſubſtit. part. 6. conclu 13. limit 5.*

Secūda cōiectura ſimiliter oſtēditur, quādo deſcendētes in cōditione poſiti eſſent, quæ ex eodē ferè æquitatis fonte, quo præcedēs cōiectura oritur. Bal. *in d. l. vnica. n. 10. C. de his qui ante aper. tab.* Fulg. *conſ. 15. n. 3.* Ancha. *conſi. 74. col. 1. verſ. Sed certè.* Cum. *conſi. 13. n. 1.* Curt. Sen. *conſi. 76. col. pen.* Dec. *conſi. 594. n. 6. conſi. 397. n. 6. & conſi. 515. n. 1.* Soc. Sen. *conſi. 6. n. 12 & conſi. 104. n. 9. vol. 3.* Cur. Iun. *conſi. 16. n. 6* Soc. Iun. *conſi 141. n. 24. vol. 2.* Crauet. *conſi. 69. n. 3. & in l. cùm filiuſfamilias, n. 334. ff. de leg. 1.* Pariſ. *cōſi. 50. col. 4. vol. 3.* Oddus *in d. tract. cōpend. ſubſtit. partic. 6. cōcl. 13. in 6. limit.* & Zanchus *in d. §. cùm ita. nu. 306. in 7. coniect.*

Quæ quidem coniectura tāquam veriſſima ampliſicari meritò poſſet, vt procedat etiam ſubſtituta pia cauſa: ſecundùm

Baldum

Bal.conſ.226. Teſtes inſtitui ſororem, vol.3. in antiq. aliàs cõſ.254. vol.1. in nouis, cuius conſilij meminit Soc. Iu. conſ.42. n.33. vol.1.

¶ Limitatur tamen notabiliter, vt per Ruin. conſ. 140. col.8. ver.4. vol.2. in poſitis tacitè in cõditione, ex l. cùm auus. ff. de cond. & dem. & eſt quidem notabilis limitatio, & menti tenenda.

Tertia cõiectura traditur quoque vbicunq. ſubſtitutio iuncta foret cũ iure accreſcẽdi. ita Bald. conſ.9. n.1. vol.2. & conſil. 25. n.2. vol.4. Alex. conſ.20. n.7. vol.1. Soc. Sen. conſi.9. n.14. vol.3. Cur. Iun. conſilio 16. idem Soc. in d. §. cùm ita. numer.13. Ruin conſ.85. n.10. vol.2. Iaſ. conſ.154. col. pen. ver. Quartò principaliter, vol.4. Caſſ. conſ.62. nu.17. & Natta conſi. fi. nu.7. vol.4.

¶ Et quàuis cõiectura iſthæc plurimũ controuertatur, & cõtra eã ſenſerint Ang. in d. l. quis patri. circa prin. verſ. Si autem ipſum ius accreſcendi, de acq. hered. vbi Io. de Im. nu.5. in fi. Rom. n.17. & Fran. Are. in finalibus verbis, Ruin. ſibi contrarius, conſ. 181. nu.8. vol.2. Ripa in d. §. cùm ita, nu.66. poſt Paul. Caſtr. in l. ſi quis hæres, col.2. ff. de acq. hered. & quoſdam alios.

¶ Tamẽ non eſt recedendum a Baldi ſententia, quam magis communem nuncapauit Ceph. conſi.16. nu.45. vol.1. & conſ. 283. nu.26. vol.2. amplexúſque fuit etiam Crau. in d. l. cùm filiofamiliàs, nu.345. in in aliis ſeq. ff. de leg.1. & Oddus in d. tract. de compend. ſubſtit. partic.6. concl.13. in 7. limit.

Quarta eſt coniectura, quàdo habita eſſet ratio agnationis, vel maſculinitatis, vt concedunt conſtanter quidem Iaſ. conſ. 233. col. fi. vol.2. conſi.52. col. fi. vol.3. & conſ.154. vol.4. Soc. conſi.6. col.3. in fi. vol.3. Dec. conſ.397. & conſ.574. col.2. Cur. Sen. conſ.75. Pariſ. conſ.66. col.8. vol.3. & conſil.70. vol.2. Cur. Iun. conſilio 69. conſi.89. col.2. in fi. & conſi.96. Ant. Rub. conſ.28. col.3. conſil.143. col.3. & conſ.120. col.3. Soc. Iu. conſil.117. col. fi. vol.1. vbi meminit conſilij Cur. Sen. & Soc. Iun. ſe ſubſcripſit Cur. Iun. idem Soc. Iu. conſi.167. col.4. vol.2. Crau. conſi.306. col.3. & in d. l. cùm filiofamiliàs, in 2. par. n.336. & Ruin. conſ.179. col.3. vol.2. admonẽs illã coniecturam fortiorem eſſe quæcunque alia per Soc. poſita in d. §. cùm ita. Et ita etiam profusè, concinne, & eleganter quamplurimas marmoreas rationes vidi aliàs in facti contingentia reſponſum, per inſignem, & celeberrimum D. Ioſaphum de Ruſticia, conciuem meum, ſummo ingenio, & ſingulari ſcientia pręditum: & eo tempore lætatus extiti præclaro conſilio, approbato à magna illuſtrium Doctorum catherua, & emanato ad fauorem Magnificorum DD. de Simeonibus de Aquila.

Quinta inducitur quoque coniectura ſimilis præcedenti: quando voluit teſtator bona perpetuò in familia remanere, ſecundũ n Dec. conſ.574. ſub n.4. & Ruin. conſ.130. n.2. & 6. vol. 3. & conſ.156. col. fi. vol.2.

Sexta itidem prædictis proxima manifeſta colligitur cõiectura, vbicũque adeſſet prohibitio alienationis. ita Ruin. in d. conſ.130. col.2. & ſeq. vol.3. & Zanch. in d. §. cùm ita. nu.329.

Septima coniectura exhibetur etiam ſatis vtilis, quando teſtator non ſolùm inuitauit ſubſtitutũ, ſed eius hęredes: vt cõcludunt Bald. in l. ſi pater, nu.19. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ.39. vol.3. Soc. in d. §. cùm ita. nu.12. Dec. conſi.397. nu.6. & conſ.515. n. 1. Alc. conſi.3. n.18. lib.8. & Zanch. in d. §. cum ita. nu.331.

Octaua coniectura ſcatutit etiam è viſcẽribus iuris, quæ ea eſt, vbicunque teſtator duos inſtituit, adijciendo in ſtirpes, & non in capita: ſecundùm Soc. Iun. conſi.89. poſt n.14. vol.3. & in d. §. cùm ita. nu.57. in fi. iſtámque opinionem veriſſimam eſſe fatetur Oddus, in d. tract. de compend. ſubſtitut. partic.6. concl.13. in 3. limit.

Nona eſt coniectura, quando teſtator ſubſtituiſſet etiã filios fratris iam tempore teſtamenti prædefuncti, vnà cũ fratribus tũc viuentibus: tunc enim, ſi vnus fratrum prædecedat grauato, tranſmittit ſpem fideicommiſſi ad eius filios: ſecũdùm Ruin. conſi.145. col. pen. vol.2. cum aliis amplè aggregatis per Oddum, de communi atteſtantem, in d.6. par. in 4. limit.

Decima coniectura affertur denique, quando extraneus anteponendus veniret deſcendentibus teſtatoris, niſi fideicommiſſum intelligatur tranſmiſſibile. nõ enim cenſetur extraneum ſuæ poſteritati voluiſſe præferri. l. cùm acutiſſimè. C. de fideic. Ne igitur minus dilectus magis dilecto preferatur, fit tranſmiſſio. argumen. l. Publius §.1. de condit. & demonſtr. per gl. & Bar. in l. ſi mater. §. fin. ff. de vulgar. & pupill. ſubſtit. prout ita concludit Ruin. conſi.178. col.2. in fi. cum ſeq. vol.2. & Zanchar. in d. §. cùm ita. nu.333. eandémque opinionem amplectũtur etiam Crau. d. l. cùm filiofamiliàs, in 2. parte nu.349. allegans Iaſ. conſ.52. propè fi. vol.3. Soc. conſi.6. col.3. in fin. vol.3. & in d. §. cùm ita. nu.13. idem Iaſ. conſi.154. col.4. vol.4. & Pariſ. conſil.78. nu.3. vol.2. & conſi.5. nu.38. vol.3. Et quamuis aliqui Doct. contradixerint: tamen hęc diſcernitur apertiſſimè communis opinio, vt ipſam ſequendo teſtatur Ant. Gabriel. lib.4. de har. inſtit. conclu.2. nu.22.

Poſſem demum alias complures etiam coniecturas afferre, ſed hę nunc ſufficiant, tanquàm magis in foro verſatę: ſuntquè menti tenendæ, cùm ſæpiſſimè circumferantur, & de veritate ipſarum dubitetur. Agitur enim de coniecturata mẽte defuncti, quod periculoſum eſt, & laborioſum, ſæpéq. ipſam mentem perquirentes decipiuntur. Viuius.

20 Per ſimplicem diuiſionem hereditatis factam inter hæredes grauatos, non cenſetur fideicommiſſo cõditionali etiã reciproco renunciatũ. vt Bar. nu.10. in fi. & alij omnes vniuerſaliter concludunt, in l. qui Romæ §. duo fratres. ff. de verb. oblig. & in l. qui cum tutoribus. ff. de tranſact. Alex. conſi.21. Viſo compromiſſo, col.5. vol.5. Corn. conſ.102. Licet in hac, vol.4. Capta conſil. 89. Quidam. col.3. Creſcen. deciſ.37. lib.y. Boë. deciſ.147. num. 2. Barba. conſil.48. Illud afferam in medium, vol.1. Dec. conſ.267. Non excedit, in prin. Baro. conſi.130. Ex inſtrumento, num.1. vol.2. & Gozad. conſ.36. In facto, col. fi. & iſta eſt communis, & cõcors omnium opinio. teſte Bellono. conſi.19. nu.7. Dec. conſi.29. col. 2. & conſil.86. col.3. Alex. & Rip. nu.38. & ſeq. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. Pariſ. conſi.46. nu.9. vol.2. Burſ. conſ.64. nu.28. Rolan. à Valle, conſi.34. Vide dubia, nu.73. & ſeq. vol.4. vbi reddit rationem. Rom. conſ.403. Pro deciſione, n.1. vbi D. Hora. Mandoſ. in addit. in litera A. & Iacob. Philip. ſeu potius Anto. Gabriell. concluſ.39. in prin. lib.y.

Quæ quidem communis eſt adeò vera, & indubitata, vt ſi extitiſſet promiſſum quoque in diuiſione per diuidentes ipſos hinciudè de non contraueniendo, minimè præſumatur vllo modo remiſſum fideicommiſſum. ita Bar. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in 2. quæſt. & Iaſ. conſil.173. num.6. vol.4. qui aſſeuerat iſtam eſſe communem opinionem. Soc. Iun. numer. 87. & Ripa in d. §. duo fratres, nu.44. Bellon. in d. l. conſil.19. ſub num.8. & Ruin. etiam conſil.137. ſub num.6. vol.2. & conſil.92. ſub nu.20. vol.3. Pariſ. in d. conſ.46. nu.9. Boë. deciſ.147. nu.9. & ſeq. Bero. d. conſ.130. in prin. nu.2. vol.2. Grat. conſ.29. num.29. vol.2. Beccius. conſi.111. nu.7. vol.1. Iacob. Mandell. conſil.29. Pro diſcuſſione, ſub n.14. & ſeq. Rol. in d. conſ.34. nu.75. & ſeq. vbi aſſignat rationem. & Ant. Gabriel. in d. concl.39. in prima ampliat. lib.y.

Sed hoc de plano procederet, iudicio meo, vbicũque alter ex contrahẽtibus haberet multos filios tẽpore contractus, & ipſius diuiſionis, cùm factus tunc iudicari potuiſſet, ſi diuidẽdo voluiſſet fideicommiſſo renũciare, cùm ſua nullatenus intereſſet, & pręſertim ſi eſſet vir prudẽtiſſimus, & in rebus agendis ſatis cautus: pręſumendum eſt abſque dubio, ipſum nullatenus ſenſiſſe, quòd eſſet fideicommiſſo renunciatum. quam quidam præſumptionem multum conſiderant doctor. poſt gl. in l.1. & in l. cùm proponas. C. de pact. & in l. de fideicommiſſo C. de tranſact. Bar. & alij in d. §. duo fratres.

¶ Nec non huc ſortitur locum etiam, quando in fideicommiſſo reciprocè facto diſcernitur, ac veriſimilis res extat, quòd ex vna parte poteſt locum obtinere, & ex altera nõ; vt quia vnus habet filios, & per quos fideicõmiſſũ deficiat, & alter nullos habeat filios, neque vxorem: tunc profectò fideicõmiſſum minimè gẽtium poteſt dici per diuiſionẽ remiſſum. teſte Dec. conſ.495. nu.20. quoniam inter ipſos fideicommiſſarios ceſſat ratio, propter quam conceſſum eſt à fideicommiſſo reciproco recedere, videlicet votum captandę mortis. vt in d. l. de fideicommiſſo.

¶ Imò etiam fideicommiſſum in pręſenti caſu remiſſum nõ cenſetur, quia reſultaret vtrique tunc inter fratres diuidentes inęqualitas. teſte Dec. conſ.86. ſub n.4. Capra conſ.89. nu.15. Grat. d. conſ.29. ſub n.31. & ſeq. Iacob. Mandell. Albenſ. conſ.29. nu.15. & Bertr. conſ.21. in fi. vol.2.

¶ Secundò amplificatur quoque præmemorata communis vbicunque ius adhuc natum non erat tempore ipſius diuiſionis; quoniam tunc non obſtantibus quibuſcunque clauſulis appoſitis in inſtrumento diuiſionis, etiam prægnantibus, & præſertim illis ad habendũ, &c. cũ promiſſione de euictione, &c. & de non contraueniendo, &c. & ex quacunque cauſa cognita, vel incognita, cogitabili, ſeu incogitabili vſq. in præſentem diem, &c. nullo modo cenſetur renunciatum iuri accreſcendi de nouo ſuperuenienti: ſecundum Bar. & alios iuris interpretes omnes vniuerſaliter in d. l. qui Romæ. §. duo fra.

tres.ſeder.de Sen. conſ.228. Factũ tale eſt.& Alex.conſ. 107.In cauſa Nicolai de Campegio,n.15.& 17.vol.4. vbi cõmemorat iſtã eſſe cõmunem opinionẽ.quã approbat Rui.con.137. vol.2. cõcludens ibi per huiuſmodi mutuã liberatione,& remiſſionẽ inter diuidẽtes vſque in præſentem diẽ de quacunq; cauſa cogitabili,vel incogitabili, nõ dici aliter renunciatũ iuri accreſcendi,quod ea die natũ nõ erat:quia verba illa generalia, atque prægnãtia reſtringũtur vtique ad ea,quæ de præſenti debetur,& ſic ad tẽpus præſens diuiſionis,& renũciationis. vt voluit Ant.Gabriel.cũ aliis ſignatis per eũ,in d.cõcl.39.ſub prima lim. licèt & malè quidẽ Boe.dec.147.n.12.& ſeq.ſẽriat cõtrariũ.

¶ Imò hæc communis procedit etiam tempore,quo fideicommiſſum erat delatũ.ita Soci.Inn.conſil.126.num.122. vol. 1.

Cæterùm communis iſthæc ita amplificata claudicat, non ſortiri aliter locum vbicunque in ipſa diuiſione forent appoſita verba ampla,pinguia,& valdè prægnantia : tunc etenim cenſetur iuri fideicommiſſi futuri renunciatum. Nam generalitas,& plenitudo verborum in huiuſmodi diuiſione, ſolet fideicommiſſi remiſſionem inducere. vt firmat Ioan. And.in addit.Spec.in tit. de teſta.§.In primis,verſ.Sed quid ſi fideicommiſſarium.cui innititur Alex.in d.l.qui Roma.§.duo fratres,col.11.verſ. Aduerte tamen.& conſ.62.n.4.vol.7.Dec.in d.conſ. 86. n.4. & conſ.287.In ciuitate,col.fin.Anto.Gabriel.in d.concl.39. lib. 4. in 3.limit.Menoch.conſ.87.n.78.& ſequen.Cur.Iun.conſ.46.col.5. Pariſ.conſ.71 ſimplex diuiſio,in prin.vol.3.& conſ.46.In præſenti,col.pen.& fin vol.2.Ioan.de Neuizanis,conſ.31.Tribue Deus ſermonẽ.n.14.& Burſat.conſ.86.Dominus Baptiſta,n.12.vbi cũ aliis aggregatis per eũ,ad lucẽ adducit iſtam eſſe cõmunem opinionem,& magis communẽ Ant.Gabriel.in loco præcitato. & Marzar.in tract. materiæ fideicõmiſſariæ, in 3.part.q. 59. vbi admonet ita vidiſſe iudicari,ipſũmque iudicaſſe etiam in Rota Florentina.& Menoch.conſi.87.ſub num.27.& ſequentibus.

¶ In contrariã verò partẽ inclinauit cõſulendo ſubtiliſſime,atque doctiſſimè D.Franc.Beccius conſ. 111.Etſi vol.1. vbi amplè diſcurrit,& cõmemorat illã eſſe cõmunẽ opinionẽ,ſub n.25.quæ ſemper mihi placuit per rationes alibi cõmodius exprimẽdas:& tãto magis,cùm vẽtilato præſẽti caſu aliàs in Rota Roma.nihil reſolutũ extiterit,teſte D.meo Orad. dec.249.

Et iſturum opinio eo faciliùs procederet,ſi interuenerit iuramentum in ipſa diuiſione : tunc abſque ſcrupulo aliquo videtur renunciatum fideicommiſſo.iuxta tradita per Dec.conſ. 345.Viſis.& per Rip.in d.l.qui Roma.§.duo fratres,n.71.&Burſ. in d.conſ.86.ſub nu 17. vbi demonſtrat iſtam eſſe communem opinionem.& Bero.in d.conſ.130.nu.38. licèt leuiter quidẽ Bertran.conſ.76.col.2.& ſeq.vol.1.& Ruin.conſ.137.ſub nu.15. & ſeq. vol.2.contrarium aſſeruerint.

Vnde aduerte,quòd ad hoc, vt ſit renunciatũ fideicõmiſſo, opus eſt primò,verba eſſe valde prægnantia,vt ſupra oſtendimus;Secũdò quòd ipſa verba reſpiciant futurum,vt not. Dec. conſ.288.Bellon.conſ.19.ſub n.9.& Bero. in d.conſ.130.n. 24. & conſ.132.Caſus de quo nũc agitur n.1.vol.2.Et tertiò, quòd partes habeãt notitiã fideicõmiſſi.ita Deci.conſ.491.in 2.dubio,& Soc. Iun.conſ.116.n.50.vol.1.& eſt communis opinio , atteſtãte Bellon.d.conſ.19.n.10.Et tunc data ſcientia fideicõmmiſſi, hæres remittens non poſſet contrauenire: ſecundùm Socin.Iun. in d.conſ.116.nu.53 & Bolog.conſ.32 Viſo igitur,in fine.

¶ Eſt benè verum , quòd fideicommiſſo dicitur etiam renunciatum in inſtrumẽto diuiſionis,ſi in eo itidem reperiantur plures clauſulæ reſpicientes ius de præſenti.ita D.meus Oradinus,deciſ.269.

Secundò limitatur cõmunis prænotata etiam,vbicunque in inſtrumento diuiſionis appoſita foret illa clauſula: ad habendum,tenendũ,poſſidendum,vtendum,fructuandũ,pignorandum,alienandum,& permutãdum, & omnia & ſingula faciendum.quæ nempè verba põderanda veniũt, in quãtum in diuiſione conceditur facultas alienandi:nam per hæc verba ius fideicommiſſi remitti videtur, ſequuta maximè alienatione, vt per Bart.in d.l.qui Roma.§.duo fratres.in 8.quæſt.& Ang.in 5. quæſt.Alex.conſ.185.Viſo & maturè diſcuſſo,col.3.vol.2.Dec. conſ. 21.Et pro tenui.n.7.Mohed.deciſ.156.Chiſſanen.deciſ.189.Crot. in d.§.duo fratres,col.37.verſi.Octauò quæro. vbi commemorat ſe in ardua quæſtione cõſuluiſſe, & ex compluribus quidẽ fundamentis , quæ ibidem licet intueri , iſtam concluſionem corroborat Cor.conſ.144.Licèt col.pen.verſi.Et licèt fortè, vol. 3.Octauian.Cache.deciſ.122.Petrus,ſub n.17.Socin.conſ.43.Viſo teſtamento Ser Roberti,col.1.& ſeq.vol.4.Pariſ. conſ. 46.col. pen. & fin.vol.2.& pleniori manu conſ 91. col. 4.vol.3. Soc. Iun.in d. conſ.116.n.54.Crauet.cõſ.24.col.11.verſ.Tertiò poſito,vol.1.Bero. d. conſ.130.n.22.& Alciat.conſ.80.Generoſiſſimus Ludouicus Richardus nu.7.& ſequẽ.Tom.3.lib. 1x.vbi in medium expoſuit iſtam eſſe communem opinionem, atque eã vtiliter declarauit. & Ant. Gabriel.etiam in d.concluſ.39.in 4.limit.& Cephal.conſ.371.In teſtamento,num.23.& ſequen.vol.3.

Tertiò non ſortitur aliter locum eadẽ cõmunis,vbicunque in diuiſione ipſa apponuntur illa verba,quæ etiã ponderanda veniunt:Deinceps perpetuò placuerit,&c.quibus profectò fideicommiſſo ſimiliter renunciari videtur. Nã cùm fideicõmiſſo ſubiecta alienari nequeant,vt in l.fin.§.ſed quia.C. communia de legat. ſi fideicommiſſum non intelligeretur fore remiſſum, præmemorata verba eſſent ſuperuacuo adiecta cõtra l.ſi quãdo.ff.de leg.1.& cap.ſi Papa,de priuileg.in 6.& notatur per Bald. in rub. C. de contrahen. emption. in 9. quæſtion. & per Cephal.conſ.330.ſub n.49.& ſeq.vol.3.vtpotè quia non poſſent fratres alienare,& cõſequẽter facere quicquid ipſis placuerit.

Ad quod vtriq. facit,quod ſcribit Ang.in d.l.qui Roma.§.duo fratres,in 5.quæſt.q. ſi in diuiſione fuerit dictum,quod vnus alteri conceſſit pro ſe , & quibus bona prædicta concedere voluerit,cenſeatur remiſſum fideicommiſſum,per text.in cap. 1. de feud.non haben.propr.natur.feud. Sed iſta verba æquipollent illis verbis,Quicquid placuerit perpetuò faciendũ.Sicut ergò per verba hæc,ſecundum Angel.ita pariformiter per illa verba etiam intelligitur fideicommiſſo renunciatum: quoniã nõ refert modo aliquo,quid ex æquipollẽtibus fiat.l.mulier. in pr. ff.ad Trebell.cum vulgaribus.& ita ex his,aliiſq; efficaciſſimis rationibus firmat Crot.in d.l.qui Roma §.duo fratres.in 8.quæſt. & reaſſumit Socin.Iun.in d.conſ.116 num 54.

¶ Et licèt trutinato præſenti caſu in Rota Roman.ſuperioribus annis,ſecũdum D meũ Oradinũ,deciſ.249.Nũ fideicõmiſſum habens clauſulas prægnantes , maximè illã Quicquid placuerit faciendum,cenſeatur illi renũciatũ,nihil ibi tũc reſolutum extitiſſe recenſuit:tamen ex allegatis aliter non recedo à prædicta opinione ita roborata tanquàm veriſſima , quã ſequitur etiã & cõmunem eſſe exprimit Menoch.conſ.87.Quæ n.15.cum aliis ſeq.vol.1.& Roland.in d.cõſ.34.ſub n.79.vol.4.

Quartò coarctatur etiam anteſignata cõmunis , vt non obtineat locum , vbicunque diuidentes in inſtrumento diuiſionis nihil in eo ſibi reſeruant:tũc etenim cẽſentur iuri fideicõmiſſi derogare,vt tradit Pariſ.in d.conſ.26.n.52.& ſeq.vol.2.ita ſimiliter quando nihil reſeruant hoc exprimẽtes in diuiſione, quòd eam faciant nulla reſeruatione facta,videntur fideicommiſſo renunciare,vt contrariorum eadem ſit diſciplina. vt in l.& ſi contra ff.de vulg.& pupil.ſubſtit.cum ſimilib.ex natura præſcriptæ orationis vniuerſalis.iux.regulam l.Iulianus.ff.de leg.3 l.à procuratore.C.mand.& c.ſolita.de maior.& obedien. & in his terminis tradit Pariſ.in conſ.84.num 7.vol.4.

Quintò non extendit aliter vires ſuas prædicta communis, vbicunque in ipſa diuiſione appoſita foret altera infraſcripta clauſula,cuius vigore concludendum eſt , vel fideicommiſſo renunciatum,ſecundùm vnam opinionem;vel ſaltem, ſecundùm alteram ſententiam,non poſſe eum , in quem bona ſunt alienata,vllo modo inquietari,atque vexari:videlicet, quãdo illum in ipſa diuiſione,tanquam in rem ſuam propriam procuratorem conſtituerit,& in locum,& priuilegium ſuum poſuerit,& ammodò directo, proprióque ſuo nomine occaſione dictarum rerum,& pro eo liberè poſſit agere,petere,excipere,& replicare,conſequi,& ſe tueri,& vti illis iuribus,quibus ipſe ante præſentem diuiſionem vti poterat,&c.Et quòd iſthæc clauſula operetur præmemoratum effectum.ita voluit Bart.in d.l.qui Roma.§.duo fratres.in 8.quæſt.quem ibi communiter ſequuntur omnes.Bero d.conſ.130.nu.32.vol 2.Iacob.Mãdell.d.conſ.29.ſub nu.15.& Octauia.Cacher.deciſ.122. ſub n. 17.

¶ Et facit,quia per præallegatam clauſulam cẽſetur data facultas alienandi,& liberè diſponendi,vt amplè deducit Pariſ. conſ.46.in præſenti conſultatione.num. 23.& ſeq.vol.2. idémque poſt Corn.& Socin.quos allegat,firmat Socin.Iun.in d.conſil. 116 num.60.vol.1.

¶ Augétque etiam vim, & effectum remiſſionis fideicommiſſi,verbum liberè in eadem clauſula appoſitũ,quod ſignificat re ipſa,nihil obſtante ſine contradictione alicuius, & non requiſito alterius conſenſu:ſecundùm Corn.cõſ.60.col.11. ver. Et verba ſunt clara.& conſ.106.col.3. verſ. Et quòd non ditatur. volu.2.Curt.Iun.conſil.21.numero.3.& Gozadin.conſil. 91.nu.7.

Sec:

Sextò claudicat etiā antedicta cōmunis non procedere vbicunque fratres in diuiſione remitterent omne id, quod alter eorū habet, vel habere ſperat in parte alterius. & ſic ex adiectione illius clauſulæ in inſtrumēto diuiſionis, q alter ex ipſis diuidentibus ceſſit omne ius, omnemque actionem, quod, & quā habet, & habere ſperat, & ei cōpetit, & competere poteſt quocunq; modo, iure, vel cauſa in bonis, & rebus peruentis in partem alteri ex ipſis contrahentibus, inducta facilè videtur fideicōmiſſi remiſſio, quoniā verba hęc videntur habere tractū in futurū: & conſequenter iuri futuri fideicōmiſſi renunciatū videtur, ſi nulla cauſa trahens originem ex præterito appareat, ex qua diuidentes poſſint in dictis reb. ius prætendere in futurū, niſi ius fideicommiſſi, de quo agitur per ea quę tradit Bar. *in d.l.qui Romæ.§.duo fratres, in 6.quæſt.* quē ſequuntur communiter Doct. vt patet ex congeſtis per Alex. *ibi col.antep.* & Rip. *nu.78.& ſeq.* Pariſ. *conſi.71.nu.14.& ſeq.vol.3.* Alex. *conſi.8.col.fi.vol.5.* Rom. *in l.j.in 12.q.C.quando non peten. par.* Pau.Caſt. *conſ.448.col.fi.vol.1.* Aret. *conſ.92.col.pen.* Caſſan. *conſ.31.* Gozad. *conſ.53.col.2.* Gra. *conſ.60.col.1.vol.1.& conſi.126.col.fi.vol.2.* & Cur.Iun. *conſi.23.col.& ſeq.& conſ.52.in fi.*

¶ Sed hoc vtiq; nō ſortiretur locū, ſi verba illa remiſit vnus alteri omne ius quod habet, vel habere ſperat, &c. poſſent referri ad alias cauſas, ex quibus cōtrahētes ſperabāt aliquod ius: tunc. n. renūciare nō dicitur etiā ſciens fideicōmiſſo, ſecundū Bar. *in d.l.qui Roma.§.duo fratres, in ſexta quæſtione.* Alex *conſi.102.Viſo themate ſuprascripto, ſub nu.5 & ſeq.vol.6.* vbi apoſtil. *in litera A.* & Gozad. *conſ.45.ante nu.18.*

Septimo renunciatio fideicommiſſi ex eo etiam reſultare videtur, quando in inſtrumēto diuiſionis ſubijcitur ea clauſula: Et promiſit alter alterum defendere, & omni tēpore indemnem conſeruare proprijs ſumptibus, & expenſis. per quā vtique clauſulam facilè inducitur renunciatio fideicommiſſi. vt tradit Cur.Iun. *in conſi.49.col.5.* Cur.Sen. *conſi.63.col.16. verſi. Quarta principalis dubitatio.* & ſequitur Pariſ. *in d.conſi.71.nu.9.10.* de Neuiz. *in d.conſi.31.ſub nu.14.* Burſ *in d.conſi.64.nu.32.* Caput Aquen. *dec.34.lib.2.* & Menoch. *in d.conſi.87.ſub nu.33.cum alijs ſeq.* vbi aſſignat rationes. Et faciunt tradita per Soc. *in d.conſi.43.colum.2.verſ.Item ſecundò multum operatur,* & per Octauian.Cacher. *dec.112.ſub nu.17.*

Octauò emanat etiam renunciatio fideicōmiſſi ex alia clauſula in diuiſione appoſita, videlicet, quòd ſi alicui ipſorum diuidentium de rebus, & poſſeſſionibus obuentis in partē, quæſtio, vel lis moueretur in totū, vel in partem, &c. damnū inter eos pariter ſit, & eſſe debeat commune per ea quæ ſcribit Soc.Iun. *in d.conſ.116.columna ſecunda,* & Cur. *in d.conſi.63.col.17.* vbi meminit hunc caſum eſſe indubitatum, & ſequitur Pariſ. *in d.conſi.71.nu.9.*

Nono remiſſio fideicommiſſi ex alia etiam clauſula colligitur in inſtrumento diuiſionis adiecta, renuncians, &c. & omnibus alijs realibus, & perſonalibus legibus, iuribus, & auxilijs, & beneficijs in præſenti re competentibus, & competituris, quibus vti in iudicio, vel extra vna pars cōtra alteram, & altera contra alteram tempore aliquo non præſumāt: quæ quidem verba tāquam generalia, & habentia tractū in futurū (ſalua ratione recti ſermonis) nullo modo ſaluari poſſent, niſi remiſſio fideicōmiſſi induceretur. vt in proprijs terminis cōcludit Cur.Iun. *in d.conſ.49.col.5.& col.pen.nu.14.* Cephal. *cōſ.330.Egregius teſtator ſub nu.48.& ſeq.vol.3.* & Menoch. *conſ.87.nu.26.& ſeq.vol.1.* & facit illud quod de eadem clauſula diſcurrit Soc.Iun. *in d.conſ.116.col.10.verſi.Tertiò, & probatur.*

Poſtremò limitatur quoque prælibata cōmunis, vt quemadmodum ex clauſulis pręmemoratis, & vnaquaque earū inducta videtur remiſſio fideicōmiſſi: ita pariformiter iuramētum in inſtrumento diuiſionis appoſitum, præſtitūmq; plurimū attendi deberet: virtus etiam ſua operari videtur, vt perinde habeatur, ac ſi fideicommiſſo foret ſpecialiter renunciatum: nam iuramentum ipſum vim habet expreſſi, & ſpecialis conſenſus. *l.cum pater.§.filius matrem.ff.de leg.2.* no. Bal. *in l.j.col.2.verſ.Secundò quæritur.C.commu.* & iuramentum habet etiam vim ſpecialis clauſulæ derogatorię. vt tradit Bald. *in l.ſancimus, col.fi.C.de teſta.*

Hócq; confirmatur ex eo, quod tradit Imo. *in c.cùm contingat, colum.pen.verſi.Circa quintam, de iureiur.* vbi concludit, q per iuramentum cenſetur renunciatum diſpoſitioni *l.de his.ff.de tranſact.* refert, & ſequitur Alex. *conſi.11.col.4. verſi. Poteſt & tertiò reſpondere.vol.2.* Corn. *conſil.240.colu.pen. verſi. Nec videtur, vol.2.* Soc. *d.conſi.103.col.fi.vol.3.*

Facit etiam quia ſub verbis generalibus & vniuerſalibus, in quibus omnia includuntur. *l.ſi quis ducenta.§.vtrùm.ff.de reb.dub.* cum alijs vulgaribus, diuidentes videtur in genere cogitaſſe de huiuſmodi fideicommiſſo. *vt in l.qui iure.ff.de milit.teſta.* ideò ſub generalitate cēſentur fideicommiſſo renūciaſſe, & pręcipuè accedente iuramento: quod, vt docuimus, habet vim expreſſi, atque ſpecialis conſenſus. prout ex prędictis concludit Cur. *in d.conſ.49.col.fi.ver.Accedit.*

Ad hæc, q ex ipſa diuiſione emanauerit remiſſio fideicommiſſi, ſuadet præſens materia, quę vtique ęqua eſt, & fauorabilis: nā per fideicōmiſſi remiſſionē tollitur occaſio, & votū captā[?] læ mortis. *vt in l. de fideicommiſſo.C.de tranſact.* & notatur *in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.& in l.iu.C.de pact.* nec ex ea reſultat donatio: quia tantū vnus præſtat, quantū ſibi ab altero præſtatur, & tātùm vnus remittit, quantū ſibi ab alio remittitur: *vt in l.cū proponas.C.de pact.& in l pater puellæ. C. de inoff.teſta.& in d.l.fideicommiſſo.* quæ decidit minoribus, tanquam ex remiſſione fideicōmiſſi nō lædātur, in integrū reſtitutionem vllatenus cōpetere. vbi *Bar.* ſimiliter cōcludit inter fratres fideicōmiſſum remitti poſſe. neque ex hoc minorem prętēdere, allegaréq. poſſe læſum fore, quāuis hoc ei caſu dānoſum eſſe poſſit. & ſequitur Octa.Cacher. *dec.112.ſub nu.16.*

Nec nō ex huiuſmodi remiſſione libera vnicuiq. tribuitur de rebus fideicōmiſſo ſubiectis diſponendi facultas: quā homines plurimū exoptare ſolēt. *vt in l.in re mādata.C.man.l.nō vſq.adeò.ff.ſi quis à par.fuer.man.& l.ſicut.C. de pact.& oblig.*

Itē cùm taliter remittētes trahātur ab illa occaſione, & voto captādę mortis. in hoc equidē verſatur publica vtilitas, vt homines à ſceleribus & delictis abſtineāt *l.congruit.ff de offic.preſid.& l.ita vulneratus.ff.ad legem Aquiliam,* cū vulgaribus.

¶ Et cùm hoc videatur eſſe vtile reipublicę, ſequitur vtiliter, quòd nec quis poſſet prętextu minoris ętatis in hoc dici circumuentus. *l.de fideicommiſſo.* cum ibi no. *C.de tranſact.* vbi Imperator huiuſmodi remiſſionem magnoperè commēdat.

Ideo ex his facilius pręſumitur remiſſio: prout hęc accuratè quidem conſiderat Dec. *in d. conſi.287.col fi.* Pariſ *d. conſilio 71.colum.fi.* Soc. *d.conſil.43.nume.14.* & Soc.Iun. *in d.l.conſ.116.num 68.*

¶ Et præſertim fideicōmiſſum ipſum cenſetur remiſſum etiam, vbicunque verba diuiſionis nil aliud operari poſſent, quàm fideicommiſſi remiſſionem. ita Bar. *in d.l.qui Roma.§.duo fratres, in 6.q.* & ibi Cro. *nu.127.* Alex. *conſil.102.num.6.vol.6.* Bald. *conſil.440.* Factum proponitur, *colum. 2. vol. 3.* Ruin. *conſi.84.nu.7.conſi.119.nu.11.& conſi.144.nu.5.vol.2.* Dec. *conſi.187.in fi.* Soc.Iun. *conſi.116.n.50.& 74.col.1.* & Pariſ. *conſ.71.nu.14.vol.3.*

Et quamuis prædictis obſtare quodammodò videatur, quòd non teneat hæc fideicommiſſi remiſſio, vbicunque in inſtrumento diuiſionis non fuerit facta mentio teſtamenti, nec adiecta illa verba inſpectis, cognitiſque verbis teſtamenti, iuxta normam *l de his.ff.de tranſact.* tamen ea non obſtat modo aliquo, nec vendicat ſibi locum eo caſu, quo diuidentes, vel tranſigentes habuerint ſcientiam teſtamenti. vt voluit Bartol. *in 4. q.* quem alij conformiter & vniuerſaliter ſequūtur *in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.* & ibidē Bar. & poſt eū cæteri omnes *in d.l.de his.* Alex. *in d.conſ.11.col.5.vol.2.& cōſ.76 col.5.vol.3.* Octauian.Cacher. *in d.deciſ.12.nu.20.* & Pariſ. *in d.conſ.46.nu.20.vol.2.*

Sed de vera, vel pręſumpta ſcientia ipſorum diuidentium, non obſcurè dicitur apparere ex his, quę ſuperius dedocta ſunt, & ex traditis vbertim per Rip. *in d.l.qui Roma.§.duo fratres, nu.53.cum alijs ſeq.*

Secundò limitatur etiam *d.l.de his,* minimè procedere, vbicunque in ipſa diuiſione ſeu tranſactione interpoſitum foret iuramentum. vt patet ex his quæ tradit Alex. *in d.conſ.11.col.4.verſ.Poteſt & tertiò reſpondere.* Cor. *conſ.240.col.pen.ver.Nec videtur, vol.2.* Soc. *in d.conſ.103.col.fi.* Iaſ *in d. l.de his.n.11.* & ex alijs quę ſupra ad hoc deduximus.

¶ Et quamuis iſthæc renunciatio ſufficiat quidē generalis, & pręſertim vbicunq. ea cum iuramento celebrata extitiſſet, ex allegatis authoritatibus: nihilominus D. *Fran.Bec. in d. conſ.111.nu 35.* cum alijs ſignatis per eum, videtur ſentire contrariū, quòd *d.l.de his,* in ſpecie renunciari debeat cū iuramēto, & non aliter, nec alio modo. tamen quicquid ipſe ſuadeat, noli aliter recedere à prima opinione iam relata, & roborata,

tanquàm

tanquàm ſacroſancta, & in iure ſundatiſſima, quam ſequitur etiam, & tuetur ſacer Senatus Pedemont. *in præmemorata deciſ.112.num.20.* Viuius.

21 Si Fideicōmiſſarius præſens non contradicat venditioni factæ per grauatum, non præiudicat ſibi in re ſubiecta fideicommiſſariæ reſtitutioni. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc.Curt.*in l.cum proponas, C.de pact.*

Fallit in 2.caſib.vt per eundem *in d.l.nu.2.* Don. à Fina.

22 Actio ex S.C.Trebel.competit ex teſtamento, ſeu fideicommiſſo, quo alicuius fidei eſt commiſſum, vt reſtituat actori hæreditatem defuncti, qua reſtituta in actorem cui eſt reſtituta, actiones hereditariæ transferuntur.*l.reſtituta ff.ad Treb.*

Fallit in 16.caſ.vt per Vigel *in cōmēto 5.anni.c.28.fo.588.* Idē.

23 Fideicommiſſi reſtituendi gratia conditioni parere compellendus eſt heres.*l.ſi eius pupilli.§ ſi neceſſarij.ff.ad Trebel.*

Fallit in 4.caſib.vt per Vigel.*in commento 5.anni.cap.28. except.15 fol.597.* Don.à Fina.

24 In fideicommiſſum tranſeunt omnes actiones. *§. reſtituta Inſtit.de fideicommiſſ.hæred.*

Fallit in 15.caſib.vt per Vigel.*in cōmento 5 anni.cap* 29.Idem.

25 Quando grauatur pater vel dominus dare hereditatem filio vel ſeruo inſtitutis, tunc fideicōmiſſum aſſumit vires ex perſona ipſius patris vel domini.*l.cum filiuſ.am ff.de leg.*1. fallit in 3.caſibus, vt per Ioan.Bologn.*in d.l.nu.97.* Idem.

26 Quando pater grauatur dare filio quē habet in poteſtate poſt mortem ſuā, vel cùm morietur, in dubio præſumitur teſtator conſideraſſe formam conditionis, & voluiſſe eam præciſe ſeruari, quaſi eam imponens fauore patris, vt interim habeat fructus.*d.l.cum filiofam.*

Fallit in 2.caſib.vt per Ioan.*Bolog.ibi nu.233* Don.à Fina.

27 Grauatus per fideicommiſſum non tenetur reſtituere legata, vel fideicommiſſa, nec perceptiones.*l. ſi Titius ex parte. ff.de lega.3.*

Ampliatur & limitatur in 3 caſib. vt per Ioan.Bolog.*in l.hæredes mei §.cum ita.ff ad Trebellia num.97.*

Vide concluſionem limitatam in materia conditionis fideicommiſſi *num.256.* Don.à Fina.

28 Si teſtator dicat, ſi heredes mei decedant ſine liberis, ſubſtituo Caium, vel grauo heredes meos reſtituere hæreditatē ſi decedant ſine liberis, conditio diuiditur in plures ſingularitates *l.Lucius.§.caso ff ad Trebel.*

Fallit in 3. caſ.vt per Ioā.Bolog.*in d.l.hæredes mei n.266.* Idē.

29 Fideicommiſſarius eſt legitimus contradictor, ne mittatur aliquis in poſſeſſionem per diſpoſitionem legis finalis, C. *de edic.diui Adria.tollend.*

Fallit in 2.caſib.quos not.Seb.Sapia.*in d.l.fi.nu.142.* Idem.

30 Grauari poteſt honoratus, *l.ab eo.C.de fideicom.l.Imperator.ff.de legat.2.*

Ampliatur in 6.caſib.& limitatur in 8.à Marco Anto.Banc. *in l.cum filio.ff.de leg.1.nu.15.* fallit in 4. caſib. quos notat Maria.Soc.Iun.*in d.l.cum filio, num.27.* Don.à Fina.

31 Non honoratus grauari non pōt, *d l.ab eo.C. de fideicōmiſſ.*

Fallit in 11.caſib.quos no.Mat.Ant.*Bauer.in l.cum filio, ff.de leg.1, num.17.ver.ſecunda ſit concluſio, num.17.*

Fallit vt per Soc.Iun.*ibi nu.17.* fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. *in d.l.ab eo.* fallit in 3.caſib.vt per *Alex.in d.l. cum filio.* Idem.

32 Si adita hæreditate fideicommiſſarius vniuerſalis ante fideicōmiſſum reſtitutum decedat, illud ad hæredes tranſmittit. hanc eſſe communē opinionē teſtatur Mar.Ant. Bauer. *in d.l.cum filio.ff.de leg.1.* vbi limitat in 3.caſib.*nu.65.* Don.à Fina.

33 Hæres grauatus alicui extraneo reſtituere, fructus interim percepti non ſunt reſtituendi.*l.in fideicommiſſariam.ff.ad Treb.*

Fallit in 4.caſ.vt per Marian.Soc.Iun.*in l.cū filio.ff.de leg.1.n.2.in 4.parte.gloſſ.* fallit in 3. caſib.vt per Bartol. Soc. *reg.* 172. Idem.

34 Fideicommiſſum iniunctum patri de reſtituenda hæreditate aduentitia ipſi filio inſtituto, hodie non valet reſpectu proprietatis. hanc opinionem cum 2.limitationib. ponit Maria.Soc.*in d.cum filio, in d.4 parte, ver.veniamus ad quæſtionem, num.24.* Idem.

35 Si pater inſtituat filium legitimum & naturalem, ſiue etiā naturalem tantum, & grauat eum fideicōmiſſo, liberi poſtea ſuſcepti faciunt ceſſare fideicommiſſum, *l.cum auus, ff.de cond & demon.l.cum acutiſſimi.C.de fideic.l.generaliter.§. cum autem, C.de inſt.& ſubſtit.*

Ampliatur in 5.caſib.& limitatur in 8.à Iaſ.*in d.§.cum autem. nu.1 & ſeq.* Fallit in 2.caſib.vt per Soc.*reg.*167.

Ampliatur in 5.caſib.& limitatur in 7.à Dec.*in l.generaliter. C.de inſtit. & ſubſtit.* Ampliatur in 21.& limitatur in 23. à Port.*lib.2.reg.43.* Idem.

36 Si hæres inſtitutus, & grauatus per fideicōmiſſum reſtituere totam hæreditatem, decedat antequam adiuerit hæreditatem, fideicommiſſum vitiatur, & hæres talis heredis nō poteſt cogi adire, & reſtituere, *l.eam quam, C.de fideicom.* vbi Doctores not.

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.*in d.l.eam quam, n.21.* fallit vt per Soc.*in l.cum filio, ff de leg.1.nu.71.* Don.à Fina.

37 Si inſtitutus ſit incapax, fideicommiſſum ab eo relictum non valet. no. *in d l.eam quam.*

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.*in d l.nu.23.* Don.à Fina.

38 In fideicōmiſſo vniuerſali facto verbis generalibus, non ſolùm venit hæreditas, ſed etiam veniunt prælegata.*l.cum virum, C.de fideicommiſſ.*

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.*in d.l.num.1.* Don.à Fina.

39 In fideicommiſſis voluntas magis, quàm verba eſt attendenda, *d.l.cum virum.* fallit in 3.caſib.quos no.Diaz.*re.*644.videas Iaſ.*in l.ſi quis filium.C.de liber.præterit.* Don.à Fina.

40 Fideicommiſſum vniuerſale relictū à filio poſt mortē, intelligitur ſi ſine liberis deceſſerit.*l.cum auus, ff. de condit.& demon.* Ampliatur in 8.caſib.& limitatur in 8.à Iaſ.*in l.generaliter, §.cum autem, C.de inſtit.& ſubſtit.col.1.* Don.à Fina.

41 Fideicommiſſum, vel relictum in diem certam, poteſt ante illam diem ſtatim reſtitui.*l.poſt mortem, C.de fideicommiſſ.*

Fallit in 4.caſib.vt per Iaſ.*in d.l.col.2.*

Fallit in multis caſ.vt per Dec.*in l.cū tēp.ff.de reg.iur.* Idē.

42 Fideicomiſſi conditionalis remiſſio, ſeu renunciatio ſimplex ipſum non tollit, neque extinguit fideicōmiſſum, *l.ſi ita ſcriptum, §.ſub conditione, ff.de.leg.2.*

Ampliatur & limitatur in 5.caſ.per Purp.*in l.1.n.*49.*C.de pact.*

Fallit in 6.caſib.vt per Gul.Bened.*in repet.c.Rayn. nu.116.de teſtam.* Idem.

43 Fideicommiſſarius vniuerſalis poteſt cogere hæredē adire & reſtituere, particularis non poteſt.*l.ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti. ff.ſi quis omiſ.cauſa.* Ampliatur in 2.caſib.& limit.per Ioan. Bologn.*in l.1 ff.de leg.1.nu.192.* Don. à Fina.

44 Prælegata veniunt in generali fideicōmiſſo, fallit in 3. caſib.vt per Corn.*in l.cum virum.C.de fideicom.num. 12. & ſeq.* Don.à Fina.

45 Filij naturales faciunt deficere conditionem fideicommiſſi.Bald.*in l ex facto, §.ſi quis rogatus, ff.ad Trebel.*

Fallit in 8.caſib.vt per Rip.*in d.§.ſi quis*, vbi Alex.limitat in 7.caſib. videas *Per.*Duen.*reg.*352. Don.à Fina.

46 Fideicommiſſum à futuro euentu pendens, poteſt per pactum remitti.*l.1.* vbi *Bart.C.de pact.*

Ampliatur & limitatur in 5.caſib.vt per Purp.*in d.l.1.num* 9. Don.à Fina.

47 Tacitū, vel reciprocum fideicōmiſſum inducitur, ſi teſtator mandat, quod hæreditas deueniat ad vltimū decedētē. fallit in multis caſib.quos colligere poteſt ex Soc. *Iun.in l.hæredes mei.§.cum ita, ff.ad Treb.nu.*8. Don.à Fina.

48 Grauatus de reſtituenda hæreditate per viā contractus non detrahit quartam Trebellianicam, ſed ſolū quando quis grauatur per viam vltimæ voluntatis. Iaſ.*in l.poſt mortem. n.5. C.de fideicommiſſ.* Dec.*conſ.*51.*in 4.dub.* Iaſ.*conſ.*84.*vol.*1.*cōſ.*89.*eod.vol.*& poteſt deducere id quod à teſtatore ſibi debetur, ſecundū Rolland *tract.de inuentar part.vlt.quæſt.*12.*nu.* 5.*& ſeq.*

49 Hæres rogatus hæreditatem reſtituere compelli poteſt à fideicōmiſſario, quod caueat de reſtituenda hæreditate caſu reſtitutionis aduenientē.*l.cum Archimedoram.C.vt in poſſeſ. leg. & per totum tit.ff.vt legatorum ſeu fideicommiſſorum nomine caueatur.* niſi à teſtatore hoc prohibeatur, quod poteſt, *vt l.2. C. vt in poſſeſſ.leg.* vel niſi eſſent filij primi gradus qui nō tenetur cauere: per *l.iubemus.C.ad Trebel.* item & hæres grauatus poteſt cogi, vt faciat inuentarium ex quo tenetur rationē reddere.*l.cum tale.§.Titius.ff.de condit & demon.* & ſufficiet illud facere ad inſtar tutoris, & neque requiritur ea ſolemnitas de qua *in l.fin.§.ſin autem.C.de iure delib.* ſed ſufficiet deſcriptionem facere. ita Corn.*in conſ.303 nu 22.primo vol.* Bellac.

50 Grauatus à teſtatore de reſtituenda hæreditate alicui ex filiis quem ipſe elegerit, inſtituendo demū vnum ex filiis, videtur eum elegiſſe.*l.vnum ex familia.§.ſi duos.ff.de lega 2.& ibi* Bart.& *Bald.*& Paul.Caſt.& *Boer.deciſ.*204.*n.*32.quinimò habens facultatem eligendi vnum ex plurib. vel reſtituendi bona vni ex pluribus, poterit ille grauatus plures eligere.Bar. & Bald.

& Bal. *in eo. §.* & Boër. *in ea deciſ.* Quòd ſi hęres nullum eligat, omnes filij admittēdi eſſent in tali hęreditate. Dec. *conſ.* 573. *n.* 10. *per l. cū pater. §. hæreditatem, & §. rogo ff. de leg.* 2. & huc procedit vbi dictum eſſet ſimpliciter, quòd hęres eligat vnū ex filiis: quia ſi nullum eligat, omnes admittendi eſſent. Bellac.

51 Maritus vxorē ſuā inſtituens hæredem, cū qua ſine liberis per longū tempus vixerat, eā grauauit de reſtituendo hæreditatē Caio, ſi decedat ſine liberis, ſi demū mortuo marito ea mulier nupſerit, & liberos ex ſecūdo marito habuerit, tales filij nō excludent ſubſtitutum: quia præſumendum eſt teſtatorē intellexiſſe de liberis ex ſe natis, & ex ſuo matrimonio, & non ex alio. *l. ſed ſi hoc. ff. de cond. & demonſt. & l. placet.* & ibi Bar. *de lib. & poſthu.* & Paul. Caſtr. ibi Boër. *dec.* 276. vbi inquit ita fuiſſe iudicatum. *Idem.*

52 Hęres grauatus qui de fructibus hęreditariis ſoluit creditori hęreditatis vſuras, ſiue eas ſoluerit ſpontè, ſiue coactè, in reſtitutione fideicōmiſſi eas vſuras nō poterit a ſubſtituto repetere, nec aliquid propter id retinere: ſed ſi ſoluiſſet in extenuationē, & ad extinctionē ſortis principalis, in reſtitutione fideicommiſſi bene poſſet id quod ſoluit pro ſorte principali deducere, & repetere. *l. ſi quid poſſeſſori ff. de pet. hæred.* Rubeus Alex. *conſ.* 157. Idem.

53 Fideicōmiſſo ſubiecta, poſt mortē poſſidētis poſſunt per eū in teſtamento alienari, & ſic titulo legati, vel fideicōmiſſi relinqui, & valebit tale legatū, ſi aliud nō obſtaret. Ita in terminis de hoc eſt caſus *in l. cū pater. §. cū pater. ff de leg.* 2. & ibi no. Bar. & alij ſequūtur, maximè Io. de Imo. licet per alios nō allegetur. Nā ibi teſtator, qui prędiū quoddā ex cauſa fideicōmiſſi debeat filiæ, reliquit filio exhæredato, & ibi determinatur prædium illud deberi exhæredato. Nec dicatur, quòd ille textus in hoc debet dici correctus per *auth. res quæ. C. com. de legat.* vt voluit gl. *in d. §. cum pater.* Quoniā reſpōdetur, quod hoc omnino falſum eſt, quia nulla dicatur facta correctio, vt Dyn. Bar. & alij communiter dicunt ibi, reprobando illā glo. Quod etiam tenent Doct. *in l. fi. § ſin autem ſub conditione. C. comm. de legat.* vt ibi per Saly. *in ſecunda oppoſ.* Hæc refert Soc. Iun. *in conſ.* 68. *nu.* 5. *vol.* 4. E. Muſcul.

54 Fideicommiſſarius qui rogatus eſt reſtituere hæreditatē poſt mortem ſuam pauperibus: ſi in vita reſtituat, non adimplet voluntatem teſtatoris. Dec. *in l. cum tempus. nu.* 2. *de reg. iu. ff.* communem dicit. ſed Hieron. Cagn. *ibi nume.* 6. dicit magis communem contrariam, imò quod adimplet, ſed pro communi Dec. eſt communis. ſ. proxima cogita. Villalob.

55 Fideicommiſſarius non detrahit Trebellianicam ſecundo fideicommiſſario, niſi quando hęres primo Trebellianicā non detraxit. Soc. *in l. cum filiofam. ff. de leg.* 1. Durand. *de arte teſt. tit.* 5 *cau.* 28. communem dicit. Vexinus.

56 Rogatus hæreditatem expendere poſt mortem in virgines maritandas, vel in pauperes, non poteſt illam erogare in vita. Dec. *in l. cum tempus. de reg. iur. ff.* com. dicit. contrariam veriorem, & cōmuniorem dixit Hier. Cagn. *in d. l. cum temp.* per totam optimis fundamentis. B. Villal.

57 In fideicōmiſſis filius in locū patris nō ſuccedet, ſed proximior in gradu pręfertur. Eſt mag. cō. op. cū *Bal. in l. cū ita. §. in fideic.* reprobata ibi gl. *de leg.* 2. ſec. Dec. *in conſ.* 408. *in caſu. & cōſ.* 217. *& in conſ memini.* Alex. *cōſ.* 26. *vol.* 3. *Duran. de arte teſtan. tit.* 5. *caut.* 27. com. dicūt. Sed op. gl. contra Bar. dicit mag. cō. Soc. *Iu. in cōſ.* 116. *viſo pūcto. n.* 9. vbi reprobat *Dec. vo.* 1. Ray. *cōſ.* 171. *caſus. n.* 10 *vol.* 2. Iaſ. *cōſ.* 158. *vol.* 2. *Bella. cōſ.* 50. M. Chær.

58 Quid ſi teſtator inſtituat vxorē, ita quòd poſt mortē reſtituat hęreditatē tali: Tamē poſſit ipſa mulier diſponere de cētū, an ab inteſtato defuncta vxore ſubſtitutus habebit illa centum: an verò venientes ab inteſtato proximiores vxoris? Cur. *Iun. in conſ.* 4. *in* 2. *col.* dicit quòd venientes ab inteſtato habebunt. probat multipliciter. vide per eum. contrarium in ſimili tenet Bened. *in conſ.* 9. *in* 3. *dub.*

59 Fideicōmiſſum quo pater hæreditatē ſuā ad aliquē pertinere, aut peruenire ſimpliciter cōſtituit, ſi eius filius ſine liberis deceſſerit, à filij hęrede, nō ab ipſo filio relictū cenſetur, quamobrē omnis prorſus hęreditas debebitur, ac pleniori iure eiuſmodi fideicōmiſſum valebit. cōmune inquiunt. Pariſ. *conſ.* 41. *n.* 44. *& conſ.* 71. *n.* 9. *& ſeq. lib.* 3. Grat. *conſ.* 134. *n.* 45. *lib.* 1. *& conſ.* 103. *n.* 13. *lib.* 2. ac latiſſimè Iulius Clarus *§. teſtamentum. quæſt.* 62. *verſ. tertius eſt caſus.* & ſi contrarium magis commune aſſeueret Galeaul. *in l. Centurio. nu.* 409. *ff. de vulg.* quem meritò carpit Iul. Clar. *vbi ſuprà.* E. Suarez.

60 Subſtitutio fideicommiſſaria facta duobus etiā ſine expreſſione nominis collectiui, nō vēdicat ſibi locū in perſona primi morientis, vbi cōditio ſubſtitutionis exiſtet, quādo ſcilicet ſupereſt perſona quę ex pręſumpta mēte teſtatoris ſubſtitutū excludit: quod contingit quādo duobus filiis inſtitutis facta fuit ſubſtitutio inter eos. *l. ſi is qui ducenta. §. ſi pater. ff. de rebus dubiis. l. cum acutiſſimi. C. de fideic.* Caſt. *conſ.* 344 *vol.* 2. Alex. *conſ.* 104. *vol.* 1. Dec. *conſ.* 209. & eo caſu ſi vnus ipſorum ex filiis inſtitutis nominatur relictis liberis, & alter demum decedāt ſine liberis, tunc liberi illius qui primò mortuus eſt, excludēt ſubſtitutū. Pau. Caſtr. *conſ.* 449 *par.* 2. aliàs autè duobus extraneis inſtitutis, & ſubſtitutis ſine expreſſione nominis collectiui, talis ſubſtitutio vēdicat ſibi locū in perſona alterius decedētis: quod ſecus eſſet vbi ſubſtitutio facta fuiſſet cū expreſſione nominis collectiui, quia tunc requireretur vt cōditio exiſteret in perſona vtriuſq; *l. quamuis.* & ibi Bal. *C. de impu.* & ibi doct. quod locū habet in vulgari & pupillari ſubſtitutione: vt per Pau. Caſtr. *conſ.* 344. *par.* 2. Soc. tamen *conſ.* 94. *par.* 4 variè tractat hanc quæſtionem. & ibi videtur concludere quòd tūc demum ſupereſt perſona quę excludat ſubſtitutum, quando ſupereſt aliquis ex deſcendentibus teſtatoris, ſecus ſi ſupereſſet aliquis ex tranſuerſalibus. Bellac.

61 Filius fideicōmiſſarius nō poteſt reuocare fideicōmiſſum per patrē alienatū, ſi adiuit eius hęred. ſine inuentario, vel cū inuētario, ſed ſubſunt tot bona quæ aſcendūt ad fideicom. ita in terminis tenet Lud. Rom. *conſ.* 18. Communē dicit. Vexin.

62 Fideicommiſſo ab vltimo morienti relicto alterna inter inſtitutos inſtitutio facta cenſetur. commune dicit Cur. *Iun. conſ.* 111. *nu.* 4. Villal. *in ſua collect.* E. Suarez.

63 Fideicommiſſum, an & quando inducatur ex prohibitione alienationis? vide ſubtiliter Dec. *conſ.* 23. *& conſ.* 38. Soc. *in* 2. *part. conſ.* 227. *&* 249. *Idem.*

64 Fideicōmiſſum cenſetur iniunctū alienatione prohibita. Fallit vt colligitur ex Port. *lib.* 1. *ſuarum conclu. reg.* 37.

Cōtrariā regulam, videlicet, quòd fideicōmiſſum non inducitur per prohibitionē alienationis. facit Soc. *in l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl.* vbi limitat in multis caſ. *n.* 12. Do. à Fin.

65 Per ſimplicem diuiſionem non intelligitur renūciatum fideicommiſſo: hanc eſſe communē opinionem teſtatur Por. *in lib* 2. *reg.* 38. vbi ampliatur in quatuor caſibus, & limitatur in 12. Don. à *Fina.*

66 Filius in fideicōmiſſis ſuccedit in locū patris, & multi tenēt, quòd non ſuccedat. ampliatur & limitatur vtraq. opin. per Port. *in li.* 5. *reg.* 33. & cōmunis eſt opinio, quòd filius in fideicōmiſſis & ſubſtitutionibus non ſubintret in locū patris. fallit vt per Baptiſt. à Villal. *concluſ.* 9. *in litera F.* Don. à Fin.

67 Fideicommiſſum cenſetur remiſſum per facultatem alienandi inuicem conceſſam. ampliatur & limitatur in multis caſib. vt per Rip. *in l qui Romæ. §. duo fratres, ff. de verb. oblig. nu.* 83. Don. à Fina.

68 In filiis ex remiſſione conditionis, videtur etiam ſemper remiſſum fideicommiſſum, niſi appareat conditionē remotam fuiſſe in odium eorum. fallit in 5. caſi. vt per Io. Bolo. *in l. j. C. de pact. nu.* 28. *Idem.*

69 Incapax qui pro ſe reſtituere nō poteſt, accipere poteſt, vt alij reſtituat, *l. non videtur, ff. de reg. iur.* vbi Dec. limit. *Idē.*

70 Hæres cui facta fuerunt pręlegata grauatus onere fideicommiſſi vniuerſalis verbis generalibus fact. ſi ſint appoſita verba collectiua, quicquid ex bonis meis peruenerit ad hæredem, volo vt ea reſtituat, &c. cogetur reſtituere nō ſolum hæreditatem, ſed & prælegata omnia. *l. cum virum.* & ibi *Iaſ.* poſt alios doct. *C. de fideicommiſ.* Boër. *deciſ.* 280. ſecus ſi fideicommiſſum indefinitè factum eſſet, vt quia teſtator dixit, rogo vt reſtituas bona, & tunc prælegata non eſſent reſtituenda, ſed ſolum hęreditas. Boër *deciſ.* 26. *in princip.* quòd ſi non appoſita eſſent verba vniuerſalia, & tūc aut primò rogauit, & poſtea pręlegauit, & eo caſu prælegata non debentur. *l. Titia ff. ad leg. falcid.* & Boër. *loco quo ſupra nume.* 8. & iſta eſt communis opi. quòd ſi primò ipſe teſtator prælegauit, & poſtea rogauit de reſtituenda portione ſuæ hæreditatis, opin. prælegata non debentur fideicommiſſario: quia aliud eſt hæreditas, & aliud eſt pręlegatū. Si verò ſimpliciter hęres grauatus ſit reſtituere portionē, cui iā prælegata facta fuerāt, & debebātur prælegata glo. *in d. l. cum virum* Boër. *eo loco nu* 8. *& n.* 9. niſi adiectū eſſet ſignum vniuerſale, quicquid. quia tunc totū vel vires reſtituēdū. vel ſi hæres eſſet grauatus filio teſtatoris reſtituere, vel ſi

talia

talia eſſent prælegata, quæ totam hæreditatem abſoberent, & his caſib. tota hęreditas cum ipſis pręlegatis eſſet reſtituē nda. l. Sic d. *l. cum verum.* Bellacomb.

71 *In* reſtitutione fideicommiſſi vniuerſalis, quod relictum fuit verbis generalib. & vniuerſalibus, vel per verba collectiua, aut per verba ſuſtinui ſignificantia, veniunt prælegata ſa... vni ex hæredib. grauato, quæ prælegata ab ipſo hærede grauato ſunt reſtituenda fideicommiſſario, vt à cum ipſa hæreditate *l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* & ibi Doct. & *Boer. deci 180. in prin.* vt per hęc verba, grauo te vt reſtituas quicquid ad te peruenit ex bonis meis: nam verbum, quicquid, eſt collectiuum vniuerſaliter. *Iaſ. in d. l. cum verum* & Boer. *in eodē loco.* idem ſi teſtator dixerit grauo te vt reſtituas omnia bona mea, q ia qui totum dixit, nihil excludit. idem ſi dixerit: rogo te vt reſtituas omne q inuenies in bonis meis, his enim caſ. & hęreditas, & prælegata ipſa veniunt reſtituēda, ſiue illa pręlegata relicta ſint ante grauatiōē fideicommiſſi, ſiue poſt. Boer. *in eadē deciſ. nu. 1.* vbi vero fideicōmiſſum nō eſſet relictū ſub verbis generalibus, aut vniuerſalibus, nec ſub verbis collectiuis, recurrendum eſſet ad diſtinctionē quæ habet, nempe quod aut teſtator primò rogauit hæredē, & poſtea illi prælegauit. & tunc non veniunt prælegata in reſtitutione fideicōmiſſi. *l. Titia ff. ad l. Falcid.* & ita eſt communis opinio. Aut econtrario, quia primo prælegauit, & poſtea rogauit ipſe teſtator, & tunc prælegata veniunt in reſtitutione ipſius fideicomiſſi, quādo teſtator mētione fecit hæreditatis, vt quia dixit, quod reſtituat portionē hæreditatis, aliàs non, niſi prælegata tota eſſent diſtributa, vt ibi Boer. *nu. 8.* & in ſumma quando prælegata pręmittuntur, & fideicōmiſſum ſequitur abſq; verbis vniuerſalibus, & pręlegata in fideicommiſſo cōprehenduntur: ita voluit gl. magna *in fi. in l. cum virum. C. de fideicommiſſ.* quam ibi videntur ſequi doct. Et idem voluit *gl. 2.* cum qua etia videntur tranſire doc. *in l. Marcellus. §. quidā liberis. ff. ad Trebel.* Iaſ. *conſ. 175. vol. 4.* Et iſtam opin. quali in terminis videtur firmare Alex. *in conſ. 18.* cſto quod dominus Ioan. *nu. 15. cū aliquib. ſeq. 3 vol.* cū concordantibus, vt per Ruin. *in conſ. 152. ſtantibus verbis teſtamenti. nu. 6. vol. 3.* Suc. iun *in conſ. 89. n. 2. vol. 4.* com. ait. quòd ſi fideicommiſſum præcedit, & pręlegata ſequantur, & non veniunt in reſtitutione. Boer. *ibid* & Dec. *conſ. 254* Soc. *conſ. 31. in. 4. vol.* Idem Bellac. & Eraſ. Muſcul. & Villalob.

72 Prælegata facta alicui ex hæredibus inſtitutis: an intelligantur comprehenſa in fideicommiſſo vniuerſali ſubſequente? Dic. quod ſic, quod imò intelligantur incluſa etiam pręlegata non obſtante illis verbis, in omnibus aute alis, &c. quia ſunt verba notariorū, qui ſæpe ex imperitia ſcribunt. *arg. ll. qui fructus. ver. imperitia. ff. de vſufr. leg.* & illa clauſula, in omnibus autē aliis, nō ſunt verba formalia teſtatoris; ſed notarij, de quibus vide quę ſcribit Oldr. *conſ. 158. in fi.* Alex *conſ. 25 n. 8. lib. 1.* Bart. *in l. ſi ita ff. de hær. inſt.* qua concl. firmat Nat. *conſ. 321 n. 1. v. non ob. & conſ ſeq.* Curt. ſen. *conſ. 3. nu. 4.* Capi. *conſ. 113.* An autē valeant prælegata facta hæredi: & dato quod nō valerēt, an nihilominus poſſit imponi onus fideicommiſſi? dic vt per Bald. *conſ. 158. lib. 5.* Pariſ. *conſ. 79. nu. 1. & ſeq. lib. 3.* qua in materia prælegatorum, & an, & quando veniant in reſtitutione fideicommiſſi: vide Rol. *conſi. 34. lib. 4.* Bellacomb.

73 Pręlegatarius poſſidens rem ooeri ſuppoſitam, ſi poſtea fiat hæres, ipſe tenetur ad illud, nō autē cohæres, ſec. com. per Burſ. *conſ. 6. nu. 3. nu. 9. nu. 15. lib. 1.* vbi latius declarat.

74 Legatū prælegatū coniunctò factū, ſi euincatur, cohęredes æquè coniuncti de euictione non tenentur, ſecundum communem per Burſat. *conſ. 5. num. 5. 23. lib. 1.* Idem.

75 Teſtator prælegans rē alicui oneri ſubiectā, cēſetur velle quod ille ſolus eā redimat, nō autē alij hęredes, ex cōmuni. & ſi tenētur hęredes, quod à poſſidente conſeruentur indemnes, iuxta communem per Burſa. *conſ. 6. num. 3. lib. 1.* Idem.

76 Fideicōmiſſū vniuerſale nō ideo minus debetur, ac firmū validūq; eſt, quòd teſtamētū vel inofficioſi querela ruptū ſit, vel ob filij pręteritionē nullū declaretur, vt crebris Doctorum ſuffragiis exceptū inquiunt Alex. Iaſ. *n. 11.* Curt. iun. *n. 53. in auth. ex cauſa. C. de lib. prater.* Dec. *conſ. 85. n. 3.* Guliel. Benedict. *in c. Raynutius, ver. in eodem teſtamento in 1. nu. 237. de teſta.* Anto. Gome. *in l. 44. Tauri num. 5.* E. Suarez.

77 Fideicommiſſum vniuerſale tranſit in eccleſiam, vel ciuitatem abſque reſtitutione, vt commune dicit Iaſ. *in l. vt inter diuinum n. 10. & 11. C. de ſacroſ. eccle.* Burſ. *conſ. 55. nu. 26. libr. 1.* & generaliter cuicunq; illud ſit relictū ante vllā reſtitutionē, atq; adeò ante aditam hæreditatē, in hæredes trāſmittitur. cōmune inquiunt Aret. *nu. 8.* *Alex. nu. 21.* *Iaſ. à n. 306.* Mar. Ant. *n. 154.* Bal. Nouell. *nu. 46. nu. 47.* Soc. iun. *nu. 253.* Aymon. *in 1. par. nu. 36. & 2. par. à nu. 263.* & antea Rip. *nu. 73.* atq; eleganter Alciat. *nu. 21. in l. cum filiofam. ff. de lega. lib. 1.* Rip. *in l. hæredes mei. §. cum ita, nu. 57. & in l. vbi purè. num. 3. ff. ad Senatuſconſult. Trebellia.* Guliel. Bened. *in c. Raynutius, ver. ſi abſque liberis: in 2. à n. 6. & à nu. 70. de teſta* Alciat. *lib. 4.* Paradox. *cap. 5. in fi.* Marian. iun. *conſ. 141. nu. 27. lib. 3.* Ant. Gomez. *de teſtam. cap. 5. num. 9. & num. 14. verſ. item quæro.* E. Suarez.

78 Fideicommiſſi ius vniuerſalis, etiam ante agnitionē vel reſtitutionem, tranſmittitur ad hæredem ſubſtituti. eſt communis opin. ſec. Dec. *in conſ. 478. in cauſa domini Aurelij. verſic. & cum dicta. vol. 3.* M. Chærian.

Ampliatur, vt procedat etiam in fideicommiſſo in codicillis relicto, vel virtute clauſulę codicillaris inducto. Eſt com. opin. ſecun. Dec. *ibid.* & idem Dec. *conſ. 409. viſis. vol. 3.* Idem.

79 Fideicōmiſſarius vniuerſalis beneficio inuentarij ab hęrede facti vſq; adeò fruitur, vt nec aliud facere ipſe teneatur, nec opus ſit, vt ei illud hæres cedat. commune eſſantur Alex. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pup.* Ant. Gome. *de teſtam. c. 5. nu. 12. v. ſi antē hæres.* At ſi inuentarium ab hærede factū nō ſit, quin illud fideicōmiſſarius facere poſſit, vt illius prærogatiuis potiatur, nihil prohibet. commune ait Alex. *in l. in ratione. §. quod vulgò. q. 8 nu. 19 ad leg. Falcid.* E. Maſcul.

80 Fideicommiſſum vniuerſale conſeruatur per *authen. ex cauſa, C. de liberis prateri.* ſicuti & cætera legata relicta in teſtamento in quo filius eſt ſcienter pręteritus, tunc enim eo teſtamento nullo declarato ob filij pręteritionem filius pręteritus eam hæreditatem accipiet, & deinū cato reddet fideicōmiſſario cui per teſtamēt illud erat ea hæreditas reſtituēda. & hæc ſec. comm. opin. q aro eam aſſerit eſſe *Iaſ. in ea auth. ex cauſa. nu. 6.* & *Bened. in verbo, in eodem teſtamento 1. num. 237. in rep. cap Raynutius. de teſtam.* Bellacomb.

81 Fideicommiſſum pure relictum tranſmittitur ad quoſcūque hęredes etiam non agnitum. *l. cum filio. ff. de legat. 1.* & ibi Alex. & Iaſ. qui aſſerunt hanc communem eſſe opinionem. idē Alex. *conſ. 29. lib. 4.* propterea fideicommiſſarius moriens ante fideicommiſſi reſtitutionem, tranſmittit illud ad quoſcunq; hæredes, ita vt hæres purè grauatus teneatur illud reſtituere hęredi ipſius fideicommiſſarij, qui iam mortuus eſt. *l. vnica. §. in nouiſſimo. c. de cadut. tollen.* *Bene. in rep. cap. Raynutius. in verbo, ſi abſque liberis, in materia fideicom. ſubſtitu. num. 62.* & *Iaſ. in ea. l. cum filio.* Idem.

82 Fideicommiſſum ſimplex nō inducitur ex ſola prohibitione de non alienando, quia vult teſtator bona ad alios deuenire: ex vna communi, ſec. Burſ. *conſ. 52. nu. 39 lib. 1.* niſi dicat, quia vult in familia remanere, iuxta magis communem per eundem Burſat. *d. conſilio, numero* 40. vbi latius declarat. Bonacoſſ.

83 Fideicommiſſarius etiam particularis, non poteſt agere cōtra hærede, niſi ſibi cedatur actio, & ſic fiat reſtitutio actionis à primo legatario grauato de ſibi reſtituendo legatum, *l. Imperator. in prin. ff. de leg. 1. l. ſi legatarius ff. de leg. 2.* Bart. *in l. 1. col. 3 in fi. verſ de leg. 1.* & ibi Iaſ. *nu. 73.* hoc autem eſt intelligēdum, quòd non poteſt agere actione directa, niſi cedatur, ſed vtili actione bene poteſt agere, ſecundum Barto. per illum tex. *in l. ſi quis ſeruum. §. certarum. ff. de leg. 2.* fac. tex. *in l. ex legato. C. de leg.* Iaſ. *d. l. 1. poſt. nu. 74. verſ reſponde*, ſecundū *Bar.* per tex. *in l. nomen. §. 1. C. qua res pig. ob. poſſ.* Vezinus.

84 Tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis non fit moriēte grauato ante euentū conditionis, ſecundum communē per Burſ. *conſ. 71. num. 7. lib. 1.* quæ concl. fallit ex præſumpta mente teſtantis, putà, cùm neptes ſunt vocatæ, ex iurib. ibi alleg. Bonacoſſ.

85 Fideicommiſſum conditionale tranſit ad hæredem decedente fideicommiſſario ante factam ſibi reſtitutionē. Communem ait Alex. *in l. cum filio. de leg. 1.* Dec. *conſi. 490. nu. 10. ver. poſtremo.* Villal.

86 Fideicommiſſum conditionale decedente fideicommiſſario pendente conditione, non tranſmittitur ad hæredes, iuxta *l. 1. §. ſin autem aliquid ſub conditione. C. de cad. toll.* Etiam ad proprios liberos, vt benè probatur *in l. hæredes mei. §. cum ita ff. ad Treb.* & eſt gl. communiter approbata *in l. 1. C. de his qui ante aper. tab.* vbi Bal. Saly. & alij. Bart. & alij *in l. ſi cui. ff. de actio. & obl.* & tradunt communiter Docto. *in locis prædictis.* Soc. iun.

Soc.Iun.*in conſ.54.nu.13.& conſ.63.nu.1.vol.* 4.

Limitatur, quado volūtas teſtatoris colligi poteſt in cōtrariū, per aliquas habiles cōiecturas. Nā ſicut fideicōmiſſum, quod de ſui natura eſt transmiſſibile, poteſt ex volūtate teſtatoris fieri nō trāſmiſſibile. *l.in conditionibus. §.1.ff.de cond.& demōſt.* vbi Doct.notant. Ita & per cōtrariū, fideicōmiſſum ſui natura non trāſmiſſibile, poteſt per teſtatoris voluntatem fieri transmiſſibile: vt tradūt Bal.& alij *in d.l.j.de his qui ante aper.tab.*& de hoc cōmunis doctrina *in l.3.ff de leg j.*vt refert Soc. Iun. *in d.conſ.63.ſub nu.2.& 3.*vt per eum. E.Muſcul.

87 Fideicommiſſarius cum conditione, ſi filij teſtatoris non ſuperuixiſſent, non tenetur probare non ſuperuixiſſe: quia lex præſumit non ſuperuixiſſe. Alc.*de præſump. reg. 1. præſumptio. 49.nu 6.in fi.*communem dicit. Villalob.

88 Fideicōmiſſa cōditionalia nō tranſmittuntur ad filios defuncto grauato ante cōditionis euentū, ſecundū cōmunē per Burſ.*conſ.71 poſt n.7 lib.*1. niſi ex præſumpta mente teſtatoris, quia ex tunc trāſmittūtur ad filios decedente etiā grauato ante conditionē, teſte Bal.*in l.j.C.de his qui ante aper.tab.* quæ mens teſtatoris colligitur ex no.per eūdē Bur.*d.cōſ poſt n.7.*Bonac.

89 Reſtitutio quæ fieri debet ſub cōditione, non tranſmittitur ad hæredes conditione pendente, & ideo ſi teſtator ali quid ſuo nepoti reliquerit, & adijcit, quod ſi decedat ſine liberis, illud relictum ad hæredem ſuum reuertatur: ſi interim hæres moriatur, reſtitutio non debetur. Bald.*in l in cauſa. §. Pomponius ff.de minor.*Dec.*conſ.*417.communem dicit. Vezin.

90 Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur ad hæredes. Cur.Iun.*conſ.79.nu.*1.communem dicit.

Amplia etiā ſi fideicommiſſum ſit aſcendentis, quia nō transmittitur ad aſcendentes. Cur.Iun.*conſ.135.n.5.*& Sen.*conſ.75 n.* 4 & Dec.*in conſ.115 in princ.& conſ.* 574. communem dicit. Villal.& Vezinus.

91 Fideicommiſſum inducitur ex clauſula codicillari, ſecūdum communem per Burſ. *conſ.88.nu.22. lib.*j. Bonac.

92 Fideicōmiſſum vel ſubſtitutio reciproca nō inducitur, ſi fiat tantum poſt mortem omniū, vel deficiēti filiis, niſi in tota hæreditate & vltimo morienti fiat, ſecundum cōmunem per Bur *conſ.52.nu.16.lib* j.Alleg. Mand.*conſ.31.& 32.* Alc.*conſi.* 164 *nu.*20.Riminald.*conſ.255.per totum.* Idem.

93 Si fideicommiſſum relictum ſit vltimo morienti, videtur facta ſubſtitutio reciproca inter inſtitutos. Cur. Iun.*conſ.3.alias conſ.111.nu.*4.communem dicit. Villalob.& Vezin.

94 Fideicommiſſi reſtituendi onere preſſi, aſcendentes non fruuntur beneficio.*l.cùm acutiſſimi. C.de fideic.*vt nec deſcendētes ſi vel purè in vita, vel poſt certum tēpos reſtitutio fieri iubeatur.communiā fatur Ant.Gom.*de teſtam.c.5.nu.35.verſi. imò quod magis eſt.nu.*37. E.Suarez.

95 Fideicōmiſſum in caſu cōtrauentionis tātū factū, non habet locum mortuo grauato, & inibi nō ſequuta alienatione, ſecundum communem per Burſ.*conſ.97.n.15.lib.*j. Bonac.

96 Clauſula, ſi decedat ſine liberis, ſubintelligitur quidē in filio grauato ſub cōditione mortis: ſecus ſi ſub alia cōditione quàm ſub cōditione mortis grauatus eſſet, quia re nō ſubintelligeretur illa clauſula, ſi ſine liberis decedat: & in illis caſibus in quibus filius eſſet grauatus reſtituere ſub alia cōditione, quàm ſub mortis conditione, ea cōditio prius eſſet verificanda antequàm fideicōmiſſum ad hæredes hæredis trāſmitti poſſet, & ſuorum filiorum qui ſuſcepti erunt, nihil operaretur. Sal.*in l.cùm acutiſſimi.C.de fideic.*Iaſ.*in l.cum ſecundum.C.de fideic.* Chaſſ.*conſ.67.nu.*17. Bellac.

97 Fideicommiſſum relictum alicui, ſi ſine filiis deceſſerit, expirat relictis filiabus.Cur.Iun.*conſ.*139.*nu.*14. communem dicit. Villal.& Vezinus.

98 Fideicommiſſarij intentio, dicentis grauatum ſine liberis deceſſiſſe, fundata eſt ipſo iure, quia ei qui dicit grauatum filios reliquiſſe, & ſic fideicōmiſſi conditionem defeciſſe, incumbit onus probandi. Eſt comm.opin.ſecond.Dec.*conſ.*652 *viſo conſ.circa med.vol.*4. M.Chærian.

99 In fideicommiſſaria ſubſtitutione attēdi magis teſtatoris, quàm hæredis proximiores, veriorem & communiorem dicit Durand.*in art.teſtand.tit.5.cau.*21. vbi vide.I. Fich.

100 Fideicommiſſario agenti contra hæredē grauati, ſufficit probare bona fuiſſe reperta in hæreditate fideicōmittētis tēpore mortis ſuæ: ſecus ſi agit cōtra tertios poſſeſſores, quia tūc de dominio fideicōmittētis probari debet, ſecūdùm Rol. *conſ.46.n.10.lib.3.*vbi *n.11.*dicit, quòd ſubſtitutus, extraneū cōuenire nō poteſt pro rebus ſubiectis fideicōmiſſo, niſi probet quòd defunctus fuerit dominus vel quaſi: quod nō probatur ex ſola poſſeſſione, ex ibi alleg. vbi *nu.*12. quod actio ex teſtamento nec officiū iudicis nō datur cōtra extraneū poſſeſſorē titulatū.*l.j.§.ſi hæredi.ff.ad Treb.*aut ex edicto diui Adr. & nō poteſt, aut cōdictione, *ex l.ſi colon.*vel officio iudicis, & nō poteſt, cum poſſeſſor habeat titulū ex no.per doct.*in l.9.C.de fur in l.rē quā nobis.ff.de acq.poſ.*Nat.*cōſ.*400.*col.fi.*vbiq; ſi fideicōmiſſarius agit contra extraneum, qui poſſidet rem hæreditariam cum titulo, tunc quia fideicōmiſſaria hæred.petitio non competit contra poſſidentem cum titulo, opus eſt rem vendicare à poſſeſſore.*l.9.l.hæreditas,C.de pet.hær.*neceſſéq.habet probare de dominio, vel quaſi defuncti, aliàs obtinere nō poteſt.iuxta tradita per Rol.*conſ.*46.vbi latius declarat. Bellac.

101 Fideicommiſſi demiſſio inducitur ex multis clauſulis, & promiſſionibus generalibus in inſtrumentis diuiſionis rerū fideicommiſſi appoſitis, ſecundum communem per Bur.*conſ.* 64.*nu.34 lib* j.putà, ex clauſula, promiſit non cōtrauenire, ſuppoſita fideicommiſſi ſcientia, quæ clauſula tollet fideicommiſſum, iuxta communem per eundem Burſa. *conſ.86. nu.13. & ſeq.eodem vol.*vbi latius declarat. Bonscoſſ.

102 Fideicōmiſſum reciprocū inter inſtitutos nō inducitur, niſi fiat ſubſtitutio in tota hæreditate, vel cū alio ſignu vniuerſali, ſecūdū magis cōmunē per Bur.*cōſ.51.n.8.li.*j.& oēſt fiat vltimo morienti, nō autē poſt mortē omniū, & magis cōmuni ibi relata, factáq; poſt mortē omniū nō veniūt portiones aliorū, quæ vltimo iure fideicōmiſſi obuenerūt ſubſtituto, niſi præcedat ſubſtitutio grauame, iuxta cōmunē *d.conſ. poſt nu.*8. pro quo vide etiam quæ ſcribit Oſaſc.*decìſ.*110. Belie comb.

103 Fideicommiſſum diuiſione tollitur ex clauſulis prægnātis, & data ſcientia illius, ſecundum communem per *Bur.conſ.* 12 *nu.*45 *lib.*j. *Idem.*

104 Fideicōmiſſum nō dicitur reſolutū, vel renunciatū per diuiſionē factā inter fratres etſi promiſſum ſit nō cōtrauenire diuiſioni. Burſ.*conſ.64.n.28.lib.*j. Bell.*conſ.19.n.8.*communem dicit.ex Bart.*l.quis Romæ. §.duo fratres q.1.de ver.obl.ff.*& Dec. *conſ.86.n.4.& conſ.495.verſ ſed tamen his non obſtantibus.*

Fallit ſi fideicommiſſarius ſciebat ad ſe pertinere fideicommiſſum & diuiſit: nam videtur reſolutum idem *ibi nu* 10.communem dicit ex doctrina *Bar.in d.§.duo fratres.* Vide Bur.*cōſ.* 64.*nu.29.& num.34.& conſ.12. num.45 & conſ.36. num.13.lib.*1. Villalob.& Vezin.

105 Fideicōmiſſum nō cēſetur remiſſum per diuiſionē factā inter aliquos virtute cōpromiſſi & arbitramēti: quæ quidē diuiſio nō inducit fideicōmiſſi reciproci remiſſionē.*l.quis Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.obli.l.cum pater. §.hæreditatē 1.de lega.* 2, & hāc opinionem cōmunē eſſe aſſerit Alex.*cōſ.208.n.4.vol.* 6. & hoc quādo illa diuiſio eſt ſimplex, & hoc etiā procedit, vbi in ipſa diuiſione ſeu cōpromiſſo eſſet generaliter prouiſum à diuidētibus ſe nihil contra diuiſionē facturos: nā adhuc non dicetur diſceſſum à tali fideicōmiſſo, & neque per hoc induceretur remiſſio illius fideicōmiſſi, vt per Bar.*in §.duo fratres,* & Alex.*in eod.conſ.* quòd ſi in tali diuiſione facta per partes adiectæ fuiſſent clauſulæ latiſſimæ: vt ſi dictū fuiſſet, ſtabitur diuiſioni, & ſuper reb.dubiis nihil petet alter ab altero in perpetuū aliqua ratione, vel alio iure, vel de facto, ſi diuidentes eſſent certiores futuri fideicōmiſſi, illud tunc videretur remiſſum, aliàs nō: & in dubio ignorantia præſumitur.*l.verius. ff. de prob.*Alex.*loco quo ſuprà.*& Boër.*decìſ.* 143.*n.*10. neq; enim videretur tranſactū ſuper futuro iure, niſi de iure futuro in ipſa tranſactione ſpecialis fieret mētio. Boër.*ibi n.*11. & Dec.*conſ.* 495. Cacheran.

106 Pater grauatus ſi ſine liberis decedat reſtituere hæreditatē Titio, nō cēſetur grauatus ipſis liberis reſtituere, ſed ſolum ſuccedūt patri grauato ab inteſtato, vel ex teſtamēto, & præferūtur ipſi Titio ſubſtituto, no.doc.*in l.Cēturio.ff.de vul.*ampliatur in 4.caſib.& limitatur in 3.à Lancell. *in d.l.Centurio, num.* 446. Don. à Fina.

107 Pater adoptiu' nō poteſt grauare filiū arrogatū in quarta, quę ei debetur in bonis patris adoptiui: hāc opinionē cū 2. limitationib.ponit Iaſ.*in l.arrogator,ff.de adop.n.*28. Don.à Fin.

108 Filius grauatus fideicommiſſo non puro, ſed in diem, vel ſub conditione detrahit duas quartas: hanc eſſe communem opinionem tradit Iaſ. *in l filium quem habentem. C famil. erciſ.* latè videas Io.Bolog.*in rub ff.ad Falc.nu.71.vſque in finem.*

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſo. *in d.l.filium quem.num. 9. & in auth.res*

auth. res quæ. C. commu. de leg. nu 3. Don. à Fina.

109 Quem non honoro grauare non poſſum. l. ab eod. C. de fideicom. fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. in d. l. ab eo. fallit in 11. caſib. quos no. Mar. Ant. Baue. in l. cum filio. ff. de leg. 1. num. 17. fallit in 3. caſib. vt per Alex. in d. l. fallit in 10. caſib. vt per Vigel. in commento 5. anni. c. 3. excep. 40 fol. 40. fallit in 5. caſ. vt per Soc. iun. in d. l. cum filio, nu. 7. vbi Ioan. Bologn. latiſſimè nu. 44. & ſeq. vbi etiam Pont. num. 24.

Ampliatur & limitatur in 4. à Rip. in d. l. cum filio, num. 13. Don. à Fina.

110 Honoratus grauari poteſt, d. l. ab eo. ampliatur in 6. caſ. & limitatur in 8. à Mar. Anto. Baue. in d. l. cum filio, n. 15. & ſeq. vbi Soc. iun. limitat in 4. caſib. nu. 27. ampliatur & limitatur per Rip. in d. l. cum filio, num. 28. Don. à Fina.

111 Grauatus de reſtituenda hæreditate per eius mortē, poteſt illam ante mortem reſtituere, l. poſt mortem, C. de fideic. fallit in multis caſ. quos not. Dec. in l. cū tēpus. ff. de reg. iur. fallit in 4. caſ. quos no. Iaſ. in d. l. ge poſt mortem, numero 3. Don. à Fina.

112 Grauatus reſtituere hæreditatē, nō tenetur prælegata reſtituere. l. in quartam, ff. ad l. Falc. fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. in l. cum virum, C. de fideic. ſed grauatus reſtituere portionē, cenſetur grauatus reſtituere etiam prælegata. fallit hoc in 4. caſ. quos no. Socin. in l. Marcellus, §. quidam. ff. ad S. C. Treb. nu. 1. Don. à Fina.

113 Grauamen, vel onus, non augetur aucta re, circa quā vel in qua aliquid oneroſum verſatur, vel debetur. fallit in 5 caſ. quos no. Alber. Bru. in tract. de augmento, & diminutione. fol. 13. & 14. Don. à Fina.

114 Sentiens ex teſtamento commodum non pecuniarum, vt libertatis, vel iuris patr. grauari non poteſt, nota. doct. in d. l. ab eo. fallit in 2. caſib. quos no. Maria. Soc. iun. in l. cum filio, ff. de leg 1. num. 11. & ſeq. Don. à Fina.

115 Filius grauatus à patre de reſtituenda hæreditate, ſubintelligitur conditio, ſi abſque liberis deceſſerit, l. cum acutiſſimi, C. de fideic. l. generaliter, §. cum autem, C. de inſt. & ſubſtit.

Fallit in 2. caſib. vt per Soci. reg. 167. ampliatur in 21. caſib. & limitatur in 23. à Portio lib. 2. ſuarum concluſ. reg. 143. videas ſuprà in trac. de fideicom. Don. à Fina.

116 Grauari pōt inſtituti pater, vel dominus, no. l. cū filiofam. ff. de leg. 1. fallit in 3. caſ. vt per Maria. Soc. iun. in d. l. n. 51. Idem.

117 Fideicōmiſſarius donans in vita fideicommiſſum dicitur donare, & non reſtituere. Suarez. in l. quoniam in priorib. C. de inoff. teſt. com. dicit. Vill. & E. Suarez. & Vezin.

118 Fideicommiſſaria in reſtitutione veniunt mobilia, & ſe mouentia, pecuniæ, merces, fructus, & ſimilia, Inſtit. de ſingu. reb. per fideicomm. relict. in princip. & not. Alex. conſ. 401. 497. nu. 5. Aym. conſ. 295. circa fi. vbi loquitur de animalib. mobilib. fructibus. Pariſ. conſ. 79. nu. 44. lib. 2. conſ. 25. n. 68. Socin. iun. cōſ. 150. nu. 13. lib. 1. De quo vide Capr. conſ. 32. nu. 7. vbi loquitur de ſuppellectilibus, pecuniis, & cæteris mobilibus imputatis in legitimā conſumptis, & not. Pariſ. conſ. 55. nu. 36. lib. 3. Alciat. conſ. 631. Sed an veniant bona quæ teſtator vendiderat cū pacto retrouendendi intra certum terminum, ſi poſt eius mortem hæres grauatus redemit dicta bona, vtrum ipſe hæres poſſit dicta bona pro ſe retinere, reſtituente pretiū fideicōmiſſario, ſeu teneatur reſtituere ipſa bona etiam ſine retentione pretij ſoluti in redemptione? Dic, vt per Cagnol. in l. 9. n. 254. quæſt. 94. C. de pac. inter emp. qui dicit huiuſmodi bona fideicommiſſario deberi, quia poſt recuperationem ex prima cauſa apud hæredem eſſe dicuntur, teſte Bart. in l. in diem. ff. de aqua pluui. dicit tamē hæredē recuperaturū pretiū à fideicommiſſario, quia de proprijs pecuniis redemiſſe videtur, & præſumitur, vt ibi per eum, cui adde Decium conſ. 238. nu. 5. Gozt. cōſ. 160. in fi. lib. 2. Rom. conſ. 276. col. 9. v. quo ad nonū. Alex. conſ. 81. nu. 13. lib. 9. Catel. ver. hæres grauatus. Bellacomb.

119 Fideicommiſſarius petit omnes fructus tam pendentes, quàm perceptos à die mortis grauati: ſec. commu. per Burſ. conſ. 71. nu. 25. lib. 1. Bonacoſſ.

120 Prælegata quæ præcedūt fideicōmiſſum, veniunt in reſtitutionē fideicōmiſſi, licet tale fideicōmiſſū nō fuerit iniūctū per verba omnino vniuerſalia. Eſt com. opi. ſec Dec. conſ. 252. viſo puncto. verſ. ſed tamen prædictis. M. Cherian.

121 Quando honor præcedit grauamen, prælegata & fideicommiſſa veniunt in reſtitutionem fideicommiſſi, & per verba indefinita, & non vniuerſalia relicti. Eſt com. opin. ſecū. Alex. conſ. 25. circa prin. verſ. quantum. ad 9. vol. 1. Villalob.

122 Fideicommiſſo inter filios facto cōprehenduntur emphyteuſes eccleſiæ, quæ alienatæ in legitimam imputantur, ſecundum comm. per Burſat. conſ. 48. nu. 24. lib. 1. Bonac.

123 Fideicōmiſſu paterno ſubiacēt bona ēphyteutica hæreditaria mixta, ſec. com. per. Burſ. conſ. 48. num. 7. lib. 1. Bonac.

124 Fideicommiſſum ante reſtitutionem cedi & donari poteſt, ſec. comm. per Burſat. conſ. 55. num. 24. lib. 3. Idem.

125 Bona hæredis, nec bona teſtatoris quæ ad hæredē ex cōtractu inter viuos, & aliàs quā ex vltima voluntate peruenerunt, putà ſi aliquid ad hæredē perueniſſet ex donatione quæ nō ſtatim valuit, ſed morte donantis confirmata fuit. l. ſequēti §. ff. de leg. 1. Boer. dec. 280. n. 7. nō veniūt in reſtitutione fideicōmiſſi. item nec legata quæ facta ſunt hæredi inſtituto, quæ licet nō valeant, quia à ſe ipſo legari nō poteſt. l. plane. §. ſi duobus. ff. de leg. 1. tamē ea legata nō veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, nec bona teſtatoris quæ ad hæredē ex contractu inter viuos peruenerunt. Boer. d. deci. 280. nu. 7. teſtator enim rogando hæredem generaliter de reſtituenda hæreditate, cenſendum eſt rogaſſe ipſum hæredē vt reſtituat alias res, & nō donatas, & quas res hæres capit non in vim teſtamēti. Bellac.

127 Vbi honor ſequitur grauamen, taliter relicta nō veniūt in fideicommiſſum. Vel relicta poſt onus iniunctum, non veniunt in reſtitu. Eſt mag. com. opin. ſecun. Corn. cōſ. 228. quod dominus Ser. Antonius. vol. 4. M. Chærian.

128 Fideicōmiſſarius nō tenetur ad alimēta filij naturalis, ad quæ pater defūctus grauatus tenebatur, pro fructib. perceptis ex portione ſua, ſec. com. per Burſ. conſ. 83. n. 18. lib. 1. Bonacoſſ.

129 Si fideicommiſſarius emat rem ſibi aliquo caſu reſtituendam, poterit eueniente caſu agere ad pretium. gl. in l. qui Romæ. § duo fratres, & ibi docto. maximè Alex. in 21. col. de verbo. oblig. Vezinus.

130 Fideicommiſſum licet aliquando ex coniecturata mēte teſtatoris, poſſit dici inductum: tamen id nō procedit, quando tali interpretationi repugnat ratio recti ſermonis, vt eſt doctrina Bart. communiter approbata & recepta in l. fi. ff. ad Trebel. pro quo bene facit l. Plautius in fi. ff. de auro & arg. lega. Soci. iun. conſ. 14. nu. 9. vol. 4. E. Muſcul. & Villal. & Suarez.

131 Verba generaliter prolata à teſtatore, important, vt in fideicommiſſo comprehendantur prælegata, & fideicōmiſſa grauato relicta. l. cum pater. §. fides tua. ff. de lega. 2. & l. cum virum. C. de fideicommiſſ. & vtrobique tradūt DD. Et videtur de hoc com. opi. vt per doct. maximè Alex. in l. Marcellus. §. quidam liberis ff. ad Trebel. in 1. col. quod etiam ſequitur ibi Suc. ſen. col. fi. verſ. 3. concluſio, num. 2. E. Muſcul.

132 Hæres monitus à iudice, ſi poſt annum nō adimpleuerit voluntatem defuncti, in eo quod reſpicit cōmodum pecuniarium alicuius, priuatur non ſolum hæreditate, ſed & legatis & prælegatis ſibi factis in eo teſtamento, & hoc quādo teſtator non dediſſet ſpecialem executorem, auth. hoc amplius, C. de fidei. & hanc opinionem vt magis communem quod perdat prælegata, tenet Iaſ. in d. auth. hoc amplius. & ſequitur Ben. in c. Raynutius in verbo, ſi abſque liberis, de leg. & fidei. nu 204. & debet iudex perſonaliter hæredem admonere, ita vt non ſufficeret præceptum illi factum, in abſentia de ſatisfaciendo volūtati defuncti. Angel. in §. ſi quis. num. 14. in authen. de hæred. & falcid. I. Fich.

133 Annus intra quē hæres legata exoluere tenetur, niſi velit priuari falcidia, & omnib. emolumentis hæreditariis, licet cōputetur à die monitionis per iudicē factæ. authen. hoc amplius, C. de fideic. & ibid. Bart. c. nos quidem, de teſta. gl. in auth. de hæred. & falcid. §. ſi quis non implens. nu. 14. idq; communiter tenere refert Bened. Capr. reg. 110. num. 22. id tamen fallit ſi per teſtatorem aliud tempus intra quod voluntatem ſuam explendam inſſiſſet præfixum ſit, tunc enim hoc ipſum à iure præſtitutum erit attendendum, per not. in l. ſtatulib. §. hærede. ff de ſtatulib. fi. §. ſin autem. C. de iure delib. prout voluerunt Ancha. Innoc. Nicol. & communiter Doct. in d. c. nos quidem, de teſtamentis. quem ad ibidem num. 28. refert idem Bened. Capra.

134 Parentes ac reliqui maiores, non fruuntur conſtitutione. l. cum acutiſſimi. C. de fideic. vt commune latè poſuit doctor meus Ant. Gomez. de teſta. cap 5. nu 35. verſ. imo quod magis eſt. E. Suarez.

135 Renuntiatio quantumuis generalis, & quæuis ad plura poſſit ſe habere: tamē ſi cauſa in ea exprimatur, talis cauſa regulat cauſatum, & eam qualitatem reſtringit. c. cum conſtante, de appel. & ibi Inn. adigere. §. quamuis, ff. de de iure pat. cum effectus rerum ex cauſis colligantur. l. voluntas. & ibi Bald. & doct.

doctor. C de f.d. Soc.conſ.14.n.11.in 1.vol. Idem.

136 Prohibitio alienationis facta de re aliqua extra familiã, illis de familia conſentientibus, res ipſa poterit alienari, & illi qui conſenſerunt, nõ poterũt demũ cõtrauenire. l. quoties. C. de fideic. verũ alij deſcendentes poſtea nati, quibus fideicõmiſſum debebitur, poterũt ex eorum perſona alienationem reuocare, per notata in l. peto. §. ſi ff. de leg. 2. Decius conſil. 468. nu. 29. & conſil. 498. nu. 21. & conſi. 57. communem dicit. Vezinus.

137 Filius fratris non intrat in locum patris ſui in fideicommiſſo, quando agitur de ſucceſſione hominis, ſecus verò quando agitur de ſucceſſione legali, ſecundum Bal. in l. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg. 2. quem ſequuti ſunt ibi Cuma. & Flo. Iaſ. in l. 2. col. 2. C. de ſacr. eccle. Alex. conſ. 204. conſideratis verbis, n. 6. vol. 2. & Dec. conſ. 1. ferè per totũ, conſ. 478. in cauſa Domini Aurelij n. 2. & ſeq. & conſ. 480. in caſu, quo coniugis, ſub num. 9. cum ſeq. in quibus concor. allegat, & mouetur ea ratione: quoniam in fideicommiſſo, ſeu diſpoſitione hominis cõſideratur affectio, quam quis videtur habere ad proximiores in gradu: ſed in titulo hæreditario, ſeu diſpoſitione legali, conſideratur diſpoſitio iuris, quæ eſt, quod filius ſubintret locum patris, vt præcitata, vbi ſuprà, & opinionem iſtam Bald. dicit magis communem, & veriorem. Dec. in d. conſ. 1. nu. 5. & ſequitur quoque cõſulendo, & ait pariter eſſe magis communem Natt. conſ. 127. n. 4. & ſequen. & conſi. ſequen. nu. 4. vol. 1. & Bellonus conſ. 50. num. 1. & ſeq. vbi refert quamplures Doct. ita conſuluiſſe, præſertimque Iaſo. Rubeum, & Crotum, vt habeatur inter conſilia Domini Rubei conſi. 36. cum tribus ſequen.

¶ In contrariam verò partem inclinauit Glo. in d. §. in fideicommiſſo, in ver. Proximo videlicet, quòd filius fratris, licèt agatur de ſucceſſione hominis, aſſumat locũ patris, quã ſequutus eſt Alexan. ſibi contrarius conſi. 26. videretur fortaſſe col. fin. vol. 3. vbi inquit Doctores magis communiter ſequi opinionem gl. quam Bald. & citat Bald. ſibi etiam contrarium in conſ. vt ibi, idem Alex. conſ. 124. viſo proceſſu cauſa, ſub n. 3. vol. 7. vbi pariter ſequitur ſententiam glo. Dec. qui memor ſui primi conſilij non erubuit, tanquam veriorem amplecti glo. conſ. 217. in caſu propoſito, vbi in terminis conſuluit, hãc ſimiliter ſcribit communẽ Iaſ. conſ. 159. magnifica col. 2. lib. 4. & conſ. 215. col. 4. cum ſeq. libr. 2. Curt. iun. conſ. 57. col. 4. & alij innumeri, quos refert, & ſequitur Crauet. conſ. 67. vltra per me ſcripta, n. 5. vbi ſupponit cõmunem opinionem cum glo. contra Bal. & Dec. vbi ſuprà; Et ſic ſecundum cõmunem præmiſſam, quando ſumus in diſpoſitione hominis, & præſertim quãdo agitur de hæreditate aui, vel patrui, filius indifferenter aſſumit locum patris. Et licet ſuper hoc Doctor. ita varij fuerint, vt vix diſcerni poſſit, quæ ſit communis opinio: tamen veritaté profitendo iſta ſecunda opinio glo. videtur, & apparet cum effectu magis vera, magiſque cõmunis, prout atteſtatur, & eã ſequitur Dilectus in tract. de arte teſtã. in tit. 5. caut. 27. Soc. iun. conſ. 20. non diſputabo in præſentiarum, n. 1. vol. 3. Thobias Nonius conſ. 4. n. 6. Ioan. Cæphal. copioſiſſimè atque doctiſſimè conſulendo, ac reſpõdendo cõtrariis omnibus, conſ. 16. n. 28. cum aliis ſeq. vol. 1. & Petr. de Beniut. deciſ. 88. in præſenti difficultate, Iacob. Philip. Porti. ſeu potius Anto. Gabriel, cũ magna caterua Doctorum relata per eũ in concluſio. 33. lib. 2. vbi limitat vtiliter pluribus modis, ita cõſuluit etiã ſubtiliſſimè Hyppol. Riminal. conſ. 167. Laurentius de Arduinis. n. 5. cum aliis ſeq. poſito inter conſilia vltimarum voluntatum vol. 1. vbi ſimiliter tollit, & remouet omnia obſtacula, & Hieronymus Gabriel conſ. 86. Mariotos, nu. 9. lib. 1. vbi ampliat cum cæteris Doct. aggregatis per cũ, n. 6. & 10. ipſam cõmunem procedere etiã in feudo, & emphyteuſi, vt filius ſubeat locũ patris in ipſo feudo, & emphyteuſi, ſicut in hæreditate, & ſecundum eãdẽ opinionẽ magis cõmunem ipſe conſului, & obtinui de præſenti anno 1565. in cauſa non leuis momenti, reiectis tamen conſiliis aliquorum clariſſimorũ virorũ per iudices cauſæ prædictæ in contrariũ ſcriptis copioſiſſimè, & in proceſſu productis. Imò aliàs ſuperioribus annis, ſecundũ eandẽ opinionẽ gloſ. iudicaui, & ſententia mea per iudices ſuperiores ad quos fuerat appellatum approbata, & confirmata extitit, & hoc non abſque ratione euenit. Nã Dec. nõ valens aliquo modo remouere obiectionẽ, & obſtaculũ gloſſ. prędictę, auſus fuit atteſtari opinionẽ cõmunem eſſe cõtra ipſam glo. quando ſcilicet agitur de ſucceſſione hominis, prout fecerat in d. ſuo 1. conſ. ex ſe ipſo ibidem citato, nõ animaduertens ipſe Dec. quam ibi in d. conſi. 480. & in conſi. 1. dicit communem opinionem fuiſſe à ſe ipſo reiectam in d. cõſ. 218. vbi nõ erubuit, tanquã veriorẽ, & cõmuniorem ſequi opinionẽ, d. gloſ. & hoc minimè ab re cõcluditur per Dec. gloſ. & alios præcitatos Doctores, per rationes allegatas per eos optimas & veriſſimas.

Nam glo. ſunt naues per quas nauigamus, per hoc vaſtum pelagus iuris ciuilis, ducentes nos ad portum claræ veritatis, vt eleganter dixit Saly. in l. 1. C. de pact. & Ripa lib. 3. de donationibus num. 45. fol. 77.

Et gloſas ipſas vim legis habere teſtatur Grat. conſil. 1. num. 16. vol. 2.

Et ipſam gloſſam idolum aduocatorum, & iudicum appellat Cyn. in l. non intereſt rerum. C. de contrahen. ſtipu.

Et ſomniare dicuntur volentes infringere opinionẽ gloſſę, vt dixit Bal. in c. cõtingit. col. 6. ext. de dol. & cõtu. & alios multos ad propoſitum citat Zuccard. in rubri. C. de pact. ſub nu. 15.

Et boni Doctores conueniunt cum ipſa gloſſ. mali verò diuertunt, ſecundum Affl. deciſ. 384. num. 3.

Standum eſt ergo ipſi glo. vbi non habemus text. contradicentem, vt voluit Corn. in l. fererem, col. fin. C. de his quibus vt indig. apoſtill. ad Dec. in l. vt vim ff. de iuſt. & iur.

¶ Imo ſecundum Grat. conſil. 13. num. 36. & ſequen. volu. 1. ex mente adductorum ibi per eum, dictum gloſ. non habentis contradictorem pro text. allegari, & adduci poteſt etiam contra ipſam communem, ſecundum Felyn. in cap. primo, col. penul. verſi. a. lunata ext. de conſtit. nimirum, quia accurrit, & ſuccurrit tenebis legum, vt ipſe Accurſ. Gloſſator teſtatur in l. facta, §. in danda in verb. Conduxit ff. ad Trebell.

Adhæreas denique opinioni veritatis, id eſt gloſſatori, & in perpetuum non errabis, ſecundum Bal. in l. fin. §. neceſſitatem. col. 1. C. de bonis quæ liber.

Maxime gloſ. ff. veteris, & Inſtitutionum: quia cæteris ſunt meliores, ſecundum Hieronym. Cagnol. in rubr. C. de edend. num. 48. vbi reddit rationem. Viuius opin. 319.

Communia de legatis, & fideicommiſſis, & de ſui rem miſſione tollenda.

TITVLVS XLII.

Legata vniuerſalia fideicõmiſſis vniuerſalibus, & legata particularia particularibus fideicommiſſis exæquata ſunt, l. 1. ſecundum communem intellectum. ff. de leg. 1. Bellon.

2 Legata & fideicommiſſa iis tantùm caſib. hodie exæquata ſunt, quibus illorum circuitus inutilis habetur. commune dicit Porc. in §. ſed non vſque. num. 7. Inſti. de leg. qua de re videto etiam hoſpitem olim meum, ac virum reconditæ eruditione præditum, Iac. Cuiacium Inſtit. de ſingul. reb. per fideicom relict. 2. ſchol. E. Suarez.

3 Teſtator, ſi dicat fideicommiſſariis & legatariis, poſſint propria authoritate accipere poſſeſſionem rerum relictarum, tunc eas conſequi poterunt, etiam ſi teſtamentum minus ſolemne eſſet. com. dicit Dilect. in art. teſtan. titu. 2. cau. 3. ea Iaſ. in l. cum quis. C. de iur. & facti igno. & l. nemo. de leg. 1. I. rich.

4 Si teſtator legat pediſequæ, ſi ſteterit cum eius vxore vſq; ad tempus maritandi: & pediſequa nubat in 16. anno, cõſequetur legatum, ſecundum Alex. in conſi. 20. in 2. vol. Vezinus.

5 Quid ſi maritus legat vxori centum, capienda ad arbitriũ ipſius vxoris ſuper bonis, an hæres poſſit ſoluere in pecunia? Cor. in 4. vol conſ. 132. verſi. inſuper. tenet quòd ſic. Idem.

6 Sed quid ſi pater legat iardinũ tribus filiabus donec nubant, & poſt legat filiis: an vna nubente, filij habebũt pro illa parte? Cor. in 4. vol. conſ. 204. determinat quòd non. Idem.

7 Quid ſi teſtator legat Titio fundum, cũ poterit dare decẽ, an illa decem debeãtur hæredi? Lud. in ſing. 47. tenet quòd ſic. Idẽ.

8 Lego Titio fundum, & æſtimationem fructuum omnium bonorum meorum, an Titius debebit etiam habere æſtimationẽ fructuũ dicti fundi? Lud. in ſing. 246. tenet quòd ſic. Idẽ.

9 Lego tibi anno quolibet vnum ſaccum frumenti, & ſi hęres nõ ſoluerit, relinquo tibi mille: ſi hęres non ſoluat primo anno, poteris conſequi illa mille? Lud. ſing. 194. Idem

10 Si lego Titio tertiam partem fructuũ talis mei fundi, hęres poteſt dare tertiam partẽ æſtimationis fructuum, & vẽdere fundum. l. fundi Trebatiani. ff. de vſufr. le. Lud. ſing. 429. Idem.

11 Electio, fideicommiſſum, aut legatum reſtitutione conſequuturi in iis ponitur, quę mei facti ſunt. commune dicit, ac defendit contra reluctantes Eman. à Coſta. §. ſi arbitratu. l. cum tale. 2. part. num. 15. ff. de cond. & dem. Suarez.

12 Eligi debet res mediocris ab habente optionem. Barbat. vol. 2. conſi. 56. in fi. 3. & prin. 4. col. & conſ. 66. col. 10. Iaſ. in l. ſi. §.

1. per illum text. *in fi. C. com. de leg. & in l. legato generaliter. ff. de leg. 1.* Panor. *in cap. iudicante. de teſta.*

Limita niſi legetur eccleſiæ. ita Barb *in 2. vol. conſ. 59. col. 5.* vbi dicit, quòd quando legat. eccleſiæ generaliter, debetur id quod eſt melius. al. Pe. de Anc. *in cap. iudicante. ext. de teſta.* & ibi Panor. Poſſet tamen dici, quòd illa non eſt limitatio: quia melius eſt inter bonum & optimum, & ſic dicitur mediocre. vide etiam de hoc Bened. *conſ. 3 col. 1.*

Et in ſimilia quando mandatur prouideri de maiori præben. &c. vide Rotam. *in No. concluſio. 217.*

Limita etiam non procedere, quando electio eſſet duorum tantum, quia tunc poteſt eligere meliorem. Ita Iaſ. *in d. l. legato generaliter. in 2. col. per l. qui duos, illo to. tit*

Item limita quando legatario tacitè competit electio ex diſpoſitione legis, tūc enim debet eligere mediocrem: ſecus autem quando teſtator reliquiſſet electionem ſeu optionē: quia tunc poſſet eligere quod vellet, & ſic optimum. *l. 2. ff. de optio. leg.* ita Iaſ. *vbi ſuprà* al. gl. & Bald. *in d. l. fi. C. communia de leg.* quod tamen dicit eſſe ſanè intelligendū, quando illæ res eſſent in patrimonio teſtatoris: aliàs legatarius non poſſet eligere optimum. & ita dicit ſaluari gl. *in d. l. 2 de optio. leg.*

Addit Iaſon, quod quando hæredi eſſet expreſsè à teſtatore data electio, non poſſet tunc hæres eligere peſſima, ſed mediocrem. all. *l. ſi hæres generaliter. illo to. ti. de leg. 1.* Add. Bene. *in conſ. 3. 1. col.* I. Fich.

13 Alternatiua in fideicommiſſis vbi cedit ordinata affectio ſucceſſionum ordinem importat, ſecundum communem per Burſa. *conſ. 67. nu. 3. lib. 1.* quā procedere dicit etiā ſi patris & filij coniunctio fieret, declarando vt per eū *d. conſ. nu. 24.* Bonac.

14 Alternatiuæ eſt electio creditoris, cùm vnum eſt in obligatione, aliud in ſolutione, ſecundū commun. per But. *cōſ. 112. nu. 20. lib. 1.* poſt Bar. *in l. quamuis. ff. de pig. act.* Iaſ. *in §. nunc autem. nu. 10. Inſtit. de act.* Idem.

15 Alienationis extra familiā prohibitio facta nō ſimpliciter, ſed per modū cauſæ & rationis, vel quando illi prohibitioni verba diſpoſitiua teſtatoris addūtur, inducit talis prohibitio ita facta fideicōmiſſum in vtilitatem venientiū ab inteſtato, qui nō ſunt de familia teſtatoris: licèt tamē ſint proximiores ipſi hæredi grauato, qui eſt prohibitus alienare, cenſentur eſſe excluſi. Deci. *conſ. 23. n. 2.* vt ſi teſtator vltra prohibitionē alienationis expreſsè diſpoſuerit ipſa ſua bona in ſua domo remanere, & in illis qui ſunt de ſua parentela. Ex his enim verbis & ſimilibus inductū videtur fideicōmiſſum. *Bar. in l. Cēturio, ver. quæro vlterius. ff. de vulg.* Alc. *conſ. 56. vol. 1. conſ. 55. vol. 3.* Cor. *cōſ. 230. lib. 3.* Dec. *cōſ 377.* vel etiā ſi teſtator vltra prohibitionē alienationis extra familiā diſpoſuerit, quòd ſua bona deberent remanere apud ſuos filios, vel nepotes in perpetuū quia tunc vltra prohibitionē alienationis, adeſt teſtatoris diſpoſitio, & ſic inducitur fideicōmiſſū. *l. codicillis. §. inſtituto. ff. de leg. 2.* Dec. *in eo cōſ. n. 24.* vel ſi teſtator vltra prohibitionē vltra familiam voluerit, & iuſſerit bona ſua perpetuò in familia remanere, quia verbū, iuſſit, vel voluit, importat fideicōmiſſum. *l. 2. C. cōmu. de leg. vel fideic.* vel ſi inſimul ea verba apponerētur, quia tūc ex illis verbis reiteratis & geminatis, voluntas teſtatoris magis deliberata ac explorata demōſtratur, per notata *in l. Baliſta. ff. ad Treb.* Quare his caſi. & ſimilibus, licet aliàs prohibitio alienationis ſimpliciter facta extra familiā nō excludat alios veniētes ab inteſtato ipſius heredis, qui eſt prohibitus alienare, *d. l. cū pater. §. cum inter. ff. de leg. 2.* hoc tamē fallit in caſibus prędictis, & quādo ea verba prohibitionis ſunt generalia, vel geminata. Aret. *in l. ventre. ff. de acq. hæred.* vel etiā ſi teſtator ita dixerit: volo quòd bona mea in familia remaneant, nā adhuc induceretur fideicōmiſſum. Dec. *eo cōſ. n. 4.* Hæc enim teſtatoris diſpoſitio, quòd bona remaneāt in familia, inducit fideicōmiſſum inter eos qui ſunt de familia teſtatoris. & in ſumma quādo vltra prohibitionē alienationis extra familiā, verba principaliter diſpoſitiua reperiūtur: vel quādo ratio prohibitionis præceſſiſſe allegatur, voluit teſtator ſua bona in familia remanere, fideicōmiſſū naſcitur inter eos qui ſunt de familia teſtatoris, ita notatur *in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff. de verb. obl.* ſecus quādo ſimpliciter extra familiā prohibitio alienationis interueniſſet: quia tunc niſi ſecuta contrauentione per hæredem non oriretur fideicommiſſum. Decius *eo conſi. num. 5. & conſ. 425* & eo caſu poſſet ille hæres grauatus habere hæredem ab inteſtato, & ex teſtamento eum qui aliàs ab inteſtato eſſet ſucceſſurus. Deci. *conſi. 23. in prin.* Bellacomb.

16 Alienatio extra familiā prohibita adiecta cauſa vt familiæ relinquatur, faciet talis prohibitio, vt neutro caſu extra familiā res alienari poſſit, etiā illis de familia requiſitis, & emere recuſantib. quia hæc verba, ne alienet extra familiā, videntur eſſe appoſita in vim cauſæ, & ſic inducūt tacitū fideicōmiſſum in eorū fauorē, quorū contēplatione fuit factū. *Dec. cōſ 425. n. 6.* quod procedit vbi ea prohibitio facta fuit in teſtamēto. *l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1.* Sali. & Caſtr. *in l. quoties ab omnibus. C. de fideic.* Iaſ. *in l. qui Romæ. §. cohæredes. n. 15. ff. de verb. obli.* prohibitus autē alienare extra familiā, poterit vnū de familia hæredē inſtituere, ſed nō extraneū. Dec. *conſ. 411.* Vide Ale. de Imo. *conſ. 56. lib. 1.* Iaſ. *cōſ. 120. vol 1. & cōſ. 96. vol. 4.* vbi dicūt cōmunem doct. eſſe opinio. vt prohibitus alienare extra familiā, prohibeatur etiā teſtari & hęredē inſtituere: & ſi ille grauatus nullū de familia inſtitueret hęredē, tunc proximior de familia admittitur. Dec. ibi. ſimpliciter autē prohibitus alienare poterit extraneū inſtituere. Alex. *cōſ. 155. par. 2.* qui ſibi aliàs ab inteſtato eſſet ſucceſſurus, vt ibi per Deciū, & Dec. *conſ. 23. in prin.* Socin. iun. *conſ. 112. in 1. par.* & hanc quęſt. in vtramque partem latè explicauit Barth. Romul. *in d. §. diui. nu 90.* Bellacomb.

17 Alienari bona ſubiecta fideicommiſſo, nō poſſunt per filium ex ſuo delicto condemnatum pro redemptione ſuę perſonę. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. *in auth. res quæ. verſ. 6. & vltim. C. communia. de legat.* licet Fulg. teneat contrarium, vt ibi per eundem Iaſ. Mar. Cherian.

18 Alienari non poteſt res ſubiecta reſtitutioni ob neceſſitatem prouenientem ex delicto prohibētis, Iaſ. *in auth. res quæ. num. 20. C. communia de legatis.* communem dicit. Villalob.

19 Pręſentia illius qui nō poteſt actū impedire cōtradicendo quin fiat, nō ſibi nocet: & vt ſi vēdatur res ſubiecta reſtitutioni pręſente & tenēte fideicōmiſſario. *l. Caius.* iūcta gl. *de pign. act.* Bald. *in l. 1. C. de bonis mater.* & hāc cōmunem opinionē eſſe aſſerit Iaſ. *in l. cùm proponas. C. de pac.* reprobādo ibi gloſsā quę contrariū tenebat, quia certū eſt res reſtitutioni ſubiectas alienari poſſe pēdente cōditione: ſed ea cōditione adueniēte reuocabitur talis alienatio. *l 3. §. pr. C cō. de leg. & fideic.* & hæc deciſio procedit ſiue ille fuerit ſciēs, ſiue ignorās eā rē quę vēditur fuiſſe reſtitutioni ſibi ſubiectā. Iaſ. *in d. l. cùm proponas. C. de fideic.* ſi tamē ille vēdens affirmaret rē quæ vēditur nulli fideicōmiſſo ſubiectā eo fideicōmiſſario præſente & tacente: tunc illius præſentia illi noceret in eā rē vēdicādo. *arg. l. ſi ſine. C. ad Velleia.* vel ſi ille fideicōmiſſarius præſēns cōſentiret, vel vbi ille de euictione fideiuberet ipſi emptori de ea re quæ vēditur, quā ſciebat reſtitutioni ſubiectā, his enim caſibus ille fideicōmiſſarius ſibi pręiudicaret Iaſ. *in l. cum proponas. C. de pact.* vbi tamen fidicōmiſſarius conſentiret tali alienationi rei ſubiectę reſtitutioni in ſui vtilitatem, adueniente cōditione poſſet tūc ad pretium agere. Bar. *in l. ſi fundum. ff. de leg. 1.* Cur. iun. *conſi. 4. n. 22.* & Cor. *conſi. 339. in 1. vol. & conſ. 3. num. 7. vol. 3.* Bellac.

20 Alienatio bonorū ſubiectorū fideicōmiſſo in diē vel ſub cōditione, reuocatur adueniēte die vel cōditione, niſi pro dote filiarū, vel donatione propter nuptias. *auth. res quæ. C. communia de leg.* habetur ibi per Cyn. & no. per Bart. *in l. ſeruo legato. §. 1. ff. de lega. 1 & l. ſi fundum. ff. de cōditio. & demonſt. & in l. fi. §. ſin autem. C. commu. de lega* & per Bar. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* & pretium eo caſu debet reſtitui emptori. text. *in l. emptorem. §. ibidem. ff. de actionibus emp.* & in terminis ſubſtitutionis ſeu alienationis rei ſubiectę fideicommiſſo, eſt tex. *in l. fi. §. emptor. C. communia. de legat.* etiam in ſcienter emēte rē fideicommiſſo ſubiectam quo ad pretium, nō quo ad duplum & intereſſe. *d. §. emptor.* & ibi gloſ. Vezrnus.

21 Res ſubiecta reſtitutioni pro exoluēdis debitis per hęredē poterit alienari. *auth. res quæ. C. com. de leg. & fideic.* Soc. *cōſ 23 n. 2. vol. 3.* Itē pro dote filię exoluēda poterit alienari res ſubiecta reſtitutioni. *d. auth res quæ.* Itē poterit alienari ob imminētem neceſſitatē, puta propter famē, vel propter redēptionē perſonę hęredis, ea bona his caſib. poſsēt alienari, quātūuis ſint ea bona reſtitutioni ſubiecta. Bar. & Io. de Plat. *in l. quēadmodū, de agric. & cēſ. lib. xj. C.* Iaſ. *in ea auth. res quæ C. com. de leg. & fideic. nu. 2. & 31.* Bellac.

22 *Auth. res quæ. C. com. de legat.* locū nō habet, quādo cauſa fideicōmiſſi pręceſſit cauſā dotis, ſed videtur habere locū, quādo cauſa dotis præceſſit cauſā fideicōm. Ang. de Peru. *in auth. de reſti. & ea quæ parit in 11. menſe. col. 4.* & Iaſ. *in d. auth. res quæ. n. 29 verſ. ex ſecunda habetur extenſionē.* Sed ſententiā contrariā veriorem & probabiliorem eſſe ſcribit Bartho. Soc. *conſil. 23. 3. vol.*

3.vol. Et hanc authoritate præſtantiſſimorum virorū firmari meminit Io. Crottus in l.ſi filiusfamilias.§.diuus.nu. 168. verſ. vlti. confirmatur.ff.de leg.1.& comm.eſſe dicit Rolan.à Valle,in cōſil.85. vbi ipſe poſt Soc.argumentis,quæ in contrarium adducuntur,reſpondet in 1.Tom.conſ. Kirchouius.

23 Rei in qua cadit affectio prohibitio alienationis facta à teſtatore,cum cauſæ expreſſione valet:vt potà quia fuit maiorum ſuorum,& ſimil.gl.in l.filiusfamil.§.diuus.de leg.1. & impedit dominij tranſlationem:& talis prohibitio facta cum cauſę inſertione extra familiā non inducit fideicōmiſſum,niſi ſecuta contrauentione,quòd ſi vltra prohibitionem alienationis verba principaliter diſpoſitiua reperiūtur, vel ſi ratio prohibitionis præcisè allegetur,quia ſemper voluit teſtator bona ſua remanere in familia, & tūc inter eos qui ſunt de familia abſolutè fideicōmiſſū naſcitur etiā abſque vlla contrauentione. Dec.conſ.23.nu.5.& impedit alienationē voluntariā,non q̄ per ea creditoribus præiudicetur, quia ea prohibitione non obſtante,poterunt creditores authoritate iudicis in illis bonis executionē facere.l.peto.§.prædiū.ff.de lega.1.& ibi Bart. & pro legitima filiorū excludenda illæ res capi poterunt,& alienari.& illa eſt cautela ſeu remedium per quod res prohibitæ alienari etiā cū cauſa poterūt alienari. talis enim prohibitio creditoribus nō nocet. Iaſ.in d.l filius.§.diuus.nu.27. Bellacōb.

24 Prohibitus alienare extra familiam,non prohibetur habere hæredem etiam extraneum in bonis alienari prohibitis. Non enim videtur facere contra prohibitionem, qui aliquē ſibi hæredem relinquit. l.cùm pater.§. cum inter. ff. de leg. 2. & ibi Bar.idem Bar.in d.l.peto.§.fratre ff.de leg.2. Barto.& docto. in l.ſi quis ita.§ ea l.ff.de verb.oblig. Dec.conſ. 23. & conſ. 513. & Alex.conſ.155.vol.2.dummodo eum inſtituat hæredē,qui aliàs ab inteſtato eſſet ſibi ſucceſſurus. Dec.conſ.2. Idem.

25 Res prohibitæ alienari in vltimis voluntatibus per teſtatorem,poterunt tamē ex cauſa dotis aut donationis propter nuptias alienari. Ant.Rub. Alex.in auth.res quæ C.cōm.de lega. & hoc locū habet,nō ſolū in tacita prohibitione quæ reſultat ea cauſa fideicōmiſſi,ſed etiā quādo expreſsè teſtator prohibuiſſet in teſtamento alienationē, nā adhuc ex cauſa dotis poſſet fieri ea alienatio. Bart.in l filiusfamiliàs.§.diui.ff.de leg j. Secus ſi in cōtractib' alienatio prohibita eſſet:quia nec ex cauſa dotis poſſet fieri ea alienatio. Iaſ.in l.quæ de legato.ff.de leg.j. quādo talis eſſet prohibitio quę impediret trāſlationē dominij,vt ibi per Iaſ.& hanc commun.opin.dicit eſſe, & durū ab ea recedere in iudicando. Iaſ. in d.l.filius.§.diuus.nu. 65. Cacher.

26 Legatum ſub conditione relictū non tranſmittitur etiā ad liberos filios legatarij,ſi legatarius decedat pendente conditione. Alex.in l.cum quidā.C.de impu. vnde eſt quòd ſi teſtator relinquat aliquid ſuo nepoti,& adiiciat quòd ſi deceſſerit ſine liberis,quòd reuertatur ad ſuum hæredem,ſi interim hęres moriatur,non fiet tranſmiſſio ad hęredem ipſius hæredis vniuerſalis:nō enim fiet tranſmiſſio ad hęredē ſi decedat pēdente conditione. Bald.in l in cauſa.2.§.Pōponius. ff. de minor. Iaſ.in l.1.nu.94 ff.de leg.1.pendentia enim conditionis impedit tranſmiſſionem,vt per Iaſ.ibi nu.93. Item & legatum relictū ſub die mortis nō tranſmittitur ad hæredem legatarij, ſi legatarius interim decedat ante purificatam conditionē legati. l.1.§.dies.ff.de cond.& demon. Dec.conſil.417. Vezinus.

27 Melioramenta detrahit heres grauatus facta in re ſubiecta fideicommiſſo, neceſſaria ſcilicet, & ad perpetuā fundi vtilitatem:non autem voluntariè facta quantū videlicet ipſe grauatus expendit de propria ſubſtantia,in quibus æſtimādis tempus reſtitutionis attenditur ad incommodū hæredis, vel fideicommiſſarij grauati,ſecund.comm.per Burſat.in conſ.71. num.22.& ſequen.lib.1. Bonacoſſ.

De conditionibus inſertis tam legatis quàm fideicommiſſis,& libertatibus.

TITVLVS XLIII.

CONDITIO fit per ſi, modus per vt, cauſa per quia. l.demonſtratio falſa.in §.ſi.ff.de cond.& demōſtr.glo.in l.1.C.de his quæ ſub mod.vel cond. fiunt & in rub.C.de falſ.cauſ.adiec. Bart.in l.1. ff. eod. tit. de condit.& demonſt. Bellon.

2 Conditio eſt triplex,caſualis, poteſtatiua,& mixta in l. vnic.§.ſin autem aliquid ſub conditione.C.de cad. tollend. Bellon.

3 Conditio eſt de futuro,non de præſenti, vel præterito, l. cum ad præſens.cum duabus ll.ſeq.ff.ſi cert.pet.l.inſtitut.ff.de condi.inſtit.

Obiect.Cōtra de l.quibus diebus.in §.quidā ff de cond. & demonſt.vbi valet conditio talis,ſi moritur,& ſic de præſenti.

Solut.Ibi præſens pro futuro ponitur:& exponitur, ſi moritur,pro ſi morietur,vt ibi gl.dicit. Bellon.

4 Pro.Conditio nihil ponit in eſſe. l. & ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſta.l.legata ſub conditione.ff.de condit.& demonſt.l.cedere diem ff.de verb ſignif. Bellon.

5 Pro.Conditio extitura non reddit conditionalem diſpoſitionem ſed puram.l ſi pupillus.§.1.ff.de non.& deleg.

Obiect.Cōtra de l.quibus diebus,§.quidā Titio.ff.de cond.& demonſtr.vbi legatū redditur,cōditionale per conditionem,ſi moriatur,quæ tamen eſt omni modo extitura.l.1.ff.eod.titu.

Solu. Dic,quòd legatum ſub hac cōditione,ſi moriatur,eſt quidē purū,quo ad tranſmiſſionē legati, vt in l. heres meus.ff. de cond.& dem.quo ad verò locutionem, eſt cōditionale:quia incertum eſt quando morietur.l.dies.ff.eod.tit. Idem.

6 Pro.Conditio purificata pro pura habetur.in l.ſi pupillus. ff.de condit.inſt.l.ſi.§.Titius.ff.de cond.& demonſtrat. Idem.

7 Pro.Conditio ſubintelligenda eſt etiam ſi nō apponatur in l. eam qui. ff.de ſolut. vbi conditio ſubintelligitur in contractu,ſi in eodem ſtatu maneat is, cui ſoluendum eſt in l. cū ſeruus.ff.condit.inſtitutio.& l auia. ff. de condit. & demonſtratio. vbi conditio in inſtitutione adiecta, in legato videtur repetita.& in l.ſi cui.ff.de ſeruis tit gen.ibi,nam quædam in ſermone tacitè accipiuntur.& in l.dotis promiſſio ff.de iur. dot. vbi omnis dotis promiſſio futuri matrimonij tacitam conditionem habet:item in iuramento intelligitur ſemper conditio,excepta legis, aut principis authoritate. lege final ff.qui ſatiſd.cogant.& cap.venientes.extrà de iureiur.& in reſcriptis,clauſula,ſi preces veritate nitantur.in cap.2.extrà de reſcr.

Obiec.Contra de l.vniuerſa.C.de diuer.reſcr. & can.dicente. §.vniuerſa.25.q.2.vbi non valet reſcriptū,niſi ſit expreſſa conditio in reſcripto,ſi preces veritate nitantur.

Solut. Verum eſt ſecundum leges, ſecùs ſecundum ius canonicum,vt ibi. Bellonus.

8 Conditio debet impleri in forma ſpecifica,l.Mæuius,& l. quæ hæredi,ff.de cond.& demonſt.fallit vt not. Rimimald. in l.ſi mater.C.de inſtit.& ſubſtit.vbi Corn.in 1.notatur. Don.à Fin.

9 Cōditionis verificatio,vbi ſunt verba ex ſui natura requirentia implementū in perſona vtriuſque,non ſufficit in vltimo decedente tantū,etiam reſpectu ſuæ portionis,niſi quando de voluntate teſtantis conſtat,quod voluerit ſubſtitutum habere totum , ſi portio primi decedentis veniſſet ad vltimō decedentem.textus eſt expreſſus in l.hæredes mei.§.cū ita.ff. ad Trebel.vbi cōmuniter docto. Et frequens interpretum placitum arbitratur Soc.iun.conſ.50 nu.11.vol.4. E.Muſcul.

10 Conditiones quibuſcunque relictis adiectæ,vel in vnum conceptæ caſum,ex voluntate ad ſimiles dilatantur. vt commune ait latiſſimè doctor meus Emanuel à Coſta in l. Gallus. in §.& quid ſi tantum.3.parte num.1.cum ſequentib ff. de liber. & poſthum. E.Suarez.

11 Ablatiui abſoluti reſoluuntur in conditionem l. facta,§. reſcripto.ff ad Trebell.Ampliatur in 3.caſib.& limitatur in 5. à Soc.in tract.fallent.regul 1.in additio. Ampliatur in 4.caſib. & limitatur in 5.à Ripa,in rub.ff ſolut.matr.nu.31. Don. a Fina.

12 Conditio appoſita in perſona honorati, non poteſt ab eo diuidi,l.cui fundus.ff de cōditio.& demon. Ampliatur in vno caſu,& limitatur in 5.per Ripam,in l.Stichum qui meus erit, ff. de leg.1.num.29. Idem.

13 Dies adiectæ cōditioni negatiuè ſuſpendit executionem actus purificati vſque ad vltimum momentum illius diei. l.in illa.ff.de verb.oblig.fallit in 4.caſib.vt per Ripam.in d.l.in illa, num.2.& in l.ita ſtipulatus, nu.98. Don.à Fina.

14 Conditiones in caſum poſitæ,& cōditiones mixtæ, quæ iure digeſtorum filij inſtitutionem demoliebantur,hodie ex l.quoniam in prioribus.C.de inoff.teſtam.expunguntur, & inſtitutio firma & pura ſubſiſtit , vt receptum produnt Paul. in l. ſuus quoque ff.de liber.& poſth. Lancelot.in ſi.lac.nu.14. Dec. in l.ſi pater.C.de inſtit.& ſubſtit. Rhoder.Soarez in illam l.quoniam in prioribus, ampliat.1.Guliel. Bened.in c. Raynutius, verſ. reliquit.num.28.de teſtam. at cōditiones turpes tam olim, quā hodie labem,ac perniciem inſtitutioni afferent, vt frequenter placitum eſt ante Alber. in d.l.ſi pater.num.193.Guliel.in laudato c.Raynu.ver.reliquit.nu.33. & receptius aſſeuerat Ema. à Coſta magni ingenij vir in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.3.par. num.106.ff de liberis & poſthumis. E.Suarez.

15 Diſpoſitio redditur conditionalis, vbicunque in ea eſt adiecta dictio, ſeu ſecundum Bart. in l.1.ff.de condit. & demonſt. Alex.conſ.9.vol.7. Don.à Fina.

16 Legatum factum & relictum ſub conditione morandi cum filiis, debetur etiam poſt mortem filiorum: ſecundum Bal.in l.1.C.de leg.Soc.conſ.68.num.5.1.vol.Dec.conſ.601. & ibi plenè vide. Vezinus.

17 Legatum factum vxuri donec ſteterit in domo teſtatoris, intelligitur ſcilicet vidualiter.Iaſ.in l.1.C.de leg.al.Bald.in l.voluntas.in vlt.col.C.de fideic.addo Old.conſ.313. Veſinus.

18 Legatum qualificatum, ſeu cōditionale, ſi teſtator legat Titio centū, capien. ſuper tali fundo, non videtur legaſſe fundum, ſed ſolum obligaſſe.l.fundus quem.ff. de annu.leg. l. codicil.§.inſtituto.ff.de leg.ij.& vbique Bar.& ita tenet Lud. Rom. conſ.508.Alex.in l.reſcriptum.§.ſi pacto.ff.de pac. Iaſ.in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.col.7.& in l.ij.col.14.C.de iur. emphy.vbi dicit, quòd tal. erit obl. real.quē ſeq. fundū ad quēcunque vadat.Lud.ſing.625.Franc.Crem. ſing.45. Alex.in l.ad diem.ff.de verb.obl. Idem.

19 Legatum in primo teſtamento ſub conditione, & in ſecundo teſtamento ſimpliciter relictum, tanquam reiecta cōditio fuerit, purè debetur.commune inquit Cur.iun.conſ.163. aliàs 136.num.14. E.Suarez.

20 Conditione nō adimpleta nihil debetur, l ij.in prin.C.de cond.inſtit.l.32.§.ſi quis,ff.de cond.& demon. Fallit in 30.caſib. vt per Vigel.in cōmento 5.anni.8.c.31 fol.676. Dun.à Fina.

21 Conditio hęc, ſi cùm nupſerit mulier, regulariter exiſtit, & legatum debetur ſi nupſerit mulier, l.quoties,22.ff.de condi. & dem. fallit in 8.caſib.vt per Vigel.in commento 5. anni.ca.32. reg.1.fol.702. Idem.

22 Conditio ſupradicta deficit ſi non nupſerit, legatiq; actio denegatur, l.24.C.de nupt. fallit in 3.caſib.vt per Vigel. vbi ſuprà, regul.2.fol.703. Idem.

23 Conditio, ſi non nupſerit, pro non adiecta videtur.l.quoties,ff.de cond.& demon.l.ij.C.de indi.vidu.tol. fallit in 10. caſib. vt per Vigel.in comm.5.anni.cap.32.membro 3.fol. 705. at de eadem conditione vide membro 13.vbi ponit ius authen.& fallentias. Idem.

24 Conditio hæc, ſi vel dum, cum liberis erit, item ſi non à liberis receſſerit, deficit, legatique actio denegatur ſi à liberis receſſerit.l.3.C.de cond.inſert. fallit in 6. caſib. vt per Vigel. in commento 5.anni.cap.32.membro 5.fol.716. Idem.

25 Conditio quæ tacitè ineſt, ita impedit natiuitatē obligationis, ſicut expreſsè Dec.conſ.2.nu.4.comm.dicit. Vezinus.

26 Conditionis euentus non conſtituit debitorem in mora.Dec.conſ.2.num.4.comm.dicit. Vezinus.

27 Conditionalia verba in fideicommiſſo, non denotant quem à teſtatore vocatum ad commodum hæreditatis.Alex. conſil.105.communem dicit. Villalob.

28 Conditio mixta, ſi deficit per caſum mortis, facit deficere legatum.comm.videri ait Dec.in conſ.485. num.4. Idem.

29 Conditio ſuapte natura ſemper ea, quibus adiungitur ſuſpendit, & tranſmiſſionem etiam à iure cōceſſam impedit, vt frequenter interpretibus placitum teſtit Anto. Gomez. de teſta.c.3.nu.15.ver.pro hac ſententia. E.Suarez.

30 Impediens conditionem impleri, tenetur, ac ſi eſſet impleta, l.in executione,§.quicunque.ff.de verb.obligat. Fallit in 2. caſib.vt per Iaſ.in d.§.quicunque. Don.à Fina.

31 Qui poteſt facere, vt poſſit conditioni parere, iam poſſe videtur, l.qui poteſt,ff.de reg.iur.c.ſi.de elect.Bart. per illum tex. in l.ſed & ſi per Prætorem,§.1.ff.ex quibus cauſa maiores.fallit in 2.caſib.vt per Dec.in d.l.qui poteſt. Don.à Fina.

32 Conditio illa, ſi decedat ſine liberis, in filiis teſtatoris, & in aliis deſcendentibus ipſius teſtatoris, qui ſunt hæredes inſtituti & grauati, ſimpliciter de reſtituenda hæreditate intelligitur.l.cùm auus,ff.de cond.& demonſt.non autem locum habet, & neque ſubintelligitur in fratribus teſtatoris inſtitutis, nec in aliis conſanguineis inſtitutis & grauatis.Decius conſil. 437. Iaſ.conſ.90. lib.1. nam ſi fratrem ſuum inſtituat hæredē, & grauet de reſtituēda hæreditate, nō ſubintelligetur ea clauſula, ſi decedat ſine liberis. Decius conſ.529.& in l.cùm auus. ſolùm locum habet in deſcendentibus, & non in collateralibus.Dec.conſil.435. Vezinus.

33 Quando ſtat per vnum ex contrahentibus quominus cōditionem impleat, habetur pro adimpleta ad incommodum illius per quem ſtat, l.in executione,§.fin.ff.de verb.obligat.l. in re ciuili.ff.de cond.& dem.Ampliatur in 4.caſib. vt per Cor.in l.cùm autē maternū.C.de inſti. & ſubſtit.n.7.& n.417. limitat in 4.caſib.fallit, vt not.Iaſ. in l.centeſimis,§ ſi ita ſtipulatus. ff. de verb.oblig.fallit in 6.caſib. vt per Dec.in l.in iure ciuili,ff.de reg. iur.de hoc latiſſimè videas per Soc.in l.in teſtamēto, ff. de cond. & demonſt.num.4.& ſeq. Don.à Fina.

34 Monachi & alij religioſi parentibus ab inteſtato nō ſuccedunt, ſec. Maſuer.in tit.de ſucceſſ.v.niſi per conſuetudinem:vnde ſi filius hęres inſtituatur, & ei fiat ſubſtitutio ſi decedat ſine liberis, patre mortuo ingrediatur religionē, faciet locū ſubſtitutioni, ſec. Bal.c.in præſentia de probat.& ibi Felin.Bald.in l.cū acutiſſimi.C de fideic.Socin.l.cùm auus, de condit.& demonſtrat. Intellige tamē ſi ingrediatur religione mēdicantiū: ſecus in aliis.Alex.cōſ.13.vol.3.Boēr.deciſ.354.n 11. ius autē ſubſtitutionis nō perditur per ſīplex ſacerdotiū, vt per Corn.in auth. niſi rogati.C.ad Trebel.Anch.c.in præsētia.de prob.vbi Imol.& hęc eſt communis concluſio ſec.Boe.d.deciſ.354.n.3.& 12. Bellac.

35 Clauſula, ſi ſine liberis moriatur, ſubintelligitur in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta filio ſimpliciter.l.cùm auus.ff. de condi.& demon.ſi autē cum filiis inſtituitur ſit inſimul extraneus inſtituturus vnà cum filiis ipſis, & inſimul fuerint grauati, non ſubintelligetur ea clauſula: nam cùm in perſona extranei non ſubintelligatur, nec etiam in perſona filij. l. iam hoc iure. ff de vulg.Soc.conſ.94.nu.10.in 4.vol. Eraſm.Muſcul.

36 Subſtitutio facta, ſi filius decedat ſine liberis, expirat, ſi filius decedat relictis nepotibus, & ſic relictis filiis ex eo filio hærede inſtituto, quamuis filius mortuus fuerit. Pau.Caſt.cōſil.131.part.2.Bald.in l.1.C.de cond.inſer.Boer.deci.13.nu.9.Dec. conſ 577.& Oldra.conſ.267.Alex.conſ. 135. & ibi in poſtil. vol.ij. & eam eſſe communem opin.atteſtatur Dec. ibid. Vezinux.

37 Conditio ſi concipiatur in vltimis voluntatibus quę potuit contingere, tamen modò nō poteſt, vt ſi Titius viuet, qui iam tempore adiectæ conditionis mortuus erat: reiicitur, vt impoſſibilia.Bar.in l.1.ff de condi.& demon.Couar.in epi.4.cap. 3.part.3.§.2.communem dicit. Villalob.

38 Hęres inſtitui pōt ſub ea cōditione, ſi nomen teſtatoris honeſtū & arma portauerit, & ſi hoc nō fecerit, eſt grauatus hæreditatē alteri reſtituere: tūc ſi ille hæres recuſet adimplere cōditionē, nec portauerit nomē & arma defūcti, priuabitur hæreditate quæ fideicōmiſ.reſtituēda eſt: & ſi nō fuiſſet rogatus reſtituere hæreditatē in nō parēdo cōditioni, eſſet tali hæreditate priuitus.l.facta.§.ſi ſub cōditione. vbi Bart. & Paul. de Caſt.ff.ad Treb.Bened.in repeti.c.Raynutius.in verbo,ſi abſq; in materia de ſubſti.fidei.n.90.de teſta. Guid.Pap.deciſ.251.Bellac.

39 Dotis legatū, vel dotis cauſa factū alicui mulieri conditionale cenſetur, nec debetur, niſi ſequuto matrimonio: vt in l.Publius Mauius, in prin ff de cōdit.& demonſt.firmat Ioan.Dilectus, in tract de arte teſtadi,t.6.caute.51.Barba.per tex.ibi in l. Titio centum.§.Titio genero.ff.de conditio.& demon.& iſta eſt cōmunis opi.ſec.Paul.Caſtr.ibi Corn.conſ.219.vol.4. Bald.Nouellū, in trac.de dote.in 6.par.priuilegio 50.Couarru.c.3.nu.2.de teſta & diſputat Iaſ.in l.ſi Titio.nu.12.ff. de leg.1. In contrariā vero partē, videlicet, vt ipſum legatum dotis purum ſit inclinauere Imol.in d.§.Titio genero.nu.7.& 10. vbi prohibet iſtā opinionem communem fore, quam firmant etiam alij non pauci per eum relati, & per eos, de quibus ſuprà.

¶ 40 Sed quid ipſe infœlix peccator dixerim in tā dubitabili paſſu; concurrā ergò cū prima opinione tāquā realiter magis cōmuni, & ſacroſancta, cū qua concurrit etiā Grāmatic. in conſtitutio.in aliquib.nu.25.vbi refert ita extitiſſe iudicatū in facto in Sacro Regio Concilio Neapolitano, ipſo patrocinātē, vbi tractabatur de muliere ingreſſa monaſterium poſt legatum dotis ei factum, & nihilominus fuit decifum conditionem ipſius legati adimpletā fuiſſe ob ingreſſum prædictū, ac dotem ſoluendam eſſe eidem moniali. Viuius.

41 Dotis nomine ſi teſtator dixerit Margaretæ & Catarinę, relinquo & aſſigno cuilibet earum mille aureos, licet ſint cōiunctę verbis, tamen ex quo erant omnino vocatæ ad diuerſas res, quia partes aſſignatæ fuerant, quæ ad oculum oſtendi potuerunt, non dabitur locus iuri accreſcendi, ſi vna ex illis mortua fuerit. Itē ſi pater reliquerit mille nomine dotis pro qualibet filiarum. Ita inquit Bar.l.huiuſmodi.§.quib. ita. nu.2. dicens: Teſtatur inſtituit filias ſuas in centum pro quolibet, certè inter eas nō eſt locus iuri accreſcendi, quia ſeparata quātitas aſſignatur cuilibet. Cuius ſententiā reliqui Doc.ibi, Bal. Raph.Cu.nu.3 ver.vnde dicit.Bar.& Pau.de Caſt.communiter approba

approbarunt. & idem Bar. *in l. re coniunctis. num. 23. verſ. 2. quæro nunquid inter coniunctos verbis tantum, ſit ius accreſcendi? ff. de leg. 3.* Io. de Imo. *l. qui filiabus. § ſi quis ita. nu. 2. ff. de leg. & fideic. 1.* Alex. de Imo. *in conſ. 55. nu. 3. in lib. 4.* Et hanc ſententiam cõm. eſſe dicunt Iaſ. *in l. re coniunctis. num. 104. verſ. ex iſta fallentia.* & Bar. Romuleius *nu. 92. ver. ex iſtis dictis Bartoli.* Kirchouius.

42 Teſtatoris prohibitio de nõ diuidẽdo, ſi eſt facta ad tẽpus certũ, valet per tex. *in l. 4.* quem ad hoc notat Bald. *num. 1. ver. 2. not. ff. de cond. inſtit.* Pau. de Caſt. *in l. ſi non ſortẽ. §. ſi centũ. nu. 4. ff. de cond. indeb.* vbi ipſe diſtinguit, ſi teſtator mandaſſet, vt non diuiderent vſq; ad certũ tẽpus, tunc valeret: ſecus verò ſi mandaſſet, vt nunquã diuiderent, quẽadmodũ in pacto diſtinguitur. *l. in hoc iudicio. §. ſi conueniat ff. communi diuidundo.* Bar. Soc. *in conſ. 278. nu. 11. ver. aliquando & ſecũdo apponitur pactum in vol. 2 conſ.* Mantua in Mantiſſa *ad 2. conſ. 10. conſ. 326. in ord. nu. 2.* Quã ſententiã latiùs defendit Iaſ. *in d. §. ſi centũ. nu. 3. cũ ſeq.* Licet Alex. de Imo. *ibid.* contrariã ſententiã amplectatur, tamen priorem comm. Bar. Soc. *in d. conſ. 278. nu. 12.* & æquiorem Iaſ. *in d. §. ſi centũ. nu. 5.* appellant. Sed quid in tẽpore incerto? putà ad vitã alicuius, vt nõ fieret diuiſio dicendũ, & in cõuentione reſpõderat Florian. *in d. §. ſi cõuenerat.* eam in tẽpore incerto ad vitã alicuius ſubſiſtere, ita q; poſſet teſtator præcipere, ne ſui hæredes etiã quã diu viuant, hæreditatẽ diuidant, cũ ſocietas ad vitã à iure nõ improbetur. *l. 1 ff. pro ſoc.* & quod *in d. §. ſi conueniat.* aſſeritur non valere pactũ ne omnino diuiſio fiat, intelligi de pacto de non diuidendo in æternũ. *lege nulla. ff. pro ſocio.* Alex. de Imo. *in conſ. 59. nu. 9. in 5. volumin.* Iaſ. *§. quadã. ver. quid diceretis de caſu iſto. num. 41. Inſtit. de act.* Dec. *in conſ. 265.* & ibi ipſe *nu. 2.* inquit, *d. §. ſi conueniat*, intelligendũ eſſe, ne omninò diuiſio fiat, cùm illa dictio, omninò, naturã habeat præciſam, & intelligatur quòd nullo modo fiat diuiſio. *ca. etſi Chriſtus.* vbi Abb. *ext. de iureiu.* & idẽ Dec. *in l. ſi quis in cõſcribẽdo. nu. 24.* & Alc. *nu. 17. ver. quod ſi cõuenerit. C. de pact.* Steph. Bertr. *in cõſ. 76. in vol. 2. parte priore.* Io. Dilect. *in trac. de arte teſtan. tit. 8. de varijs teſt. præceptis. caute. 8.* Apoſtilla. *in ſuis additionib. in verb. ad tẽpus. in 18. conſ.* Alex. *lib. 4.* & hãc doctorũ cõmunẽ ſententiã eſſe cõſulendo ſcribit Rol. à Valle *in conſ 84. in 1. Tom. conſ.* Quãuis Bar. Soc. *in d. conſ. 268.* cõtrariam ſententiam communem dixerit. Kirchouius.

43 Si teſtator reliquerit tali mulieri centũ pro ea maritanda, debebitur legatũ, quamuis ea mulier eſſet maritata tẽpore teſtamenti. *l. ſi ita facta ff. de cond. & dem. l. antepenult. C. de ſenten. quæ ſine certa quant.* Iaſ. *in l. quominus. nu. 133. ff. de flumin.* Alex. *conſ. 146. in 5. part.* Curt. ſen. *conſ. 32.* Vezinus.

44 Pater ſi per legatum relinquit filiæ centũ pro ſua dote, & poſtea pater in contractu ſui matrimonij ipſi filiæ cõſtituit eandem ſummam in dotem, pater hoc cenſetur feciſſe animo compenſandi cum legato, ita vt demum filia non poſſit petere legatum. *l. Titia. §. qui tribus. ff. de lega. 2. l. filiæ. C. de legat.* & ibi doctores. Soc. *conſ. 100. nu. 7. in 3. vol.* E. Muſc.

45 Nuptiarum cõditio, intra triennium à teſtatoris morte expleatur neceſſe eſt, vt frequens interpretum dogma conſtituo ex Iaſ. *nu. 6.* Io. Bapt. de S. Seuer. Lanc. *Dec. in princ. ad l. 4. c. de inſtit. & ſubſtit.* Gul. Bened. *in c. Rayn. ver. eiſdẽ Petro. nu. 4. de teſta.* Chaſſan. *in cõſuet. Burg. rub. 7.* Corſet. *in verb. cõditio.* alleg. *Bar. in l. 4. c. quãdo & quib. quart. pars lib. 10.* Iaſ. *in l. 4. c. de inſtitut. & ſubſtitut.* tametſi cõtrariũ dictare videatur luculẽta Mariani doctrina *l. cõditionũ 90. ad fi. ff. de conditio. & dem.* cenſebitur autem religionis ingreſſu nuptiarũ conditioni ſatisfactum, quamuis aliud expreſſim teſtator caueat. cõmune dicit Hyppol. *in l. vna. nu. 45. c. de rapt. virg.* E. Suarez.

46 Grauamen nullũ in legitima imponi poteſt: vnde ſi pater relinquat aliquid filiæ ſuæ pro ea maritanda, ſi illud quod ſibi relinquetur nõ excedat legitimã, ſtatim debebitur, & neq; expectãdũ erit quòd nubat, legatũ dotis cedat in legitimã ipſi filiæ *l. quoniã. c. de inoffi. teſt.* Bal. *in l. ſancimus. c. de nupt.* Bart. *in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtr. nu. 4* quod ſi legatum illud legitimam excederet, eſſet cõditionale in eo quod excedit: & tunc tempus nuptiarum expectandum eſſet. *Bar. ibid.* & Salic. *in d. l. ſancimus, in fine.* Bellac.

47 Nuptiis abſtinenti virgini ſi centũ legentur, ac ſi illas ea contraxerit, alicui cœnobio, vel cuipiam piæ cauſæ eadem centum relinquantur, contractis nuptiis non virgini nuptæ, ſed piæ illi cauſæ legata centum præſtabuntur. cõm. ait Emanuel à Coſta *in l. cum tale. §. ſi arbitratu. limi. 10. nu. 8. ff. de cond. & demonſt.* quamuis non immeritò à qua cuius hærere poſſit. E. Suarez.

48 Filia quamuis nupſerit, non propterea deſinit eſſe de deſcendentibus ſui patris, & de ſua agnatione, *l. ſi vxorẽ. c. de cõdit. inſertis.* nuptiæ enim non ſunt modi ad faciendũ deſinere quẽ eſſe ſuũ hæredẽ. Alex *conſ. 23 in 2. volu. nu. 87.* Vezinus.

49 Legatum ſi fiat mulieri de minori ſumma, ſi religionẽ ingreſſa fuerit, de maiori verò ſi matrimoniũ contraxerit, an per ingreſſum monaſterij amittat pinguius legatum, ex quo remouetur dicta conditio impeditiua vitæ contemplatiuæ? Dic, quòd & ſi aliqui cõmunem dixerint eam concluſ. quòd non amittat. contrariam tamen veriorẽ dicunt doctor. *in apoſtill. ad Matheſ. ſing. 52.* Iaſ. *conſ. 43 col. 4. lib. 4.* vbi dicit cõmunẽ obſeruatam à generali conſuetudine, de qua per Oſaſc. *deciſ. 126. nu. 22.* vbi plura de *l. Titia ſi non nupſerit. ff. de conditionib. & demonſtr.* Iaſon ſibi ipſi contrarius *in authent. ſi qua mulier. col. ſecunda. C. de ſacroſanct. eccleſ.* vbi quòd nihilominus cõſequetur maiorem ſummam. Dec. *in ca. in præſentia. col. 29. extra de proba.* Euce. *lib. arg. loco à matrimon.* Carn. *ad ſpir.* Quæ opin. benignior eſt, & pietati congruens, teſte Hypol. *ſing. 215.* Cael. *verſ. conditio adiecta.* vbi concludit eam conditionem reijcien. fauore religionis. pro qua vide quæ ſcribit Alex. *conſ 55. col. 2. lib. 3.* vbi refert communem. Boër. *q. 3 nu. 14.* pulchrè Rolan. *cõſil. 55. nu. 17. lib. 3.* vbi poſt plura concludit pro filia ingredien. monaſterium. Quo autem remedio valeat tale legatum? Dic, vt per *Dilect. tit. de leg ca. 64.* Bar *in l. 4 ff. de his quæ pœn. nom.* Roland. *d. conſ. 55 col fin. num. 31.* Bellac.

50 Lego vxori centum, ſi cum Titio ſteterit: Quid importet tale legatum? vide Barto. & Alex. *in l. Mænia. § vxore ff. de an. leg.* & Iaſo. *in l. ſi quis hæredem in 6. col. C. de inſtit. & ſubſti* in quibus loc. volunt, quòd requirat. perſeuerantia vt conſequatur legatum: nec ſufficiet conditionem ſemel fuiſſe impletã. Chærian.

51 Legatum ſi ſit relictum filiæ pro maritanda cum A. ſi filia maritetur cũ B. filia nihilominus habebit reſiduũ. Iaſ. *in l. filia legatorum, de legat. C. nu. 3.* comm. dicit. B. Villalob.

Et infert ad validitatem teſtamẽti, in quo pater inſtituit filiam hæredem ſi nupſerit mercatori: Si alij nupſerit dat ſolũ certa legata. al. Card. & Gemi. *ibi in 10. q.* Aliud eſt enim ſecũdum eum, eligendi matrimonij metu pœnæ libertatem auferri: Aliud matrimonium certa lege inuitari. *l. Titio centum. §. Titiæ. el 1. ff de cond. & demonſt.*

Et ad iſtud facit quod vult Iaſ. *in lege 1. in fin. 1. & in princ. 2. col C. de inſtit. & ſubſtit. ſub cond. fac. & in l. 4. in 1. col. eo. titul.* vbi dicit quòd ad matrimonium metu pœnæ, ſecus autem ſpe lucri, nemo inuitari debet, al. iura quæ omitto. Fac. quod vult Dec. *in cap. eccleſia S. Mariæ. in 14. col. ibi a pro iſta concl. ext. de conſtit.* I. Fich.

Faciunt no. per eundem Fel. *in c. 2. circa fi. de treu. & pace.* vbi al. pulchrum conſ. Oldr. 16. incip. thema tale eſt, Titius habẽs vnã filiã. vbi vult quòd ſi teſtator dicit, inſtituo filiã meã ſi nupſerit mercatori, & ſi non nupſerit mercatori, priuo ea hæred. Filia nupſit primò mercatori, deinde illo mortuo vult nubere nobili, quod priuabitur hæreditate. Idem.

52 Filia cui relicta ſunt mille, ſi nupſerit: & quingenta, ſi ingreſſa fuerit monaſteriũ: ſi ingrediatur monaſteriũ, nihilominus conſequetur mille. Eſt commu. opio. ſec. Iaſ. *in auth. ſi qua mulier. C. de ſacroſ. eccleſ.* Dec. *c. in præſentia, ext. de probat.* Adde videndum Matheſil. *ſing. 52.* & ibi apoſtil. M. Chærian.

53 Sed quid ſi fiat legatum virgini mulieri, ſub cõditione ſi monaſteriũ intrauerit, an talis cõditio reijciatur? Iaſon *in dicta authen. cui relictũ.* al. Bart. tenere quòd ſic, *in cõſ. incip. domina Munta contra d. Paul.* quod mihi eſt 184. *incip. domina Nuca Pauli.* Bald. *in d. auth. cui relictũ.* tenet cõtrarium. Quia ſi fiat legatũ mulieri ſub conditione non neg. ſed affirmatiua, putà lego mulieri centum ſi nupſerit Titio, talis conditio nõ reijcitur, imò oportet quòd nubat, vel per eã non ſtet, ſi vult cõſequi legatũ *l. 2. & 4. C. de inſtit. & ſubſtit.* quanto ergo magis tenetur implere conditionẽ, quando fit legatũ ſi monaſteriũ intrauerit? & idẽ tenet ibi Paul. de Caſt. vt refert Iaſ. Cacher.

54 Vſufructu fundi relicto vxori, donec caſtè & vidualiter vixerit, & poſt eius mortem alteri relicto: muliere tranſeunte ad ſecundas nuptias, ſtatim admittitur ſubſtitutus, nõ expectata morte mulieris. Eſt communis opinio ſecundum Iaſ. *in l. ſi mater. verſic. facit iſta l. C. de inſtit. & ſub.* licet Dec. cum Rom. *ibid.* oppoſitum teneant. M. Chærian.

55 Legatum factum Sempronio, ſi duxerit vxorẽ in mille,

& ſi ordinem eccleſiaſticum recepetit in too. ſi efficitur clericus, gaudet in mille. Hyppo. *in rub. de fideiuſſor. nu.* 127. *ff.* cõmun. dicit. B. Villalob.

56 Legatum factum mulieri, vel alicui, vt contrahat matrimoniũ cum A. ſi ipſa velit requiſita recuſauit, & ſi poſtea A. velit, nihilominus debetur, etſi non contrahat. Iaſo. *in l.* 1. *C. de inſtit. & ſubſtit. num.* 8. comm. dicit. Idem.

57 Legatũ relictũ alicui mulieri tẽpore nuptiarũ, vel cùm nubat, vel in tẽpus nuptiarũ, vel pro dote, nõ debebitur tale legatũ ante diẽ nuptiarũ, & ſic duo requirũtur antequam tale legatum debeatur. primũ, quòd illa cui relinquitur, perueniat ad ætatem adultam: ſecundum erit quod nuptiæ contrahantur, & quod re ipſa matrimonium celebretur. *l. ſancimus. C. de nup.* & intelligitur quod re ipſa matrimonium celebretur per verba de præſenti, poſito quod ad domũ non ſit traducta ipſa mulier. Bart. *in d. l. Titio. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſt.* Alex. *conſ.* 77. *in* 5. *vol.* vel ſi relinquitur mulieri, quando maritabitur, ea verba verificantur in matrimonio per verba de præſenti contracto. Alex. *conſ.* 20. *in prin. in* 2. *vol.* Bellacomb.

58 Relictum aut ſubſtitutio facta mulieri ſi filium peperit, non habebit locum ſi exſecto ventre matris filius extractus fuerit: quia tunc non dicetur mulierem peperiſſe: *l. anniculus. §. ſi. ff de ver. ſign.* inquit enim ibi tex. falſum eſſe eam mulierẽ peperiſſe, cui filius extractus eſt. Ang. & Iaſo. *in l. quod dicitur. num.* 4. *ff. de libe. & poſthu.* Vexinus.

59 Partus natus ex re legata, pendente conditione non debetur. *l. Lucius Titius. in prin.* & ibi Bar. *ff. de leg.* 2. Vezinus.

60 Legatum factum alicui ſi ſtuduerit legib. intelligitur ſi ad doctoratum peruenerit. Dec. *conſ* 177. Vezinus.

61 Vnitas corporum præſumitur, niſi pluralitas probetur. *c. cum Ioan. de fide inſtru.* Bal. *in l.* 2. *C. de erro. aduor.* Alex. *cõſ.* 88. *nu.* 17. *in* 5. *vol.* corporum autem diuerſitas præſumitor ex nominum diuerſitate & confinium. *l. in teſtamento. ff. de cond. & dem.* Alex. *conſ.* 96. *in* 5. *vol.* Vezinus.

62 Legatum filio, ſi teſtator legat decẽ Gaſpardo eius filio, quia Ioannes etiam eius filius totidẽ habuit, valet legatum. licet Ioannes non habuit illa decem. Dec. *in conſ.* 46. quia per cauſam de præterito legatum non limitatur. *l. ſi ita. ff. de aur. & ar. le. & l. demonſt. §. cùm autem ff. de cond. & dem.* Vexin.

63 Cõditio, ſi ſine filiis vel liberis deceſſerit, expirat mortuo grauato cum filio tantum, niſi aliud ex mente teſtatoris appareat, ſecund. comm. per Burſat. *conſ.* 1. *nu.* 1. *lib.* 1. Bonac.

64 Conditio in ſubſtitutione facta in caſu quo nati plures deficiant, non verificatur vno tantum nato, etiam matre in medio non extante, ſecundum communem per Burſat. *conſil.* 19 *num.* 4. *lib.* 1. Idem.

65 Conditio de filiis naſcituris, non verificatur vno etiam tantum nato, ſecundum magis communem per Burſa. *conſil.* 19. *nu.* 21. & 22. *lib.* 1. vbi alleg. Soc. ſen. ſibi contrarium *conſi.* 76. *lib.* 3. Idem.

66 Conditio de filiis natis non verificatur nec in potentia vno tantum nato, ſecundum communem per Burſat. *conſ.* 19. *num.* 10. *lib.* 1. Idem.

67 Poſitus in conditione non cenſetur vocatus, ſecundum magis comm. per Burſat. *conſ.* 52. *num.* 23. *lib.* 1. Idem.

Conditionem ſemel fuiſſe impletã, ſufficit, dato quòd non duret implementum. Hanc regulam ornat Iaſ. *in l. ſi quis. C. de inſtit. & ſubſtit.* vbi plura exempla notab. Amplia & limita vt per eum ibi. Et quando conditio per alium adimpleri poſſit, vide Bar. *in l. Arethuſa. ff. de ſtat. hom.* Vezinus.

68 Conditioni ſatisfaciendi cauſa nummos incapaci datos fiſcus aufert, non qui dedit, licet dominium tranſlatum non fuerit. commune inquit Eman. à Coſta. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum.* 5. *par. num.* 15. *ff. de lib. & poſth.* quamuis verius opinioni aduerſæ nomẽ dederit Cumã. *in l. Manius. ff. de cond. & demon.* & ipſe alibi eam latiſſimè iuri magis conſentaneam oſtendam. E. Suarez.

69 Conditioni ſatisfactum eſſe debet probare, qui ex cõditionali contractu agit. comm. ait Bello. *conſ.* 59. *nu.* 4. E. Suar.

70 Conditione appoſita ſi quæ alicui relinquãtur, & deinde illi relictorum reſtitutio poſt mortẽ iniũgatur, ac partiũ cõditioni non ſit, ſtatim ij, qui deficiente cõditione in rem venerunt, reſtituere cogentur, nullo tempore amplius expectato, vt commune prutientur Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tãtùm. lnn.* 28. & *in l. Lucius. ff. de liberis & poſthu.* & Iac. de S. Georg. *in . ſi pater. ff. de iur. dot.* E. Suarez.

71 Cõditione comprehenſi filij eius, qui & hæres inſtitutus & grauatus eſt, non dicuntur ad hæreditatem vocati, ſed ſubſtitutũ duntaxat excludunt, nec adiecti conditioni ſine liberis decedendi, tacitè inſtituti hæredes putantur, vt receptũ ait Ant. Gomez. *de teſta. c.* 3. *n.* 24. *v.* 3. *facit.* & latius *c.* 5. *n.* 24. *v. & in expreſſo.* Exemplũ eſto, filiũ meum inſtituo hæredem, & iubeo vt ſi liberis orbatus animam ediderit, Titio bona mea reſtituat. hic ij nepotes nõ cenſebuntur ex conditione vocati tacitè, nec inſtituti, nec quidquam illis proderit, ſi aliquid ſimul eiſdem mandatum proponatur, aut aliquo modo onus aliquod ipſis vnà ſit iniunctũ. cuius rei extat exemplum: fili mi hæres eſto, & ſi inops à liberis, commune naturæ debitũ exolueris, Titio amico noſtro hæreditatẽ reſtitue. volo autem vt qui tibi ſuperſtites liberi fuerint, liberto meo Damæ 50. aureos annuatim ſuggerant, vel quid ſimile: nã nec hic eius filij vocati honeſtatiue videbũtur. vt cõmune aiũt Alex. *n.* 94. Iaſ. *n.* 56. *in l. Centurio. ff. de vulg. & pupil.* Dec. *in l.* 1. *n.* 15. *C. de pac.* & affatim Ant. Gomez. *de teſta. c.* 5. *n.* 43. *v.* 2. *& in ſpecie.* E. Suarez.

72 Cõditione cuiuſcunque ſubſtitutionis cõplexi, quicunque illi ſint, nec vocati, nec tacitè inſtituti cenſentur. cõmune aiũt *in l. Gallus. in prin. & in § in omnib. ff. de lib. & poſth. & in l. cohæredi. §. vlt ff de vulg.* latè Ant. Gomez. *de teſtamẽ. c.* 3. *nu.* 24. *ad fin. & c* 5. *nu* 42. *ver.* 8. & facit, vt nec in fideicommiſſi conditione ſcripti, ad hęredis emolumentũ à teſtatore memorati potabũtur, vt com. dic. *Alex. conſ.* 105. *lib.* 1. E. Suarez.

73 Conditionẽ ſufficit impleri per æquipollens, etiã quod ſit conditio voluntaria. Ita tradunt doct. pręſertim Soc. Sen. *in vlt. notab. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de lib. & poſthu.* Limitatur quando indè ſequeretur extenſio oneris, ſeu grauaminis per fideicommiſſum de perſona ad perſonã, cũ illud prohibeatur *in §. nos igitur. in auth. de reſtitu. fideicommiſſ.* & per tradita per Alex. qui in hoc communiter approbatur *in d. §. & quid ſi tantùm. in l. Gallus. ff. de lib. & poſth.* quem ſic allegando ſequitur Soc. Iun. *conſi.* 29. *nu.* 7. & 28. *vol.* 3. E. Muſc.

74 Cõditione deficiente, euaneſcit relictum conditionale. *l.* 3. *ii. q. quando dies leg. ced. & l. hæres meus.* 2. *reſp. ff. de cond. & demon.* cũ concordantibus aliis allegatis *ibi in gl. fi. & l. dies certus. iuncta gl. ff. eo. tit.* quicquid in contrariũ dixerit gl. *in l. ſi cui. ff. de actio. & oblig.* quæ communiter reprobatur per textũ in ſui generalitate *in l.* 1. *§. ſin autem aliquid. C. de cad. tollen.* Et ita docet Bar. Bald. & alij poſt gl. *in l.* 1. *C. de his quæ ante apert. tabul. & in l.* 1. *ff. de leg.* 1 Et ita ſe habet communis opinio, vt per doctores in locis prędictis quemadmodum refert Socin. Iun. *in conſ.* 43. *nu.* 1. *vol.* 4. cum quibus etiam ſtat. E. Muſcul.

75 Subſtitutio duob. facta per nomina collectiua vel copulatiuè non habebit locũ, niſi cõditio impleta fuerit in perſona vtriuſq;. *l. pena. c. de impu.* & ideo oportebit vtrũq; ex inſtitutis mortuum eſſe ad hoc vt ſubſtitutus admittatur. Dec. *conſ.* 194. Alex. *conſ.* 11 *in* 3. *vol.* & hoc quãdo adeſt perſona quæ ex præſumpta mente defuncti excludit ſubſtitutum, aliàs nõ. Alex. *conſ.* 157. *in* 5. *vol.* Vexinus.

76 Conditio, quæ potuit contingere, & nunc iam nequit, ſi conferatur in tempus præteritum, aut præſens expleatur neceſſe eſt, at ſi in futurũ apponatur, tanquã *ἀδύνατον* ſeu impoſſibilis reiicietur: vt ſi virgo eſt, ſi Titius viuit illa corrupta, hoc mortuo, ac, ſi Titius viuet, qui iam deceſſiſſet, vt receptũ ſcribit Did. à Couar. *de deſponſ.* 2. *par. c.* 3. *§.* 2. *nu.* 3. E. Suarez.

77 Conditio pecunię in mare proiiciendę obſeruari debet, vt commune aſſeuerat Eman. à Coſta. in contrariam ſententiam rectè abiens *in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm.* 5. *parte. nu.* 20. *ff. de liberis & poſthu.* E. Suarez.

78 Cõditio mixta per caſum impedita, habetur pro defecta, vt concludit *Bar.* & magis cõmuniter ſequuntur alij *in l.* 1. *C. de l.* cũ cõcordãt. vt per Ruin. *in cõſ.* 46. quãuis alias cõſuluerim. *n.* 3. Soc. Iun. *in cõſ.* 46. *ſub n.* 26. 4. *vol.* com. dicit. E. Muſc

79 Conditio fideicõmiſſi, videlicet, ſi quis ex filiis deceſſerit ſine liberis, debet reſtringi ad maſculos. Soc. Iuo. *in conſ.* 56. *in prin.* Vbi dicit ſe pluries ita conſuluiſſe *in* 4. *vol.* & plenius & multis rationib. cõprobauit *in conſ.* 168. magnificus Comes, Eques, & iuris vtriuſq; Doct. *per totũ* 2. *vol.* vbi apertè demõſtrauit, talẽ opin. eſſe veram & com. & menti teſtatoris conſentaneã, vt per eum plenè ibi videbis. E. Muſcul.

80 conditio habitandi adiecta in fauorẽ eius, cum quo eſt habitandũ, ſi deficiat per mortẽ eius, extinguitur relictũ in totum, per *l. illis libertis. ff. de cond. & dem.* & ibi tradunt Doc. Et tradunt etiam *in l.* 1. *C. de legatis. & in l. in teſtamento la* 2.

ff de

ff. de cond. & dem. Dixit Ruin. *in conſ. 44. numero alias n. 3. vol. 2.* cum aliis concordans, per Soc. Iun. *in conſ. 74. n. 5. vol. 4.* vbi etiam commune dogma ponit. E. Muſcul.

83 Conditio mixta purificata retrotrahitur in noua hypotheca, ac in præiudiciū tertij à die contractus, dummodo ſecundo loco nō ſit tranſlatum dominium vel poſſeſſio in alium, ſecundum communem per Burſ. *conſ. 45. num. 4. lib. 1.* Bonac.

84 Principis volūtas conditionē, qua comprehenditur, impoſſibilem reddit. vt eſt cōmunis interpretū op. *in l. continuus §. cum quis ff. de ver. ob. & in l. apud Iulianum. §. conſtat ff. de leg. lib. 1.* quā atteſtatur, ac merito damnat Did. à Couar. *de ſpon. 2. part. c. 3. n. 8.* Quāuis. n. difficilis admodū id genus conditio ſit, vel à caſu pēdens, nō idcircò tamē impoſſibilis cōditio cenſeri debet, vt dictat frequēter placita Accur. doctr. *in §. impoſſibilis. Inſti. de her. inſti.* Sed & cōtra falſum hoc interpretū dogma, eſt tex. expreſſus *in l. interridet. ff. de condit. & demonſt. adiuncta l. 1. §. eum qui. ff. de poſtulan.* verum ea dere latius. Suar.

85 Nuptias primas, quæ conditionem impediēt, ſeu in virginibus, ſeu in iis fœminis, quæ vel nuptæ quidē, ſed nō mulieres factæ ſunt, vel virginitate optima mulierū dote, ſpoliatæ nunquam nupſerunt, nihil prorſus ponderis ac momenti habebunt, vt receptiſſima interpretū placita dicit Eman. à Coſt. *in l. cùm tale. §. ſi arbitratu. limit. vlt. ff. de cond. & dem.* E. Suarez.

86 Conditio inſtitutionis & legati, cùm verè nō adimpleatur tamē habetur pro completa ex legis diſpoſitione, & compactatio ex teſtamento. *Iaſ. in l. mater. n. 7. C. de inſt. & ſubſt.* communem dicit. Villalob.

87 Diſpoſitio *l. cum auus ff. de cond. & demonſt.* non comprehendit naturales filios tantum, ſecundum communem per Bur. *conſ. 51. n. 20. lib. 1.* ſecus autem diſpoſitio hominis, ſi ſine liberis, cùm naturales fideicommiſſum deficere faciant, ſecundum magis communem per eundem *d. conſ. vbi ſuprà.* Bonacoſſ.

88 Ius implendi conditionē in teſtamentis, non tranſit ad hęredē illius qui eā implere debebat. *l. vnic. §. ſin autē. C. de cad. toll. & ceſt. ... ff. de cond. & demonſt.* ſecus in contractib. *§. ex conditionali. Inſti. de inut. ſtipu.* ... *in l. ſi decem cùm potero. ff. de ver. oblig.* Bened. *in repet. c. Rayn. in verbo ſi abſque liberis. in materia fideicommiſſ. ſub ſtitut. nu. 70 de teſtam.* Vezin.

89 Legatum relictum monaſterio S. Mariæ, ſi non apparet de quo ſenſerit teſtator, tunc ſi in ciuitate vel territorio in quo ciuis vel incola eſt, non inueniatur tale monaſterium, debebitur eccleſiæ Cathedrali domicilij teſtatoris: Aut ſi plura inueniuntur eius nominis monaſteria, tunc ſi vnum eſt in ciuitate, alterum in ſuburbiis vel territorio ciuitatis, dabitur monaſterio ciuitatis, ſi teſtator habitauerit in ciuitate. Contrà ſi ambo in ciuitate, vel ſuburbiis, vel ciuitatis territorio ſint, tūc dabitur monaſterio exiſtenti in parrochia ipſius Io. Andr. & Imo. *in c. indicante, de teſtam. argu. legis quæ conditio, §. ſi. ff. de conditio. & demonſtr.* & ibi Bar. & *auth. de eccleſ. titu. §. ſi quis in nomine,* quod voluit Cyn. *l. 1. C. de ſacro. eccleſ.* & ita communiter teneri Bened. Capr. *d. regul. 113. numer. 7.* Sin autem ambo ſint in eadē parrochia, tunc ei debebitur à quo recepit aliqua obſequia, vel merita, ſi non recepit, vel de vtroque recepit obſequia, tūc ei, in quo magis conuerſatur, debebitur: ſi pariter conuerſatus, pauperiori dabitur. Si æquali paupertate laborant, epiſcopus poterit gratificari, aſſignando vni, vel diuidendo inter ipſa monaſteria pro ſuo arbitrio, *arg. l. ſi quis ſeruum ff. de leg. 2. arg. l. qui ſemiſſes, ff. de vſuris. auth. de eccleſiaſticis tit. §. ſi quis in nomine. arg. l. Titio ff. de leg. 1. capit. primo, de paroch. cap. quoniam. de decimis. & d. c. indicante.* poſt Hoſt. voluit Io. And. & tenuit Spe. *in tit. de inſtru. edit. §. nunc verò aliqua. ver. quid ſi aliquod. d. c. indicante.* Petr. Anch. Imol. & D. Ant. placuit, & ita communiter teneri *ibid. nu. 11.* refert idem Cap. *arg. d. c. quoniam. & d. c. i.*

Legatum licet ob incertitudinem loci regulariter vitietur, *argu. l. ſi domus. ff. de leg. 1. not. l. generaliter. ff. eod. titul. l. 3. §. ſi quis inſulam. ff. de eo quod cer. loco. l. ſtipulatio. ff. de verb. oblig.* Id tamen fallit in legatis ad pias cauſas, maximè concurrente fauore vltimæ volūtatis: quia talis teſtatoris diſpoſitio, ſi mandet monaſterium extruere non declarato loco, in quo conſtruendum ſit, iuxta no. *in l. in teſtam. l. legatum. ff. de condit. & demonſtra. l. quidam. eod. titul. l. ſi cui. ff de an. legat.* gl. Laur. & & Tancred. Goff. id. Inn. Hoſt. Io. And. gloria. & Imol. *in cap. nos quidem. de teſt.* & ita communiter teneri refert *regul. 113. n. 14.* Capr.

Ad ſenatuſconſultum Trebellianum & de incertis perſonis.

TITVLVS XLIIII.

TRebellianica retineri poteſt de fideicommiſſis vniuerſalibus. ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 6. à Io. Bolog. *in rub. ff. ad l. falc. nu. 60.* Don. à Fina.

2 Filius grauatus reſtituere hæreditatem, poteſt detrahere duas quartas: hanc eſſe communem opinionem teſtatur Fab. de Giochis, *in auth. nouiſſima, C. de inof. teſt.* fallit vt per Franc. Crem. *ſing. 74.* fallit in 4. caſi. vt per Fab. Giochis, *in d. auth. nu. 105.* Don. à Fin.

3 Res ab hęrede alienatæ, vel perditæ, vel corruptę, & ſerui ab hærede manumiſſi in computatione Trebellianicę veniunt. *l. ſi heres. §. ſi heres. ff. ad Trebel.*

Fallit in 5. caſib. vt per Vigel. *in comm. 5. anni. cap. 28. tit. quid & quantum. regu. 18. fol. 625.* ea quæ capiuntur extra teſtamentum, non imputantur in quartam Trebellianicam.

Fallit in 2. caſibus vt per Io. Bolog. *in d. l. in quartam. n. 187. verſ. quare.* Idem.

4 Trebellianica non poteſt detrahi in vna re. *l. linteū margaritarum. & l. planè. ff. ad l. Falcid.* Fallit in 7. caſib. vt per Io. Bolo. *in l. in quartum ff. ad l. Fal. n. 231.* fallit in 6. caſi. vt per Corn. *in l. 1. C. ad l. Falc. n. 2.* Fallit in 3. caſi. vt per Iaſ. *in auth. res quæ. C. com. de leg.* fallit in multis caſ. per Baptiſt. à Vill. *conc. 208. in litera E.* fallit vt per Viuiū, *in verſ. legitimas duas.* Don. à Fin.

5 Filij teſtatoris detrahunt Trebellianicam ex corporib. hæreditariis nulla facta imputatione fructuum, etiam ſi pater iuſſerit, *l. iubemus. C. ad Trebel.*

Fallit in 10. caſib. quos nu. Ripa *in l. fideicommiſſariam, ff. ad Trebel. col. 1.* Don. à Fina.

6 In Trebellianicam imputantur res alienatę per hæredem, *l. in quartam, ff. ad l. Falc.*

Fallit in multis caſib. quos no. Maria. Soc. iun. *in d. l. nu. 92.* fallit in 8. caſib. vt per Ripam *ibi. nu. 97.* Don. à Fina.

7 Hęres extraneus grauatus reſtituere hæreditatem, ſolam Trebellianicā detrahit, & hoc ex Senatuſcōſulto inductū fuit, vt inuitētur hęredes ad adeundā hæreditatē. *§. ſed & quia. Inſt. de fideic. hered. l. filiū. C. fam. erciſ.* quod intelligendū eſt, ſi ſpōtè adiuit, ſecùs ſi coactè. *l. quia poterat. ff. ad Treb.* Hinc eſt, quòd hęres rogatus alteri reſtituere hęreditatē, inuentariū facere cogitur, vt Trebellianicam nō amittat. *§. ſi verò non fecerit. in auth. de hered. & falcid.* qui tex. generaliter de fideicōmiſſariis loquēs vniuerſalē quoq. fideicōmiſſariū cōprehendit. *l. 1. §. generaliter. ff. de legat. præſtan. canon. ſi Romanorum. 19. diſtinct.* & no. Doct. *in l. Marcellus. ff. ad Treb.* Quòd autē hęres extraneus qui nō fecit inuētariū, Trebellianicā perdat, ſicut Falcidiam, tenēt Old. per pulcherrimas rationes, *conſ. 234.* Hęlena Matarelli, Pau. de Caſtr. *conſ. 207. ſuper primo. & in lege, cū tale. §. 1. ff. de condit. & demonſt.* Imo. etiā ibi, & *in auth. ſimiliter. C. ad legē Falc.* Fulg. *conſ. 23. humaniſſimè, & conſ. 96. pro deciſione. poſt prin.* Corn. *conſ. 303. vol. 1. conſ. 22. vol. 2. & conſ. 168. vol. 3.* Matheſi. *in ſing. 158.* Dec. *conſ. 236. in 5. quæſt. conſ. 480. & 495.* in quibus cōſ. inſiſtā eſſe magis communem opinionē aſſeuerat. idem atteſtatur Caſſadorus *dec. 3. n. 1. 4. & 6. in tit. de teſtu.* & Crau. *conſil. 17. n. 1.* Capr. *conſ. 7. in fin.* Soc. *in rub. in fi. ff. ad Treb. & in l. Marcellus. §. quod autem. eodem titu.* & Cur. Iun. *conſ. 54.* & Alc. *conſ. 29. numero 4. Tom. 2. lib. 9.* vbi conſulendo affirmat iſtam eſſe veriorem & communiorem opin. & Octauian. Cacheran. *deciſ. 147.* per totam. vbi allegando locum iſtum cum infinita propè Doctorum caterua teſtatur ita deciſum in Senatu Pedemontano.

8 In contrariam verò ſententiam inclinarunt Iacob. de Arei. Ioan. Andr. *in addi. ad Spec. in tit. de inſtrum. editio. §. fi. verſ. nunc videamus.* Bar. ſibi contrarius, *conſ. 2. & in auth. ſed cùm teſtator. C. ad l. Falcid.* & ibi etiam Bald. & Sal. & idem Sal. affirmat iſtam opinionem eſſe veram *conſil. 99. ſuper primo quæſito. volum. 4.* licet ibi, & *in l. cùm tale. §. 1. ff. de cond. & demon.* ſubijciat de cōſuetudine inductā per errorem opinionem ſeruari contrariam, & iſtam partem audacter aſſerit eſſe cōmunem Alexand. *conſil. 67. viſis. libr. 4. & in d. authen. ſed cùm teſtator.* Iaſ. etiam & *in rub. ff. ad Trebel. nu. 7. & in repet. rubr. nu. 17. & in d. l. Marcellus. eodem titul. numero 57.* & refert Crauer. *in prucitato conſilio 17.* & pro iſta parte reperio conſuluiſſe Paul. de Caſtr. *conſilio 232. volum. 2. in nouis incip. in Chriſti*

nomine, & conſ.299.& iſta quæſtio adeò ambigua eſt propter cõflictũ opinionũ,& diuerſas iuris interpretũ ſentẽtias, vt cõſtat ex iis quæ congerũt Doct. in d.l. Marcellus. adeò, vt deciſionẽ principis deſiderat, vt refert Caſſado. in præallegata dec. 3. in tit. de teſta. circa fi. Retẽta itaque prima parte, tãquã magis vera & cõmuni. amplia, vt procedat etiã ſi hæres ſit filius teſtatoris. vt per Bald. conſ.404. in ſubſtitutione libr.5. & Corn. conſi.168. in hac conſultatione, vbi ponit iſtã eſſe magis cõmunem opinionẽ. idem dicit Dec. conſil.236. non parua difficultas. & Corn. conſ.22. in hac conſultatione, lib.5. eandẽ opinionem ſequitur Barb. conſi.46. difficile. lib 3. & Auguſtinus Beroius in c. in præſentia. nu 448. in fi. de probat. Couar. in c. Raynutius. §.11. nu 10. de teſta. & vide Viſill. in add. ad Affl. dec.367. ſub n.13. & iſtam quæſt. in vtramque partem diſputat Fran. Porcell. trac. de inuentario, c.5. per totum. & licet filius ob omiſſionẽ inuentarij perdat Trebellianicã, tamen non perdit legitimã. & in hoc Doct. cõueniunt cõmuniter, vt refert & atteſtatur Corſ. in tract. de poteſtate regia, in materia Trebellianica. q.73. aliàs 37. & Lauren. Calc. conſi.76. aliàs 36. tota iſta quæſtio, & iſtam opinionem originaliter tenuit gl. in auth. hoc amplius. C. de fideic. Oldr. in d. conſi.134. Bar. in d. auth. ſed cum teſtator, & alij complures congeſti per Corn. in loco ſuprà citato. Interpretatur & limitatur præfata concluſio, quando teſtator hæredi remitteret neceſſitatem inuentariũ faciendi, quia tunc omiſſio inuentarij hęredi nõ noceret. l. fi. C. arbit. tute. l. cum tale. §.1. vbi Bal. & Imo. ff. de condit. & demonſt. Cort. conſi.29. in regno Hiſpaniæ, in fi. cum allegatis per Dec. conſil.308. viſa iterum lecta. & Suc. conſi.51. viſo teſtamento. lib.3. F. Viuius opin.357.

10 Filius inſtitutus & grauatus ſub cõditione de reſtituenda hæreditate, poteſt duas quartas detrahere: vnam tanquã filius, quæ eſt legitima: alteram tanquã grauatus, quæ eſt quarta Trebellianica, quam detrahit vt quilibet hæres grauatus. *c. Raynutius. de teſtamen.* & ea eſt communis doctorum concluſio *in eod. c. Raynutius. & in l. filium quem. C. famil. erc.* Et propter has duas quartas poterit filius ſextantem alienare. Iaſ. *in l.* 1. *nu.*10. *C. de pac.* ſed ſi purè grauatus eſſet, vnam ſolam quartam detraheret. Doct. *in illis locis.* Guid. Pap. *dec.*92. vel etiam quando ſuccedit in vim clauſulæ codicillaris, vt quando eſt pręteritus in teſtamento, & ſuccedit ab inteſtato: & cogitur demũ in vim illius clauſulæ codicillaris reſtituere hæreditatem: quo caſu vnam ſolam quartam detrahit. Dec. *conſil.*320. In his autem quartis ita eſt aduertendũ, quod ſi ſint quinque filij, legitima quę eſt dimidia inter filios eſt imprimis auferẽda, & demum Trebellianica erit in quartam reſidui. ita Cor. *conſ.*331. *nu.*22. *in prin. vol.* Bellac.

11 Trebellianica debetur in ſingulis rebus pro diuiſo. *l. Tertia, & l. Plautius, ff. ad l. Falc. l.* 5. *C. eo. l. ſi peculium. ff. de peculio legata.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Bened. Capr. *in ſuo trac. reg.* 109. *n.*23. & ideo non poteſt detrahi in vna re. fallit 4. caſibus quos no. Rip. *in d. l. in quartam.* Don. à Fina.

12 Trebellianica hodię per teſtatorem prohiberi poteſt. gl. *in authentic. de hæred. & falcid.* glo. *in* §. *fina. Inſtitutio. ad Trebel.* Fallit ut per Socin. *regu.*432. fallit vt not. Franc. Turz. *concluſ.*52. fallit vt per Baptiſt. à Villa. *concl.*77. *in litera* F. fallit vt per Matth. *in ver. Trebellianica.* Don. à Fina.

13 Trebellianica per hęredem de relictis vniuerſalib. retineri poteſt, *tota tit. ff. & C. ad Treb. ſingula* 47.

Fallit vt per Mant. *ſing.*288. fallit vt per Ant. Trigo. *ſing.*47. Fallit vt not. Soc. *reg.* 433. Don. à Fina.

In

14 In Trebellianicam imputatur quodcúque ex teſtamento capitur, *d. l. in quartam.*

Fallit in 4. caſib. quos not. Ripa *in d. l. nu.* 82. Don. à Fina.

15 Fideicommiſſarius non detrahit Trebellianicam à ſecundo fideicommiſſario, *l. 1. §. denique. ff. ad Trebel.*

Fallit in 3. caſib. vt per Ripam *in d. §. denique, nu.* 7. vbi Alex. limitat in 3. caſib. Don. à Fina.

16 Filius primi gradus hæres inſtitutus, & grauatus de hęreditate reſtituẽda nõ cõputat fructus quos percepit ex hęreditate paterna in Trebellianicã: ſecus in nepote. *l. in fideicommiſſariis. in princ. ff. ad Trebel. & l. iubemus, C. ad Trebe.* gloſ. *in l. quod de bonis. §. cum annus. ff. ad l. Falcid.* & ibi Bart. *in d. l. iubemus.* & Iaſ. *in l. Gallus. in princip. n.* 45 *ff. de liber. & poſthum.* Cacher.

17 Hęres regulariter imputat fructus in quartam. *l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebell.*

Fallit in 10. caſib. quos not. Rip. *in d. l. nu.* 25. Don. Fina.

18 Legatum imputatur in quartam. fallit in 6. caſib. vt per Dec. *in auth. præterea, C. vnde vir. nu.* 10. Don. à Fina.

19 Hæres qui coactus adiuit, non detrahit Trebellianicam. fallit in 3. caſib. vt per Alexand. *in l. omnibus, §. qui ſuſpectum, ff. ad Trebel. num.* 3.

Fallit in 7. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni. capit.* 28. *tit. euentus ſi hæres coactus adiuit. reg.* 2. *fol.* 614. Don. à Fina.

20 Legitimatus detrahit legitimam, & Trebellianicam de fideicommiſſo, perinde ac ſi eſſet verè legitimus. eſt commun. opi. ſec. Dec. *conſ.* 157. *quæritur an legitimatus.* M. Chærian.

21 Hæredes plures inſtituti & grauati reſtituere hæreditatẽ, quilibet eorũ hæredum (ſi ſint plures) poterit detrahere Trebellianicam die reſtitutionis adueniente, ex ea parte quæ ad quemlibet peruenit. Alex. *conſil.* 43. *n.* 4. *vol.* 2. Chaſſan. *conſ.* 681. Dec. *cõſ.* 135. *n.* 2. & ſi ſint tres hæredes, quilibet ex illis detrahet ſuam Trebellianicam. Ludo. Roma. *conſ.* 18. & Decius *conſ.* 452. *in princip.* Bellac.

22 Fideicommiſſarius non detrahit Trebellianicam fideicõmiſſario ſecundo: niſi quando hæres primò Trebellianicam non detraxit, Ioan. Duran. *in arte teſtand. tit.* 5. *cau.* 28. communem dicit. Villalob. & Veſin.

Nota iſtam commun. ad intel. *l. vlti. tit.* 5. *part.* 6. *& l. vij. titu.* 6. *part. ea.*

23 Item non detrahit quando teſtator prohibuit detractionẽ Trebellianicæ, *Iaſ. conſ.* 84. *vol.* 1. *nu.* 9. communem dicit.

24 Item & non detrahit, quando teſtator mandauit reſtituere plenam hæreditatem, vel quicquid ad eum peruenerit. Gozadi. *conſi* 97. *num.* 6. communem dicit. Villal.

25 Fideicommiſſarius non conficiens inuentarium, perdit detractionem Trebellianicæ. Magis communem dicit Corn. *conſ.* 168. *vol.* 3 & Dec. *conſ.* 236. vt refert Ioan. Durand. *in art. teſtan. tit.* 5. *cau.* 37. Subiungit tamen, licet hæc op. dicatur communis per Doct. ſuprà relatos, valde tamen dubia eſt (inquit) & de ea ſunt diuerſæ iuris interpretum ſententiæ, vt patet ex his quæ cõgerunt *Doct. in l. Marcellus. ff. ad Treb.* Et Alex. *cõſ.* 67. *vol.* 4. dicit communẽ eſſe opinione, quòd hęres nõ amittat Trebellianicã ſi inuentariũ non fecerit. Et q. adeo ambigua eſt, vt deciſionem principis deſideret, vt dicit Rota *in tit. de teſtam. deciſ.* 4. *in collectis per Caſſador.* Hæc ille. Ioan. Fich.

26 Legitimas duas, ſeu duas quartas poteſt detrahere filius grauatus de reſtituẽdo, id eſt, vltra legitimam poteſt detrahere Trebellianicam: ſecundum communem opinionem Doct. *in cap. Raynutius de teſtam. in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. & in l. filium, quem habentem. C. famil. erciſc.* quam declarant & citant Crot. *in repet. in l. quis Romæ. §. duo fratres. col.* 22. *ff. de verb. oblig.* Dec. *conſi.* 203. *num.* 3. Crabet. *conſil.* 110. *num.* 2. & Curt. Iun. *conſi.* 106. *num.* 1. & Natta *conſil.* 255. *præſupponitur in facto quòd deceſſit ab humanis, num.* 5. *vol.* 2.

Et hoc procedit, quãdo vtriuſque quartæ detractio eodem tẽpore non concurreret. *d. ca. Raynutius, & cap. Raynaldus. eod. titu.* Doct. omnes cõmuniter *in l. quanquam. C. ad leg. Falcid.* Bald. *conſ.* 488. *factũ ſuper quo lib.* 1. Bart. *in l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam.* Fulgo. *conſ.* 26. *ſtante ſtatuto*, cum allegatis, & congeſtis per Alex. *conſ.* 43. *attenta in fi. lib.* 7. *& in l. in ratione. § quod vulgo. ff. ad l. Falcid.* & Afflict. *deciſ.* 367. *nu.* 4.

Interpretatur etiam dicta cõmunia nõ habere locum, quando teſtator mandaret, ſeu iuberet totam hæreditatem reſtitui: quia hoc caſu filius grauatus detrahit ſolũmodò legitimam, ſecundum allegatos Doct. & iſtam ſcribit eſſe commun. opin. Bertran. *in l. hac edictali. §. ſi tamen. C. de ſecund. nupt. nu.* 10. Sed ipſe Bert. *loco de quo ſuprà, & conſ.* 129. *viſo, & ponderato caſu mihi exhibito, ſub n.* 52 *vol.* 8. dicit quòd filius priuatus hoc caſu debet computare Trebellianicam in legitimam: & ita declarat dictam limitationem communem.

Et iſta opinio ita, & aliter reſtricta ampliatur vtiliter procedere in aſcendẽtibus quoq; & ſic parẽtes, ac aſcendẽtes ipſi inſtituti per filios in eorum teſtamẽtis, & grauati reſtituere hæreditate poſt eorũ mortẽ: poſſent tũc etiã detrahere duas quartas, id eſt, legitimã & Trebellianicã, quẽadmodũ detrahit filius ipſe grauat' à patre: vt ex multis cõcluſit Crauet. *in d. cõſ.* 110. *n.* 1. vbi tuetur iſtã opinionẽ, vocátq; veriorẽ, & cõmunem.

Sed pater ipſe à filio inſtitutus, & grauatus reſtituere ſub cõditione, fructus nõn lucraretur ex toto, verùm in quartã Trebellianicam tanquam extraneus hęres imputare deberet: vt voluit cum aliis glomeratis per eum Ripa, *nu.* 31. & Hier. Lau. *nu.* 69. *in l. in fideicommiſſariam, ff. ad Trebel.* qui oſtendit iſtam eſſe communem ſententiam.

¶ In contrariã verò partẽ, videlicet, quòd fructus nõ computentur in Trebellianicam in liberis primi gradus, licèt duas quartas detrahant, inclinauit ſubtiliſſimè, atque doctiſſimè Rota Romana, atteſtãte Caſſod. *in deciſ.* 2. *de teſtamẽtis.* Sed accedendo communi prememoratę adduco aliquas rationes.

Et primò quippè, quod fructus in legitimam debitam iure naturę computari non poſſint, ſuadeo hoc ſtabili fundamẽto: quia & ſi teſtator hoc voluiſſet, etiam expreſsè non potuiſſet. *l. iubemus. C. ad Trebel.*

Secũdò pręſens cõmunis ſententia cõprobatur etiã: quoniã legitima de ſubſtãtia nẽpè, & de rebus hęreditariis, nõ autẽ de fructibus debetur. *l. ſcimus. §. repletionẽ* cũ ibi nota. per glo. & Doct. *C. de inoffic. teſt.* & faciũt quę habetur *in l. in fideicõmiſſariam*, per gl. & omnes *ibi. ff. ad Trebel.* & tradita per Bart. & cęteros *in d. l. in quartã*, vbi imputatur ſolũmodò in legitimã iura naturę debitã, id quod eſt in patris patrimonio: & ideò fructus ipſi nullatenus imputantur: ſiquidẽ ſtatim à die mortis ſunt ipſius filij. ita Bald. Paul. de Caſtr. & omnes alij *in d. l. iubemus*, & gloſ. & cęteri cõſtanter *in d. l. fideicommiſſariam.*

Et quemadmodum fructus percepti in legitimam computari nequeunt, ita pariformiter nec in Trebellianicam, vt docuimus ex cõmuni opinione: quã tanquã ęquiorẽ ait in practica obſeruari apoſtilla. ad Alex. *in cõſ.* 165. *ſub litera E. vol.* 5. Vnde filius grauatus in vita, vel poſt mortẽ ſuam reſtituere, & ſic in caſu, quo duę quartę detrahendę forent: tunc fructus nõ tenebitur modo aliquo imputare, niſi poſtquàm ipſe, ſeu hęredes ſui extitiſſent in mora conſtituti in iudicio. Nã à die litis conteſtatę filius ipſe grauatus, ſeu hęredes ſui fructus in Trebellianicã, & non prius imputare tenentur: vt concedunt Bal. Pau. de Caſt. & omnes alij cõmuniter, & concorditer *in d. l. iubemus*, & eſt tex. *in terminis in d. cap. Rayn. de teſtam. in verſ. in eo verè quod quartã, & cætera*, vbi Gloſ. & cęteri omnes Canoniſtę. Per quẽ textũ facilè cõfundi videtur doctrina Pauli Caſtrẽſis: quã plurimũ cõmendat, atque extollit Alex. *in d. conſi.* 165. *circa præſentẽ conſultationẽ, in fin. vol.* 5. *& in l. mulier. §. cum proponeretur, col.* 5 *ff. ad Trebel.* qui cõcludere videtur, quòd vbicúque vna legitima foret detrahẽda, hoc eſt Trebellianica dũtaxat: tũc fructus percepti à filio grauato nũ venirent vtiq; imputãdi in Trebellianicã, etiã ſi hoc per teſtatorẽ expreſsè diſpoſitũ fuiſſet: vt *in d. l. iubemus*, qui quidẽ tex. in caſu hoc loquitur Nihilominus tamen vbicunq; duę legitimę detrahẽdę forẽt, vt in caſu *dict. cap. Raynut.* ſecus eſſet: nã videtur illud cõtra *d. cap. Raynu.* vbi caſus clarus: & ita doctiſſimè quidẽ cõſuluit Ang. *in conſ.* 121. Zoilus domini, & Alexãder *in cõſ.* 250. *vol.* 6. nonnihil dubitauit ſimiliter de hoc Pauli dicto *in d. §. cum proponeretur*, vbi itidẽ nec auſus eſt illud affirmare tanquã periculoſum, atq; nouũ. Vnde nõ immeritò idẽ Pau. *in d. l. iubemus*, mutauit conſiliũ ſuũ in melius: & eſt etiã de mente Bar. *in l. quod de bonis. §. quod annus. ff. ad l. Falc.* vbi Alex. quoq; hoc idẽ voluit. cęterùm opinio Pauli Caſtrẽſis *in d. §. cum proponeretur*, abſq; ſcrupulo aliquo procedere poſſet in terminis *d. l. iubem'.* videlicet, quãdo pater, qui filiũ ſuũ grauaſſet per fideicõmiſſũ, expreſsè diſpoſuiſſet, quòd ipſe fruct' in Trebellianicã imputare deberet, quos tamẽ nõ imputaret, ſi nempè pater hoc nõ mãdaſſet: per tex. *in d. c. Rayn. iũcta d. l. iub.* Viu. *opi.* 459.

27 Trebellianica per teſtatorẽ prohiberi poteſt, & tunc peruenit hęreditas ad fideicommiſſarium, ſtante prohibione hac abſque ipſius Trebellianicę detractione: ſecundùm gloſ. & omnes *in l. Marcellus ff. ad Treb.* & iſta eſt communis opinio

iſto,& vide paulò poſt. M.Chærian.

Hæc fall.limita,quàdo filius poteſt duas quartas detrahere, quia tūc vna poteſt prohiberi.itē limita,quando omnes ſunt grauati reſtituere,ſec.Goz.in cōſ.46.n.22.vſq.ad finem. Idem.

39 Teſtator poteſt prohibere detractionē quartę Trebellianicę in fideicommiſſo.Barb.conſ.10.vol.4.Iaſ.conſ.84.vol.1.& conſ.146.vol 2.vel ſi teſtator vtitur verbis ampliſſimis:vt plenā hæreditatē,vel quicquid ad eū peruenerit, vel omnia bona reſtituere mādauerit.Alex.cōſ.5.vol.3.Io.Dur.in arte teſtan.tit.5.caut.31.& Lud.Goza.conſ.97.n.6.cōmunē dicunt & magis cōmunē dicit Alex.conſ.67.vol.1.n.1.inquātū hæc cōmunis dicit,quòd quādo teſtator mādat reſtituere totā hæreditatem, quòd Trebellianica nō detrahitur.Bell.in conſ.64.n.1.communē dicit ex Alex.conſ.5.n.3.vol.1.& cōſ.141.vol.2.& cōſ.2.& cōſ.133.vol.5.& Ang.conſ.135.incipiēt.hoc eſt teſt. ſed dictus Bell. in conſ.55.n.1.dicit magis cōmunem contrariā. Imò quod detrahitur ex mente Dec.conſ.495.& vide eundem Bellon.conſ.66.num.1.& 2.Roma.conſ. 239. qui dicit communem. & Pau. in auth ſed cum teſtator.C.ad leg.Falc.& Cap.conſ.83. B.Villal.

Nota iſtam com.ad intell.l.vlt.tit.5.par.6.& l.8.tit.11.par.ea.

Fallit,quādo filius primi gradus inſtituitur, & grauatur de reſtituendo,quia inefficax eſt prohitio.Dec.conſ.81.& 299.& Cur.Iun.cōſ.70.nu.16.& Lud.de Goza.conſ.45.n.21.cōmunem dicūt.ſed Alex.conſ.29.n.5.& Corn.conſ.22.vol.2.dicūt cōmunem cōtrariam,ſed pro concordia vide Dec.conſ.480.dicensem : Aut ſunt detrahendæ duæ quartæ,& poteſt prohibere,ſi tamē vna,nō:ſed tamē Cur.Iu.conſ.160.n.3.& Couar.in c. Rayn.de teſta.§.n.7.indiſtinctè dicūt,patrē nō poſſe prohibere deductionē Trebellianica.& Lud.de Goaz.conſ.97.n 4.dicit communē primam,etiam ſi deducēdę eſſent duæ quartæ, quod non poteſt prohibere.& hæc videtur cōmunior.Idem.

40 Si filius reſtituit abſque detractione Trebellianica,poteſt repetere.gl.in c.fi.de don.inter vir.& vxo.& l.v.ti.2.par.4.

41 Si inſtitutus nō confecit inuentarium,non detrahit Trebellianicā, & perdit eam.Bel.conſ 19.n.12.cōmunem dicit,ex Dec.conſ.495.& Bell.conſ.54.nu.4.magis com.dicit. B.Villa.

Amplia & in filio primi gradus.idem ibi com.dicit,ex Cur. Iun.conſ.54.

Amplia ad occultantem bona hæreditária, quia non detrahit Trebellianicā,& punitur,quia duplicatur res omiſſa acl-lo.conſ.30.nu.5.communem,ex Alex.& Iaſ.in l.fi. §. licentia.C. de iure delib.

Nota quod in omnib.caſibus,in quib.Trebellianica eſt detrahenda,cōputandi ſunt omnes fructus quos percepit reſtituens bona fide fideicommiſſario.Bell.conſ.64.nn.8.com.dicit ex Bat.& Paul.in l.iubemus.§.fi.C.ad Treb. Idem.

42 Quamuis Doctorum ſit cōtrouerſia, an cōtra teſtatoris prohibitionem detrahi poſſit Trebellianica?receptior tamē eorum eſt ſententia eam detrahi poſſe,vt tenuit Alex. in cōſ. 67.conſideratis.vol.1.& conſ.5.in fin.vol.5. Quod Bal.procedere voluit in liberis primi gradus duntaxat, in aliis verò non. in l.iubemus.C ad Treb.per auth.ſed cum teſtator.C.ad leg. Falcid. iuncta l.Marcellus.verſ.quod autem.eod.tit.cuius opin.Alex.in d.conſ.67.non approbat,nec improbat,ſed allegat Cyn. in d. l.iubemus.& in l.cohæredi.§.cū filia.& ibi Raph.Cum.ff.de vulg. & pup. tenentes contra Bal. quòd autem Trebellianica indiſtinctè prohiberi poſſit tam in liberis primi gradus quàm in aliis,communem eſſe opin.atteſtatur Alexandrinus conſ.2.n. 26.vbi allegat Ang.in conſ.125.Signorol.in conſ.235.in fi.Alex. in l.ſi debitor,ad l.Falc.Iaſ.in d.l.Marcellus.ad Treb.Corn.conſ. 22.vol.2.Alex.conſ.29.vol.5.Are.conſ.67.in fi. Cur.conſ.51.idem Alexandrinus conſ.14.nu.12. vbi vltra alios ſuperius allegatos adducit Cyn.in.d.l.iubemus.& Cuma.conſ.25.Picum & Dec.in conſ.81.& 218. F.Tuta.

43 Teſtator hærede inſtituto non ſolū expreſsè poteſt Trebellianicam prohibere,per auth.ſed cum teſtator.C.ad leg.Fal. ſed etiam & tacitè ex verbis generalibus:Bar.in l.j.ff. de vulg. Lancelotus Galiaula in repet.l.Centurio.ff.de vulg.n.353. quod fallit ſi apponantur hæc verba, grauo heredem vt pleno iure hęreditatem reſtituat.per l.decem,iuncta ibi gloſ.ff.de fideic.liberta.Bald.in auth.ſed cum teſtator.ff.ad l.Fal. Gui.Papæ deciſ. 51.& 537.& hanc opinionem communem eſſe aſſerit,& obſeruari Guid.Pap.in ea dec.vel etiam ſi apponātur ea verba, volo talē meam hęreditatē ſine vlla diminutione ad talē pertinere:vel totā integram.Lāc.in d.l.Centurio.n. 352.& 355.quòd ſi ſolùm dicebat teſtator,volo meam hęreditatem,vel omnia bona mea ad talē pertinere, vel peruenire, per ea verba non cenſetetur prohibita Trebellianica, vt per Lanc.Gali.in d l. Centurio.n.354 in filiis tamen primi gradus Trebellianica nō poteſt prohiberi.l.iubemus.C.ad Treb.Guid.Pap.dec.5. & hæc obſeruari aſſerit Iaſ.in l.Marcellus.n.55.ff.ad Treb. Rom.conſ. 206.nu.6.Alex.conſ.5.vol.3 Bald.& Salic.in d. l. iubemus. Et ibi inquiunt eam opinionem communem eſſe. idem Alex.conſ. 201.n.14.in 6 vol.Dec.conſ.218.n.5. Bellac.

44 Per non confectionem inuentarij,amittitur Trebellianica indiſtinctè,tam in liberis,quā in extraneis.eſt mag.com. opin.ſec.eund.Corſ.in d.q.de Trebellia.in fi.& maximè quando hæres eſſet aliàs ſuſpectus.& eſſe magis com.etiam atteſtatur Corn.in conſi.168.verſi.deueniendo.vol.3.& Dec.in conſ.236. non parua.verſi.ſed certè.Contrar.opin.dicit. magis eſſe communidem Corn.in conſi.180.multitudo.verſ.deueniamus. vol. 4. & Alex.conſ.67.lib.4.& Iaſ.latè in conſ.84.puto vol. 1. & quod non perdatur, tenet latè Crauet. & in puncto iuris tuetur in conſi.17.quæritur an nobilia per totum.Egeret decisione Cęſarea. M. Chærian. & E.Suarez.

45 Trebellianica nō cenſetur prohibita verbis generalibus vel ex coniecturis,niſi expreſsè,& ſpecialiter prohibeatur.eſt vera opin.ſec.Iaſ.in conſ.84.puto vol.1. Idem.

46 Trebellianica in liberis primi gradus prohiberi nō poteſt.Eſt verior & magis com.opin. ſecundū Bar. Soc. cōſ.137. viſo.vol.1.vbi allegat pro hac parte Bal. Sal.Ful. Corn. Paul. Roma.Alex.Barb.Soc.Io.de Ana.Io.de Prat.veteri.Crot. Iaſ. Claud.Aquēs.Cato.Saccū.Dec.Galiaq.Guid.Pap.Pau.Pic. Carol.Rui.Cur.Iu.dicit egere dec.Cęſarea in cōſ.254.n.2.M.Chę.

47 Quando duæ quartæ detrahuntur, fructus in Trebellianicam computantur. Eſt vera & com.opin.teſte Graad.conſ. 81.Latè Crauetta.conſ.16 poſt redditum.in fi. Idem.

48 Trebellianicæ beneficium non perdit hæres non conficiens inuentarium,hanc opi.veriorem & communiorem dicit Alex.conſ.29.perſpectis.vol.5.vt refert Minſing.obſ. 60. cent. 3.Et quòd camera etiam eam ſequitur. I.Fichard.

49. Trebellianica etſi detrahi ſoleat de ſubſtitutione,illud intelligitur de ſubſtitutione fideicommiſſaria,nō autem de breuiloqua,quæ naturaliter non continet fideicōmiſſariam.l.iam hoc iure.in verb.vulgarem duntaxat.ff.de vulg.& pup.ſubſt.& in l.y.C.de impub.& aliis ſubſt.vbi Bart.multum commendat illum text.ſubdens ſe ita conſuluiſſe,ducto in l.ex teſtamento.C. de teſtam.milit.Bart.& alij in l. Lucius.ff.de vulg.& pup.Bar.Soc. in conſ.6.nu.2.in 3 vol.conſ.& Dec.num 6.in conſ.205. teſtantur ſententiam Batt.communiter obſeruari,& approbatam eſſe. Rol.à Valle in conſ.25.n.2.in 1.Tomo conſ. Kirchou.

50 Trebellianica quarta non minus quàm Falcidia à teſtatore prohiberi poteſt.commune aiunt Iaſ. conſ.84.lib.5. & conſ. 46.lib.y.Bell.in §.ſed quid.nu.6.Inſt de fideic.hered. Ant.Gom. de teſtam.cap.11.n.15.latiſſimè Iul.Clar.§.teſtamentum quaſt 61. verſ.in ſcis.& verſi.ſeq.ac Fran.Vi.lib.1 opin.142.quorum opin. etiam tūc verior atque æquior eſt, cùm filius hęres inſtituitur. qua in ſpecie illam frequenter placitam teſtantur Alex. conſ.29.lib.v.Corn.conſ.22.lib.y.Alc.in l cùm proponas.C.de pact. Rub.conſ.2 n.24 & conſ.44.nu.2.copioſè Iul.Clar.d.q.verſ.difficultas eſt.cum ſeq.Fran.Vi.d.opin.142.poſt princ.qui multos cōtrarium receptum ac magis receptum aſſerentes referunt.Sed quicquid illi deblaterēt,quod ſuprà poſuimus verius, iuſtius, atque vtilius eſt. E.Suarez.

51 Trebellianicam quartam,nedum ſuam ipſorum legitimā filij detrahent,quibus iniunctum eſt,vt ſi ſine liberis deceſſerint,hæreditatem alteri reſtituant.commune fatetur Alex.cōſ. 139.eleganter lib.1 Fran. Turz.opin.142. Quin & rùm nō purè, ſed diuerſis tēporibus hæreditatē reſtituere iubentur,tū legitimā ipſorū portionē, tū Trebellianicā pōtificio iure vbiq.obſeruando,vnà detrahent.commune affirmāt Math.de Affli.dec. 367.n.4.Betous in cap. in præſentia.nu. 437. cum ſeq. de probat. Franc.Viuius lib.1.opin.142.& opi.204.Nunquam autem Trebellianica hæc quarta filiis hæreditatē paternam reſtituturis cōpetens,ex fructib. interim perceptis imminuetur. cōmune aiunt Pariſ.conſ.126.nu 35.lib.1.Picus in l.in quartam.nu.10.ff.ad leg.Falcid.Fran.Viuius d.lib.1.opin.133. E. Suarez.

52 Trebellianicam quartā prohibuiſſe teſtator videtur, qui vel plenam hæreditatem,vel quidquid ad hæredem perueniſſet,vel omnia bona reſtituere mādauit.commune dicūt Alex. conſ.5.lib.3.Io.Dilect.de art.teſtan.tit.5.caut.31.& qui de materia latiſſimè agunt Iul Clar §. teſtamentum. quaſt. 61.verſ. ſed

quid

quid ſi hoc, cũ ſeq. Franc. Viuius lib. 1. opin 143. ad fin. Non tamẽ ſi teſtator hęredẽ rogauerit, vt quidquid ſuę mortis tẽpore ſuperfuerit, reſtituat, quarta Trebellianica nõ deducetur ab hærede nihil hęreditatis imminuente, vt frequẽter placitũ enunciat Ant. Gomez. de teſtã. c. 15. n. 16. v. iti adde quod in prædicto. Quod autem etiam inſtitutis liberis prohiberi Trebellianica poſſit, dicunt receptum Corſet. tract. de poteſt. reg. 9. de Trebellianica. dub. 1. Dec. conſ. 480. in caſu. Quamuis contrariũ affirment frequenter placitum Dec. conſ. 81. Guid. Papę 9. 51. ſecundum ſtylum, quod placet. Idem, & M. Chærian.

53 Trebellianicæ detractionẽ, nõ poteſt pater liberis primi gradu' & ſic propriis filiis prohibere. eſt vera ęquiſſima, & magis cõmunis op. vt dicit Soc. Iun. in cõſ. 5. ſub n 18. in prin. & in conſ. 88. nu 3. vol. 4 & habetur per doct. in l. iubemus. vbi Bal. Salic. & alij plures. & in l. Marcellus in prin. C. ad. Treb. aliis verò, qui non ſunt de liberis primi gradus, detractio fieri poteſt, ſecundum magis communem opin. de qua per Doct. in d. l. iubemus, & in l. Marcellus ff. ad Treb. a. Muſcul.

54 Trebellianicã vel Falcidiã hęres inuentariũ conficiẽs licet detrahat, auth. de hæred. & Falcid. §. ſi vero non fecerit inuẽtar. coll. 1. id tamen inter alia fallit, ſi teſtator detractionẽ alterutri' fieri prohibuiſſet. auth. ſed cũ teſta §. ſi verò expreſſim. C. ad l. Falcid. & ibid. Cyn. Bar. & Imo. in l. Marcelius. §. quod autẽ. ff. ad Treb. quã cõmuniter ſequũtur canoniſtę in c. Raynal. de teſtam. vt refert Bened. Capra. reg. 110 n 3. Similiter fallit ſi pro redeptione captiuorũ, vel ad pias cauſas legatũ ad relictum quid foret, quia tũc nõ detrahitur Trebelliana aut Falcidis, auth. de eccleſ. t. §. ſin antẽ. coll 9. quod ſec. Ant. in d. c. Raynal. cõmuniter ab vtriuſque iuris interpretibus tenetur, per not. in c. ſi pater. de teſtamen. lib. 6. & Bal. in l. id quod pauperibus. C. de epiſc. & cler. quemadmodum ibid. nu. 5. refert idem Capr.

55 Trebellianica vel Falcidia licet nõ ſolùm nõ detrahitur, cũ 1. annũ à die monitionis per iudicã factæ, à ſolutione relictorũ ceſſatur, ſed etiã omne emolumẽtũ ex teſtamẽto amittitur. iuxta gl. in d. c. Raynal. Bar. in auth. hoc ampli'. C. de fideic. gloſ. in auth. de hæredib. & Falcid. §. ſi quis non implens c. ſi hæredes. c. nos quidẽ. de teſtam. & cõmuniter teneri ibid nũ. 22. refert idẽ capr. id tamẽ fallit ſi teſtator aliud tẽpus, intra quod voluntati ſuę ſatisfaciẽdũ foret, præfiniſſet, nã tũc illud obſeruaretur, iuxt. not. in l. ſtatu libero. §. hærede. ff. de ſtatu. lib. l. fi. §. ſin autẽ. C. de iure delib. prout in d. c. nos quidẽ, voluerũt Anch. Imol. D. Nicol. & communiter docto. vt ibid. nu. 28. refert idẽ Capr.

56 Trebellianica an per non confectionẽ inuentarij perdatur? De hac quæſtione adeò vario modo doct. loquũtur, vt vix diſcerni poſſit, quę ſit vera, quæue cõmunis opin. Quidã dicũt Trebellianicã amitti per nõ cõfectionẽ iouẽtarij, per tex. in §. ſi verò non fecerit inuentarium. in auth. de hered. & Falcid. & hãc ſententiam ſibi placere ſcribit Soc. in l. Marcellus. §. quòd autem. n. 14. v. circa tertiam quæſt. ff. ad S. C. Treb. & ita conſuluit Phil. Dec. in conſ. 236. nu. 5. v. quintò quæritur de articulo valdè diſputabili. & in conſ. 480. nu. 15. cum ſeq. v. poſtremò in iſto caſu. atteſtando veriorem & magis com. hanc Doct. opin. eſſe, id nititur ipſe oſtendere per allegationes multarũ ſcripturarũ, authoritatũ, & pręſertim cõſiliorũ, quę trãſcribere nõ eſt neceſſe. Sed cõtrariã opi. ęquiorẽ, benigniorẽ, magis com. & tenendã eſſe, quod nõ perdatur Trebellianica per non confectionem inuentarij, ſcribunt nouiſſimè multorũ doct. authoritates adducentes. Hier. Cag. in l. Papin. §. meminiſſe. nu. 15. ver. ſed contraria opin. ff. de inoffic. teſtam in tomo 1. oper. ſuorum. Iaſ. in l. Marcellus ad fin. prin. ff. ad Treb. & ita etiam firmat Alex. in conſ. 29 perſpectis, conſideratisq; his. nu. 5. lib. 5. Dicens, quod iſta eſt verior, & magis cõmunis opi. & inter cęteros multũ egregiè, firmant hanc opi. eamq; ab obiectis defendendo, & contraria fundamenta retorquendo. Crauet. in conſ. 17. quæritur an nobilis Anton. per totum, cum concord. per Soc. Iuo. in conſ. 88. nu. 7. & 8. vol. 4. Vbi dicit, ſibi ſemper placuiſſe conſiderationes Crauetæ, & abſque dubio ſe credere hodie hanc opin. eſſe magis com. & communiter receptam. dicit enim, quod multi ex modernis, & recentiorib. eam ſequuti ſunt, prout plurimi per dominos cõſulẽtes relati fuerãt, quos ipſe refert & allegat in d. conſ. 88. Did. Couar. in c. Rayn. §. 15. nu. 10. ext. de teſtam. in to. 1. Relectionum. & Rol. à Valle. in conſ. 27. num. 27. in 1. tom. conſ. Kirchouius. & E. Muſcul.

57 Bona redempta an veniant in reſtitutione fideicõmiſſi. vide Dec. cõſ. 298. Et an poſſint ea bona alienari ob legitimã, vel Trebellianicam filij grauati eligẽtis pro ſuo iure, vel an eius hæres, à quo vult fideicommiſſarius bona auocare, poterit ea bona ſic eligere? vide Dec. conſ. 236. Socin. Iun. conſ. 28. n. 1. lib. 2. licet Caſtr. in l. Marcel. §. res quæ. ff. ad Trebel. teneat bona alienata eſſe in legitimam imputanda: licet in Treb. dubitet, & referat opi. vt per eũ. Cui adde Pariſ. conſ. 44. nu. 46. lib. 1. & conſ. 109. eod. lib. & an poſſint ea bona ſubiecta alienari ex cauſa dotis, ſi extent alia bona tẽpore datæ dotis? Pariſ. conſil. 119. n. 5. lib. 1. Et an pro dote conſtituenda? Pariſ. conſ. 52. lib. 1. Et quod pro reſtituenda dote poſſit alienari fideicomiſſum, etiã quod dos fuerit receptã poſt fideicommiſſum iniunctũ, not. Iaſ. cõſ. 157. li. 2. qui in auth. res quæ. C. com. de leg. dicit quod non: & contrariũ tenet conſ. 271. lib. 1. in hoc ſibi contrarius, Ruin. conſ. 89. nu. 42. lib. 2. vbi tenet contra Ang. volentẽ contrarium. & dicit hãc eſſe com. opi. Gozad. conſ. 97. in prin. Grat. conſ. 17. in prin. lib. 2. Rub. conſ. 78. in princ. & hoc procedit vbi non adeſſent alia bona. vt per Iaſ. d. auth. res quæ. col. fin. quæ cõcluſio fallit, vbi poſt conſtitutionẽ dotis alienauit bona non ſubiecta fideicommiſſo, tunc non poſſunt pro dote alienari bona ſubiecta: ſed debet mulier agere actione hypothecaria contra poſſeſſores bonorũ ad conſecutionem dotis. Bellac.

58 Acquiſitũ ex pupillari ſubſtitutione, venit in reſtitutionẽ fideicommiſſi, etiã conditionalis. pupillari ſubſtituto iniuncti per verba vniuerſalia. eſt com. opi. ſec. Alex. in l. ita tamen. §. quis ſuſpectã. verſ. in hoc dubio articulo. ad Trebel. Vezin.

59 Filij poſiti in conditione non cenſentur poſiti in diſpoſitione, & facerunt tales filij deficere fideicõmiſſum, & venient ad defuncti hæreditatem ab inteſtato tanquam proximiores. Dec. conſ. 545. Vide vt per Soc. l. cũ auus ff. de condit. & dẽ. Curt. Sen. conſ. 63. Pariſ. conſ. 31. conſ. 86. conſ. 87. vol. 2. Ruin. conſ. 128. & 138. vol. 3. Gabriel. lib. 4. tit. de fideicommiſſ. concl. 4. & ideo ſi quis pater filium inſtituerit, & quem grauauerit reſtituere hęreditatẽ ſi decedat ſine liberis, eo caſu liberi ſuſcepti excludẽt ſubſtitutũ: & hoc operatur ea cõditio, ſi decedat ſine liberis: & hoc procedit ſiue illa conditio appoſita ſit in teſtamento, ſiue in contractu matrimonij: nam ſemper filij ſuſcepti excludent ſubſtitutũ, & ſuccedent patri mortuo ab inteſtato. l. Lucius. & ibi glo. ff. de hæred. inſtit. & Boër. deciſ. 155. nu. 15. nõ quòd filij ſuſcepti dicantur ſuccedere ex teſtamento in vim illius clauſulæ tanquã ſubſtituti, ſed ſolũ ab inteſtato ſuccedent, ſi eorum pater nullũ fecerit teſtamentũ. gloſ. in d. l. Lucius. de hæred. inſtit. & ibi Bald. & Alex. in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebel. Ioan. de Imola, in d. l. Lucius, poſt Bart. vbi inquit eam opin. com. eſſe. propterea filij ſi patri ſuccedunt ab inteſtato, cùm non ſuccedant tanquã ſubſtituti in vim illius clauſulę, non poterunt reuocare alienata per patrẽ, ſi fortè pater ipſe aliqua bona ex ea hæreditate alienaſſet. Bart. in d. l. Lucius. & neque impediet talis cõditio quin pater inſtitutus, & ita grauatus poſſit aliquẽ inſtituere in illis bonis, & neq; impediẽt filij, ſi fortè eorũ pater ita grauatus aliquod delictũ cõmiſerit quin ea bona fiſco acquiratur. Guid. Pap. deciſ. 39. & ibi poſt multa inquit gl. & Bart. opi. in ea l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. ſeruari, & ab ea in iudicando nõ eſſe recedendũ. Quæ tamen regula fallit, vbi de filiis maſculis facta fuiſſet mẽtio: vt ſi teſtator dixiſſet, ſi filius meus filiis ſine maſculis deceſſerit, talẽ ſubſtituo, tunc filij maſculi ſuſcepti cẽſentur tacitè vocati, & veniẽt ad hæreditatẽ tãquã ſubſtituti ex ea diſpoſitione teſtatoris. Habent. n. ea verba duo capita in ſe. Vnũ eſt maſculorũ incluſiuũ, & alterũ fœminarũ excluſiuũ, propterea excluſis fœminis maſculi reperiũtur vocati. Guid. Pap. deciſ. 184. & ſic eo caſu filij maſculi poſiti in conditione cenſentur vocati in diſpoſitione. Fallit & ſecundò, vbi teſtator ſub duplici conditione alternatiua ita dixiſſet, ſi talis filius meus hæres inſtitutus moriatur ſine liberis, aut eius liberi ſine liberis: vel etiã ſi copulatiuè ita dicat teſtator, ſi filius hæres meus decedat ſine liberis, & eius liberi ſine liberis, talẽ ſubſtituo: his caſib. propter talẽ duplicẽ conditionem filij cenſentur vocati tanquã ſubſtituti ex illis verbis: & ſic cenſentur eſſe poſiti in diſpoſitione. Bart. in l. Centurio. ff. de vulg. Guid. Pap. deciſ. 184. Iaſ. in ea l. Centurio. in hoc caſu poſteriori tenet contrariũ, quem ſecutus eſt Curtius Senior conſ. 63. nu. 5. & ibi inquit etiã eo caſu filios ſemper poſitos eſſe in conditione ſicuti in primo caſu, & eam opin. commu. eſſe aſſerit ibi. Bellac.

60 Legata ſoluere debet fideicõmiſſarius. l. 2. & ibi gloſ. C. ad Trebel. l. 1. & ibi docto. ff. ad Trebel. debita autem hæreditaria & funeris impẽſa ſpectant ad hęredem pro ſua parte quartæ Trebellianicæ, & pro aliis tribus partibus teſtantibus, quę

ſunt

ſunt noue vnriç,unut reſoluendi ſpectat ad ipſum fideicommiſſariũ: præſtatio vero alimentorũ anni luctua reſpectu viduæ aſpectat ad hæredem:nam eo anno pendente,vidua in vtilitatem hæredit tenetur onerari.*l.ſicut*.& ibi Bar.*ff. de oper. libert.*tum quod illo anno durante hæres lucratur fructus omnium bonorũ,quos non tenetur reddere.*l.j.§. exactio.C de rei vxor. actio.*Guid. Pap.*deciſ.*296. Idem.

61 Hæres grauatus de reſtituenda hæreditate,ſi nõ tenetur ad reſtitutionem animaliũ, ſine culpa ipſius mortuorum,nec ad æſtimationem eorundem *l.deducta.§.ante diẽ.ff. ad Treb.* Decius *conſ.*81.communem dicit. Vezinus.

62 Hęres ex ſubmiſſione defuncti ad omnes curias cum renuntiatione fori poteſt hæres ibi cõueniri.*c.dilecti.*& ibi Bat. & Panor.*ext.de foro compet.*Bat.*in l.poſtulante.*per illũ tex.*ff.ad Treb.*facit *l.ſi is qui Romæ. ff. de iud.*Sed ex ſubmiſſione defuncti ad areſtũ,nõ poterit hæres areſtari,ſec.Bar. Ang.& d.Ale. *in l.ſi deceſſerit.ff. qui ſatiſd.cog.*facit *d.l. ſi deceſſerit. & l.j.§. ne autem.c.de cad. tol.*Quæ ſubmiſſio ad areſtũ valet,ſi fuerit iurata,& eſt ſeruãda de iure can.*c.ex reſcripto. ext. de iureiu.* qui tex.eſt ad limitationẽ traditorũ per Doct.circa hũc paſſum *in l nemo poteſt.ff.de leg.j.in l.ob æs.C. de act.oblig.*Bald.*deciſ* 69.

63 Adminiſtratio bonorum filij patri eſt auferenda quoties ipſa diſſipat,& ea filiis danda eſt:vt tamen pater hinc alatur. *l.Imperator.ff.ad Treb.l.fina.c.de ſtutem.poſ.*ſi autem pater ſua propria bona diſſiparet,poterunt tunc filij petere vt illis aliquid aſſignetur vnde viuere poſſint, cùm pater eos alere teneatur.bald.*in l.defuncto.n.3.C ſi in fran.patro.*hãc opi.veriorẽ & æquiorem aſſerit Iaſon. *in l. ſi conſtante ff. ſol. matr. contra* Salic.ibi contrarium tenentem.& contra Bald.qui ſibi videtur contrarius,*in l nõ poteſt.ff de adopt.* & opinionem ipſius Bald.*in d.l.defuncto.* ſuſtinet Boer.*deciſ.*7.*nu.* 17. & 18. & eam communem dicit Capic.*deciſ.*35. Cacher.

Ad legem Falcidiam.

TITVLVS XLV.

QVartam Falcidiam vel Trebellianam,licet hęres inuentariũ conficiens regulariter detrahere poſſit.*auth.de hæred. & Falcid.§.ſi verò non fecerit inuentarium. col.*1. id tamen inter alia fallit quando teſtator id expreſſe prohibuiſſet,*auth ſed cùm teſtator.c.ad leg Falcid.& ibid.*Cyn.*& d.auth.de hæred. & Falcid. §.ſi verò expreſſum.*Bar.& Imo.*in d l.Marcellus.§.quod autem. ff. ad Treb.* quem ſequuntur canoniſtæ communiter *in c. Raynal.de teſta.* ſimiliter fallit,quãdo legatum eſſet factum ad pias cauſas,vel pro redemptione captiuorum,vt *auth. de eccl. tit. §.ſin autem. col.*9. quod ſecun.dum.Ant.*in d.c.Raynal.*tam in Falcid.quàm Trebelliana,ab vtriuſque cenſuræ doctor.cõmuniter teneri refert aeoe.Cap.*reg.*110.*n.*3. & 5.per no.*in c.ſi pater.de teſt.li.6. d.l.Marcellus.§.quod autem.ff ad Treb.*& Bal.*in l.id quod pauperib.C.de epiſc.& cler.* Ben.Cap.

a Legata niſi præſtentur infrà annum à die mentionis per iudicẽ factæ,licet Falcidia & omni emolumento priuatur hæres,ſecundum gloſ.*in c.Raynal in ver. Legitimam.de teſta.* Bar. *in auth.hoc amplius,C.de fideicommiſſis.c.ſi hæredes.c. nos quidẽ,de teſtam.*gl.*in auth.de hæred. & Falc.§.ſi quis non implens*,& ita communiter teneri refert aened.Capr.*reg.*110.*n.*22.id tamẽ inter alia fallit,ſi teſtator aliud tempus intra quod voluntatem ſuam adimplere vellet,prefixiſſet,nam tunc illud erit attendendum.iux.no.*in l.ſtatu lib.§. hærede ff.de ſtatulib l.fina.§. ſin autem,C.de iure delib.*prout voluerunt Anch.Imol.D.Nic. & communiter Doct.*d.c.nos quidem,de teſt.* quemadmodum *ibi.nu.* 28.refert idem Ben.Capr.

3 Pretium ſeruorum manumiſſorum ex hæreditate defuncti,deducitur in computationes legis Falcidiæ. *§. cùm autem Inſt.de leg.Fal l.36.ff.ad leg.Falcid.*

Fallit in 4.caſib.vt per Vigel.*in commento 5.anni.c.27.tit.qua extra vel intra,reg.*19.*fol.*579.vbi limitat in 4.caſi. Don.à Fina.

4 Legata inutilia hęredi in quartam imputantur.*l.*50.*ff. ad l.Falc.*

Fallit vt per Vigel.*vbi ſuprà reg.*20.*fol.*580. *I*dem.

5 Portio accreſcens imputatur in Falcid.*l. in ſingulis. ff. eod.*

Fallit in 8.caſib.vt per Vigel.*in comm.5.anni. vbi ſuprà reg.* 23.*fol.*581. *I*dem.

6 Si portio grauata non grauatæ accedat non contribuũtur legata,& poteſt is cui accedit ex ea retinere quartam,quãuis in ſua portione quartam habeat.*l.j.§.ſi cohæredis.ff. ad leg.Fal.* Fallit *vbi ſuprà reg.*23. Idem.

7 Filia non tenetur compenſare dotem non exactam in falcidiam, & iubente patre.

Fallit in 3.caſib.vt per Io.Bolog.*in l.in quartam ff.ad l.Falcid.nu.*96. Idem.

8 Legatario & fideicommiſſario regulariter beneficium legis falcidiæ non compet.*l.*47 *§.fi.ff ad l. Falcid.*

Fallit in multis caſib.vt per Vigel.*in comm.5.anni.c.26.in ti. quibus benefic legis falcidia reg.*4.*fol.*541. Don.à Fina.

9 Ex re indiuidua legata detrahitur falcidia in æſtimatione *l.ſi is qui quadraginta.ff ad l.Falci §.fi.*Fallit vt per Vigel.*vbi ſ. capite quid & quantum reg.*3. Don.à Fina.

10 In falcidia æſtimatio pretij rerum ex veritate facienda eſt.*l.in Falcid ff ad l.Falcid.*

Fallit in 5.caſib.vt per Vigel.*in commento 5.anni.cap.27.in ti. modus computandi reg.*2. Don.à Fina.

11 In computatione legis falcidiæ mortis tempus ſpectatur. *l.30.ff.ad l. Falcid.*

Fallit in 8.caſib.vt per Vigel.*in commento 5.anni.c.27.tit. qua extra,vel intra reg.*1.*fol.*557. Don.à Fina.

12 Quod poſt mortẽ teſtatoris deceſſit hęreditatẽ nõ minuit. *l.58.§.ante diẽ.ff.ad l. Falc.*fallit in 7. caſ. vt per Vigel. *in com. 5.anni.c.27.tit.qua extra vel intra reg.2.fol* 562. Don.à Fina.

13 Actiones defuncto competentes inter bona defuncti cõputantur in ratione legis Falcidiæ.*l.49.§.fi ff de verb.ſign.* fallit in 6.caſib.vt per Vigel.*in commento 5 anni.c.27.ti.qua intra vel extra reg.3.fol.*563. *Don.* à Fina.

14 Actiones contra defunctum competentes regulariter minuunt falcidiam.*l.16.C.ad l falcidiam.*

*F*allit in 2.caſib.vt per Vigel.*in commento 5.anni. c.27.tit. qua intra vel extra reg.4.fol* 568. Don.à Fina.

15 Quod deducit hæres iudicio teſtatoris in falcidiã imputat.

Fallit in 4.caſib.vt per Vigel *in commento 5.anni.cap.* 27.*tit. quæ extra vel intra,reg.*15 *fol.*576. Don.à Fina.

16 Vbi legatarius non poſſidet, hæres non tenetur imputare in falcidiam , datum cauſa conditionis implendæ.Bar.& communiter dd. *in l.quartam.ff.ad leg.Falcid.*

Fallit in 3.caſib. quos no.Pau.de Monte Pico *in d.l.in quartam,nu.*35. Idem.

17 Vbi teſtator nihil reliquit,nec hæres percepit fructus,tamen alienauit aliquas res hæreditarias,illæ res alienatę imputantur ei in quartam,& in illis habebit quartã ſuam,caſu quo valor earum aſcendat quartam:& caſu quo valeret vltra quartam,reuocaretur alienatio quatenus eſſet vltra quartam.Barr. cum quo eſt communis opinio *in d.l.in quartam.*

Fallit in 2.caſib.quos no.Pau.de Monte Pico,*in d.l.in quartam.num.*44. Idem.

18 Hæres conficiens inuentarium,Falcidiam detrahere poteſt,*§.ſi verò non fecerit,in auth.de hæred. & falci.*

Fallit in 14.caſib.quos no. Bened.*in ſuo tract.reg.*110. Idem.

19 Falcidiam ne hæres detrahat,teſtator prohibere poteſt. Cõem dicit Clar.*§.teſtamentũ.q.72.verſ. ſed quæro.*P.Fichard.

Additio.Iſta cõmunis opinio probatur *in §.ſi verò expreſſum in auth.de hæred. & falcid.* Reſtringitur tamẽ hæc cõmunis opinio vt nõ procedat in filiis primi gradus.Ita Iaſ.*in l. Marcellus.n.53.& 55.ff.ad Senatuſcon.Trebel.*poſt Bald. *in l.iubemus. v. nota φ teſtator.& verſ.& ego dico.C.ad Trebel.*atque ita reſpondit P.Decius *cõſ.*81.Mouetur Iaſ.per gl.*in d.§.ſi verò expreſſum.* quæ hoc apertiſſimè probat ex *§.aliud quoque capitulũ.in auth. vt cum de appellat.*

Etiam de inſtitutionib.factis in re certa detrahitur Falcid. Eſt communis opinio ſecun.Cor.*in conſ.136.cõſtat.verſ. tamen hic minimè.vol.3.* M.Chærian.

20 Falcidiam quæ debetur hæredi ex legatis,ſi teſtator dicit, φ integre legatum ſoluatur,tenetur hæres dimittere.*Iaſ. in l. cũ quis.n.5.C.de iur.& fact.ign.*magis communem dicit.Villal.

21 Falcidia licet in eo quod pœnę nomine per iudicis cõdẽnationem poſt ſpecialẽ affectionẽ decedit vel accreſcit nõ detrahatur.*l.cum pater,cum l.ſeq ff.ad l.Falcidiã*,tametſi pœnę nomine iuſſu teſtatoris relictũ ſit,putà vel legatario cõtradicẽte alteri detur,tũc quia nõ tã pœna quã legatũ ſit,rectè detrahetur,prout voluerunt Inn.Aneb.& Abb.*d.c.Raynald de teſtam.* quos ibidem Io.And.& Dom.Ant.ſequuntur. quòd communiter quoque teneri ibidem refert Benedictus Capra.*nu* 13.

22 Falcidia ſeu quarta de legatis , & fideicommiſſis detrahi poteſt,*l.Marcellus.§.Pomponius,ff.ad Trebel.*

*F*allit in 19.caſib.vt per Io.Bologn.*in rub.ff ad l.Falc.nu.*59.

falle

fallit in 3.caſ. vt per Corn. in auth. Sed cū teſtator. C. ad l. Falcid.

Fallit in 4.caſ. quos not. Soc. reg. 331. fallit in legatis ad pias cauſas, quia ex his non detrahitur Falcidia. fallit hęc limitatio in 3.caſib. vt per Alexan. in l. lex Falcidia. §. ad municipij, ff. ad l. Falcid. Don. à Fina.

23 Falcidia poteſt prohiberi per teſtatorem. § ſi expreſſim. & ibi Ang. in auth. de heredi. & Falc. gl. in l. decem. ff. de fideicom. lib. doct. in auth. ſed cùm teſtator. ad l. Falc. & in l. Marcellus. ff. ad Trebel. Pau. de Caſtr. in 2. vol. conſ. 150. in c. in cauſa quæ vertitur. Capr.

24 Falcidia non detrahitur per piam contra aliam piam cauſam. Bened. in conſ. 86.

25 Falcidia regulariter detrahi poteſt. l. 1. ff. ad l. Falcid. fallit in 41. caſ. quos no. Vigel. in com. 5. anm. c. 26. reg. 1. fo. 529. vide infrà reg. 4. Don. à Fina.

26 Falcidia detrahitur de ſing. reb. legatis. fallit in 7. caſib. vt per Ioan. Bologn. in l. in quartam. nu. 229. Idem.

27 Datum cauſa conditionis implendæ in Falcidiā nō imputatur l. id autem. quę eſt 75 in princ. ff. ad l. Falc. Fallit in 5. caſib. vt per Vigel. in commento 5. anm. 27. tit. quæ intra vel extra. reg. 13 fol. 574. Io. Bologn. in l. in quartam. nu. 176. Don. à Fina.

28 Funeris impenſa ęris alieno loco deducitur in computatione legis Falcidiæ. §. cum autem. Inſtit. ad l. Falcidiā. fallit in 2. caſib. vt per Vigel. in commento 5. anm. cap. 27. tit. quæ intra vel extra, reg. 18 fol. 578. Idem.

29 Quarta Falcidia licet ratione delicti, & ſi hæres cancellaſſet teſtamentum, ne legata præſtaret, aut ſi negaret rē hæreditariam eſſe, vt conuincatur de mendacio, non detrahatur. l. ſi tacitum. l. beneficio. l. hæreditatem §. ſi. ff de ad leg. Falc. ſec. Vincent. & Ioan. Andr. in c. Raynald. de teſtam. & ibid. gloſ. ſi. id tamen intelligendum & accipiendū eſt, vt procedat in eo quod auferr, vel quod acceſſit pœnæ nomine propter iudicis condemnationem, vt in illo non detrahatur Falcidia. l. cùm pater. ff. ad leg. Falcid. vel propter ſpecialem affectionem, vt l. ſeq. eo. tit. ſecus autem ſi pœnæ nomine iuſſu teſtatoris relictum ſit, vt contradicentibus legatariis aliis reliquiſſet, quia nō merè pœna eſt, ſed potius legatum, prout voluit Innoc. Capi. Petr. & Abb. in d. c. Raynaldus. quod ſequitur ibid. Io. Andr. ſecund. do. Anto. ibid. quia hæres poterit detrahere Falcidiam ſecund. do. Nicol. ibid. quod communiter teneri ibid. num. 3. refert Bened. Capr.

30 Data inter viuos non imputantur in Falcidiam, l. pater filiam. ff. ad legem Falcidiam.

Fallit in 2 caſib. quos no. Ripa in d. l. quartam, ff. ad l. Falc. nu. 37. vbi Io. Bologn. nu. 103. limitat. in 3. caſib. Don. à Fina.

31 Quod iure hęreditario accipitur, in Falcidiam imputatur, d. l. in quartam, in princ.

Ampliatur in 5. caſib. vt per Ripā, in d. l. in quartā, n. 64. Idē.

32 Quæ alio iure quàm hæreditariu capiuntur, in Falcidiam non imputantur, l. in quartam. in 2. reſponſo. ff. ad leg. Falcidiam.

Fallit in 6 caſib. quos no. Ripa in d. l. quartam, n. 66. Idem.

33 Fructus imputātur in Falcidiā, l. in commiſ. ff. ad Trebel.

Ampliatur & limitatur in multis caſib. vt per Ripam in d. l. in fideicommiſſariam, num. 4.

Fallit ſi fructus ſunt percepti ex rebus hæreditariis poſt mortem teſtatoris, quare in Falcidiam non imputantur: hæc tamen limitatio ſublimitatur in 4. caſib. vt per Alex. in l. in ratione. ff. ad l Falcid. Idem

De caducis tollendis.

TITVLVS XLVI.

Legatū efficitur caducū ſi legatarius moriatur ante teſtatorem, & eo caſu legatum remanet penes hęredem teſtatoris. l. vni. §. pro ſecundo, C. de cad. tollen. & neque ad hęredem legatarij tale legatum caducum tranſmittitur. Pau. caſt. conſ. 402. in 2. vol. Vezin.

2 Donatio efficitur caduca præmoriente donatario ante donatorem, & ſic nulla. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. §. 1. Inſtit. quib. mod. teſta. infir. Rul. conſ. 58. nu. 43. lib. 3. & nu. 44. vbi quod inſtitutio cenſetur caduca & inutilis quando inſtitutus non viuit tempore mortis teſtatoris. Bellac.

3 Subſtitutio caduca efficitur, mortuo ſubſtituto ante euentum conditionis, nec illud ius hæreditariū ad deſcendentes tranſmittitur, ſec. com. per Burſ. conſ. 1, nu. 17. lib. 1. alleg. Bero. conſ. 117. n. 4. n. 7. lib. 3. & ſubſtitutio caduca efficitur, ſubſtituto ſine filiis decedente, & hærede inſtituto ſuper exiſtente, ex communi per Burſ. d. conſ. 1. num. 2. Idem.

4 Caducitas incurſa purgatur, & tollitur ex celeri liuellorū ſatisfactione, ſec. com. per Burſ. 41. conſ. 26. nu. 42. lib. 1. poſt Alex. in l. ſi inſulam. nu. 9. nu. 17. ff. de verb. obl. Dec. conſ. 138. num. 7. Ruin. conſ. 198. nu. 4. vol. 1. Afflict. deciſ. 175 quæ locū ſibi vendicat, licet iuramentum interueniſſet, cū adhuc purgatio moræ admittatur. Alex. conſ. 113. in fin. Gozad. conſ. 66. Idem.

5 Prima ſubſtitutio quando efficitur quaſi caduca per mortem ſubſtituti, qui præmoritur, vel efficitur incapax, tunc ſequens in gradu admittitur, quod maximè locū habet in ſubſtitutione compendioſa. ita Maſuerius in titulo, de ſucceſſion. §. item notandum. & Guid. Papæ deciſ. 335 Vezin.

6 Si ex duobus ſubſtitutis datis alicui hæredi, alter eorum viuo teſtatore moriatur, & tandem mortuo teſtatore hæres inſtitutus deceſſit, alter ſubſtitutus admittetur ad omnem hæreditatem, & in totum in vim ſubſtitutionis ſuccedet, l. vnic. §. in primo, & in §. his itaque. C. de cad. tollend. vbi Bart. plenè, & Guid. Pap. deciſ. 335. Vezinus.

7 Portio quando vni ex cohæredibus relicta ad illū non peruenit, nec de eo facta inſtitutio valuit, iure accreſcendi ad cohæredē pertinet. arg. l. 1. §. 1. & ſeq. C. de cadu. toll. & melius facit l. legatum. §. ff. de leg. 1. Vnde quando inſtitutio de illegitimo nato, & incapace, palàm fit, quod portio, quæ illi acquiri non poteſt, accreſcat cohęredi, eſt notabilis doctrina Bar. magis communiter recepta in l ſi. ver. quæro, & renoco in dubium. ff de his quib. vt indig. vbi in fine dicit, quod ita determinauit Oldra. & licet non alleget vbi, tamen Soc. iun. in conſ. 48. n. 34. vol. 4. credit, quod voluerit allegare in conſ. 39. thema tale eſt, &c. Et eandem opi. tenent ferè omnes in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig. maximè Alex. Corn. & Iaſ vt inquit Soci. iun. in d. conſ. 48. vol. 4. E. Muſcul.

8 Hærede inſtituto mortuo adhuc ſuperſtite teſtatore, teſtamentum per hoc non erit caducū. Nam ſubſtitutus ad hæreditatem admittitur, & teſtamentum in vim ſubſtitutionis ſuſtinebitur, & habebit robur à ſecundo gradu. l. ſi pater filium. ff. de vulg. & ibi gl. l. 3. §. ſi & ibi Iaſ. ff. de libe. & poſthu. Iaſ. in l. Gallus. in prin. nu. 75 ff. de libe. & poſth. eo n. caſu inſtitutio reſpectu inſtituti iam mortui efficietur caduca: ſed teſtamētum interim valebit quoad ipſū ſubſtitutū & incipiet ab ea ſubſtitutione vulg. l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen. quod procedit vbi ſubſtitutus eſſet in natura tempore mortis teſtatoris: vt per Iaſ. in d. l. Gallus. num. 76. in princ. Idem.

9 Fundus legatus ſub cōditione, quòd ſi legatarius decedat ſine liberis, reuertatur ad hæredē inſtitutum, ſi is hæres viuente legatario moriatur, remanebit ille fundus penes legatarium, & neque ad hęredem hęredis reuertetur, cum fideicō miſſum ſub conditione legatum nō tranſmittitur. l. vni. §. ſub conditione. C. de cad. toll. Iaſ. in l. cum filio. num. 24. ff. de leg. 1. Decius conſ. 427. & conſ. 347. Idem.

10 Si quis fuerit ſubſtitutus alicui, ſi decedat ſine liberis, qui demū hæres effectus fuit ſacerdos, ſi ſubſtitutus moriatur ante hæredē grauatū, qui iā pręſbyter erat, perdit ſuū ius ſubſtitutionis, quod ad ſuos nō tranſmittet. l. ſubſtitutio. ff. de acqui. rer. dom. & ibi Albert. conditionalia. n. nō tráſmittuntur. l. vni. §. ſinautē. C. de cad. toll. Boër. dec. 354. & 508. Dec. cōſ. 408. Vezin.

11 Fideicommiſſum relictum ſub conditione, vel in diē, ſi fideicommiſſarius ante euentum diei vel conditionis moriatur, non tranſmittitur ad quoſcunque hæredes nec ad ſuos. l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. toll. Bald. in l. 1. C. de his quæ ante apert. tabulas. Iaſ. in l. cùm ſecundum. C. de fideicom. numero 3. Chaſſa. conſil. 63. num. 5. Bened. in rep. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 62. in 5. deciſ. & licet in fideicommiſſo filio relicto de reſtituenda hęreditate cùm moritur, ſubintelligatur ea clauſula, ſi decedat ſine liberis, l. cum auus. ff de cond. & demonſt. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. tamen vbi filius grauaretur ſub alia conditione quàm ſub conditione mortis, vel poſt mortem ſuam, tunc non ſubintelligeretur ea clauſula, ſi decedat ſine liberis: quæ clauſula ſolùm ſubintelligitur, vbi filius poſt mortem ſuam eſt grauatus hæreditatem reſtituere, ſed non vbi ſub alia conditione, vel ſi vnus grauatus eſſet hæreditatem reſtituere. Alex. conſ. 93. nu. 3. lib 3. Chaſſa. conſi. 67. n. 18. ergo in illis caſibus vbi filius grauatus eſſet hęreditatem reſtituere ſub alia conditione, quam ſub conditione mortis, conditio prius eſſet adimplenda antequam fideicommiſſum tranſmit-

tranſmitteretur, ita vt nec liberorũ habenda eſſet ratio. Iaſ *in d.l.cum ſecundũ.C.de ſideic.*Sal.*in d.l.cum acutiſſimi. n.2* & hęc clauſula, ſi decedat ſine liberis, nõ habet locũ, neque ſubintelligitur in vulgari ſubſtitutione facta filio, vt Curt.Iun. teſtatur *conſ.33.in princip.*& ſolùm locum habet in deſcendentibus teſtatoris, qui ſunt grauati poſt mortẽ, vt ibi per Cur.& nõ in aliis grauatis, ita vt nec extendatur ea *l.cum autem.* ad tranſuerſales grauatos. Alex.*conſ.185.n.23.in 2.vol.* Bellac.

15 Teſtamẽtũ in quo vxor eſt relicta domina & vſufructuaria omnium bonorũ quoad viuet, & poſt eius vxoris mortem inſtitutus ſit aliquis hæres, ſuſtinebitur & valebit legatũ, per Iaſ.& alios *in l.filius à patre de libe.& poſthu.* Alex *conſ.58.vol.3.* & hanc opin.communem & multũ æquam dicit ibi Iaſ.& eam de cõſuetudine ſeruari inquit Bald.*in l id quod pauperib. C.de epiſc.& cler.* Nec vitiabitur legatũ vſusfructus ob hoc quod nõ debeatur niſi hæreditate adita, quia hoc caſu tẽpus mortis vxoris de inſtitutione reijcietur vt teſtamẽtum nõ vitietur, & ſtatim poterit adiri hæreditas. Iaſ.*d.l.filius.n* 27. Cacheran.

16 Inſtitutio facta in teſtamẽto de aliquo cui facta fuit vulgaris ſubſtitutio, ſi hæres nõ ſit hæres, vt quia mortuus ſit teſtatore viuẽte, aut aliàs non poſſit adire hęreditatem: tũc ille qui eſt ſubſtitutus admittetur, & teſtamentum ſuinet vim à ſecundò gradu *l.vni.§.pro ſecundo.C.de cad.tol per l iam dubitari.ff de hæred inſtit.& l.cùm proponas.C.de hæred inſtit.* vel ſi hæres propter incapacitatem nõ poſſit adire hęreditatem, admittetur etiam ſubſtitutus.*l.4.C.de hæred.inſtit.* vel ſi ſubſtitutio ea poſt facto annulletur, & hoc ſiue inſtitutus mortuus ſit viuente teſtatore: quo caſu res redit ad cauſam caduci.*l.j.§.pro ſecundo. C. de cad.tol.* Dec.*conſ.*529.vbi tenet hanc eſſe communem opinionem. Vezinus

17 Legata data ab inſtituto, cenſentur repetita à ſubſtituto, niſi aliud appareat teſtantis. Bell.*conſ.63.n.*5.com. dicit.*ex l.nõ. iuſtam.C.ad Treb.& l.licet.de leg.j.& l.vnica.§.pro ſecundo.& § non autem.C.de cad tollen.*& Iaſ.*in d l.licet.* Idem.

18 Legatum factum nomine expreſſo hæredis, non cenſetur repetitum in ſubſtitutione. Alc.*de præſum.reg. 2. præſumpt.35. nu.3.*com.dicit.

8 Legatario & fideicommiſſario regulariter beneficium legis falcidiæ non compet. *l.* 47. *§. fi. ff ad l. Falcid.*

Fallit in multis caſib. vt per Vigel. *in comm.* 5. *anni. c.* 26. *in ti. quibus benefic. legis falcidia reg.* 4. *fol.* 541. Don. à Fina.

9 Ex re indiuidua legata detrahitur falcidia in æſtimatione *l. ſi is qui quadraginta. ff. ad l. Falci. §. fi.* Fallit vt per Vigel. *vbi ſ. capite quid & quantum. reg.* 3. Don. à Fina.

10 In falcidia extimatio pretij rerum ex veritate facienda eſt. *l. in Falcid. ff ad l. Falcid.*

Fallit in 5. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni. cap.* 27. *in ti. modus computandi. reg.* 2. Don. à Fina.

11 In computatione legis falcidiæ mortis tempus ſpectatur. *l.* 30. *ff. ad l. Falcid.*

Fallit in 8. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni. c.* 27. *tit. qua extra, vel intra reg.* 1. *fol.* 557. Don. à Fina.

12 Quod poſt mortẽ teſtatoris deceſſit hęreditatẽ nõ minuit. *l.* 58. *§. ante diẽ ff. ad l. Falc.* fallit in 7. caſ. vt per Vigel. *in com.* 5. *anni. c.* 27. *tit. qua extra vel intra reg.* 2. *fol.* 562. Don. à Fina.

13 Actiones defuncto competentes inter bona defuncti cõputantur in ratione legis falcidiæ. *l.* 49. *§. fi. ff de verb. ſign.* fallit in 6. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni. c.* 27. *ti. qua intra vel extra reg.* 3. *fol.* 563. Don. à Fina.

14 Actiones contra defunctum competentes regulariter minuunt falcidiam. *l.* 16. *C. ad l falcidiam.*

Fallit in 2. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni. c.* 27. *tit. qua intra vel extra reg.* 4 *fol* 568. Don. à Fina.

15 Quod deducit hæres iudicio teſtatoris in falcidiã imputat.

Fallit in 4. caſib. vt per Vigel. *in commento* 5. *anni cap.* 27. *tit. qua extra vel intra. reg.* 15 *fol* 576. Don. à Fina.

16 Vbi legatarius non poſſidet, hæres non tenetur imputare in falcidiam, datum cauſa conditionis implendæ. Bar. & communiter dd. *in l. quartam. ff. ad leg. Falcid.*

Fallit in 3. caſib. quos no. Pau. de Monte Pico *in d. l. in quartam, nu.* 35. Idem.

17 Vbi teſtator nihil reliquit, nec hæres percepit fructus, tamen alienauit aliquas res hæreditarias, illæ res alienatę imputantur ei in quartam, & in illis habebit quartã ſuam, caſu quo valor earum aſcendat quartam: & caſu quo valeret vltra quartam, reuocaretur alienatio quatenus eſſet vltra quartam. Bart. cum quo eſt communis opinio *in d. l. in quartam.*

Fallit in 2. caſib. quos no. Pau. de Monte Pico, *in d. l. in quartam. num.* 44. Idem.

18 Hæres conficiens inuentarium, Falcidiam detrahere poteſt, *§. ſi verò non fecerit, in auth. de hæred. & falci.*

Fallit in 14. caſib. quos no. Bened. *in ſuo tract. reg.* 110. Idem.

19 Falcidiam ne hæres detrahat, teſtator prohibere poteſt. Cõem dicit Clar. *§. teſtamentũ. q.* 72. *verſ. ſed quæro.* P. Fichard.

Additio. Iſta cõmunis opinio probatur *in §. ſi verò expreſſim in auth. de hæred. & falcid.* Reſtringitur tamẽ hæc cõmunis opinio vt nõ procedat in filiis primi gradus. Ita Iaſ. *in l. Marcellus. n.* 53. & 55. *ff. ad Senatuſcon. Trebel.* poſt Bald. *in l. iubemus. v. nota* ꝙ *teſtator. & verſ. & ego dico. C. ad Trebel.* atque ita reſpondit P. Decius *cõſ.* 81. Mouetur Iaſ. per gl. *in d. §. ſi verò expreſſim.* quæ hoc apertiſſimè probat ex *§. aliud quoque capitulũ. in auth. vt cum de appellat.*

Etiam de inſtitutionib. factis in re certa detrahitur Falcid. Eſt communis opinio ſecun. Cor. *in conſ.* 136. *cõſtat. verſ. tamen his minimè. vol.* 3. M. Chærian.

20 Falcidiam quæ debetur hæredi ex legatis, ſi teſtator dicit, ꝙ integre legatum ſoluatur, tenetur hæres dimittere. *Iaſ. in l. cũ quis. n* 5. *C. de iur. & fact. ign.* magis communem dicit. Villal.

21 Falcidia licet in eo quod pœnę nomine per iudicis cõdẽnationem poſt ſpecialẽ affectionẽ decedit vel accreſcit nõ detrahatur. *l. cum pater, cum l. ſeq ff. ad l. Falcidiã,* tametſi pœnę nomine iuſſu teſtatoris relictũ ſit, putà vel legatario cõtradicẽte alteri detur, tũc quia nõ tã pœna quã legatũ ſit, rectè detrahetur, prout voluerunt Inn. Anch. & abb. *d. c. Raynald. de teſtam.* quos ibidem Io. And. & Dom. Ant. ſequuntur. quòd communiter quoque teneri ibidem refert Benedictus Capra. *nu.* 13.

22 Falcidia ſeu quarta de legatis, & fideicommiſſis detrahi poteſt, *l. Marcellus. §. Pomponius, ff. ad Trebel.*

Fallit in 19. caſib. vt per Io. Bologn. *in rub. ff ad l. Falc. nu.* 59.

fall.

fallit in 3.caſ. vt per Corn. *in auth. Sed cũ teſtator. C. ad l. Falcid.*

Fallit in 4.caſ. quos not. Soc. *reg.* 331. fallit in legatis ad pias cauſas, quia ex his non detrahitur Falcidia. fallit hæc limitatio in 3. caſib. vt per Alexan. *in l. lex Falcidia. §. ad municipij. ff. ad l. Falcid.* Don. à Fina.

23 Falcidia poteſt prohiberi per teſtatorem. *§ ſi expreſſim.* & ibi *Ang. in auth. de heredi. & Falc.* gl. *in l. decem. ff. de fideicom. lib.* doct. *in auth. ſed cum teſtator. ad l. Falc. & in l. Marcellus. ff. ad Trebel.* Pau. de Caſtr. *in 2. vol. conſ.* 150. *in c. in cauſa qua vertitur.* Capr.

24 Falcidia non detrahitur per piam contra aliam piam cauſam. *Bened. in conſ.* 86.

25 Falcidia regulariter detrahi poteſt. *l. 1. ff. ad l. Falcid.* fallit in 41. caſ. quos no. Vigel. *in com. 5. anni. c. 26. reg. 1. fo.* 529. vide in *frà reg* 4. Don. à Fina.

26 Falcidia detrahitur de ſing. reb. legatis. fallit in 7. caſib. vt per Ioan. Bologn. *in l. in quartam. nu.* 229. Idem.

27 Datum cauſa conditionis implendæ in Falcidiã nõ imputatur *l. id autem.* quę eſt 75 *in princ. ff. ad l. Falc.* Fallit in 5. caſib. vt per Vigel. *in commento 5. anni. 27. tit. qua intra vel extra. reg. 13 fol.* 574. *Io.* Bologn. *in l. in quartam. nu.* 176. Don. à Fina.

28 Funeris impenſa ęris alieno loco deducitur in computatione legis Falcidiæ. *§. cum autem. Inſtit. ad l. Falcidiã.* fallit in 2. caſib. vt per Vigel. *in commento 5. anni. cap. 27. tit. qua intra vel extra, reg. 18 fol.* 578. *Idem.*

29 Quarta Falcidia licet ratione delicti, & ſi hæres cancellaſſet teſtamentum, ne legata præſtaret, aut ſi negaret rẽ hæreditariam eſſe, vt conuincatur de mendacio, non detrahatur. *l. ſi tacitum. l. beneficio. l. hæreditatem §. fi. ff de ad leg. Falc.* ſec. Vincent. & *Ioan. Andr. in c. Raynald. de teſtam.* & ibid. gloſ. fi. id tamen intelligendum & accipiendũ eſt, vt procedat in eo quod aufert, vel quod acceſſit pœnæ nomine propter iudicis condemnationem, vt in illo non detrahatur Falcidia. *l. cum pater. ff ad leg. Falcid.* vel propter ſpecialem affectionem, vt *l. ſeq. eo. tit.* ſecus autem ſi pœnæ nomine iuſſu teſtatoris relictum ſit, vt contradicentibus legatariis aliis reliquiſſet, quia nõ merè pœna eſt, ſed potius legatum, prout voluit Innoc. Capi. Petr. & Abb. *in d. c. Raynaldus.* quod ſequitur ibid. *Io.* Andr. ſecund. do. Anto. *ibid.* quia hæres poterit detrahere Falcidiam ſecund. do. Nicol. *ibid.* quod communiter teneri *ibid. num. 3.* refert Bened. Capr.

30 Data inter viuos non imputantur in Falcidiam, *l. pater filium, ff. ad legem Falcidiam.*

Fallit in 2 caſib. quos no. Ripa *in d. l. quartam, ff. ad l. Falc. nu.* 37. vbi *Io.* Bologn. *nu.* 103. limitat. in 3. caſib. *Don.* à Fina.

31 Quod iure hęreditario accipitur, in Falcidiam imputatur, *d. l. in quartam, in princ.*

Ampliatur in 5. caſib. vt per Ripã, *in d. l. in quartã, n.* 64. Idẽ.

32 Quæ alio iure quàm hæreditario capiuntur, in Falcidiam non imputantur, *l. in quartam. in 2. reſponſo. ff. ad leg. Falcidiam.*

Fallit in 6 caſib. quos no. Ripa *in d. l. quartam, n.* 66. *Idem.*

33 Fructus imputãtur in *Falcidiã, l. in commiſ. ff. ad Trebel.*

Ampliatur & limitatur in multis caſib. vt per Ripam *in d. l. in fideicommiſſariam, num.* 4.

Fallit ſi fructus ſunt percepti ex rebus hæreditariis poſt mortem teſtatoris, quare in Falcidiam non imputantur: hæc tamen limitatio ſublimitatur in 4. caſib. vt per Alex. *in l. in ratione. ff. ad l Falcid.* Idem

De caducis tollendis.

TITVLVS XLVI.

Legatũ efficitur caducũ ſi legatarius moriatur ante teſtatorem, & eo caſu legatum remanet penes hęredem teſtatoris. *l. vni. §. pro ſecundo, C. de cad. tollen.* & neque ad hęredem legatarij tale legatum caducum tranſmittitur. *Pau. caſt. conſ.* 402. *in 2. vol.* Vezin.

2 Donatio efficitur caduca præmoriente donatario ante donatorem, & ſic nulla. *l. vnica. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. §. 1. Inſtit. quib. mod. teſta. infir.* Rol. *conſ. 58. nu. 43. lib. 3. & nu.* 44. vbi quod inſtitutio cenſetur caduca & inutilis quando inſtitutus non viuit tempore mortis teſtatoris. Bellac.

3 Subſtitutio caduca efficitur, mortuo ſubſtituto ante euentum conditionis, nec illud ius hæreditariũ ad deſcendentes tranſmittitur, ſec. com. per Burſ. *conſ. 1, nu. 17. lib. 1.* alleg. Bero. *conſ. 117. n. 4. n. 7. lib. 1.* & ſubſtitutio caduca efficitur, ſubſtituto ſine filiis decedente, & hærede inſtituto ſuper exiſtente, ex communi per Burſ. *d. conſ. 1. num. 2.* Idem.

4 Caducitas incurſa purgatur, & tollitur ex celeri liuellorũ ſatisfactione, ſec. com. per Burſ. *41. conſ. 26. nu. 42. lib. 1.* poſt Alex. *in l. ſi inſulam. nu. 9. nu. 17. ff. de verb. obl.* Dec. *conſ. 138. num. 7.* Ruin. *conſ. 198. nu. 4. vol. 1.* Afflict. *deciſ.* 175. quæ locũ ſibi vendicat, licet iuramentum interueniſſet, cũ adhuc purgatio moræ admittatur. Alex. *conſ. 113. in fin.* Gozad. *conſ.* 66. *Idem.*

5 Prima ſubſtitutio quando efficitur quaſi caduca per mortem ſubſtituti, qui præmoritur, vel efficitur incapax, tunc ſequens in gradu admittitur, quod maximè locũ habet in ſubſtitutione compendioſa. ita Maſuerius *in titulo, de ſucceſſion. §. item notandum.* & Guid. Papæ *deciſ.* 335 Vezin.

6 Si ex duobus ſubſtitutis datis alicui hæredi, alter eorum viuo teſtatore moriatur, & tandem mortuo teſtatore hæres inſtitutus deceſſit, alter ſubſtitutus admittetur ad omnem hæreditatem, & in totum in vim ſubſtitutionis ſuccedet, *l. vnic. § in primo, & in §. his itaque. C. de cad. tollend.* vbi Bart. plenè, & Guid. Pap. *deciſ.* 335. Vezinus.

7 Portio quando vni ex cohæredibus relicta ad illũ non peruenit, nec de eo facta inſtitutio valuit, iure accreſcendi ad cohæredẽ pertinet. *arg. l. 1. §. 1. & ſeq. C. de cadu. toll.* & melius facit *l. legatum. §. ff. de leg.* 1. Vnde quando inſtitutio de illegitimo nato, & incapace, palàm fit, quod portio, quæ illi acquiri non poteſt, accreſcat cohęredi, eſt notabilis doctrina Bar. magis communiter recepta *in l fi. ver. quæro, & reuoco in dubium. ff de his quib. vt indig.* vbi in fine dicit, quod ita determinauit Oldra. & licet non alleget vbi, tamen Soc. iun. *in conſ. 48. n. 34. vol. 4.* credit, quod voluerit allegare *in conſ. 39. thema tale eſt,* &c. Et eandem opi. tenent ferè omnes *in l. hæreditas. C. de his quib. vt indig.* maximè Alex. Corn. & Iaſ vt inquit Soci. iun. *in d. conſ. 48. vol. 4.* E. Muſcul.

8 Hærede inſtituto mortuo adhuc ſuperſtite teſtatore, teſtamentum per hoc non erit caducũ. Nam ſubſtitutus ad hæreditatem admittitur, & teſtamentum in vim ſubſtitutionis ſuſtinebitur, & habebit robur à ſecundo gradu. *l. ſi pater filium. ff de vulg.* & ibi gl. *l. 3. § fi* & ibi Iaſ. *ff. de libe. & poſthu. Iaſ. in l. Gallus. in prin nu. 75 ff. de libe. & poſth.* eo. n. caſu inſtitutio reſpectu inſtituti iam mortui efficietur caduca: ſed teſtamẽtum interim valebit quoad ipſũ ſubſtitutũ & incipiet ab ea ſubſtitutione vulg. *l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cadu. tollen.* quod procedit vbi ſubſtitutus eſſet in natura tempore mortis teſtatoris: vt per *Iaſ. in d. l. Gallus. num. 76. in princ.* Idem.

9 Fundus legatus ſub cõditione, quòd ſi legatarius decedat ſine liberis, reuertatur ad hæredẽ inſtitutum, ſi is hæres viuente legatario moriatur, remanebit ille fundus penes legatarium, & neque ad heredem hęredis reuertetur, cum fideicõmiſſum ſub conditione legatum nõ tranſmittitur. *l. vni. §. ſub conditione. C. de cad. toll.* Iaſ. *in l. cum filio. num. 24. ff. de leg.* 1. Decius *conſ. 427. & conſ.* 347. Idem.

10 Si quis fuerit ſubſtitutus alicui, ſi decedat ſine liberis, qui demũ hæres effectus fuit ſacerdos, ſi ſubſtitutus moriatur ante hæredẽ grauatũ, qui iã presbyter erat, perdit ſuũ ius ſubſtitutionis, quod ad ſuos nõ tranſmittet. *l. ſubſtitutio. ff. de acqui. rer. dom.* & ibi Alberi. conditionalia. n. nõ tranſmittuntur. *l. vni. §. ſinautẽ. C. de cad. toll.* Boër. *dec. 354. & 508.* Dec. *cõſ.* 408. Vezin.

11 Fideicommiſſum relictum ſub conditione, vel in diẽ, ſi fideicommiſſarius ante euentum diei vel conditionis moriatur, non tranſmittitur ad quoſcunque hæredes nec ad ſuos. *l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de cadu. toll.* Bald. *in l. 1. C. de his quæ ante apert. tabulas.* Iaſ. *in l. cum ſecundum. C. de fideicom. numero* 3. Chaſſa. *conſil. 63. num. 5.* Bened. *in rep. cap. Raynutius. in verbo, & vxorem. num. 62. in 5. deciſ.* & licet in fideicommiſſo filio relicto de reſtituenda hęreditate cùm morietur, ſubintelligatur ea clauſula, ſi decedat ſine liberis, *l. cum auus. ff. de cond. & demonſt. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom.* tamen vbi filius grauaretur ſub alia conditione quàm ſub conditione mortis, vel poſt mortem ſuam, tunc non intelligeretur ea clauſula, ſi decedat ſine liberis: quæ clauſula ſolùm ſubintelligitur, vbi filius poſt mortem ſuam eſt grauatus hæreditatem reſtituere, ſed non vbi ſub alia conditione, vel ſi vnus grauatus eſſet hæreditatem reſtituere. Alex. *conſ. 93. nu. 3. lib. 3.* Chaſſa. *conſi. 67. n.* 18. ergo in illis caſibus vbi filius grauatus eſſet hęreditatem reſtituere ſub alia conditione, quam ſub conditione mortis, conditio prius eſſet adimplenda antequam fideicommiſſum

tranſuit-

tranſmitteretur, ita vt nec liberorũ habenda eſſet ratio. Iaſ. *in d.l. cum ſecunda. C. de ſ. deic.* Sal. *in d.l. cum acutiſſimi. n.* 2 & hęc clauſula, ſi decedat ſine liberis, nõ habet locũ, neque ſubintelligitur in vulgari ſubſtitutione facta filio, vt Curt. Iun. teſtatur *conſ. 33. in princip.* & ſolum locum habet in deſcendentibus teſtatoris, qui ſunt grauati poſt mortẽ, vt ibi per Cur. & nõ in aliis grauatis, ita vt nec extendatur ea *l. cum auus.* ad tranſuerſales grauatos. Alex. *conſ. 185. n. 23. in 2. vol.* Bellac.

15 Teſtamẽtũ in quo vxor eſt relicta domina & vſufructuaria omnium bonorũ quoad viuet, & poſt eius vxoris mortem inſtitutus ſit aliquis hæres, ſuſtinebitur & valebit legatũ, per Iaſ. & alios *in l. filius à patre de libe. & poſthu.* Alex. *conſ. 58. vol. 3.* & hanc opin. communẽ & multũ æquam dicit ibi Iaſ. & eam de cõſuetudine ſeruari inquit Bald. *in l. id quod pauperib. C. de epiſc. & cler.* Nec vitiabitur legatũ vſusfructus ob hoc quod nõ debeatur niſi hæreditate adita, quia hoc caſu tẽpus mortis vxoris de inſtitutione reijcietur vt teſtamẽtum nõ vitietur, & ſtatim poſſit adiri hæreditas. Iaſ. *d. l. filius. n.* 27. Cacheran.

16 Inſtitutio facta in teſtamẽto de aliquo cui facta fuit vulgaris ſubſtitutio, ſi hæres nõ ſit hæres, vt quia mortuus ſit teſtatore viuẽte, aut aliàs non poſſit adire hęreditatem: tũc ille qui eſt ſubſtitutus admittetur, & teſtamentum ſumet vires à ſecundo gradu *l. vni. §. pro ſecundo. C. de cad. tol. per l. iam dubitari. ff. de hered. inſtit. & l. cum proponas C. de hered. inſtit.* vel ſi hæres propter incapacitatem nõ poſſit adire hęreditatem, admittetur etiam ſubſtitutus. *l. 4. C. de hered. inſtit.* vel ſi ſubſtitutio ex poſtfacto annulletur, & hoc ſiue inſtitutus mortuus ſit viuente teſtatore: quo caſu res redit ad cauſam caduci. *l. j. §. pro ſecundo. C. de cad. tol.* Dec. *conſ.* 529. vbi tenet hanc eſſe communem opinionem. Vezinus.

17 Legata data ab inſtituto, cenſentur repetita à ſubſtituto, niſi aliud appareat teſtantis. Bell. *conſ. 63. n.* 5. com. dicit. *ex l. nõ. inſtam. C. ad Treb. & l. licet. de leg. j. & l. vnica. §. pro ſecundo. & § non autem C. de cad. tollen.* & Iaſ. *in d. l. licet.* Idem.

18 Legatum factum nomine expreſſo hæredis, non cenſetur repetitum in ſubſtitutione. Alc. *de præſum. reg. 2. præſumpt. 35. nu.* 3. com. dicit.

19 Fideicõmiſſum non fiat caducum, ſi ſubſtitutus præmoriatur hæredi. vide Paul. de Caſt. *in 2. vol. conſ. 353. aliàs* 351. Vezi.

20 Spes fideicõmiſſi cõditionalis in teſtamẽto relicti mortuo fideicõmiſſario ante euentum cõditionis, nõ tranſmittitur ad ſuos hæredes & poſteros. *l. vnica. §. ſi autem. C. de cad. toll. l. à teſtatore de condit. & demonſt.* Guil. Ben. *in rep. c. Rayn. in verbo, ſi abſque liberis, in materia fideicommiſſaria ſubſtitutionis n.* 70. ſecus vbi fideicõmiſſum eſſet relictum in cõtractu, vel in alia diſpoſitione inter viuos: quia tunc bene ad ſuos hæredes tranſmitteretur. *§. ex conditionali Inſtit. de verb. obli.* & Ben. *eo. loco. nu.* 11. & Chaſ. *conſ. 65 nu.* 5. Cacher.

21 Fideicommiſſum relictum poſt mortem grauati, cenſetur eſſe conditionale, ſi fideicommiſſarius ſuperuiuat ipſi grauato. *l. cum filio.* & ibi Iaſ. *n. 24. ff. de leg. j. l. hæres meus. in prin. ff. de condit. & demonſt.* non enim tranſmittitur fideicommiſſum vniuerſale conditionale, ſi fideicommiſſarius pendente cõditione moriatur. *l. vnica. §. ſi autem. C. de caducis tollendis.* Idem.

22 Fideicommiſſario primo ante hæredem defuncto, fideicommiſſum apud hæredem remanet, cum onere reſtituendi ſecundo ſubſtituto. *l. vnica. §. pro ſecundo. C. de cad. tol.* Bar. *in l. quandiu, vltima, per illum textum de acq. hered.* Et eſt com. opi. ſecundum Dec. *conſ. 427. licet in caſu. vol. 3.* M. Chærian.

23 Legatarij adinuicem ſubſtituti quibus legatum ſit diuerſimode in viriles admittentur in parte & portione illius qui iam defunctus eſt. *l. vnica. § ſed vt manifeſtetur.* & ibi gl. *C. de cad. tol.* Iaſ. *in l. j. C. de impub. & aliis ſubſtit.* Vezin.

24 Legatum rei alicuius factũ Titio cum hoc onere, quòd legatarius eam rem non alienet: ſi deinde ea res ad alterum peruenerit per ius accreſcendi, ille talis eam rem nõ poterit alienare. *l. vnica. § ſi autem. C. de cad. tol.* Rebu. *in tract. nominat. in 8. quæſt. nu.* 13. Bellac.

25 Clauſula geminata, & nõ aliter, nec alio modo, in alienatione rei obnoxiæ pręſeruat à caducitate, licet ſequatur traditio, ſecundum communem per *Burſ. conſ. 26. n. 3. lib. j.* poſt Clarum. *§. emphyteuſis. quæſt. 12. verſi. item quæro.* P. Fieb.

26 Subſtitutio caduca efficitur ſubſtituto ſine filiis decedente, & hærede inſtituto ſuperexiſtente, ſec. com. per Burſ. *conſ. 1. nu 2. lib. j.* Bonac.

De ſuis & legitimis liberis, & ex filia nepotibus ab inteſtato venientibus.

TITVLVS XLVII.

DEſcendentes aſcendentibus ab inteſtato ſuccedunt, ſalua tamen gradus prærogatiua nulla facta differẽtia ſexus, nec ſuitatis, nec emácipationis. *§. 1. in aut. de hered. ab inteſta. venien.* ſicuti & aſcendẽtes ſi ſoli ſunt ſuccedũt ſuis deſcendẽtibus in infinitũ, ſalua tamẽ gradus prærogatiua *auth. defuncto. C. ad Senatuſc. Tertul.* Bened. *in rep. c. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu.* 8. & his deficientibus cognati, ſicut & agnati proximiores inſimul ſublata differẽtia agnationis & cognationis. Boër. *ibi.* Bellacom.

2 Filiusfamilias & infans trãſmittit hæreditatem patris, nõ agnitam ad quoſcunque hæredes iure ſuitatis. Dec. *conſ. 331. & conſ.* 245. Iaſ. *conſ.* 130. *vol.* 1. communem dicit. Vezinus.

3 Aſcendẽtes eiuſdẽ gradus nulla habita diſtinctione lineæ vel ſexus, ſuccedũt æqualiter deſcendentibus nulla habita diſtinctione vnde bona peruenerint, ſiue ex parte patris, aut matris. & hoc ex generalitate *authentica, defuncto. C. ad Tertul.* Corn. *conſ. 94. n. 11. & conſ. 286. n. 7. in 1. vol.* ſequitur Guliel. *in repet. c. Raynutius. in verbo, & vxorẽ n. 7. in 5. dec.* cõtra Bartoli opinionem *in l. quod ſciens. C. de bonis quæ liberis.* vbi tenet auũ paternũ nepoti mortuo ab inteſtato, & ſine liberis, ſuccedere in bona quæ à patre prouenerát ad ipsũ nepotẽ: & auũ maternũ nepoti mortuo ſuccedere ad bona quæ à matre ad ipſum nepotẽ prouenerát. licet Iaſ. *in l. poſt. dotem ff. ſol. matr. n.* 10. Bartoli opinionem tenuerit: Cornei tamen & aliorum opinio eſt eſt verior, ex textu & generalitate illius *authentica, defuncto. C. ad Tertul.* & idem Corn. *conſ. 7. in 3. vol.* Bellac.

4 Sui fiant regulariter inuiti, & ignorantes. *l. lege Cornelia. ff. de teſtam.* fallit in 3. caſib. vt per Corn. *in l ſi fratris. C. de iure delib. num.* 123. Idem.

5 Filia deſinit eſſe hæres ſua & neceſſaria, ſi ſtatutũm eam excludit à ſucceſſione patris. fallit in 4. caſib. vt per Corn. *in d. l. ſi fratris. nu.* 164. Idem.

6 Pater habens filios ex prima vxore, & conuolás ad ſecunda vota, ſuccedit filio defuncto cum aliis filiis qui erãt fratres & ſorores filij iam defuncti: intellige in vſufructu ſolum reſpectu bonorum, quæ filio obuenerant ex ſucceſſione materna: in proprietate verò & vſufructu quãtum ad alia bona quæ obuenerant aliunde quàm ex ſucceſſione materna. Idem in matre dicendum. Soc. *conſ. 34. in 1. parte.* Cacher.

7 Filij repræſentát perſonam eorum patris prædefuncti in ſucceſſione aſcendentiũ: in ſucceſſione verò tranſuerſali agnatorum & cognatorũ, nuſquã filij referũt perſonã eorũ patris, niſi quando tractatur de ſucceſſione patrui, aut auunculi, aut materteræ, aut auiæ. *auth. ceſſante. C. de legi. hære.* vltra autẽ patruos, auunculos, amitas, aut materteras, liberi non aſſumũt perſonam eorum patris iã defuncti. Imò tũc qui eſt in gradu proximior, erit potior in ſucceſſione. Dec. *conſ. 1. nu. 2.* Ang. *in §. cum filio. Inſt. de hered. quæ ab inteſtato.* Iaſ. *in l. ſi poteſt. nu. 26. ff. de acquir. hered.* Vezinus.

8 Filius ex beneficio ſanguinis, & ex ea *l. j. C. de his qui ante apert. tab.* moriens ante aditã hęreditatem, tranſmittit ius adeundi eam hæreditatẽ ad quoſcunq; hæredes deſcendentes. *d. l. vnica. C. de his qui ante aper. tab.* & hęc tranſmiſſio locum habet in hæreditate aſcendentis, ſiue ſit pater, ſiue mater teſtantis: & eam hæreditatẽ quis ad ſuos deſcendentes tranſmiſit: quia in hac trãſmiſſione nõ curatur patria poteſtas, ſed ſolum qualitas ſanguinis: ſcilicet ꝙ inſtitutus ſit ex ſanguine teſtatoris, & ꝙ trãſmittat ad eos qui ſunt deſcẽdẽtes de ſuo ſanguine. & hæc eſt cõmunis opinio de qua per doct. *in d. l. vnica.* & Ben. *in verbo, mortuo. n. 151. in rep. c. Raynutius.* Bellacomb.

9 Filius inſtitutus ex potentia ſuitatis tranſmittit patris hæreditatẽ ad quoſcunque hęredes, ſi moriatur antequam adierit paternã hęreditatem, aut ei ſe immiſcuerit *l. apud hoſtes. C. de ſuis & legi. hered. l. fratris. C. de iure delibe. & l. ſi infantis eodem.* & ibi Iaſ. & *in l. ſi filius hæres ff. de libe. & poſth.* quod procedit ſiue filius ſciat hęreditatem ſibi delatam, ſiue ignoret. & tranſmittit inquam ad hęredes etiam extraneos. *d. l. apud hoſtes.* Bened. *in repet. c. Raynutius in verbo, mortuo itaque. n.* 108. & hoc communiter teneri aſſerit ibi. Bellac.

10 Infans paternam etiã nõ agnitã, ad ſuos legitimos ſucceſſores tranſmittit. Eſt com. opi. ſecundum Cot. *in conſ.* 219.

verſic

verſ. ſed licet. vol. 3. Soc. *cōſ. 8. poſt redditū. vol. 4.* M. Chærian.

11 Hæreditas non adita, etiam delata, de iure ſpeciali trāſmittitur ex potentia ſuitatis. Eſt magis com. opin. ſec. Alex. *conſ. 10. viſo in prin. verſ. ex quib. vol. 1.* Idem.

12 Ignorans hæreditatem delatam non tranſmittit ius deliberādi in ſuos heredes, ſec. com. per Burſ. *conſ. 61. n. 1. lib. j.* Idē.

13 Tranſmiſſio iure ſuitatis in ſuos heredes per filiū infantem impeditur, ſi adſit alius frater infantis, ſec. mag. com. per Burſ. *conſ. 61. nu. 21. lib. j.* Idem.

14 Proximiores vbi vocantur in fideicōmiſſo, poſt mortem alicuius ſine liberis, in dubio ſemper inſpicitur proximitas ipſius grauati vltimo defuncti. ita pluries firmauit Soc. Sen. legēdo, & cōſulendo, vt eū allegat Soc. iun. *conſ. 126. n. 40. vol. 1.* vbi etiā lōgè hāc difficultatē diſputādo, tādē pro veriori opi. firmaſſe, proximitatē vltimo defuncti, & grauati eſſe attendēdā, teſtatur ipſemet *in conſ. 22. n. 28. vo. 4.* vbi per eum. E. Muſc.

15 Proximitas ſolum attenditur in fideicommiſſaria ſubſtitutione. Alex. *conſ. 305. vol. 6.* Io. Durand. *in arte teſtan. tit. 5. cau. 21.* com. dicit B. Villal.

16 Nepoti ſemper fauendum eſt, quādo agitur de primogenitura proueniente ex ordine teſtatoris aſcendentis, & ſic de ſucceſſione, quoniā ipſe dicitur patris locū ſubintrare. *§. cum filius Inſtit. de hered. qua ab inteſtato, &c.* cum concordantib. de quib. ibi per doct. & ibi egregie concludit Io. Faber *in verſi. ſi vero nepos filius primogenitus*, & ſatis apertè voluit Bar. *in auth. poſt fratres. la 1. C. de legit. hered.* idem vult cum multis aliis magnæ authoritatis doct. quos refert & ſequitur And. Sicul. aliàs Barb. *in conſ. 10.* ſapienter ſcribitur primo Reg. *vol. 2.* vbi etiam dicit, quòd de hoc eſt communis opin.

Et licet plerique tenuerint contrariū, tamen iſtam op. latè cōprobat, & ab obiectis defendit Soc. Sen. *in conſ. 252. viſis inſtrumentis*, qui inter cetera maximè confidit in authoritate Io. And. & Bar. qui fuerunt duo luminaria magna, alter iuris canonici, alter ciuilis. *verſ. ex quib. ſunt ſublatæ rationes*: cum concord. per Soc. Iun. *in conſ. 3. nu. 10. vol. 4.* Muſcul.

17 Fratres cōſanguinei præferuntur vterinis in bonis quæ à patre ipſi fratri prouenerāt. vterini verò fratres præferūtur conſanguineis in bonis quæ à matre ad ipſos filios prouenerant, per *l. de emancipatis. C. de legit. hered. & per l. quòd ſtatis C. de bonis qua liberos.* Corn. *conſ. 94. nu. 10. & conſ. 286. in 1. vol.* Boer. *dec. 185. num. 3.* quæ diſtinctio bene ſeruatur in fratribus vterinis & conſanguineis: licet in aliis non ſeruetur talis diſtinctio: putà cùm auus paternus & maternus ſuccedunt alicui eorum nepoti, qui nulla habita diſtinctione ſuccedunt æqualiter: ita Corn. *conſ. 286. nu. 8. vſque ad finem.*

18 Fratres autē cōiuncti ex vno latere non ſuccedunt fratri mortuo cōiuncto ex vtroque latere cū patre & matre defuncti, idē de ſororibus. *§. conſequenter. §. ſi igitur. in auth. vt fratrū filij.* licèt alij fratres & ſorores ex vno latere tantū coniuncti ſuccederent fratri defuncto ex vno latere vnà cum patre & matre, per *l. fina. C. ad Tertul. & l. de emancipatis. C. de leg. hered.* quę iura per *auth. defuncto, ad Tertul.* corriguntur, vt ibi per Bald. & Boer. *dec. 125.* & tūc demū frater ex vno latere ſuccedit fratri ex vtroq; latere deficientibus fratrib. ex vtroq; latere, & patre & matre ipſius defuncti. *d. auth. defuncto.* Bellac.

19 Fratres naturales ex eodem patre & matre inter ſe poſſunt ſuccedere, & ſunt inter ſe ſucceſſibiles. *l. hac parte. ff. vnde cog.* & inter eos eſt ius agnationis. Alc. *conſ. 174. in 5. vol.* inter ſpurios autem ceſſat omne ius agnationis, & non ſuccedūt inuicem. Alex. *ibidem.* verùm de conſuetudine nulla legitima ſucceſſio eſt inter eos fratres naturales ſeu baſtardos, & null⁹ parentū baſtardo poteſt ſuccedere qui mortuus eſt ſine liberis. Ben. *in rep. ca. Raynutius. in verbo, & vxorem. nu. 151. in 5. dec.* fiſcus autem bene ſuccedit. vt ibi per Ben. Idem.

20 Fratrē cōiunctū ex vno latere excludit frater coniunctus ex vtroq; latere in ſucceſſione fratris mortui ab inteſtato cōiuncti ex vtroque latere, & nepos ex fratre vtrinque coniuncto, ſeu eius filius ſuccedit patruo ſuo, excluſo fratre conſanguineo ſui patris. Corn. *conſ. 140. nu. 15. in 1. vol. per auth. ceſſāte. C. de leg. hered.* Guliel. Benedict. *in rep. cap. Raynut. in verbo, & vxorem. nu. 102. & 103. in 5. deciſ.* Idem. *d. verbo, & vxorem.*

21 Filius qui tempore euenientis conditionis, ſub qua erat inſtitutus, non reperitur in familia patris, non poteſt eſſe ſuus, & neceſſarius, *§. 1. Inſtit. de hered. qual. & dif.*

Fallit in 2. caſib. quos no. Iaſ. *in l. ſub conditione, ff. de liber. & poſthum. nu. 1.* Don. à Fina.

22 Appellatione ſuorum hęredum veniunt extranei hęredes, *l. ſciendum, & l. heredis appellatione, ff. de verb. ſignif.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Iaſ. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, ff. de liber & poſth. nu. 10.* Don. à Fina.

23 Filius vel alia non eſt ſua, ſi vel iure communi, vel à ſtatuto excluditur à ſucceſſione. Bar. *in l. j. §. ſciendum. ff. de ſuis & legit. hered.* Bal. *in l. maximum vitium. C. de liber prat.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Alb. Bru. *in tract. de ſtatu. art. 10. art. prin. in 3. q. nu. 1.* fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. *in l. qui ſe patris, C. vnde liberi. nu. 6.* Don. à Fina.

24 Suus heres eſt ille, qui eſt in poteſtate, *§. ſui autem. Inſt. de hered. qualit. & differ.*

Fallit, vt per Ant. Trigo. *fin. 45.* fallit in multis caſib. quos no Iaſ. *in d. l. qui ſe patris, nu. 10.* Don. à Fina.

25 Per dationem coheredis extranei ſublata eſt exiſtentia ſuitatis, *l. apud Iulianum, §. idem Iulianus, ff. ad Treb.*

Fallit in 4. caſib. vt per Alex. *in d. §. idem Iulian. in 4. notabili.* Don. à Fina.

26 Frater coniūctus ex latere matris tātū, prefertur fratri cōiuncto ex latere patris tantum, in bonis quę à defuncta matre peruenerāt ad ipſum fratrē ex latere matris: & ecōtrariu, frater ex latere patris tātùm prefertur in ſucceſſione ſui. fratris ex latere matris in bonis, quæ ex linea paterna peruenerāt. *l. de emancipatis. C. de ſuis & legi. hered. & in auth. itaq. C. comm. de ſucceſſion.* Cor. *conſ. 7. vol. 3.* Boę. *dec. 135. n. 3* & in ſumma, ſoli fratres cōſanguinei fratri cōſanguineo ab inteſtato ſuccedūt in bonis à patre, aut linea paterna prouenietibus, & quæ peruenerāt ad ipſum fratrē cōſanguineū tātum, & in bonis à matre quæſitis ſoli vterini fratres, fratri vterino ſuccedūt. *d. l. emācipatis,* gl. Ben. *in c. Raynutius, in verbo, & vxorē, n. 102. & 103. in 5. dec.* in bonis autē neutralibus, & per defunctū fratrē acquiſitis aliūde quàm à patre, vel à matre ſimul & æqualiter ſuccedūt fratres, tā conſaguinei quàm vterini, & hoc deficiētibus patre & matre, & fratribus vtrinq; coniūctis. *auth. itaq. C. comm de ſucceſſ. auth. defuncto. C. ad Tertul.* & Rom. *conſ. 40. nu. 6.* & Rubeus Alex. *conſ 40. nu. 6.* Bellacomb.

27 Legitimatus cū clauſula limitatiua, videlicet, abſq; pręiudicio, &c. venientiū ab inteſtato, nō ſuccedit ab inteſtato, nec præiudicat legitimis hæredibus: ſed tātū admittitur ex teſtamēto, & in præiudiciū legitimorū hæredū. eſt com. op. ſec. Dec. *in conſ. 338. in caſu propoſito. verſ. his præmiſſis.* Mar. Chær.

28 Nepoti mortuo ab inteſtato æqualiter ſuccedunt tā patruus ex vtroque latere, quàm patruus ex vno latere tantùm cōiunctus, ſecundū Cur. iun *conſ. 46.* quia tunc nō curatur de pluralitate vinculorū, quę ſolùm conſideratur cùm tractatur de ſuccedēdo fratri, vel patruo, aut aſcendētibus aut deſcendētib⁹: ſecùs quādo plures nepotes ex diuerſis fratribus, vel quādo duo patrui tractāt inter ſe de ſuccedēdo nepotibus. Bart. *in l poſt cōſanguineos. §. legitima. ff. de ſuis & leg. her.* Cur. *vbi ſuprà.* Iac. de Bello viſu *§. ſi verò in auth de hered. & falcid.* Pau. Caſtr. *in auth poſt fratres. C. de leg. hered.* Corn. *conſ. 119. n. 5. vol. 3. & conſ. 94. nu. 10. 11. 12. & 13. vol. 1.* Bellacom.

29 Filia cui à patre aliquid pro ſua dote & legitima relictū eſt cùm nupſerit, ſi moriatur antequam nubat, trāſmittit ad hæredes etiam tranſuerſales relictū ſibi factum, quatenus cōcernit ſuam legitimam. Alex. *conſ. 131. 1. vol.* qui in legitima nō potuit grauari, & grauamen illud reijcitur, per *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtamento.* Bened. *in verbo, mortuo. nu. 110.* licet aliàs relictum alicui mulieri cùm nupſerit, non debeatur donec ea mulier nubat. *l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de conditio. & demonſtra.* & ibi Bart. Idem.

30 Filia ſi renunciauit in fauorem alicuius ex fratribus, acquirit ei ſuam portionem, & illius filiæ portio acquiritur illi in cuius fauorem facta fuit talis renunciatio. Bal. *in l. 1. defuncti. C. de ſuis & legit. hered.* Boer. *dec. 104. nu. 9.* & Bald. *in l. ſi actionem. C. de pact.* Vezinus.

31 Filius habens filios ex ſuo matrimonio, & in ſuo teſtamēto non tenetur aliquid relinquere patri aut matri: cùm prima cauſa ſemper debet eſſe liberorum. *auth in ſucceſſione. C. de ſuis & legit. here.* & non tenetur quis aſcendentes inſtituere quādo ſtant deſcendētes. *l. ſi quis exhæredato. ff. de inoff. rupto. & l. pater filium,* & ibi Pau. de Caſtr. poſt Bar. *ff. de inof. teſta.* Guid. Pap. *dec. 426. in fi. & conſ. 50. in princ.* Idem.

32 Auunculus aut patruus excludent nepotem filiū ſui fratris in ſuccedendo, niſi in caſibus ſpecialibus, ſcilicet vbi agitur de ſucceſſione aui, aut alterius alicuius aſcēdentis, aut vbi

agitur

agitur de ſucceſſione patrui, auunculi, aut amitæ, aut matertelæ: his enim caſibus filius fratris ſuccedet cum ſuis patruis, aut auunculis: *authen. ceſſante. C. de legi. hered. & in titul. vt fratrũ filii, in authen.* & hoc locũ habet vbi agitur de ſucceſſione legali: ſecus ſi agatur de ſucceſſione ex teſtatoris diſpoſitione, vt cõtingit in fideicõmiſſis: quia tũc filius nõ ſubintrat in locũ ſui patris. Dec. *conſ.* 571. *nu.* 9. Alex. *conſ.* 227. *nu.* 5. *in* 9. *vol.* Corn. *conſ.* 131. *vol.* 2. *nu.* 2. & Dec. *conſ.* 408. Quãtũ autẽ pertinet ad alios trãſuerſales, talis filius nõ ſuccedit in locũ ſui patris præmortui, imò per patruos excluditur. *auth. poſt fratres. C. de legit. hered.* Ioan. Faber *in §. cũ filius. Inſtit. de hered. qualit. & differen.* Iaſ. *in l. ſi aute frater C. de ſucceſſo. edicto, nu.* 4. & 5. & Dec. *conſ.* 444. *nu* 2. & 3. & *cõſ.* 3. in illis duob' caſib' filius ſuccedẽdo cũ patruo aut auunculo, ſubrogatur in locũ ſui patris iã defuncti. Dec. *conſ.* j. in patruo autẽ magno, aut in aliis trãſuerſalibus non habet locum ea ſubrogatio. Bellacomb.

33 Rerum hæreditariarum poſſeſſio, non probat quem hæredem. *l. nõ hoc. C. vnde cogna.* & ibi hoc notat Iaſ. poteſt enim eſſe quòd eas res poſſideat alio titulo, vt quia per antea eas res emerat. Iaſ. ibi. & quãuis filius fateatur quòd poſſidet res paternas, non ſequitur quòd ſit hæres, niſi hoc fateatur, aut probetur quòd poſſidet vt hæres, ita Iaſ. ibi. Cacher.

34 Soror licet indotata excludit aliam, quæ cum iuramento renunciauit bonis paternis & maternis, iuxta communem per Burſ. *conſ.* 75. *nu.* 2. *lib* 1. Bonac.

35 Dos data filiæ, & eidem pleno iure quæſita, trãſmittitur ad eius liberos, velut hæredes, nec eis in legitimam ab auo debitam imputatur. Eſt magis comm. opin. ſec. Alex. *in conſil.* 23. *viſis dubiis. vol.* 1. M. Chærian.

Fallit, niſi dicti nepotes ſuccederent auo materno, cũ eorũ auunculis ex perſona matris: quoniam eo caſu tenerentur ſibi imputare, quemadmodum eorum mater imputaſſet: ſecũ. Alex. ibid. poſt Bald. *in l. illã. C. de colla.* Saly. *in l. ſimum. § repletionem. C. de inof. teſta.* Imol. *l. in quartam ff. ad leg. falc.* Idem.

36 Nepoti mortuo ab inteſtato ſuccedunt auus maternus & auia paterna, ſi ſuperſint & ſoli ſint, æqualiter: & nepotis hæreditas diuidetur in duas partes inter eos, nulla habita differentia vnde bona prouenerint. Corn. *conſ.* 94. 1. *vol. num* 10. 11. 12. & 13. Vezinos.

37 Auus in ſucceſſione neptis potior erit fratribus nõ vtrinque cõiũctis. cõmune fatur Bellon. *conſ.* 24 *in princ.* E. Suarez.

38 Nepti mortuę ab inteſtato ſuccedunt æqualiter auus paternus, qui erat pater patris ipſius neptis, & patruus, qui erat frater vtrinque coniunctus patri illius neptis. Petr. de Ancharano *conſ.* 347. quia hic non attenditur graduũ vicinitas, cùm tractetur de ſucceſſione defuncti extantibus aſcendẽtibus, & fratribus, vel filiis fratris vtrinq; cõiũctis, *per authen. defuncto. C. ad Tertulliã.* ſuccedũt enim pariter. Ita de Ancha. *ibi.* Idem.

39 Auus excludit in ſucceſſione neptis fratres non vtrinque coniunctos. Bello. *conſ.* 24. *in prin.* com. dicit ea gloſ. *in l.* 1. *ff. de iur. & fact. ignor. in ver. potiorem.* Villal.

De iure regni quicunque aſcendens excludit fratrem defuncti, *per l.* 7. *Tauri.*

40 Deſcendentes in aui vita, nec nati, nec concepti, quãuis auo nõ ſuccedant quo ad hæreditatem, ſuccedent tamen quo ad dignitatẽ, & honores. comm. dicit Ant. Gomez. *de teſta. ca.* 2. *nu.* 11. *verſ. limit.* 2. & ex parentum perſona iure tranſmiſſionis à ſuitate (vt doctorum verba vſurpem) à ſanguine, à iure deliberandi etiam quo ad hæreditatem ſuccedent. commune inſit idem Ant. Gomez. *eo. nu.* 11. & *c.* 9. *num.* 44. E. Suarez.

41 Deſcendentibus alicuius per lineam maſculinam cõceſſa, non conceduntur eiuſdem filiabus, quoniam ramis (vt doctorum ore in colligendis doctorũ opinionibus loquar) fœmineæ lineæ excluſis, & caput ipſum excluditur. cõmune ponunt Io. Crot. *nu.* 10. Loazes. *nu.* 67. *in l. filiusfamilias. §. Diui ff. de leg. lib.* 1. Pari. *conſ.* 20. *n.* 44. *lib.* 3. latè doctor meus Arius Pinel. *in l.* 3. *n.* 29. *C. de bon. mater.* atque ſimpliciter priuilegia alicuius deſcendentibus elargiuntur, ſi in reip. perniciem non vergant, & per lineam fœmineam deſcendẽtibus tributa, atque indulta cenſebuntur. commune ponit idem Arius Pinel. diligenter, & copioſè *in eandem l.* 3. *num* 32. E. Suarez.

42 Deſcendẽtibus etiam fœminis cõceſſa priuilegia, ſi reipub. grauia ſint, nuptis fœminis nõ tribuentur. commune ait Soc. Nep. *conſ.* 40. *nu.* 16. Sed contrariam ſententiã magis cõmunem fatur Dec. *conſ.* 223. Cagnol. *in l. cum quadam puella. ff. de iuriſ. om. iudic.* Verum enimuerò vt hanc poſteriorem veriorem, ita doctorũ numero inferiorem recenſet accuratè, ac prolixè Arius Pin. *in l* 3. *nu.* 34. *C. de bonis matern.* E. Suarez.

43 Nepotes ex filio præmortuo, aut filia præmortua habẽt partem, & ſuccedunt in lucro quo priuatur auia ſecundò nubens: & ſuccedunt in eo lucro vnà cum auunculis aut patruis, in ſtirpes: tamen & illud lucrum inter eos diuidi debet. *l. in quibus C de ſec nup* Dec. *conſ.* 87. *nu.* 4. com. dicit. Vezinus.

44 Filij fratrum licet admittantur ad hæreditatẽ auunculi aut patrui, vnà cum eorũ auunculis aut patruis, tamen filij filiorum alicuius fratris aut ſororis non admittentur ad hæreditatem fratris aut ſororis, ſed ſoli fratres aut ſorores admittentur ad hæreditatem fratris aut ſororis excluſis filiis filiorũ. ita tenet Oldrad. *conſ.* 141. *in fi. per text. in §. huiuſmodi. verſ. nulli. de hæred. ab inteſtato venien.* Chærian.

45 Agnati ſubſtituti compendioſè per verba cõmunia, non excludunt matrem in medio exiſtentem ab hæreditate filij, ſecundum magis com. per Burſ. *conſ.* 8 *nu* 39. *lib.* 1. Bonac.

46 Spurij filius legitimus non ſuccedit auo, etiã legitimis non ſtantibus, niſi auus prohibeat vſum relictorum filio. Iaſ. *in l. hæredib. ff. de iis quib. vt indi.* Io. Dur. *in arte teſtan. tit.* 1. *cau.* 3. *nu.* 12 comm. dicit. Eich.

47 Nothus legitimatus per reſcriptum poſt natiuitatẽ verè legitimi, non excludit legitimum, iux. magis communem per Burſ. *conſ.* 76. *num.* 21. *lib.* 1.

48 Nepus ſuccedit cum patruo in ſucceſſione legati patrui: ſecus in fideic. Dec. *conſ.* 1. *num.* 5. comm. dicit. Vezinus.

49 Nepos legitimus ex filio ſpurio ab inteſtato auo, nõ poteſt ſuccedere. Cur. iun. *conſ.* 157. *nu.* 1. comm. dicit, & Pyrrhus Angleber. *in conſue. Aur. de ſucceſſorib. cap.* 6. Villal. & Vezin.

50 Naturales tantũ filij non excludunt filiã fœminã legitimam & naturalẽ, vigore ſtatuti excluſiui fœminarum, ſecun. comm. per Burſ. *conſ.* 98. *nu.* 14. *lib.* 1. Bonac.

51 Naturalis verè nõ præſumitur, niſi probetur etiã q; pater illũ naturalẽ in teſtamento nominat, & licet habeat vnde ſe alat, eidẽ tamẽ legari & donari poteſt: ſecus vero nato ex dãnato coitu, licet earum matri donari & legari poſſit, ſecund. comm. per Burſ. *conſ.* 62. *num.* 7. *lib.* 1. vbi latius declarat. Idem.

52 Nepoti alicui defuncto ſuperſtitibus patruo vtrinq; cõiuncto patri illius defuncti, & altero patruo qui erat frater cõiunctus tantum ex altero latere patri illius defuncti, æqualiter ſuccedẽt: quia tũc poſt fratres, & filios fratrũ non cõſideratur vinculorum pluralitas. *auth. poſt fratres. C. communi. de ſucceſ.* plenè Cor. *conſ.* 219 *in* 3. *vol. num.* 5. & ſic illi duo patrui ſuccedent eorum nepoti iam defuncto. Vezinus.

53 Nepos ex primogenito præfertur ſecundogenito in ſucceſſione regni. Barb. *conſ.* 4. *vol* 2 Io. Dur. *in arte teſtan. titul.* 3. *cau.* 8. commu. dicit. Sed Alex. *conſ.* 4. *vol.* 4. & *in conſ.* 54. *vol.* 3. quẽ refert Iaſ. *in l. maximũ vitiũ C. de libe. præte. nu.* 4. com. dicit contrariã. quam intellige, ſi primogenitus moriatur viuo patre. Dec. *cõſ.* 443. maximè ſi filius poſſidet. *n.* 38. Villal. & Vezi.

Opinio Barb. & Duran. eſt approbata indiſtinctè *per l.* 40. *in ord. Tau.* B. Villal.

54 Nepos natus ex primogenito patre prædefuncto excludit filiũ ſecundogenitũ patruũ ſuũ a ſucceſſione regni, & primogenitura, ſecund. Bald. *in auth. ceſſante. C. de legitim. hæred.* & *conſ.* 389. *conſuetudo. vol.* 2. & hoc idẽ firmãt nonnulli Doct. quos refert & ſequitur Soc. rationib. per eum relatis *conſ.* 252. *viſis inſtrumentis.* & opinionẽ illã ſcribit expreſsè eſſe comm. Barb. *conſ.* 10. *lib.* 1. & *conſ.* 4. *lib.* 2. Couar. *in tract. de variis reſolutionib. iuris ciuilis, c.* 5. *lib.* 3 *nu.* 8. & Grãmat. *deciſ* 1. vbi refert in factũ cõtingentia ita in ſacro Conſilio Neapolitano fuiſſe deciſũ. & ita determinauit quoq; Rota Romana, teſte Horatio Mãlaſio *in addit. Rom. cõſ.* 29 *ſuper litera A*, de anno 1545. & ita fuiſſe iudicatũ in regno Caſtellæ, & in regno Franciſci refert Chaſſan. *in catalogo gloriæ mundi, in* 5. *part. conſiderat.* 44. In cõtrariã verò ſentẽtiã, videlicet q; nepos ex primogenito nõ præferatur filio ſecundogenito in ſucceſſione regni, inclinauit Io. Andr. *in addi. Spec in tit. de feudis*, Bart. *in auth. poſt fratres. C. de legit. hæred.* cũ aliis cõcordãt. relatis per Rubeũ *conſ.* 149 *nu.* 6. 10. & *ſeq.* vbi cõſuluit pro iſta parte: & opinio iſtorũ videtur æquior, ſi primogenitus mortuus ſit viuo patre, & ſic nõdũ ei iure quæſito ſecũdũ veriorẽ & magis com. opin. quã ſequitur & audacter atteſtatur Alex. *cõſ.* 4. *ponderatis, vol.* 4. & Dec. *cõſ.* 443. & *in caſu ad me trãſmiſſo. in fi* & ſentẽtiã hãc approbat *in d. auth. poſt fratres*, & confirmat Ant. de Roſ. *tract. de ſucceſſio. ab inteſt in verſ. & legitim.* & Cou. *in loco ſuperius citato.*

Sed quid cõcludendũ in hoc opinionũ cõflictu, & in tãta doctorũ ambiguitate? dic quòd Bal. *in l. cũ antiquiorib. C. de iure delibe. & in l. fi. C. de ſuis & legi.* arguit ad vtranque partem. & tandem dicit, ſoluat Apollo, & Io. de Sylua *in tract. de primogenitura. quaeſt. 35. lib. 1.* locupletiſſimè ſcribit omnia, quæ in vtranque partẽ poſſunt allegari, & demũ recitat ſententiã Othonis imperatoris, qui dicebat quæſtionem iſtã eſſe gladiatorio iudicio dirimẽdam. & ipſe Io. in hoc opinionũ cõflictu diffinire nõ auſus fuit. Remanet ergo res dubia, & ob hoc mihi ſequendã fore decreui optimã, & tutiſſimam diſtinctionẽ ſuper hoc articulo traditã nouiſſimè per Aug. Beroiũ *in c. dilectis filij, nu. 52. cũ ſeq. de arbitris*, vbi doctè iſtã arduã, & confuſam quæſtionẽ diſtinguendo reſoluit. & Chaſſan. *in d. catalogo in d. 5. pars. 44. conſideratio.* vbi cõgerit doctor. pro vtraque parte. F. Viuius.

55 Quoties ſoli nepotes ex diuerſis fratrib⁹, vel pronepotes ſoli, vel nepotes & pronepotes mixtim cõcurrũt nullo ſuperſtite auunculo, aut patruo, in ſucceſſione aui aut proaui mortui ab inteſtato, ſuccedũt in ſtirpes ipſi auo, & nõ in capita, ac ſi cũ patruis & auunculis ſuccederent. gloſ. *in auth. ceſſante. C. de leg. hær.* & ibi Bart. idẽ Bart. *in l. poſt cõſanguineos. §. 1. ff. de ſuis & leg. hæred.* Ioan. Faber *in §. cæterum de leg. agn. ſucceſ.* & Bart. *conſ.* 176. & hanc partẽ tenẽdam aſſerit Guid. Pap. *deciſ.* 134. & ſecũdũ eam opinionẽ iudicatũ refert, & quã etiam tenet Gul. Bened. *in repe. c. Raynutius. in verbo. & vxorẽ, n. 69. in 5. deciſion.* & Bal. *in tit. de natur. ſucceſ. feudi. ca. 1.* inquit eam eſſe commu. opinionẽ, & ſequẽdam: ita etiã Angelus *in §. cum filius, de hæred. quæ ab inteſtato defer.* & Stephanus Bertrand. *conſ. 2. 1. parte.* Et hoc caſu nepotes inter ſe ſuccedendo, non tenentur inter ſe conferre, cum veniant ex perſona propria, ſecus ſi vnus ex nepotibus ſuccederet cum ſuo auunculo: quia tunc teneretur conferre, cùm veniat referendo perſonam patris iam defuncti: Alex. *conſ. 50. nu. 16. vol. 6.* & Corn. *conſ. 195. part. 2.* Idem cẽſendum erit in ſucceſſione patrui, auunculi, aut amitæ ab inteſtato relictis nepotibus & filiis ex diuerſis fratrib⁹, qui ſuccedunt in ſtirpes, & non in capita. Iacob. de Belloviſ. *in §. reliquum, de hæred. ab inteſtato venien. in auth.* Bellac.

56 Agnatorũ & cognatorũ differentia, quando fit per diſponentẽ, & agnati præferuntur cognatis, ſolũ vinculũ agnationis attenditur: non concurſus vinculi cognationis conſideratur vti impertinentis, iuxta notabilem doctrinam Bal. communiter approbatam *in l. 1. C. de legit. hæred.* Dum cõcludit: quòd ſi per legẽ aliquam fiat differentia inter agnatos, & cognatos, quia agnati præferuntur cognatis, frater vtrinque cõiunctus, non præfertur fratri conſanguineo tantum: quia vinculũ cognationis, quod plus reperitur in vtrinque coniuncto, dicitur impertinens. Quam doctrinam refert, & ſequitur Soc. Sen. *in conſ. 89. circa præmiſſum. num. 12. & 13. vol.* 4. & Socin. Nep. ſiue Iun. *in conſ. 15. num. 1. volum. 4.* receptam ponit. E. Muſcul.

57 Lex quando facit differẽtiam inter agnatos & cognatos, videlicet vocando agnatos & cognatos, excludendo frater ex parte patris tantũ vocatur cũ vtrinq; cõiuncto ſimul. Ita voluit Bald. cũ quo tranſeunt DD. maximè Paul. de Caſtr. Fulg. & Corn. qui omnes dictũ Bald. in ſpecie referũt, & ſequuntur *in l. 1. C. de legit. hæred.* Et hanc opinionẽ in fauorẽ fratris conſanguinei tantùm: vt ſ. cũ vtrinque coniuncto ſimul ſuccedat, & apertè firmat Rom *in conſ. 411. quatuor ſunt, quæ refragãtur. in prin. & in fin.* licet de Baldo mentionẽ non faciat. Ita etiam firmat Alex. *in conſ. 9. in fi. lib. 5.* Et eandẽ opinionẽ ſępe firmauit Soc. Sen. *in conſ. 303. in fin. 2. vol. repetito in 3. vol. num. 25. & in conſ. 89. circa præmiſſum conſultationis articulũ. nu. 12. & 13. 4. vol.* dicens poſt Bal. *in d. l. 1.* quòd per eiuſmodi legem, ſiue ſtatutũ reducimur ad ius Ciuile antiquũ, &c. de quo *in d. l. 1.* videlicet, quòd caput vnde agnati, præferebatur capiti vnde cognati, quo ſtante frater conſanguineus tantũ, ſimul vocabatur cũ vtrinq; cõiuncto: quia in vtroq; erat par ius agnationis, & vinculũ cognationis, quod erat in vtrinq; coniũcto, dicebatur impertinẽs, & nõ cõſiderabatur, vt eſt textus *in d. l. 1.* Et ita propriè hodie eſt dicẽdũ in locis vbi talis lex, ſiue ſtatutũ extat ꝙ agnati excludũt cognatos, vt ibi per eum qui dicit, quòd ita aliàs fuit conſultum in ciuitate Ferrarię per Ange. Aret. per Alex. de Imola; item alios plures, vt enim refert Soc. Iun. *conſ. 24. nu. 12. vol. 4.* Et ſic conſtat ex prędictis quòd iſta eſt com. opin. quã & rectè intueri ſentit Bar. *in l. 1. §. qui habebat. in 2. quæſt ff. de bon. poſſeſ. contra tabul.* dum loquitur de parte patris tantum.

Et licet plerique contrarium tenuerint, tamẽ non eſt in dubio recedendum à communi opinione, per iura & docto. ſcripta vulgaria. at tantò magis talem opin. ſequi debemus, quia vltra quod eſt cõmunis, dicitur etiam niti optimis, & concludentibus rationibus, vt dicit Socin. Iun. *in d. conſ. 24. num. 12.* vbi etiam *ſub nu. 16.* refert Soc. Sen. patruum ſuũ reprobantem & opinionẽ Petr. Anch. & vltra eum adducit quoque, vltra 8. doc. tenentes contra eundem Ancha. quos apud eundẽ allegatos videre licet. E. Muſcul.

58 Agnatio nõ poteſt cõſeruari per fœminas, iuxta diſtinctionẽ Pauli de Caſtro *in conſ.* 79. caſus iſte frequens contingit in antiquis. In nouis eſt *ſub n. 410. vol. 1.* quã refert & ſequitur Socin. Sen. *in l. cum anno, v. quartus caſus. ff. de condit. & demonſtr.* quã & Socin. Iun. *in cõſ. 168. n. 26 4. vol.* proſequutus eſt, com. eſſe ibi dicit, vt ipſe teſtatur *conſ. 65. nu. 3. vol. 4.* E. Muſ.

59 Agnatio vel parentela quomodo probetur, vide per Aret. *conſ. 37.* Fulg. *conſ.* 184. Bar *in l. 2. §. item Labeo. ff. de aq. pl. arc.* Abb. *in c. licet ex quadam. de teſtib.* curt. Sen. *conſ. 82.* Alex. *conſ. 90. lib. 6.* vbi quod in antiquis ſufficit probare per famã. Deci. *conſ.* 322. 505. 524. 531. Rib *conſ. 16. col. pen.* vbi ſufficit probare ſe agnatũ, quando nõ agitur de certo gradu: & quod ſufficit quaſi poſſeſſio agnationis, & onus aliter probãdi transfeat in partẽ, Dec. *in c. ſuper eo. de teſtib.* Et de modo probandi proximitatẽ, Fulg. *d. conſ.* 184. Et qualiter probetur deſcendentia Alex. *d. conſ.* 90. Aret. *conſ.* 37. Et quòd aſſertio agnationis probet quem eſſe agnatum, not. Iaſ. *conſ. 81. lib. 1.* Dec. *conſ.* 524. Et qualiter probetur proximitas & parentela: vide Soc. Iun. *conſ. 138. lib. ij.* Iaſ. *conſ. 24 lib. 3.* Bar. *d. l. 2. §. item Labeo.* Bal. *in auth. quas actiones. col. vlt. C. de ſacroſ. eccleſ.* Idem.

60 Agnationis conſeruandę ratio niſi exprimatur, nõ cẽſetur in ſtatuto excluſiuo fœminarum vnica, ſec. magis com. per Burſ. *conſ. 93.* vbi *nu. 8.* contrariam, & ſic affirmatiuam veriorem & communiorem enunciat, ex no. per docto. *in Apoſtol. ad Rom. conſ. 16. num. 5.* Bonac.

61 Agnatio patris & filij ex legitimatione per reſcriptũ cõſeruatur, ſec. com. per Burſ. *conſ 98. num. 23. lib. 1.* Idem.

62 Si quis ab inteſtato moriatur relicto filio emancipato, & nepote ex eo filio, filius quãtũuis emãcipatus præfertur ſuo filio, qui erat nepos teſtatoris, cũ ſit in gradu proximior. & ob id eſt filius teſtatoris & in ſua poteſtate, cũ ceſſet differẽtia emancipationis & patriæ poteſtatis. *l. meminimus. C. de legit. hæredi.* Iaſ. *in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 56. ff. de liber. & poſthu.* Vezinus.

63 Teſtamentum illud in quo pater filium emancipatũ hæredem inſtituit, & nepotẽ ex eo in ſua poteſtate retentũ pręterit, valet ipſo iure, & quia ſuſtineretur, cum filius emancipatus præcedat filiũ ſuum nepotem teſtatoris in gradu, nepos ille ab inteſtato auo non ſuccederet. *l. meminimus. C. de legi. hæredi.* & beneficium rumpendi teſtamẽtũ conceditur propter ius ſuccedendi ab inteſtato. *l. ſi quis poſthumos. §. ſi filius. ff. de liber. & poſthum.* ſed nepos non poteſt rumpere teſtamentũ in quo eius pater eſt inſtitutus, quãtumuis nepos ille prætericus ſit: quare debet ille nepos ceſſare. *Bart.* & Iaſ. *in leg. Gallus. §. & quid. nume. 55. ff. de liber. & poſthum.* Bellacomb.

64 Subſtitutũ aut fideicõmiſſariũ nõ excludit filius adoptiu⁹. *l. ſi ita quis. §. ſi cum. ff. de leg. ij.* & adoptiu⁹ filius appellatur legitimus. Legitimatus autẽ filius dicitur ille, qui reſcripto principis, aut per ſubſequens matrimoniũ legitimatus eſt. Salic. *in l. eos etiam. C. de appella.* Legitimatus autẽ per ſubſequens matrimoniũ bene excludit ſubſtitutum. Imola *in l. ex facto. §. ſi quis. ff. ad Trebel.* Dec. *conſ.* 399. commu. dicit. Vezin.

65 Pater habens ſolùm filios naturales, ſi eos legitimandos per reſcriptum principis curauerit, & deinde ille ex ſuo matrimonio liberos legitimos & naturales procreauerit, per talem natiuitatem filiorum ex matrimonio ea iam facta legitimatio reuocabitur quoad bona, ſed non quoad ſtatum ipſorum filiorum, qui ſemper remanebunt legitimati: docto. ita tenent *in l. ex facto. ff. de vulga.* Iaſ. *in l. ſi de pactum. §. pater. num. 8. ff. de pac.* niſi tales filij legitimati fuiſſent per ſubſequens matrimonium, vt ibi per Decium. Ballac.

66 Legitimus ille dicendus, qui ex matrimonio contracto in facie eccleſiæ naſcitur: oportet enim dicenti contrariũ, nõ ſolũ inter parentes matrimonium non poſſe ſubſiſtere: ſed etiam malam fidem amborum probare. Coua. *in epi 4. c. 8. §. 3. nu. 2.* commu. dicit ex Pan. & præpoſi. *in c. peruenit, qui filij ſint legitim.* B. Villal.

Concor eum *l. 1. tit 13. par. 4.*

67 Nota, quòd ſi pater nominat filium ſuum legitimum in teſtamento, non ſtantibus filiis legitimis, efficitur legitimus, viua matre habili ad contrahendum matrimonium. Boër. *dec.* 240. *nu.* 16. *vſque ad nu.* 19. comm. dicit. B. Villal.

68 Legitimus non eſt temerè pronũtiandus, niſi cũ legitimo contradictore. Boer. *deciſ.* 40 *nu.* 16. *& ſeq.* comm. dicit ex Anch. & Abb. *in c. cauſam quæ. qui fil. ſint leg.* tamẽ ſentẽtia lata pro vno fratre, omnes alios fratres comprehendit, *l.* 19. *tit.* 22. *par.* 3. Idem.

69 Legitimus ex matrimonio, præfertur legitimato per principem poſt natiuitatem legitimi. idem Couar. *in d. cap.* 8. *§* 2 *num.* 28. comm. dicit. Idem.

Concor. cum *l.* 12. *Tau.*

70 Nota, quòd ius legitimitatis nõ præſcribitur per quinquenniũ à morte patris. Idem *ibi §.* 3. *nu.* 1. com. dicit. nec obſtat *l.* 25. *tit.* 29. *par.* 3. quæ loquitur in libertate. Idem.

71 Legitimi hæredes propriè, & expreſſè dicũtur et à teſtamẽto inſtituti, ſi hæreditas alioquin ad eos ab inteſtato reditura fuit, vt frequenter placitũ ex multis iuris interpretibus atteſtatur doctor meus Ari. Pinel. *in l.* 1. *num.* 8. *C. de bo. mater.* Vnde cum emphyteuſis alicui, & legitimis illius hæredibus conceſſa proponitur, atque idcirco ſolum hæredibus propriè legitimis, hoc eſt ab inteſtato ſucceſſuris præſtita intelligitur, vt cõmune ſentit Gulieł. *in c. Rayn. verſ. & vxorem. num.* 75. *de teſta.* Curt. iun. *in l.* 1. *nu.* 11. *ad fi. C. quand. non pet. part.* Oliuer. *in prin. nu.* 11. *Inſt. de ſucc. ab inteſt.* Ari. Pin. *vbi ſuprà.* E. Suarez.

72 Sororis filius nõ dicitur propriè agnat⁹, licet videatur retinere ius agnationis, & ideo nõ habebit locũ in ſtatutis excluden. cognatos propter agnatos, teſte Bal. *in l. lege. in fi. C. de leg. hær.* Ang. Aret. *in §. cæterũ. Inſt. de leg. agna. ſucceſ.* Dec. *in rub. C. vnde leg.* & eſt tex. *in §. fi.* vbi Are. *Inſt. de pat. pot.* vbi dicitur ꝙ nepos ex filia eſt de agnatione aui paterni nõ materni. *l. pronũciatio. in fi. & l. ſeq. §.* 1. *ff. de ver. ſign.* Aym. *cõſ.* 67. *nu.* 3. vbi ꝙ ſoror tamẽ eſt agnata, *§. nos verò. ibi, ex agnatis autẽ mulierib. Inſt. de leg. agnat. ſuc.* & alibi dixit idem Aym. *cõſ.* 180. *nu.* 1. quod licet ſoror ſit agnata; in eius tamẽ perſona finitur agnatio, nec per eã conſeruatur. ex quo infert quod diſpoſitio ſiue ſtatutaria, ſiue vltimę voluntatis facta in fauorem agnatorum, non comprehendit fœminas agnatas. ex no. per Dec. *in l.* 1. *nu.* 91. *ff. de reg. iu. in rub. C. vnde leg. cõſ.* 13. *col.* 2. pro quo vide Brun. *trac. ſtatut. art.* 12. *quæſt.* 9. & de principali art. de quo ſuprà de filio ſororis, no. Pract. Pap. *for. li. ab inteſt. ver. nullis, q̃,* nu. 28. Bellac.

73 Legitimatus ab inteſtato ſuccedere nequit in præiudiciũ ab inteſtato veniẽtiũ vigore clauſulæ, ſine præiudicio veniẽtiũ ab inteſtato, appoſitæ in legitimatione, ſecund. Bal. *conſil.* 173. *in fi. vol.* 1. Anch. *conſ.* 342. Paul. Caſt. *cõſ.* 222. *in fi.* Cuma. *cõſ.* 98. Fulg. *conſ.* 16. & Dec. cũ aliis cõpluribus ſignatis per eum *conſ.* 393. *nu.* j. vbi oſtẽdit iſtã comm. opin. eſſe. cui quidẽ inhęret quoque conſulendo doctiſſimè per plures rationes Iaco. Maud. *conſ.* 7. *nu.* 1. *cum aliis ſeq.* vbi pariter præſupponit iſtorũ ſententiam communem fore. F. Viuius *lib.* 1. *opin.* 160.

74 Legitimatus per reſcriptum ſuccedit etiam contra teſtamentum vt verè legitimus. Eſt mag. comm. opin. ſec. Alex. & Iaſ. *in rubr. ff. de lib. & poſth.* M. Chærian.

75 Legitimatus ab Imperatore cum patris aſſenſu ſuccedit in bonis & terris eccleſię etiam ſubiectis pontifici, ſecundum communem per Burſ. *conſ.* 76. *num.* 27. *lib.* 1. Bonac.

76 Legitimãtur naturales per ſubſequẽs matrimoniũ. *l. cum quis.* & ibi doct. *C. de natura. libe. l. nuper. eo. tit. cap. tanta. qui fil. ſint leg.* Ang. *in conſ.* 17. vbi dicit ꝙ talis legitimatio eſt fortior omni alia. & idẽ vult *in conſ.* 20. Pan. *in c.* j. *qui fil. ſint leg.* Vezin.

Amplia, licet illa non eſſet concubina. Pan. *in c. innotuit. nu.* 17. *de eloc.* Dec. amplè *in conſ.* 155.

Contrarium tenet Ang. *in §. aliquãdo. alias fin. Inſtit. de nupt.*

Limita niſi ſint nati ex pediſequa, & vili muliere. ita Ang. *in §.* 1. *in auth. qui. mod. natura. effi. leg.* Cæpo. *cau.* 247.

Limita pariter niſi concepti eſſent in adulterio. Lud. Rom. *conſ.* 367 *ibi, quo ad tertium.* Pan. *in cap. tanta. num.* 8. *qui fil. ſint leg.* Bal. *in l. ex libera. C. de ſuis & leg.* vide Ang. *in §. fin. Inſtit. de nup. in vlt. col. & Inſtit. de ſeruo. cog.*

Limita etiam niſi poſt natiuitatẽ filiorum naturaliũ, pater contraxiſſet matrimonium cũ alia: quia tunc per ſubſequens matrimoniũ non legitimarentur filij. ita tenet Ang. *in d. conſ.* 17. vbi alleg. tex. *in d. auth. qui. mo. natura. effi. le. §. ſi verò. verſic. omnino enim ſuis exiſtentibus.* qui ſecundũ eum nõ eſt alibi. Crẽdo Ang. corruptum, quia ille text. probat contrarium.

Et contrarium tenet Bar. *in l. bonorum. ff. rem ra. haberi.* Iaſ. remiſſiuè *in l. quotiens. in* 11. *col. in fi. C. de rei vend.* Iaſ. amplè *in l. Pomp. §. quæſitum de acq. poſſ.* vbi al. Ang. *in d. conſ. pro iſta op.* & ita tenet Plu. *in regula, ſine culpa quæ eſt* 23 Pan. *in c. tanta. nu.* 3. *qui fil. ſint leg.* vide Alex. *in l. Pomp. §. quæſitum eſt. de acq. poſ.* Ang. *in §. fi. in fi. Inſtit. de nup.*

Limita inſuper not. procedere vt poſſint tũc ſuccedere cum aliis legitimis de iure can. tãtũ: ſecus de iure ciuil. ita no. Ang. *in cõſ.* 59. vbi dicit quòd talis legitimatio procedit quo ad ſacros ordines, & alia reliqua, quę ſolũ cõfert eccleſia: non autẽ ad ea quæ ſolùm defert poteſtas Cæſarea, & in foro Cæſareo.

77 Quid ſi habens vxorem, contrahat de facto cùm alia ignorãte palam & publicè, & ex iſta ſecundum ſuſcipit filios, an dicantur legitimi quo ad ſuccedendum patri? Bened. *in conſ.* 116. tenet no. quòd ſic.

Fac. quod vult Ang. *in §. ſi aduerſus. in gl. ſuper ver. vulgo. Inſt. de nup.*

Vide Bal. *in l. qui contra. C. de ince. nup.*

Limita no. concl. prædictã quòd filij legitimẽtur per ſubſequẽs matrimonium, nõ procedere quando illa non potuiſſet eſſe vxor: vt quia erat ſaracena. Pan. *in c. tanta nu.* 14. *qui fil. ſint leg.* fac. quod vult Bal. *in l. & ſi contra. ver. nota ergo. C. de nup & in l. ex libera. C. de ſuis & legitim.* Vezinus.

78 Quid ſi deſponſaui concubinam filio mortuo, an nepotes ex eo legitimentur? Franc. Crem. tenet quòd nun. *ſing.* 32. all. Bal. *in l. benignius. ff. de legib.* Hypo. *ſing.* 121. Idem.

79 An requirantur dotalia inſtrumenta. vide Ang. *conſ* 59. & Ang. Aret *in §. fi. Inſt. de nup.* Bal. *in l. neque. C. de nupt. & in l. cum quis. C de natura libe. & in l. ſi qua illu. C. ad Orfi.* Idem.

80 Legitimatio per ſubſequẽs matrimoniũ, an trahatur retro ad tẽpus natiuitat. quòd ſic, quo ad ea quę ſunt ipſi legitimato fauorabilia, & alij nõ ſunt præiudicialia. *l. fi. ff de na. reſti.* de quo vide Alex *in* 12. *col.* & Iaſ. *in* 14. *colũna in dicto §. & quid ſi tantùm,* & ibi Crotus *in* 41. *col. de liber. & poſthu.* Idem.

81 Legitimatus excludit ſubſtitutum. Curt. Iun. *conſ* 83. *nu.* 8. Iaſ. *in l. cùm autem de inſtit. & ſubſtit. nu.* 7. *C.* commu. dicit. B. Villal. & Vezinus.

Limita, ſi non ſit citatus ſubſtitutus: quia tunc non excluditur. idem *ibi, num.* 10. comm. dicit.

Amplia iſtam limitationem: etſi ſit legitimatus viuente patre. Dec. *conſ.* 85. Coua. *in epitom* 4. *c.* 8. *§.* 9. *nu.* 8. commu. dicit. de quo vide *ſuprà in ver. citatio. num.* 31. B. Villal.

82 Legitimatus antequàm dies fideicommiſſi ceſſerit, excludit ſubſtitutum. communis eſt, per ea quæ allegat Duran. *in art. teſtandi.* 5. *cau.* 15. I. Fichard.

83 Legitimatus per ſubſequens matrimonium tunc demum in feudo ſuccedit, ſi in contractu matrimonij ſint inſtrumẽta dotalia: alias non. Curt. Iun. *conſ.* 136. *nu.* 2. comm. dicit: quã intellige de iure ciuili, non tamẽ canonico, quam per plura deducit Dec. *conſ.* 155. & dicit com. opin. *num.* 1. *in fin.* de quo vide congeſta per Coua. *in epitom* 4. c. 8 *num.* 8. Vezinus.

De iure autẽ regio eſt *l.* 1. *tit.* 13 *par.* 4. *& l.* 12. *tit.* 6. *par.* 1. *& l.* 1. *tit.* 6. *l.* 3. *For. ll.* quę leges indiſtinctè dicũt filios legitimari per ſubſequẽs matrimoniũ, & quo ad ſucceſſionẽ præcipuè *d. l.* 1. & cùm lex indiſtinctè loquatur, indiſtinctè eſt intelligẽda. *c. ſi Romanorũ,* 19. *diſt.* maxime cum in defectum iuris regni, recurrendũ ſit ad ius canonicũ, & non ad ciuile, per longè tradita per Io. Rube. *in re. tit. de dona. inter vir. & vxo. in introductione.*

84 Legitimatus idem non imputat, quod legitimus quando legitimatus quo ad quædam. Curt. Iun. *conſ.* 75. *num.* 4. com. dicit, quia tunc non dicitur propriè legitimus. Idem.

In legitimatis per Papam, quia non ſuccedunt in bonis exiſtentib. in imperio. Curt. Iun. *conſ.* 136. *nu.* 7. com. dicit. Cõcor. cum *l.* 4. *tit.* 15. *par.* 4. Idem.

85 Filius ſpurij licet ſit incapax, tamẽ liberi, ſeu deſcẽdẽtes ipſius ſpurij legitimi, & naturales poſsũt legata, vel relicta ſibi ab auo capere: poſt tamẽ mortẽ eorũ, patris ſpurij. eſt com. opi. ſec. Alex. *in cõſ.* 158. *viſo teſtamen. in prin. vol.* 7. M. Chærian.

86 Nepos legitimus ex filio ſpurio, ceſſante legitima ſobole, validè ab auo inſtitui & ſubſtitui poteſt. eſt magis comm. opin. ſec. Dec. *conſ.* 462. *viſa legitimatione. vol.* 4. Idem.

87 Statutũ quòd ſpurij ſuccedãt, non valet. eſt comm. opin. ſec. Dec. *conſ.* 271. *in caſu trãſmiſſo de Hiſpania.* vbi refert Federic. *conſ.* 275. *in* 1. *caſu talis eſt ſtatutũ.* Tamen cõtra com. tenet Dec. ibid. vbi refert Calde. tenere cõtra com. opin. bonis rationib. cũ Calde. trãſit, eius opinionẽ cõfirmãdo & reſpõden-

2 Filius matrem ſuam propter ſtuprum in viduitate cõmiſſum, eam exhæredare non poterit: nec etiam ſi tranſierit ad ſecunda vota, quia tales cauſæ non ſunt de illis ex quibus parentes poſſunt exhæredari, de quibus *in §. aliud quoque capitulũ in auth. vt cũ de appell. cognoſ.* Pau. de Caſt. *conſ. 416. in 4. vol.* quamuis nõ teneatur eam inſtituere, nec aliquid ei relinquere, ſi illa mater ad ſecunda vota tranſierit. Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. præterit.* Paul. Caſtr. *conſ. 215. in 1. part.* Idem.

3 Mater filio ſuo mortuo ab inteſtato ſuccedit, & concurrit vnà cum fratribus & ſororibus vtrinque coniunctis ipſi defuncto. *authen. defuncto. C. ad Tertul.* excludit tamen ipſa mater fratres aut ſorores defuncti, ex altero latere ſolùm cõiunctos. Corneus *conſ. 75. in 1. vol.* Idem.

4 Moriens relictis aſcendentibus in gradu diſpari, vt ſi habeat patrẽ ſuũ & auiá maternã, eo caſu pater excluſo auo materno, aut auia materna: ſuccedet in omnibus bonis filij ſui, etiamſi ea bona ad filium peruenerint ex matris ſucceſſione, & ſic ex linea materna aut aliàs. Item ſi quis moriatur matre & auo paterno ſuperſtitibus ſola mater ſuccedet, tanquã proximior ab inteſtato excluſo auo paterno, etiam de bonis quę ex linea paterna prouenerint. *auth. defuncto. C. ad Tertul.* Gul. Bene. *in c. Raynutius in verbo, & vxorem, num. 7. in 5. deciſ.* & hoc procedit vbi nulli adſunt filij defuncti, aut collaterales ex vtroque latere, aliàs locum haberet auth. defuncto. Bellac.

5 Mater tutrix teſtamentaria tenetur facere inuentarium, aliàs non ſuccedit filio. Barb. *in 3. vol. conſ. 91. col. 1.*

Limita niſi teſtator remiſerit inuentarij confectionẽ. Card. *conſ. 51. in 1. dubio.*

Limita niſi filii eſſent egeni, & multis creditorib. tenerentur. Lud. *ſing. 105.*

Limita, niſi eſſet minor 25. an. *l. fi. C. ſi aduer. delict.* & ita vult Paul. de caſtr. *in d. conſ. 265.* Bal. *in l. omnẽ. C. ad Tert. & in l. precib. col. 3. de impu.* Lud. Ro. *in conſ. 279.* Bened. de Peru. *conſil. 14.* Soc. *in 1. par. conſ. 39. in fi. 5. col.* Cor. *in 3. vol. conſ* 40. Ang. *in §. actionum. col. 12. de actio.*

Limita etiam niſi eſſet mater præuenta morte filii qui infra annum mortuus eſt. *l. 9. § confeſtim in fi. ff. ad Tertul.* Paul. *in d. conſ. 265. & in conſ. 274. aliàs 276. incip. poſtpoſitis authoritatibus.* Ang. *conſ. 166.* *Lud.* Ro. *conſ. 221.* Viuius.

6 Sed quid ſi mater, ſe arctauit in tẽpore, quia forte de anno nõ reſtabant niſi 4. dies, & moritur filius, an mater priuetur eius hær. Paul. de caſtr. not. *in d. conſ. 265.* tenet quòd ſic. & idẽ in effectu tenet *in d. conſ. 274.* Alex. *in l. cũ ſtip col. 4. de verb. obl.*

Et infrà quantum tempus teneatur petere? vide Ang. *in §. fin. Inſtit. ad Tertul.*

Limita inſuper niſi ſubeſſet legitimũ impedimẽtũ infra annũ, quia poſſet poſtea petere, nec priuaretur hæred, filij. Paul. de caſtr. *in 2. vol. cõſ. 372. incip. res iſta modicã habet dubitationẽ.*

Limita prętetea ſi mater eſſet ruſticana. vt vult no. Soc. *in d. conſ. 39. col. 6.* Bellac.

7 Mater tutrix etiam teſtamentaria ſecundo nubendo, perdit tutelam ſuorum filiorum primi matrimonii, ne ſuccedet ſi eis non petierit prouideri de tutore. Ioan. Fab. *in l. omnem. C. ad Tertul.* & ibi corneta inquit hanc opinionem vt cõmunem tenendam. quod confirmat de Garronib. *in auth. eiſdem pœnis nu. 32. C. de ſecund. nupt.* Bellac.

8 Mater legitima & naturalis mulierẽ arrogantẽ excludere debet, per tex. *in l. 9. § impuberẽ. ver. quare & ſi pubes ff. ad Tert.* ſecund. veriorẽ ſentẽtiã per Oſaſc. *deciſ. 75. poſt nu. 5.* Bonac.

9 Mater propter non petitum tutorem filio ab eius ſucceſſione priuatur, ſi moriatur in pupillari ætate *l. ſeian. C. de legit. hæred.* non tamen per hoc excludetur auia, ſed & nec alii proximiores pupillo excludentur ab illius ſucceſſione, & hãc comm. opin. eſſe aſſerit Soc. *conſ. 153.* & eam comprobat Salic. *in l. nepotibus. C. qui pet. tuto.* donec enim mater viuit pendente anno nõ currit tempus aliis proximioribus. Quare ſi interim pupillus moriatur, mater quidem excluſa eſt, alij tamẽ proximiores nõ ſunt excluſi. ita Rub. Alexã. *conſ. 81.* verũ vbi mater ante elapsũ annũ moreretur, & proximior pateretur elabi annũ, excludẽdus etiã eſſet, ſi tutorẽ nõ petierit. Rub. ibi. Bellac.

10 Statutũ excludens matrem ab hæreditate filii ab inteſtato decedentis, habet etiam locũ in pupillo decedẽte inteſtabili. eſt magis com. opin. cũ Bart. ſecundũ Barbat. *in conſ. 67. lib. 3.* refert Dec. *in conſ. 563. dubia, circa prin.* Sed quia articulus eſt dubitatiſſimus propter authoritates doctor. tenentiũ oppoſitum, diſtinguit: Aut pupillus eſt ſine patre, ita quòd nullo modo poteſt decedere teſtatus: & tunc procedat opinio contraria, quòd mater non excludatur: aut pupillus habet patrẽ, qui poteſt ei facere teſtamẽtũ, *vt Inſtit. de pupil. ſubſtit. in prin.* & tũc procedat opinio com. ſuprà relata. Et ibi ſubiũgit Dec. quòd in caſu dicti ſtatuti mater nõ ſolùm per agnatos maſculos, ſed etiã per agnatas fœminas excluditur, veluti per auitã. & ita cõcludit *in fi. d. cõſily:* licet videatur rigoroſũ. Chærtiã.

11 Mater ſi per ſtatutum priuetur ſucceſſione filiorum ſtãtib. agnatis, priuatur etiam auus maternus. Io. Nigo. *in l. generaliter. nu. 45. de ſecun. nu.* comm. dicit. Vezinus.

Ad Senatuſconſultum Orficianum.

TITVLVS XLIX.

NATOS ex damnato coitu ita lex abhorret, vt nolit eos ſuccedere nedum patri, ſed nec etiam matri, iuxta *auth. ex cõplexu*, & ibi tradita per gl. & Doc. *C. de inceſt. nup.* & videtur text. *in authen. licet, in fin. C. de natural. libe.* Et in filio ſacerdotis eſt pulchra deciſio Archidia. per illũ tex *in c. cum multa, in fi. 15. quæſt. 8.* Nam cũ ibi tex. ſimpliciter dicat, filios ſacerdotis ad hæreditatem admittendos nõ eſſe, dicit ibi Archidia. poſt Lauren. antiquũ doct. quẽ allegat, quòd debet ſimpliciter intelligi de hæreditate tã materna, quàm paterna, vt per eũ. Et quòd natus ex coitu accuſabili, ac punibili, etiam matri nõ ſuccedat, tametſi largè ſpuri' dici poſſit, eſt gl. nota *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.* quã ibi ſequũtur Cy. Bart. Odoſ. Albert. Paul. de Caſt. Salicet Fulg. & alij cõmuniter. & Bart *in l ſi. in 1. & 2. quæſt. ff de his quib. vt indig.* & eſt de hoc magiſtralis doctrina Ang. *in § ſi. num. 18. in auth. quib. mod. naturales effic ſui*, &c. Et ita etiã ſirmat Alex. *in conſ. 174.* ſuper eo, de quo quæritur. *lib. 5.* Et nouiſſimè dicit Cur. *in d l ſi qua illuſtris*, quòd à tali opinione, nullo modo in deciſiuis eſt recedẽdũ. vt hæc refert Soc. iun. *in conſil. 48. num. 8. vol. 4.* E. Muſcul.

2 Spurius ita demum nõ ſuccedit matri, ſi eſt natus ex coitu damnabili, putà ex adulterio, ſtupro, vel inceſtu, vel alio ſimili accuſabili, ſecundum leges, natus alias ex coitu nõ accuſabili, ſecundum leges ſuccedit matri ab inteſtato, & cõtra teſtamentum. eſt com. opin. om. gl. & doct. *in l. ſi qua illuſtris. C. ad Orfic.* ſec. Soc. *conſ. 148. verſ. quibus fundatis. quod incip. memoriis iam ſunt. vol. 1.* M. Chærtian.

3 Statutũ diſponẽs q monaſteriũ, vel religionẽ ingredięte patri, vel matri ſuccedere nõ poſſint, valet & tenet ſec. Bart. *in l. ſi. C. de pactis.* cũ initiat vinculũ ante ingreſſum. ſecus autẽ eſſet ſi dictũ ſtatutũ vteretur verbo futuri tẽporis, veluti, ſi ingreſſa fuerit, &c. Tũc enim ſecundũ eund. Bart. valeret ſtatutũ, ſed docto. omnes vnanimiter tenẽt hoc ſtatutũ indiſtinctẽ nõ valere, pręcipue q; Ang. Imol. Rom. Alex. & Iaſ. *in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. ff. de verb. obl.* & idẽ Iaſ. cũ aliis late ibi cõgeſtis per eũ *in d l. ſi.* vbi hoc idẽ tenẽt Dec. Claud. Aquen. Ruminal. aliíque moder. Soc. *in l. ſi ff. de his, quæ pœnæ nomine.* Georg. Natt. *in tract. quòd ſtantib maſc. quæſt. 2. princ. nu. 58.* & iſta eſt vera, indubitata, & com. opin. cõtra Bart. vt aſſerit Alex. *conſ. 139. viſo themate. vol. 2.* Dec. *in cap. in præſentia. extrà de probat. num. 197.* Io. Baptiſt. Caſte. *in add ad Matth in ſing. 145.* nota dictũ, &c. Ruinus *cõſ. 205 nu. 2. vol. 1.* Bolog. *in d. l. ſi. n. 105.* & Mãtua. *ibi. nu. 78. cũ ſeq.* & idẽ Dec. *in c ecclesia S. Mariæ. nu. 188. de conſt.* & Felin *in d. c. in præſentia. nu 38.* & ibi D. Brunor à Sole *in addit.* & Cãpeg. *in tract. quòd ſtantib maſc. quæſt. 12. nu. 60. cũ aliis ſequẽtibus.* Itẽ nec valet ſtatutũ præcipiens quòd qui nõ petierit creditũ ſuũ intra tale tẽpus, puta intra decenniũ, amplius petere nõ poſſit, ſec. Bart. *in l. omnes populi. in 3. quæſt. prin. ff. de iuſtitia & iure*, & alios quã plures congeſtos per Th. Ferrar. *in cautel 38. nu. 1.* vbi aſſeuerat hanc eſſe comm. opin. & nouiſſimè. Anto. Galleſius *in tracta. de formulis Cameralis obligationis ſuper form. Cameræ. oblig. 3. quæſt. nu. 11.* quãuis ibi dicat illud ſtatutũ non ſeruari in vrbe Roma. & de hac cõmuni diximus ſuprà in verſ. ſtatutum diſponens, quod qui non petierit creditum ſuum à debitore, &c. F. Viuius.

De bonis maternis, & materni generis.

TITVLVS L.

PATER tum aduentitiis, tum maternis filij bonis, quãdiu viuet, vtetur ac fruetur, nec ſi vel filius commune interim naturæ debitum agnoſcẽs è viuis migret, vel clericus teſtamentum fecerit, vel denique de liberatione aliqua cunſerit, vſu illo fructu propterea pater libetur. communia ait diligenter, atque appoſitè meus iuriſductor Arius Pinel. *in l. 1. part. 1. num. 39. & ſeq. C. de bo. mat.* Non ta-

men idcirco quidquam prohibuerit, quin hodie in omnis ſeſe obligationibus pater, ac filius in aduentitiis hui.. bonis irretire poſſint, ſecundum Bald. Salic. Paul. de Caſt. & Corn. *in l. iubemus §. in ſupradictis. C. ad Treb.* commune proferunt Iaſ. *loc. 1. num 37.* Caccialup. *nu. 39 in l. frater à fratre. ff. de cõd. inde.* & hinc communi opin. inhæret quoque Alex. *conſ 186. num. 6. lib. 6.* Crot. *in l. ſi conſtante in 2. repet. numer. 120. ff. ſolut. matrim.* Viuius *opin. 599.* & E. Suarez.

2 Pater in bonis maternis non poteſt agere ſaltẽ abſque filij conſenſu requiſito: & per conſequens citra ipſius filij conſenſum agere nequit, quò ad proprietatem bonorũ aduentitiorũ, dumodò non ſit infans, vel abſens: vt voluerunt Cyn. Ang. Saly. Caſtr. Fulg. *nu. 4.* Corn. & alij omnes communiter *in l. fi. §. vbi autem C. de bonis quæ liber.* per text. *ibi, in no. in cap. accedens. col. 1. de procur.* Alber. *in l. ſi longius. § ſi plum. num. 4. ff. de iud.* Ang *in §. actiones autem. nu 4. Inſtit. de act.* Roma. *conſil. 241. ſub num. 1.* Cappella Toloſ. *in deciſ. 105.* & Pinel. *de bonis mat. l. 1. 2. par nu 66.* vbi oſtendit illam eſſe com. opinionem.

3 In contrariã verò partẽ, videlicet, ꝙ pater habeat ius agẽdi, & defendẽdi abſq; filij conſenſu in aduẽtitiis, & ꝙ ei competat exercitiũ dictarũ actionũ abſq; conſenſu filij, inclinarũt Mat. *in d. §. vbi autẽ.* idem Bar. *col. 1.* Sal. *nu. 8* & Caſtr. *col. 1. in d. l. 1. C. de bonis mat.* Aret. *nu. 5.* & Imol. *col. 9. in l. fi. §. pupillus. ff. de ver. oblig.* vbi fatetur illam eſſe commu. opio. Legiſt. Tamen re vera prior ſententia communior, & verior apparet: vt deducunt Scriben. *in d §. vbi autẽ.* & Cagnol. etiam eam amplectendo *in l. frater à fratre. nu. 164 ff. de cond. indeb.*

Sed retenta dicta priori ſententia tanquã communiori, ſi filius requiſitus in huiuſmodi caſu, conſenſum patri præbere nollet: tunc quippè pater agere poſſet non aliter quã ſi filius conſenſiſſet, dũmodò non ſit iuſta cauſa contradicendi: ſecun. Ang. Caſtr. Fulg. & alios *in d. §. vbi autem,* & Pinel. *vbi ſuprà.*

Cæterũ quo ad vſumfructũ, pater agere, & defendere non prohibetur tanquàm legitimus adminiſtrator: vt tradũt Ang. Fulg. *nu. 5.* Corn. *col. 3.* & cæteri omnes *in l. 1. C. de bonis quæ lib.* Auſter. *in add. d. Capp. q. 105.* & Pinel. *vbi ſuprà.* & iſta eſt cum. opin. vt oſtẽdũt apertiſſime Doct. præcitati, & Cagnol. *in d. l. frater à fratre. nu. 160. cũ aliis ſeq.* vbi meminit de communi, & eam late declarat. Sed in aliis bonis, in quibus pater non haberet vſumfructum, vtique in eis non eſſet legitimus adminiſtrator: ita Doct. omnes *in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. & in d. l. 1. C. de bon mat.* Capicius *deciſ. 56. nu. 4. & deciſ. 73. num. 10.* & Pariſ. *conſ 157. num. 15. 32. & 244. vol. 4.*

Et eſto quod pater agere queat, vt ſupra docuimus ſine filij cõſenſu, etiã quo ad proprietatẽ aduentitiorũ: tamẽ aduerte, quod vbicũq; pater ageret ad ipſa aduẽtitia ſine filio, tenetur nempè cauere de rato reſpectu proprietatis, quæ eſt ipſius filij. ita Iaſ. *in l. ſoluto matrimonio. §. voluntatem, n. 11. ff. ſolu. matr.* vbi *nu. 14.* hoc lepidè interpretatur, & limitat. Viuius *opi. 594.*

4 Pater poteſt procuratorem cõſtituere ſine filij cõſenſu in aduentitiis ante litem cõteſtatã: & ſic ipſe pater aliter nõ prohibetur etiã citra filij conſenſũ procuratorẽ conſtituere, etiã quo ad proprietatem aduentitiorũ, ante tamen litem conteſtatã: ſec. Cyn. Albe. Bar. Bal. Ang. Saly. Fulg. Caſtr. Corn. & cæteros omes *in l. 1 C. de bonis mater* Ang. *in §. ſin autem. Inſtit. de ſatiſd.* Bal. *in l. fi. §. vbi autem. C. de bon. quæ liber.* Alex. *num. 6.* & Iaſ. *in l. neque. nu. 4. C. de procur.* Curt. *in l. præſes. nu. 4.* & ibi alij. *C. de tranſact.* Roma. *conſ. 241. ſpectabiles domini collaterales, ſub nu. 10.* & Tiraq. *in l. ſi vnquam, in prin. nu. 19. C. de reuocan. don.* & iſta eſt comm. opin. prout referunt Doct. *in d. l. 1.* & Roma. *in d. conſ. 241.* Viuius *opin. 593* & Villal.

5 Mulier omni iuri, quod habet in bonis paternis renuncians cũ iuramento, poterit, priùs abſoluta à dicto iuramento, contrauenire ex capite enormiſſimæ læſionis. vt voluit Corn. *cõſ. 146. vol. 1. cõſ. 139. & 214. vol. 3.* & Dec. *cõſ. 170.* Rub. *cõſ. 101.* Abſolutio autẽ illa debet de iure, & æquitate cõcedi, ne iuramentũ ſit iniquitatis vinculũ. *c. & ſi Christus. & c. quãto. de iureiur.* gl. *in auth. quod eis. C. de nupt.* docto. *in c. cũ contingat. de iureiur.* Pan. Caſt. *cõſ. 175. cõtra ſuperius lib. 1.* cum aliis citatis per Alex. *cõſ. 213. viſis. vol. 7.* & per Curt. *cõſ. 44. ſuper cõtingentia. circa fi.* nã ex euidenti, & enormi læſione præſumitur dolus, etiã ſi ceſſio eſſet facta patri, *l. ſi ſuperſtite. C. de dol.* cum relatis per Soc. *cõſ. 263. capio primũ.* & iſtã opi. dicit com. Dec. *cõſ. 203. nu. 5.* & Gram. *deciſ. 101. nu. 103.* & concluſ. hæc ampliatur etiã habere locũ in trãſactione iurata, quæ certè reſcinditur ratione enormiſſimæ læſionis. ſecundum Dec. *conſ. 170.* vnde mulieribus enormiter læſis neceſſe eſt ſuccurri, nõ obſtante iuramento, quia iuramẽtũ nõ tollit remediũ. *l. 2. C. de reſcind. vẽd.* & not. omnes doct. ibi Rip. *in 3. lib. reſponſorũ. tit. de donat. reuoc. c. 15.* vbi recitat iſtã eſſe com. opi. & Crauet. *conſ. 190. alias 192. nu. 2.* & Gram. *deciſ. 102. n. 54. 103.* & 104. Sed vbicunq; aduerte, in tranſactione iſta non interueniſſet iuramentũ, tunc nõ poteſt reſcindi prætextu læſionis vltra dimidiam iuſti pretij, vt volũt Cyn. Bald. Sal. & alij doct. *in d. l. ij. C. de reſcindend. venditio. in l. 11. quis cum alter. ff. de ver. obligat. in c. cum cauſam. de emptio. & vendit.* & Afflict. *deciſ. 220. n. 2.* vbi refert cũ iſta opin. ſere omnes docto. communiter tranſire, & Gram. *deciſ. 66. n. 63.* Io. Cephalus *conſ. 110. n. 70. vol. 2.* Ampliatur etiam præmiſſa cõcluſio in minore enormiter læſo, cui profectò ſuccurrendum eſt per relaxationẽ iuramẽti, & hoc non habet dubitationẽ aliquam. Sed quando minor ipſe ſciens euidentem læſionem, nõ excedentem dimidiam partẽ iuſti pretij ſponte, & ex certa ſcientia, & benè conſultus ceſſit, &c. tunc per relaxationẽ iuramẽti minori ſuccurri nõ eſt permiſſum, prout communiter tenetur per omnes docto. dicit Curt. *conſ. 44.* Bertrand. *conſ. 135. nu. 3. vol. 4.* & hoc autẽ, & hoc quod docuimus de minore enormiter læſo, cui prius petita abſolutione à iuramento ſuccurrendum eſt, declarant vtiliter non procedere in maiore renunciante cum dicto iuramento. *c. quamuis. & auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.* vbi omnes ſcribent. not. & *in d. l. 2.* & ita ſe habet cõmunis opin. vt refert Gram. *deciſ. 102.* Ampliatur quoque dicta concl. habere locum ſimiliter in ruſticis enormiter læſis, quib. neceſſe eſt ſuccurri nõ obſtante iuramẽto, vt per Crauet. *conſ. 192. n. 2.* & per doct. ĩ citatos. Iſta reg. 6. ſeu concl. ita ampliata, limitatur quotieſcunque in inſtrumẽto reperiretur ſcriptum, mulier ſciens hæreditatis æſtimationem ſponte, & ex certa ſcientia ceſſit, &c. tunc mulier cõtra pacta quaſi decepta venire nõ poterit: nã ſcienti, & cõſentiẽti nõ fit iniuria, neq; dolus. *l. cum donationis. C. de tranſact.* ita tenet Alex. *in l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. ob.* per not. per Bart. *in d. l. 2.* præcipuèque ſi iuraſſet non contrauenire ratione enormiſſimæ læſionis, ſec. d. Ant. *in d. c. cum contingat.* & Alex. *in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta.* quæ quidem limitatio, ſeu ſententia ſequenda nõ foret, quando ſubeſſent veriſimiles coniecturæ, quòd mulier ſpontè donare voluerit, ſec. communem aſſertionem omnium doc. vt patet ex dictis, relatiſque per Dec. *conſ. 379. requiſitis. in fi.* F. Viuius *opin. 532.*

De bonis quæ liberis in poteſtate patris conſtitutis, ex matrimonio, vel aliter acquiruntur: & eorum adminiſtratione.

TITVLVS LI.

Filius ſeorſum habitans à patre quod acquirit, acquirit ſibi quantum ad proprietatem, & quo ad vſumfructum acquirit patri. *l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis.* Alex. *conſ. 138. vol. 5.* Vezinna.

2 Filius ex pecunia paterna cum ſuo labore ſi aliquid fuerit lucratus, medietas illius lucri quæritur patri tanquam profectitium, & cum fratrib. illud eſſe cõmunicandũ: Altera verò medietas cenſebitur tanquã aduentitium, & induſtriæ filij attribuetur, & per conſequens non eſſet cõmunicandum, neq; veniret in collationẽ cum aliis fratrib. ſicuti nec alia aduentitia. *l. vlt. C. de colla.* ita Bart. *in l. 1. §. nec caſtrenſe. nu. 5. ff. de colla. bonor. & in d. l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* quẽ ibi ſequitur Caſtr. & Salic. Bart. *in l. 1. C. pro ſocio.* Bal. *in d. l. cum oportet.* dicit iudicio iudicis relinquendũ. quæ in effectu conuenit cũ opinione Bart. & Iaſ. *in l. illud C. de colla. n. 7.* & hoc procedit ſiue filius ſimpliciter negotietur, ſiue ſuo nomine. Chaſſa. *in conſuetud. Burgun. in tit. des enfans de pluſieurs licts. §. 2. nu. 10.* & hãc opi. com. eſſe aſſerit Soc. *conſ. 162. & 192.* & eã obſeruari aſſerit Chaſſa. *in ſuis conſuet. Burg. in d. tit. des enfans de pluſieurs licts. §. 2 n. 78.* & Cor. *conſ. 151. vol. 3.* quod ſi filius ex pecunia patris negotietur, & patris nomine, totũ lucrũ ad patrẽ pertineret. Roma. *in d. authẽ. ex teſta. C. de collat.* & Iaſ. *in d. l. illud.* Bella.

3 Filius ſi ex pecunia paterna fundũ emerit ſuo proprio nomine, ipſius erit propriũ, pecuniam tamen fratribus pro rata cuiuſque reſtituet, ſecundum Pau. Caſtrenſem *in l. cum oportet. numero 7. C. de bonis quæ liber.* quia res empta ex pecunia mea, mea non eſt, ſed ementis. *l. ſi ex ea pecunia.*

c. de res vend. Soc. conſ. 61. in 4. vol. idem in fratre acquirente, qui ſi de pecunia cõmuni rem aliquam propriu nomine emerit, talis res erit ſua: pecuniam autem tenetur reſtituere. Soc. eo conſil. 61. Idem.

4 Acquiſita ab vno ex fratribus patre viuente, qui in familia reſidebat ipſius patris, & qui frater bona ipſius patris gubernabat, ipſo patre permittente, præſumuntur eſſe acquiſita ex bonis paternis. gloſſ. in l. cum oportet, ſuper verbo, ex eius ſubſtantia. C. de bon. quæ lib. quam ibi ſequitur Faber. & idem Faber in §. 1. Inſtitut. per quas perſon. nob. acquir. niſi contrarium probetur, vt per Ioan. Fab. in illis locis. & eo caſu incumberet onus probandi ipſi fratri, quòd ſcilicet illud acquiſiuit ex ſua induſtria, & non ex patris ſubſtantia, Bart. in l. Titium & Maurum. §. altero ff. de adminiſtr. tut. Guid. Pap. conſ. 104. & pretia rerum acquiſitarum ponenda erunt in communione: quia ex acquiſita, & ſi ſint acquiſita nomine ipſius filij, erunt quidem ſua, ſed pretium erit communicandum. l. ſi patruus. C. com. vtriuſque iudi. & Guid. Pap. vbi ſuprà. Bellac.

5 Filius aliquid acquirit, & non conſtat an ex pecunia paterna, an ex ſua induſtria id acquiſitum fuerit, illud ex coniecturis decidendum erit. Bal. & doct. in l. cum oportet. C. de bonis quæ libe. quæ omnia iudicis arbitrio ſunt relinquenda. Soc. conſil. 192. in 1. vol.

6 Quæſita per filium ſine patris ſubſtantia, & ex ſolo labore ipſius filij patri quo ad vſumfructum quæruntur: exceptis tamẽ his, quæ filius acquiſiuit ex re caſtrenſi, vel quaſi, quæ in totum filio quærũtur. l. cum oportet. C. de bonis quæ liberis. Soc. conſil. 192. vol. 2. Vezinus.

7 Filius patre mortuo, fratribus ſuis tenebitur reddere rationem de his quæ viuo patre adminiſtrauit, licet pater eam rationem non petierit. arg. l. cum oportet. C. de bon. quæ lib. exigitur ratio ſtricta, ſicuti in extraneo. Soc. conſ. 46. par. 1. & conſil. 192. nu. 5. part. 4. Iaſ. in l. ſi hæres. ff. de cond. cauſa datæ. Pauor. conſ. 12. in 1. part. Bertran. conſ. 39. nu. 19. par. 2. Idem.

8 Pater habet vſumfructum in omnibus bonis aduentitiis filij, eo viuente. l. cum oportet. c. de bo. quæ libe. & §. hoc quoque. Inſtit. per quas perſo. nob. vel acqui. quod quippe venit intelligendum cum grano ſalis, videlicet in quæſitis per filium tẽpore emancipationis: ſecùs verò in poſteà quærendis, in quibus nullum vſumfructum habet. l. 1. & ibi Paul. de Caſtr. c. de bo. quæ libe. & idem Paul. de Caſt. in d. l. cum oportet, & iſtam opin. ſcribit eſſe communem Aldobr. in præcitato. §. hoc quoque. Imò plus dic, quòd nec expreſsè pater poteſt ſibi reſeruare vſumfructum, in bonis poſteà quærendis per emancipatum, ſecundum Io. And. in add. Spec. in ti. de nat. ex lib. ven. in fi. motus ea potiſſimum ratione, quia in acquiſitis poſt emancipationem per filium, pater nullum ius habet. l. ſi filium. ff. de verb. ob. & in l. fi. ff. de ſtipu. ſeruo. meritò huiuſcemodi retentio nil operatur. & hoc idẽ ante Io. And. in loco ſuperius citato poſuit Old. conſ. 24. vt not. Iaſ. idem tenens. & in l. fi. num. 28. c. de pac. & Ger. in ſing. 76. circa fi. F. Viuius opin. 604.

9 Pater habens filios, ingrediẽnſq; religionem, non perdit vſumfructum aduentitiorum, & maternorum, & ſic vſusfructus acquiritur monaſterio per totum tempus vitæ ipſius patris. ſec. gl. Cy. Bar. num. 42. Alb. & Roſel. in auth. ingreſſi. c. de ſacroſ. eccl. gl. Bal. Fulg. Paul. Caſt. & Corn. in auth. idem eſt. c. de bo. quæ lib. Inn. Dec. nu. 256. & ſeq. & Aug. Beroum, nu. 129. & ſeq. in cap. in præſentia, de probatio. Spec. in tit. de ſta. mo. §. 1. q. 47. Imo. in l. cum filio. ff. de le. 1. Cæpol. conſ. 22. numer. 4. & cum opinione hac pariter concurrunt profitendo eam cõmunem eſſe Alex. conſil. 139. vol. 2. nu. 5. Soc. conſ. 10. vol. 1. nu. 20. Gomeſ. in l. 48. taur. nu. 8. Pinel. in l. 1. par. 1. num 49. c. de bo. ma. & Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu. 30. ff. de li. & poſth. & ita iudicatũ extitit in curia Parla. Delph. teſte Guid. Papæ deciſ. 615. aliàs 595. ſi vſufructuarius. cum contraria vero opinione, videlicet, vſumfructum ipſum ſtatim conſolidari cum ſua proprietate, reuertíque ad filium, atque in totum extingui, tranſiuere Martinus Silimanus, cyn. & Dyn. in d. auth. idem eſt, & ibi etiam Sali. & Iaſ. nu. 48. in d. auth. ingreſſi. Marſ. ſing. 668. Rimin. in §. 1. nu. 128. Inſtit. per quas perſo. ius nob. acqui. & Coua. in cap. 2. num. 8. de teſta. vbi cum aliis relatis per eum oſtendit iſtam eſſe communem opin. quam tanquam æquam, atque optimis rationibus vallatam per memoratos doct. ſequi non erubeſcam. F. Viuius opin. 600.

10 Filiusfamilias, ea quæ lucratur ex pecunia patris ſibi data, ac conceſſa ad negotiandum, aut occaſione negotiandi, dicitur peculium profectitium, ideóq; erunt fratribus communicanda poſt patris mortem, ſecundum Spec. in tit. de iud. in §. ſequitur, verſ. Quòd ſi aliter, poſt gloſſ. in l. cum oportet c. de bonis quæ libe & ſequitur Fulgoſ. ibi, vbi fatetur hoc idem ſentire Bal. neminemque contradicere, & denique aſſeuerat iſtam opinionem eſſe in practica ſequendam.

¶ In contrariam vero partem inclinauit Bar. in l. 1. §. nec caſtrenſe. c. de collatio. bono in l. ſi tibi §. ſi pactus. ff. de pactis, in d. l. cum oportet. in princip. & in l. illud C. de collatio. & in tract. de duobus fratrib. ſimul habitantibus in 2. q. in princip. videlicet, quod dimidia pars lucri attribui debeat operæ, ac induſtriæ filij negotiantis, ideo illud tanquam aduentitium fratrib. non erit aliquo pacto cõferendum, l. ſi. C. de collatio. Altera autem pars dimidia attribui debet paternæ pecuniæ, proinde de illa tanquam profectitia cõmunicabitur aliis fratribus mortuo patre, l. certum ff. famil. erciſcũ. & cum Bart. ſentit Bal. & Pau. caſtrenſis in d. l. cum oportet, & ibi Moder. Perufini atteſtantur iſtam eſſe communem opinionem, quàm ſequitur Ange. etiã conſil. 85. colum. 2. pater habet plures filios, ex eo, quòd ſapit magna æquitate, Soc. conſ. 92. col. antepen. volum. 1. Paul. Caſt. Fulgo. Iaſ. & Dec. in d. l. illud. Corn. conſ. 24. volum. 1. & conſ. 58. vol. 4. Corall. in l. filium, quem habentem C. famil. erciſcun. Roma. & alij in authen. ex teſtamento c. de collatio. Ripa in l. in quartam. ff. ad leg. Falcid. num. 157. Bertran. conſ. 103. vol. 3. Abb. conſ. 36. in princip. Roma. conſ. 469. col. fi. vbi dicit non eſſe recedendum ab opinione Bar.

¶ Sed enim vero Bal. ipſe in d. l. cum oportet. col. 4. in auth. ex teſtamento. col. 4. c. de collatio. in l. omnimodò §. imputari colu. penult. c. de inoffic. teſtamen. & in c. 1. colu. 1. de beneficio fratris, videtur contradicere Bart. in locis ſuperius citatis, tenendo, quod hoc totum remittendum ſit arbitrio iudicis, qui plus aut minus poterit aſſignare perſonæ ipſius filij: proptereà nõ parum laborarunt Docto. in concordando opiniones iſtorũ in d. l. illud, præcipuéque Dec. & Iaſo. inibi, vbi fœdere diſtinctionis reduxerunt hoc ad veram, genuinam, & legitimam conſonantiam.

Tamen retẽta communi opinione Bart. quæ eſt veriſſima, & obſeruatur in iudiciis, & actu practico, interpretatur non procedere, vbicunque filius ex pecunia habita à patre negotiando vſuras exerceret, tũc proculdubio illud, quod ex ea ſuperlucraretur, non acquireret patri, nec poſt eius mortem teneretur fratribus communicare, l. quòd ſeruus ff. de acquiren. poſſeſ. vbi Doct. omnes hoc tenent & firmant, & Barto. Saly. Bald. Pau. de Caſt. & alij in d. l. cum oportet, Bald. in dictis authen. ex teſtamento, Ange. conſ. 60. morte dicti filij aliorum filiorum confratris colum prima, verſicu. Super ſecundò dico, quòd ſi patruus, & Iaſ. in additio. ad Portium. in §. primo, nu. 29. Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. reprobata Gloſſ. in dicta l. cum oportet, & in dicta l. cum ſeruus, vbi Claudius Aquenſis aſſerit iſtã eſſe communem opinionem. Et ratio communis præcitatorum Docto. videtur iſta: quia filius ex delicto non quærit patri, ſicut nec ſeruus domino, vt eſt caſus in d. l. cum ſeruus, ſed vſuræ ſonant in quoddam furtum, ſeu rapinam, & de iure diuino ſunt prohibitæ: ergo ex tali illicita cauſa filius patri nõ quærit, ideóque mortuo patre filius huiuſmodi lucrum non tenebitur fratribus conferre, cùm aduentitia non conferantur. d. l. ſi. C. de collatio. & iſtam communem per plures, & vrgentiores rationes corroborant Doct. præcitati.

Idemque videmus in quæſitis per filium in ludo. Nã ex quę acquirit in ludo filius, non acquirit patri tanquam acquiſita ex turpi quæſtu, & ex illicita cauſa, vt per Bal. & Roma. in d. auth. ex teſtamento col. 7. Alex. conſil. 77. in fi. vol. 5. Dec. in d. l. illud col. fin. & omnes communiter in d. l. frater à fratre. ff de condictio. indeb. & in locis præcitatis.

Ideò penitus abſtine à quærendo partem huiuſmodi illicitorum, ac turpium lucrorum: quia luſor ipſe, & vſurarius nõ ſolùm damnat ſeipſum, ſed vxorẽ etiã, filios, fratres, & hæredes, qui ſcienter poſſident bona hæc quæſita ex vſuris, & ex ludo. Vndè legitur exemplum de quodam homine ſatis deuoto rapto, & ducto ad videndũ gaudia beatorum, & pœnas dãnatorũ, qui vidit quendã in inferno ſepultũ, & arborẽ lætã, & magnam de eius viſceribus procedẽtem, & in ramis ipſius arboris pendebãt homines vtriuſq; ſexus, qui omnes torquebantur flãmis ab imo inferni aſcendentibus, & tũc ille deuotus quæſiuit ab Angelo quid hoc eſſet, & quare iſti tã crudeliter torquerẽtur? Reſpondit Angelus, iſte in imo ſepultus eſt

pater, & omnium origo illorũ, qui in ramis pendent: & olim erat pauper, & diues euaſit per vſuras, nec in vita reſtituit malè acquiſita, & ſic obiit, proinde hic in inferno ſepultus eſt, & iſti in ramis pendẽtes ſunt heredes eius, qui ſciẽter poſt eius mortem poſſiderunt illa bona iniuſtè à patre per vſuras quæſita: Et ideo ipſi, & omnes ſequaces, & deſcendentes eorũ poſſidentes talia bona ſcienter pertinent ad dictos ramos.

Et hinc eſt, quod ſi filius fœneraretur volẽte patre cũ pecunia materna, vel paterna, tunc quippè ad reſtitutionem huiuſmodi illiciti quæſtus, & vſurarũ, tam pater, quàm filij ipſi tenerentur, & obnoxij forent eis, quibus extortæ ſunt: vtpotè quia ambo deliquerunt, vt voluit Angel. *conſil.* 207. reperitur quædam ſcriptura tenoris, & continentiæ infra ſcriptæ ante h. Viuius *opin. num.* 314.

11 Pater vſumfructum bonorũ, quem in filij ſui bonis habet, non perdit aliquo pacto per monachiſmum, vel clericatũ ipſius filij: & ſic vſusfructus bonorũ, quæ filiofamilias clerico, ſeu monacho effecto acquiruntur, ipſi patri competit, ſec. Spec. *in tit. de ſta. mo. §. 1. verſ. quæritur.* Abb. *in c. conſtitutus, de in integ. reſt.* Sali. fabrum, & Iaſ. *num.* 48. *in auth. ingreſſi. C. de ſacroſ. eccl.* Imo. in cap. quia ingredientibus, de teſta. Dec. *num.* 246. *& ſeq.* & Ang. Berouin, *num.* 525. *cum alijs ſeq. in ca. in præſentia, de probatio.* & iſtorum opin. ſequuntur etiam cum aliis ſignatis per eos, atque communem eſſe perhibent, Coua. *in cap. quia nos. num.* 2. *de teſta.* & Vaſquius, *in tract. de ſucceſſionum proceſſu, tit. quis teſtari non poſſ. libr.* 1. *§.* 1. *numer.* 41. F. Viuius *opin.* 601.

12 Pater licèt ſit vſufructuarius bonorũ filij ſui. *l. cùm oportet. C. de bonis quæ liberis*, tamen non erit vſufructuarius dotis aduentitiæ, & ſic in ea non erit legitimus adminiſtrator. *l. Caius. ff. ſolut. matr.* Iaſ. *in l.* 1. *§. quod ſi, num.* 17. *ff. ſolut. matri.* & ibi tenet hanc eſſe communem opinionem. & ſic lex, cùm oportet, quantum ad hoc non habet locum in dote aduentitia. Vezinus.

13 Nepoti ab auo donatum patri acquiritur: quantum ad vſumfructum tantum, cùm cenſeatur aduẽtitium, proprietas autem pertinet ad ipſum nepotem. *lege fina. C. de bonis quæ liberis.* & in dubio præſumendum eſt relinqui nepoti ſui cauſa & contemplatione. quòd ſi cõſtaret & cauſa patris & ſui etiã intuitu tale relictum fuiſſe factum, & tunc ad patrem tale legatum pertineret. Iaſ. *in l. qui in aliena. §. interdum. num.* 26. *ff. de acquir. hæred.* vbi aſſerit hanc communem eſſe opinionem. & Alex. *conſ.* 185. *in* 5 *vol. nu.* 17. *& conſ.* 42. *in* 7. *vol.* Cacher.

14 Pater quando eſt legitimus adminiſtrator bonorum aduentitiorũ filij ſui in poteſtate, qui eſt minor, ſi vrgeat aliqua neceſſitas pro filio, vt quia fortaſſe æs alienũ pro eo filio eſt ſoluendum, & ſic adeſt cauſa alienationis, poterit pater res filij alienare ſine decreto iudicis, etiã ſi filius ſit minor. quia eſt alienatio neceſſaria. *Azo in ſumma. c. de bonis quæ libe.* & poterit alienare etiam ſine illis ſolennitatibus quæ requiruntur in alienationibus bonorum minoris, de quibus *in l. magis puto. § ne paſſim ff. de rebus eorum.* Bald. *in l.* 1. *ff de rebus eorum.* Bald. Pau. de Caſtr. Alexan. & Iaſ. *in l. præſes prouinciæ. nu.* 5. *C. de tranſ.* & nec tenetur pater facere inuentarium de bonis aduentitiis ſui filij. Bal. *in l. cùm oportet. C. de bon. quæ liber. & in l. fi. C. §. finautem. C. eo.* Dec. *conſ.* 209. Verum licet non teneatur facere inuentarium, propterea quod non eſt ſimplex adminiſtrator bonorum ſui filii, ſed vſufructuarius, cogeretur tamẽ facere deſcriptionem de bonis ipſius filij: & honeſtè faciet hoc faciendo, quia ea bona filij poſt mortẽ patris ſunt filio reddenda. Boër. *deciſ.* 61. *n.* 7. & maximè ſi pater ſit ſuſpectus, vt ſi diſſipet bona ſui filij, vel ſi ad ſecunda vota trãſierit: quod procedit reſpectu bonorum mobiliũ aduentitiorũ filij. Bal *in d. l. cùm oportet. § non ſolum.* Boër. *in d. deciſ. n.* 14. ſed nec eo caſu quo pater eſt its legitimus adminiſtrator, tenetur rationem reddere *l. cũ oportet. § . fi. C. de bonis quæ libe.* & hoc verũ eſſe aſſerit Iaſ. *in d. l. præſes. nu.* 3. & Boër. loco quo *ſuprà nu.* 6. & pro illis bonis poterit pater in iudicio procuratorem cõſtituere. *Bart.* cum gloſ. *in l.* 1. *C. de bonis mater* & *Iaſ. in d. l. præſes.* Dec. *conſ.* 209. Salic. *in l. ſi ſuperſtite. C. de dolo.* Bellac.

15 Si filiusfamilias miles inteſtatus moriatur ſine liberis, omnia quę in caſtris filius acquiſiuerat vſque retro à tempore acquiſitionis finguntur fuiſſe patris. *l. ſeruum filij. ff. de leg.* 1. *l. hæreditatem. in prin. & l. fi. in princ. ff. de caſtren. pecu.* nam quãuis filiusfamilias ſit miles, nõ tamen propterea liberatur à patria poteſtate. *l.* 3. *ff. de caſtren. pecul.* vnde infertur quod ſi filiusfamilias miles propter delictum deportetur, peculiũ eius caſtrenſe non publicabitur, ſed patri remanebit *l.* 3. *C. de bonis quæ lib.* quem tex. *Bald.* ibi notauit in hoc ſingularem. & *Iaſ. in d. l. ſeruum filij. in prin.* filius enim familias miles ſi non teſtatus ſit, non habet hæredem ab inteſtato, ſed pater iure quodam omnia occupat. Iaſ. *in l. poſt dotem. n.* 91. *ff. ſol. matri.* Bellac.

FINIS LIBRI SEXTI.

SYNTAG

SYNTAGMATIS

COMMVNIVM OPINIONVM AD INSTAR COD. IVSTIN. IN TITVLOS REDACTARVM, LIBER VII.

De acquirenda, retinenda, & recuperanda poſſeſſione.

TITVLVS PRIMVS.

DOMINIVM quid ſit, & quotuplex, vide Bart. in l. ſi quis vi. §. differẽtia. ff. de acq. poſſ. & quomodo probetur? no. idem Bart. in l. rem alienã. col. 3. circa me ff. de pig. pac Spec. tit. de emp. §. nunc aliqua ver. lim. 6. vide no. in l. officiũ ff. de rei ven. in l. rem quæ nobis. vbi Bar. Alex. & Iaſ. n. 18. & Rip. n. 33. & 40. ff. de acq. poſ. Rol. de ord. iu. c. 6. cuius dominij probatio difficilis eſt, cùm non ſolum titulũ, ſed authoris dominiũ probare oporteat, aliàs in cauſa obtineri nequit, teſte Alex. conſ. 98. lib. conſ. 12. lib. 7. Affl. dec. 40. & eſt cõmunis, ſecundum Bart. in l. cum res. C. de proba. pro qua probationis difficultate; vltra prędictos Doct. vide Rot. dec. 15 de re iudic. in no. Boer. q. 42. Iaſ. in §. omniũ, n. 71. Inſtitut. de act. datur tamen caſus in quo nõ iã difficilis ea ſit probatio, vt putà, in factis antiquis, in quibus probatio per famã ſufficit, iuxta no. per Dec. qui refert cõmunẽ in c. 2. de app. quã ſequitur Aym. de antiq. tem. par 2. n. 3. Dec. conſ. 42. 428. Cur. iun. conſ. 27. Hypol. ſing. 505. in Rub. C. de proba. n. 194. Fel. in c. veniens 2. de teſt. quã cõmunem conclu. per famã probari dominiũ in antiquis, intellige procedere, quãdo factũ eſt adeò antiquũ, quòd 100. annorum metam excedat, vt per Aym. loco ſupra alleg. Aret. conſ. 37. Barb. conſ. 6. col. 5 conſ. 18. col. antep. lib. 7. Cy. & alios in l. ſi quidem. C. ſol. matr. & ideo quãdo agitur de probatione dominij annorũ 40. ſola fama nõ ſufficit, ſecundũ cõmunem per Rip. d. l. rem quæ nobis. nu. 37. poſt Alex. conſ. 15. col. 2. lib. 5. de qua per eundẽ Alex. conſ. 159. col. 3. in fi. n. 10. lib. v. Dec. conſ. 42. col. 9. cõſ. 428. Nat. cõſ. 378. col. fi. vbi docet practicã capitulandi in probando dominio in antiquis: de quo dominio probanda ſingularem practicã docet Alex. conſ. 4. col. 6. n. 10. lib. 2. & habetur per Pract. Pap. for. poſſeſ. actoris. verſ. item ſpatio per Azo. in ſumma. C. de proba. in l. cum te. quæ eſt l. ix. Anch. conſ. 42. Fran. Mar. dec. 195. Iaſ. d. §. omnium. Inſtit. de act. quomodo autem deponere debeãt teſtes vt probetur dominiũ? dic, vt per Rol. conſ. 46. nu. 17. vſque ad 25. lib 3. Quid de libello concepto ſuper rei vendicatione? & dic, non ſolum venire directum dominium, ſed vtile, ſecundum Abb. in c. ceterum. 18. de iud. vbi doc. in apoſtil. plura ad praxim docent. notab. & ipſe Abb. d. c. nu. 20. Bellac.

2 Ad probationem quaſi dominij, requiritur titulus, & traditio poſſeſſionis vacuę. Eſt cõmunis opi. ſecundum Alex. conſ. 182. viſo proceſſu. verſ. nec etiam puto. vol. 7. M. Chærian.

3 Ad dominium probandum, non ſufficit titulus venditionis & interuentus pretij, & poſſeſſionis vacuę traditio: ſed etiã requiritur, quòd venditor tempore contractus fuerit dominus rei venditę. Eſt communis opin. ſecundum Alex. in conſ. 182. viſo proceſſu, circa prin. vol. 7. M. Chærian.

4 Licet modus acquirendi dominij ſit ciuilis, tamen dominium iuriſgentium eſt, ſecund. com. opin. vt per Crauet. conſ. 103. viſis. Idem.

5 Dominia iuregentium primò diſtincta non fuerunt. cõmune ſatetur Galeaul. in rub. n. 168. ff. de ver. oblig. Iaſ. in l. 3. nu. 43. ff. de acq. poſſ. Arius Pinel. in rub. par. 2. nu. 11. C. de reſc. vend. E. Suarez.

6 Dominia etiã iure ciuili, atq; etiam principum conſtitutionib. quæſita princeps, vel ex plana poteſtate nequit auferre, vt cõmune ponit inſignis Pinel. in rub. par. 1. c. 2. nu. 9. C. de reſc. ven. ea tamen vel ex iuriſgentium contractu parta auferre poterit, ſi publica vtilitas ita exigat, vel iuſta cauſa ſubſit, vt frequẽtius placitũ ait Alex. conſ. 361. n. 10. lib. 7. quẽ alicubi retulit Tiraq. ac poſt eum latè Viuius lib. 3. opi. 242. E. Suarez.

7 Poſſeſſio eſt duplex, ciuilis & naturalis. Ant. Nic. in concor. gloſ. concor. 69. & Cota. in l. naturaliter. §. nihil commune, n. 9 ff de acq. poſ. com. dicunt, & Rip. in l. 3. ff. de acq. poſ. n. 28. B. Villal. & Vezinus.

8 Poſſeſſio ciuilis eſt ius inſiſtendi rei non prohibitę poſſideri aptũ producere ciuiles effectus. Cur. iun. conſ. 127. num. x. com. dicit. & Coua. in repe. reg. poſſeſſor. de reg. iur. lib. 6. par. 2. n. 3. ex Bar. in d. l. 3. de acq. poſſ. Villalob. & Veain.

9 Poſſeſſio ciuilis poteſt acquiri à principio ſine naturali. Iaſ. in l. clàm poſſidere. §. qui ad nundinas n. 37. ff. de poſſeſ. magis communem dicit. Idem.

10 Poſſeſſio etiã acquiritur per traditionẽ ſcripturæ dominij antiqui rei venditæ, non tamen per contractũ venditionis, vel trãſlationis, quæ de nouo conficitur. Anton. in d. l. 45. Tau. n. 57. com. dicit ex Petr. Can. & Bald. in d. l. 3. C. de do. quòd etiam ex Bar. in l. licet. & Alex. in l. poſſidere. de acq. poſſeſ.

Amplia iſtã communẽ primò ſiue res ſit præſens, ſiue abſẽs idẽ Ant. n. 58. communẽ dicit ex Io. de Imo. in cap. 2. de conſue.

Amplia 2. ad vẽditionẽ vel donationẽ inſtrumẽti rei. idẽ ibi n. 59. cõmunẽ dicit ex doc. in c. pen. vt lit. pẽd. & l. 1. C. de donatio.

De iure Regio per traditionem inſtrumenti de nouo confecti poſſeſſio trãſfertur. l. viij. tit. 30. par. 3. & l. 7. tit. 12. lib. 3. For. ll. & l. 17. Tau. & 44. Villalob.

Sed aduertendum eſt hic, quòd iſtud remediũ non prodeſſet contra præſcriptionẽ quadraginta annorum; quoniam illa plenißimã ſecuritatẽ parit. *l. omnes. C. de præſcrip 30. ann.* & hoc tenet Alex. *conſ. 172. col. 3. vol. 2.* & Soc. *in l. cum filius. §. in hac. ff. de verb. oblig. in fi.* Goaad. *in d conſ. 68. ſub nu.* 14. Dec. *cõſ. 29. & prolemus, & conſ. 375. viſa bulla, ante fin. & conſ. 36. diligenter conſideratis in fi.* faciunt ſcripta per Soc. *conſ. 299. circa fin.*

Et ſciendum eſt ad præmiſſorum vtilẽ intelligentiã, quòd beneficium hoc reſtitutionis in integrũ eſt vtile à principio & non currit niſi à die ſcientiæ; quia tempus quadriẽnij datũ, conceſſũmque ad petendam reſtitutionem in integrum eſt vtile à principio. *l. fi. C. de temp. in integ. reſtu.* vt per Bal. *conſ.* 226. *queſtio. vol. 2.* quod putat eſſe memoriæ commendãdum. Alex. *conſ. 110. perſpectis. lib.* 5. Et tempus vtile non currit ignoranti. *l. vtile. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeru.*

Et ita remediũ hoc ſecundùm Doct. allegatos, dabitur etiã contra præſcriptionem 40. annorum, ſi is qui petit reſtitutionem, iuſtè ignorauerit hæreditatẽ ſibi delatam eſſe: & iſta eſt communis opinio, teſte Gozad. cum aliis relatis per eum in *conſ. 56. nu.* 11. quam ſequuntur, & citant Balbus *in tract. de præſcrip. in 4. par. 4. part. princ. q. 29. nu. 1. cum aliis ſeq.* Io. Bapt. Bonius *in tract. de ſtatutaria Vrbis præſcriptione, glo. 19. nu. 1. cum aliis ſeq. fol. parn.* 45. Horat. Mandoſius *in add.* Rom. *conſ. 123. in litera N.* vbi admonet ita deciſum extitiſſe in Rota Ro. & Afflict. *deciſ. 37. nu. 1. & deciſ. 329. nu. 5. cum aliis ſeq.* in quibus locis refert ſic bis votatũ fuiſſe in Sacro Regio Cõcilio Neapolit.

❡ In contrariam verò partem inclinarunt aliqui Doct. mẽtionati in locis pręmiſſis, videlicet, quòd reſtitutio in integrũ nõ cõcedatur etiã ex capite iuſtę ignorãtiæ aduerſus præſcriptionẽ triginta vel quadraginta annorũ, & ſequitur Soc. iun. *conſ. 54. & 145. vol. 1. & conſ. 6. vol. 3.* vbi pręcidat iſtã eſſe magis cõmunem opinionẽ, & ita iudicauit *D. Alexan.* Treotacinq; cõpatriota meus, vir ſemper honoris cauſa nominãdus, de pręſenti menſe Aprilis 1573. cõtra aliquos meos cliẽtulus in cauſa vertente inter quoſdam de oppido Cambiani, & Labateti.

❡ Tamen aduerte quòd in deciſiuis ſatuum foret diſcedere à dicta prima ſententia, tanquam realier magis communi, & præſertim in Regno in quo reperitur caſus deciſus per mẽtionatas deciſiones Afflict. quæ in caſibus dubiis ſuccedunt & habentur loco legis, & ſic habes quòd quadriennium non currit, niſi à die ſcientiæ, ſecundũ Alex. *conſ. 71. n. 7. vol. 1.* Dec. *conſ.* 303 Tholomeus *cõſ.* 76. Iaſ. *in §. rurſus. Inſtitut. de act.* in quibus locis atteſtãtur iſtã eſſe cõmunẽ opinione, & Illuſtris D. Reſtaurus Caſtaldus præceptor meus quoq;, dũ publicè audiebã Peruſij, qui pleniſſimè more ſuo declarabat omnia prędicta.

Intepretatur etiam præcitata concluſio, quòd ſui, vel extranei hæredes excluduntur à ſucceſſione lapſu triginta annorũ, quando filij agnoſcunt hæreditatem ex capite vnde legitimi. Na filij poſſunt ſuccedere ex capite vnde liberi, à quo triginta annorum præſcriptione excluſi, admitti poſſunt intra alios triginta annos ex capite legitimorum: *argum. l. j. §. ſed videndũ ff. de ſucceſ. edic.* vt per Alex. alióſque Doct. *in d. l. licet*, Bart. *cõſ.* 128. *quidam habuit.* Corn. *conſ. 70. venium. col. pen. & fin. lib. iij.* cum relatis per *Iaſ. conſ. 34. vol. 2.* & iſtam ſcribit eſſe cõmunẽ opinionem Alex. *conſ. 88. viſo puncto. col. 2. vol. 2.* & Gozad. *in d. conſ. 56. num.* 5. & *ſub num.* 13. qui limitat ibi huiuſmodi cõmunem cùm aliis aggregatis per eũ de plano procedere, niſi extarent alij filij, qui venirent ex dicto primo capite: quia vbicũque haberet locum antedictum primum caput, ſemper ſecũdum ceſſaret. *lex. eſt in §. admonendi. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt.* vt voluit glo. *in l. j. §. ſed videndum. ff. de ſucceſ. edic.* communiter approbata à Scriben. *in d. l. licèt.* Viuius *opin.* 632.

115 Seruitutes habẽtes cauſam continuam, quæ ad eorum vſum non requirunt continuum factum hominis, licet à principio requirant, præſcribũtur inter præſentes per 10. an. & inter abſentes per 20. an. *Balb. de præſcript. par. 2 part. 4. q. 1.* com. dicit Seruitutes autem habentes cauſam continuam, licet naturaliter ſint diſcontinuæ, quibus poteſt quis vti quando voluerit: vt eſt itineris, vel viæ, perduntur per 10. an. inter pręſẽtes, & per viginti inter abſentes, ſi tamen habent cauſam diſcontinuam: videlicet hebdomadarum, vel dierum ex forma conſtitutionis perdũtur per 20. an. tam inter præſentes, quàm abſentes. Balb. 3. *par. 4. par. q. 1. num. 1.* com. dicit.

Limita iſtam vltimam commonem opin. in ſeruitutib. perſonalib. in quibus non conſiderantur intaruallа tẽporis: nec diſtinctio prædicta. *Balb. ibi q.* 6. com. dicit. Iidem.

116 Seruitus diſcontinua requirens factum hominis, conſtituitur, præſcribitur, & probatur allegato titulo ſeruitutis, ac probata poſſeſſione decennali inter pręſentes, & vicennali inter abſentes, & pręſumitur titulus allegatus licet aliter non probetur, cum ſcientia & patientia aduerſarij *Balb. tractat. de præſcr in 2. par. 4. part. q.* 1. communem dicit. *nu. 3. & in n.* 1. dicit quod requiritur etiã fides, & dicit etiam communem contrariã. Imò quòd in iſtis ſeruitutibus habẽtibus cauſam diſcontinuã, requiratur tantum tempus de cuius initio non ſit memoria in contrarium. Curt. iun. *in conſ. 174. nu. 28. & 38.* dicit communẽ. approbat gl. *la grande in l. ſi de ſeruis. ff.* Sed tamen dictam communem opi. gl. intellige, vt in hac communi, quando adeſt titulus ad pręſcribendum, de quo per d. Balb. ibi. vbi vide alias limitationes ad regulam dictę gl. Villalob. & Vezinus.

117 Scientia, & patientia domini requiritur in pręſcriptione iurium incorporalium. Couar. *in re. poſſeſſor. par. 2. n.* 8. com. dicit ex Innoc. *in cap. 2. de in integ. reſtit. & l. 1. C. de ſer. & aqu.* Idẽ.

Fallit primò, in pręſcriptione immemoriali iuriũ incorporaliũ. Bal. *de præſcr. in 2. part. 4. part. q. 1. nu.* 14. com. dicit. Iidem.

Fallit ſecundò in pręſcribente cum titulo, & bona fide habente titulum à tertio, qui reputabatur dominus, quia non requiritur ſcientia & patientia veri domini, & ſufficit tempus ad inſtar rerum corporalium. Balbus *ibi nu.* 15. com. dicit.

Fallit tertiò, in pręſcriptione libertatis, cum res de facili reuertatur ad ſuam naturam. Couar. *in d. nu. 8. verſ. 1.* ſententiam com. dicit. *ex l. ſi partem. §. per fundum ff. quemad. ſer. amit. c. ſi de terra. de priuileg.* Iidem.

118 Præſcribuntur ea, quę competunt de iure gentiũ per ſpatium tanti tẽporis, de quo memoria hominum non eſt in cõtrarium. Balbus *de præſcr. in 3. part. 3 part. q.* 6. com. dicit. Iidem.

119 Pręſcribuntur decimę prędiales in partem, licet non in totum. Balbus ibi *in 5. par. q.* 7. commonem dicit. Contrariam, quod imo nulla cõſuetudine poſſit introduci per laicos, quod nõ ſoluãt integram decimam, dicit communẽ Curt. *in c. fi. de cõſue.* Sed pro cõcordia dic, vt per Bello. *conſ. 55. per totum*, vbi videtur innuere, quod opi. Balbi habeat locum in præſcriptione, de cuius initio nõ eſt memoria. Cur. autem de alia minori

quam

quam ſic probat: nulli dubium eſt, quin per Romanũ põ. ſi ſcẽ poſſit cõcedi: vel dado priuilegiũ vel approbando cõſuetudinẽ, vt minus decima ſoluatur: per gl. *in c.a nobis.1. de deci.* & ibi Doct. & Abbas dicit hoc indubitatũ *in c.in aliquibus.* & Dec. *conſ.*147. & *conſ.*113. & Bello dicit de hoc eſſe communẽ opi. Et cõſuetudo, de qua nõ extat memoria in contrariũ habet vim priuilegij. *l. hoc iure. §. ductus aquæ ff. de aqua quoti. & æſti. & c. ſuper quibuſdam de ver. ſign.* & ibi Pan. & Fel. *in c. accedentes, de præſc.* & Barb. *conſ.*41. *vol.*1. & *in conſ.*45 *vol.*2. *in ſeruiri caſu*, ſcilicet in laicis acquirentib. decimas, ergo conſuetudine poteſt introduci, vt minus decima ſoluatur. Et hoc etiã tenet Alex. *conſ.*6. *vol.*1. vbi dicit hãc eſſe mag. com. op. Idem.

Amplia illa cõmunem ad laicũ qui poteſt præſcribere per tantũ tempus, q̃ non ſit memoria hominũ in contrarium ius percipiendi decimas: & obtinebit, allegato titulo, cũ poſſeſſione dicti tẽporis. Pyrrhus *in conſue. Aurel. de poſſ. iudicius c. 2. in fi.* magis cõmunem dicit ſine titulo, cùm ſint incapaces; nõ præſcribũt: vt per plura probat noſter Couar. *in reſo. c.*17. *lib.*1. *n* 6. & *Io.* Mona. *in c* 2. *de preb. in* 6. Et nota in hac materia, cũ per concilium Lateranenſe ſit tolleratũ laicis vt percipiãt decimas, quæ ante illud cõciliũ ſolitę erant per eos percipi: quòd probata poſſeſſione immemoriali dicitur probatũ ſufficienter ante cõciliũ Lateranenſe percepiſſe. Couar. *in c. poſſeſſor. in* 2 *§.*3 *n.*9. *verſi.* 3. *tertius*, com. dicit ex Doct. *in c. cum apoſtolica, de his que ſunt a Prælat.* Villalob.

Nota iſtã cõmunẽ cũ præcedenti ad intel. *l.* 1. *ti.*7. *lib.*1. *ord. ibi* 6. *en los otros lugares que antiguamente ſuelen tener los legos.*

120 Præſcribitur conſuetudo quę eſt contra ius, vel præter ius de iure ciuili per decem annos, de iure autem canonico, ſi eſt contra ius, requirũtur 40. anni: ſi præter ius, 10. anni. Balb. *vbi* ſ. *par* 5 *q.*12. com. dicit. Idem.

121 Præſcriptionem, quam primùm incipit ceſſatio ſolutionis, cũ de præſenti agi poſſit, incipere currere in penſionib. etiam quo ad futuros annos, veram & cõmunem eſſe Doct. op. affirmat Schurpb. *conſ.*10. *nu.*12. *cent.*

Contrarium tamen in iudicio cameræ Imper. ſeruatur, teſte Minſingero. *obſer.*13. *cent.*3. I. Fich.

122 Præſcribi non poteſt cum titulo nullo, Cur. iun. *conſ.*185. *num.*3. com. dicit. B. Villal.

123 Præſcribitur contra hæreditatem iacentem etiam ſi ſit vſucap. Balbus *in* 6. *part. in prin. in caſu.*75. com. dicit. Idem.

Item non prę́ſcribuntur ea quæ ſunt merę voluntatis, vt ire ad molendinum, vel ſimilia. Balb. *in* 4. *par.* 5. *partis.* com. dicit pro qua eſt tex. *in l qui iure familiaritatis. ff. de acq. poſſ.*

Limita, ſi interuenit prohibitio: quia tunc bene pręſcribuntur per tẽpus longiſſimũ. idem *ibi q.*6. com. dicit ex gl. *in l. qui luminib. ff. de ſeruit. vrba prædio.* Cou. *in reg. poſſ. §.* 4. *par.*2. *n.*6.

Amplia iſtã limitationẽ ad actus negatiuos, qui nõ præſcribũtur, niſi à tẽpore prohibitionis. *Bel. in conſ.*1. *n.*15. com. dic. de qua per Alex *conſ.*136. *vol.*2. & Guid. *dec. pen.* Idem.

Item non pręſcribuntur ea, quę ſunt reſeruata Principi in ſignum vniuerſalis recognitionis: vt in cõmuni *ſuprà eo.* Idẽ.

124 Præſcribi non poſſunt alienari prohibita. Rip. *in §. diuus. l. filiuſfam ff. de leg.*1. com. dicit. & ibid. Ferd. Loaz. *nu.* 101.

Limita, & intellige iſtam communem, vt non procedat in pręſcriptione longi temporis 20. an. cum bona fide Balb. *tra. de præſcr. in* 5. *par.* 5. *par. q.* 4. com. dicit.

Limita ſecundò, in præſcriptione immemoriali, vel 40. an. ſi ius nõ reſiſtit in prohibitione alienationis in certas perſonas. *Bello. conſ.*46. *nu.*7. com. dicit ex Bar. *in l. fi. C. in quib. cau. non eſt neceſſaria in integrum reſtit.* Idem.

125 Itẽ non pręſcribuntur legata per hæredẽ cùm teſtator ſuſtulit præſcriptionẽ Barb. *conſ.*22. *vol.*4. & *conſ.* 51. *vol.*1. Io. Duran. *in arte teſtan. tit.* 6. *cau.*31. com. dicit. Villal & Vezin.

126 In pręſcribendis iurib. negatiuis eſt neceſſaria cõtradictio, quia tempus ſolum non eſt modus tollendæ obligationis, propterea nunquam currit pręſcriptio, niſi à tempore cõtradictionis. gl. & Doc. *in l. qui luminib. ff. de ſerui. vrban. prædior. & in l.*j. *C. de ſeruit. & aqua.* Fran. Balb. *in tract. de præſcr. in* 2. *par.*5. *par prin.* quę concernit pręſcriptionem fiſcalem, *in* 7. *q. num.* 4. *ibi*, vbi habetur, quòd in præſcribendis iurib. negatiuis, & ita, communiter à doct. concludi ſcribit Nicolaus Bel. *in conſ.*1. *num.*15. vbi ipſe ex ſententia Aluaroti refert, vaſſallũ nunquam pręſcribere ſeruitia quæ domino debet, niſi interpellatus negauerit ea præſtare. Et Guid. Pap. *in q.*630. *n.*13. voluit, eos qui negabant ſe teneri ad cuſtodiam caſtri, non præſcribere niſi interpellati contradixerint. Huc quoque referũtur, q̃ ſolent tradi de eo, qui dicit ſe nõ teneri ad collectas virtute pręſcriptionis, ſi quidem voluit Doct. ad hoc vt potuerit pręſcribere talem immunitatem collectarũ, quod fuerit aliquando requiſitus ſoluere, & recuſauit, vt conſulendo ſcribit Alex. de Imo. *in conſ.*136. *num.*19. item ad hoc vt d. Catane. *in* 4. *li. conſ.* cuius arg. & alia *Bald. in d. q.*7. *in* 2. *part.*5. *part. prin. nu.*4. tranſcribit, & bono ordine refert. Kirchouius.

127 Pręſcribitur onerũ vel collectarũ exẽptio, vel nõ ſolutio etiã realiũ cũ titulo ac ſpatio 40. an. ſecundũ cõmunem per Bur. *cõſ* 16. *n.*40 & 41. *li.*1. vbi plura de præſcribẽda libertate nõ ſoluẽdi onera vel collectas ex cõm. ibi relata. Bonna.

128 Præſcriptio non cadit inter ſocios etiam per longiſſimum tempus, quin teneantur diuidere. Bal. *in* 4. *par.*4. *partis. q.*13. com. dicit. Villal.

129 Pręſcriptio etiam interrumpitur, ſi pauci ſuperſint dies ad illam complendam: licet concedatur reſtitutio, *Bal. in* 3. *par.*6. *partis. q.*1. *num.*8. communem dicit. Idem.

130 Per pactũ renuntiari nõ poteſt præſcriptioni. Bar. *in l. nemo poteſt. ff. de leg.*j. vbi Io. Bolog. limitat in 4. caſib. *nu.*208.

Fallit in 6. caſib. quos no. Fero. *in d. l. nemo poteſt, nu.*45. fallit in 7. caſib. quos no. Fel. *in rub. præſ nu.*18.

Fallit in 5. caſib. quos ponit Pariſ. *in d rub. de præſ. nu.* 24.

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3. per Balb. *in tracta. præſ. in* 5. *parte, quinta par. prin. col.* 7. Ampliatur, & limitatur per Baptiſt. a Villa. *concluſ.*272. *in litera P.* & ideo pactũ, quod ſeruitus præſcribi non poſſit non valet. fallit in 9. caſi. quos no. Rip. *in d. l. nemo poteſt. ff. de leg.*j. *num.*105. Don. à Fina.

131 Superioritatis ius pręſcribi poteſt, cõmunem dicit Suc. *conſ.*275. *vol.*2. & Purpura. *in l* j. *num.*14. *ff. de offic. eius* I. Fich.

Cõtrariã op. com. dicit Cra. *in tra. de Antiq. temp. par.* 4. *n.*72 vt refert. Vaſq. *lib.*j. *illuſt. contro. c.*2. *n.*14. vbi vide. B. Villal.

132 Superioritatis ius contra principẽ per præſcriptionem antiquam, cuius initij memoria non extat in contrarium, nõ poſſe pręſcribi, multi doct. voluerunt, cùm nullus poſſit pręſcribere, ne ſit ſub Cęſare aut principe. *cap. cum non liceat.* vbi Abbas notat *n.*16. *ext. de præſcr.* & *in cap per venerabilem. n.*37. *ext. qui filij ſint legitimi.* Lud. Rom. *in conſ.*371. *in verſ dum autẽ quaritur, n.*5. Alex de Imo. *in l. more n.*13 *ff. de acq. hære.* & hanc ſententiam magis com. opi. doctiſſimorum virorum eſſe inquit Barth. Soc. *in conſ.*275. *verſ ſi verò volumus. nu.*5. *vol.*2. Iaſ. copioſè *in conſ.*208. *ver. ſecundò notabiliter reſpondetur. n.*2. *in* 2. *vol. conſ.* Contrariã autẽ ſententiã alij defenderũt. *Bar. in l.* j. *§. denique. ff de acqu. plu. arc. l. infamem, nu.*14. *ff. de pub. iud.* & *in l. hoſtes, nu.*6. *ff. de capt. & poſtlim. reuer.* Pan. *in cap. quòd tranſlationem. nu.*1 *ext. de off. legati.* & *in conſ.*82. *nu.*1 *in* 1 *par. conſ.* Fel. *in cap. cum nobis, nu.*4 *ver. circa ſupremam poteſtatem.* Alex. de Imo. *in conſ.*15 *nu.* 4 *in* v. *lib. conſ.* Iaſ. *in conſ.*70. *num.*1. *in* 3. *vol. conſ.* & hanc opin. quo ad principẽ temporalem, magis com. eſſe dicit Aym. Crau. *in tract. de antiqui. temp in par.* 4 *§ incip. materia iſta ſingularitatis teſtimo. n.*73 Quã ſententiã etiam de iure communi Romano veriorem appellat Vaſquius Mẽchaceñſis *in lib.*j. *controuerſ illuſt. cap.*2. *num.*14. *in fin.* vbi illius Codex ab impreſſoribus, vt ex deductis allegatis ſatis apparet, non impreſſus eſt. Kirchouius.

133 Credulitas cum errore iuris non facti ſuadens, quòd titulus non iuridicus, ſit iuridicus, non prodeſt ad pręſcribendum, *l nunquam, ff. de vſucap.*

Fallit in 5. caſib. vt per Felyn. *in cap. de quarta, de præſcr. ver. ſecunda doctrina, col.*8. Don. à Fina.

134 Pręſcribi non poſſunt ea quę principi competunt in ſignum ſupremę poteſtatis non poſſunt pręſcribi, per *l. competit. C. de præſcript. trig. annorum.* vt tributi ſolutio quæ fit in ſignum ſubiectionis, ſic nec præſcribi poteſt contra ſupremam principis poteſtatem. quædam verò ſunt quæ ſunt princip. reſeruata in ſignum cuiuſdam pręrogatiuę, & ea pręſcrib. poſſunt. Pan. *in cap. cùm contingat. de foro compe.*

135 Pręſcriptio iurium incorporalium requirit ſcientiã aduerſarij. Abb. *in c. de quarta, de præſcr.* & *in c.*1. *eo. tit.* Bar. *in l.* 1. *§.*1. *ff de itin. actu priuat.*

Fallit in 2. caſib. vt per Fely. *in d. c. quarta, col. pen.* Cępol. *in tract. ſeruitutum, c.*20. *col.*4. Don. à Fina.

136 Pręſcriptione, vel cõſuetudine quęri poteſt, q̃ eſt poſſibile priuilegio, *c. duo ſimul, de of ord. c. cũ cõtingat de foro compe.*

Fallit in 4.caſib. vt per Felyn. *in cap. accedentes, de præſcrip. col.3.* Don. à Fina.

137 Quæro, an fines præſcribantur? Reſp. Quòd fines ſi ſint limitati, ſiue priuatarum rerum ſecularium vel Eccleſiarũ, ſiue publicarum rerum aut dignitatum Eccleſiaſticarum & temporalium, nunquam præſcribi poſſint. Ita tenet Abb. *in cap. ſuper eo. in . de parroc.* vbi ſubdit, principes ſeculares male facere, qui quotidie aliorum territoria cum graui animarum præiudicio occupant. Idem tenet Card. Zab. *cle. parrochialis. ver. vt illud. nu. 4. de re iud.* Iaſ. *§. quædam actiones. nu. 38. Inſt. de actio.* Pariſ. ſ. Put. *cap. at ſi fines nu 9. de finib feud.* Io. Lecirier. *tract. de primog. q. 4. nu. 2. lib. 2. tom. 7.* Laurent. Calcan. *in conſ. 90. inci. quia illa quæſtio nu. 6.* vbi dicit, quod id ideo, quia diuiſio regnorum, territoriorum & diœceſium ſpectat ad ſolum Papam, vel principem, & eis ſunt reſeruata in ſignum vniuerſalis iuriſdictionis, imperij & actus. Ideoque priuatorũ poſſeſſio nihil operatur, contra illud præſcribi non poterit. Eandem opi. tenet Guid. Pap. *conſi 88. nu. 5.* vbi dicit Doctor. communiter in eam ire ſententiam. Mich. Graſſus.

138 Præſcriptio non currit, ſed dormit in multis caſib. quos no. Pariſ. *in c. ex tranſmiſſa, de præſcrip. num. 9.* Don. à Fina.

139 Præſcriptio regulariter procedit, *cap. 1. & per totum titu. de præſcrip.*

Fallit in 18. caſib. quos not. Pariſ. *in c. cum non liceat, de præſc. n. 36.* Idem.

140 Obedientia, ac reuerentia, quæ per inferiores debetur ſuperioribus, non poteſt præſcribi. no. glo. & Doct. *in cap. cum non liceat, de præſcri. num. 42.* Don. à Fina.

141 Actio perſonalis cũ mala fide nullo tẽpore præſcribitur. Balb. *de præſc. in 4. part. q. 8. nu 11* communiter. B. Villal.

Additio. Bartol. *in l. ſequitur. §. ſi viam. ff. de vſuc.* dicit quod malæ fidei debitor præſcribit in actionib. perſonalibus: cùm fundamentũ huius præſcriptionis ſit ſecundũ eum in ſola negligentia non petentis, & non in facto & animo præſcribentis. Quod dictum reprobat Bal. *in l. 1. nu. 12. C. de ſer. & aqu. & in auth. ad hoc. nu. 8. C. de vſur.* Ang. *in d. §. ſi viam. nu. 9.* & ibi Im. dicens ſic tractã conſuluiſſe, & alij Scrib. Alex. *in conſ. 185. viſo titulo quæſtionis, nu 26. circa fi.* Inn. Ant. de But. Ab. Im. & alij *in c. fi. de præſc. cum aliis*, ac ipſemet Bar. quaſi tacitè ſe retractans contrarium tenuit *in l. omnes populi. ver. idem in legibus.* Sed in *d. §. ſi viam.* iudicio eccleſiæ ſe remiſit.

Notat & alium errorem Bar. *in l. ab hoſtib. § ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. ma. 3 diſt.* inter actiones reales & perſonales in reſtitutione vſucapionis finitę in pręſentia, quia reſtitutio conceditur, quamuis vſucapio in præſentia ſit finita ſec. opi. Bulg. quam communiter Doct. ſequuntur contra Bar. *in l. quod tempore. C. de reſt. mil.* & ibi Bald. *nu 3.* vbi etiam Bart. *circa med.* videtur tenere opin. Bulg. I. Fich.

142 Facultas implendi conditionem, præſcribitur. Bar. *in l. pignore, in fi. ff. de vſucap.*

Fallit in 2. caſib. quos not. Port. *d. lib. 3. reg. 36.* Don. à Fina.

143 Libero arbitrio, & liberæ voluntati non pręſcribitur, gl. *in l. vnica, C. de anna. exceptio.*

Ampliatur in 6. caſib. vt per Port. *d. lib. 3. reg. 37.* Don. à Fina.

144 Iudex etiã parte nõ opponẽte, poteſt repellere actorẽ, cui obſtat legitima præſcriptio. no. Doct. *in c. ad aures de præſ.*

145 Quatuor circa hoc conſiderat caſus Pariſ. *in d. ca. ad aures, num. 6.* Don. à Fina.

146 Laicus non poteſt pręſcribere decimas. Abb. *in ca. cauſam quæ, de præſcrip.*

Fallit in 2. caſib. quos no. Pariſ. *in d. c. cauſam, nu. 9.* Don. à Fi.

147 Interruptio præſcriptionis, nõ operatur effectum quo ad tertium, no. Doct. *in c. illud, de præſc.*

Fallit in 2. caſib. quos no. Pariſ. *in d. c illud, nu. 35.* Don. à Fina.

148 Iuriſdictio, vel ius exigendi pedagium, vel vectigal dicitur habere continuam cauſam, ex quo ipſa competit perſonæ, Balbus *de præſc. 2 part. 5. par. q. 3 q. 1.* communem dicit. Villal.

149 Præſcriptio circa vnũ actũ nõ extẽditur ad aliũ. Fallit in 4. caſib. vt per Purp. *in l. imperiũ. ff. de iuriſd. omn. iud num. 48.*

Fallit in 9. caſib. quos no. Fel. *in rubr de præſc. nu. 4.* vbi videas etiam Pariſ. *nu. 14.* fallit in 3. caſib. vt per Alex. *in d. l. traditionib. num. 25. C. de pac.* Don à Fina.

150 Tranſlatio dominij, & pręſcribendi, vel vſucapiendi cõditio æquiparatur. Fallit in 5. caſib. quos no. Fran. Balb. *in l. Celſus, de vſucap. num. 14. ver. nona concluſio.* Don. à Fina.

151 Præſcriptio in cauſa vſuraria non currit, vt eſt com. opi. Arno *problemate 55.* Bon. coſſ.

152 Præſcriptionem lex inducens & admittens malæ fidei, non valet, vt eſt com. opi. de qua Formoſus *in tract. de vlt. ſi. in. cano. & ciui. nu. 47.* & omnino dicit Zaneti. *in tract. de differen. inter ius cano. & ciuile. nu. 75.* Balb. *in tract præſcr. in 13. prin. q. nu 4.* Bonus *de ſtatuta præſcrip.* Idem.

153 Pręſcriptio rerum incorporalium debet eſſe cum bona fide. Fel. *in c. . de præſcrip.* com. dicit. Idem & Veztnus.

154 Præſcribi non poſſunt ea quæ ſunt meræ facultatis, vt ſi turris mauſi longiſſimo tempore collapſa, dominus vult eã reficere, non poterit ſibi opponi præſcriptio: illud enim ius reficiendi eſt, & dependet ex mera facultate, quę non poteſt præſcribi. Felin. *in c. conſuluit. de iud.* plenè Chaſſa. *conſ. 11. num. 16. & conſ 4.* & ſic in his quæ ſunt merę facultatis, vel in his quæ gratioſe conceduntur, nulla currit præſcriptio. Iaſ. *in l. quominus. num. 28. ff. de fluminib.* Bellacomb.

155 Pacto de retrouendendo ſpatio 30. anno. præſcribi poteſt fallit in 5. caſib. vt per Cagn. *in l. 2. C. de pact. inter empto. num. 70. & ſeq.* Don. à Fina.

Feudũ præſcribi pŏt, no. gl. & Doct. *in c. ad audiẽtiã, de præſ.*

Fallit in 2. caſib. quos not. Pariſ. *in d. cap. ad audientiam num. 16.* Don. à Fina.

156 Bona fides ſufficit abſque titu. poſſidenti, quando ius nõ reſiſtit, *c. illud de præſc. l. ſi quis emptionis, C. de præſc. 30. anno.*

Fallit in 3. caſ. quos no Pariſ. *in c. ſi diligẽtis, de præſc. n. 44.* Idẽ.

157 Statutum non valet ſi diſponat, quod malæ fidei poſſeſſor poſſit præſcribere, nota. doctor. *in cap. quoniam omne, de præſcript.*

Fallit in 9. caſibus, quos no. Pariſ. *in d cap. quoniam omne, nu. 23. & ſeq.* Idem.

158 Statutum præfigens certum terminum ad inquirendũ, elapſo illo tempore, perit ius procedẽdi de eo crimine, adeò quod de eo amplius cognoſci non poteſt. & ideo ſi maleficiũ ſit notorium, & ſit elapſum tempus datum ad inquirendum ſecundum formam ſtatuti, tandem ſi reus confitetur maleficium, reus non poteſt ex illa confeſſione condemnari, vt eſt com. opi. de qua D. Rol. à Valle *in conſ. 94. nu. 12. in 3. vol.* vbi adducit rationem. & iſtud ſtatutum inducens præſcriptionem inquiſitioni formandæ procedit tam in occultis, quàm in nõ occultis delictis. Sylua. *conſ. 7. nu. 2. in 1. vol.* & ideo confeſſio rei poſt elapſum terminum d. ſtatuti eſt nulla, & non nocet cõfeſſio, vt eſt magis com. opi. de qua ibi Syluanus. *nu. 6* vide tu tamen Marſ. *in conſ. 87. num. 15.* & per totum Natta *conſ. 225. num. 3. in 1. vol.* Bellac. Bonac.

159 Minori etiam pupillo currit præſcriptio conuentionalis procedens ex contract. defuncti, ſicut cucurriſſet contra defunctum, ſine ſpe reſtitutionis. *l. Aemilius, ff. de mi. l. ea quæ à patre. C. de reſt. mino.* no. doct *in l. ſi. C. in quibus cauſis*

Ampliatur, & limitatur in 3. caſ. per Balb. *in tract præſc. in 6. part. princ col. 12.* Don. à Fina.

160 Minori etiam pupillo currit præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, ſed non datur reſtitutio, *l. 1. C. ſi aduer. vſuc.*

Ampliatur, & limitatur, vt per Balb. *in d. tract in 6. par. col. 13.* Don. à Fina.

161 Pręſcriptio currit contra creditorem habentem hypothecariam intentandam aduerſus tertium poſſeſſorem, etiam nondum diſcuſſis bonis principalis, vt per Dec. *in c. cum inter. num. 23. de exception.* & Soci. iun. *conſ. 27. n. 13. & conſ. 117. per tot. vol 1.* vbi docent communiter reprobari Alex. *conſ. 5. vol. 5. aſſerentem contrarium.* quoniam, cum quis impedimentum remouere poteſt, & non remouet, non excuſatur aliquo modo, & cum hac opinione communi concurrit quoque Alex. ſibi contrarius *conſ. 220. vol 6.* nam, vt ipſe inquit, creditor eſt in culpa, cùm non egerit ad diſcuſſione principalis, ſed pro prima parte multa accumulauit Tiraq. *in tract. de præſcrip in gloſ. 7.* ipſe vero inhæreo ſẽtẽtię cõmuni, tam à veteri per ea quæ ſcribunt Socin. *in d. conſ.* & Dec. *vbi ſ.* F. Viuius. *opin 630.*

162 Præſcriptione tutus, ſi ſoluit, repetit tanquam indebitũ. Bar. *in l. ſi. ff. de rem ratam haberi.*

Fallit vt notab. Felyn. *in cap. ad aures, de præſcr. col. 11. q.* Don. à Fina.

163 Præſcriptionem impedit mala fides in actione perſonali, ſicut in reali, gl. & Inn. *in c. ſi. de præſcr.*

Fallit in 4. caſib. vt per Felyn. *in c. ſi.* Don. à Fina.

164 Præ-

164 Præſcriptio non extenditur, gl. *in c. audita, de præſcr.* & ibi Innoc. & Doct.

Ampliatur in 6 caſib. & limitatur in 11. à Port. *lib. 3 ſuarū cōcluſ. eg. 6.* & ſt in multis caſi. vt per Fel. *in c. audita, de præſc. nu. 27.* Iaſ. in 5. caſib. vt per eſt *in c. cū ex iniūcto, de heret.* Idē.

165 Quæro, an diuturnitas tēporis ſeu taciturnitas ſola ad præſcriptionem non ſufficiens in non petendo debitū, inducat remiſſionē debiti, ſeu donationē? Reſp. Rom. *in conſ. 517. nu. 15.* tenet quod non, per tex. *in l. libertis quos. §. manumiſsis. ff. de alim. & cib. ar. leg.* Eandem opin. tenet Iaſ. *l. qua dotis. nu. 18. ff. ſol. matr.* Et ibi dicit eam eſſe comm. Gul. Pont. *nu 8.* Intelligo tamen hanc cōmunem ſententiā procedere, niſi hæc tria concurrant, taciturnitas nempè longi temporis, coniunctio ſanguinis, & calculatio rationis ſæpius inter eos facta, abſq; eo quod de illo debito in ratione facta fuerit mentio, vt declarant Ba. Bal. Sal. & Gloria de Sancto Petro, *in l. Procula ff. de probat.* Naq; tūc videtur tacitè facta remiſſio inter eos. Bart. & Doct. *l. qua dotis.* ibi Iaſ. *n. 18.* & Gul. Pontan. *n. 8 ff. ſol. matr.* Hāc opin. tenent Bald. *l. cum proponas. la 3. & l ſi certis annis. C. de pact.* Alex. *in conſ. 46 n. 12. vol. 3. & conſ. 61. n 14 vol. 4.* Math. de Afflict. *deciſ. 13. num. 12. & 22.* Alciat. *tract. de præſumpt. 1. reg. præſumpt. 32. nu. 5.* vbi poſt Iaſ. & Pōtan. *in d. l. qua dotis.* vbi firmāt hanc eſſe comm. opin. & dicit hæc tria copulatiuè requiri, ad hoc vt dicta præſumptio reſultet. Michael Graſſus.

166 Quæro, an iuri offerendi debitū, & recuperandi pignus à creditore cōtra debitorem præſcribatur? Reſp. Magna eſt in hoc articulo Doctorū cōtrouerſia, nonnullis exiſtimantibus præſcriptioni locū eſſe. gl. *l. cum notiſsimi. §. 1. C. de præſcrip. 30. vel 40. annorū.* Azo *in ſum. ſuper l. qui poteſt. de reg. iuris.* Angel. *§. actionum. Inſtit. de actio.* Et eam dicit omnium iuniorem & veriorem Balb. *in tract. de præſcr. 4. par. 5 partis princ. q. 2.* Schrader. *in conſ. 32. inter conſ. doct. Germanor. vol. 3. num. 79.*

Contrariam opinionem firmarunt Gloſſatores & Doctor. antiqui relati per Bartol. *d. l. cum notiſsimi. §. 3.* Schrad. *d. conſil. nu. 27.* & opinionem d. gloſ. communiter reprobatam eſſe dicit Pau. de Caſt. *in l. ſi rem §. omnis ff de pign. act.* Et eā opinionem dicit communem Henning. Goo. *conſil. vlt.* Cōrad. Paul. *in tract. de vſur. rub. an iuri offerendi præſcribatur.* Et hæc opinio videtur mihi æquior. Mich. Graſſus.

167 Statutum diſponens, quòd qui non petierit creditum ſuum à debitore intra tale tempus, vtputà intra decennium, amplius petere non poſſit, valet & tenet, ſecund. Bart. *in l. ſequitur. §. ſi viam. nu. 4. ff de vſucap & in l. cum notiſsimi. in princ. C. de præſcript. 30. vel 40 an. in l ambitioſa. num. 14 ff de decretis ab ordin. faciend. in l. legant. ff. de liberatio. leg. in l. cum mulier. ff. ſol. matrim. & in l. nemo poteſt. nu. 22. de leg. 3* vbi cōcludit in fortioribus terminis, quod intantum verū eſt de validitate præfati ſtatuti, quòd non poteſt pacto renuntiari, vtpotè, quia eſt introductum in fauorem publicum, & in odium negligentis, & iſtam Bartol. ſententiā ſequitur Iaſ. *in princ. Inſtit. de action. nu. 100.* In contrariam vero partem inclinauit ipſemet Bart. reuocando ſententiam, iudiciúmq; in melius, *in repet. l. omnes populi. nu. 24. ff. de iuſtit. & iure,* quòd dictum ſtatutum non valeat tanquam nutritiuum peccati, cui opinioni inhæret Imo. *in d. §. ſi viam.* vbi concludit veriorem eſſe opinionem Bar. *in d. l. omnes populi,* & idem Imo. aſſerit eam eſſe cōmunem, *conſ. 16. nu. 3. & in conſ. 46. nu. 2.* Afflict. *in conſtit. Neapolit. lib. 1. rubr. 31. nu. 4.* Bert. *conſ. 84. num. 5. vol. 2.* Crotus *in d. l. nemo poteſt.* & ibi Ripa *nu. 116.* Alc. *in l. quinque pedum. C. finiū reg.* Th. Ferrar. poſt alios quamplures congeſtos ibi per eum *in cautela 38. num. 2.* Fran. Balbus *in tract. de præſcrip. in 2. part. princ. quæſt. 12 & ſeq.* Gomeſ. *in princ. Inſtit. de action. nu. 6.* Goad. *conſ. 56. num. 13.* Gabriel Sarayn. *in addit. Mathesil. ſingul. 23.* & quod ſimile Ant. Galleſius *in tract. de formulis Camer. alis oblitat ſuper formu. camer. obliga. 3. q. nu. 11.* licet dicat ibi prædictum ſtatutum nō ſeruari in vrbe Roma. & ſic ex allegatis mihi ſequi idā fore cōſtitui opin. cōmunem, pro qua ſententia eſt text. *in c. ſi virgo. verſ. ſi autem ſciuerit. 34 quæſt. 2. & in c. fin. cum ſimilibus de præſcriptio.* & dato quòd prætitatuor ſtatutum valeret, nihilominus deberet interpretari, quādo adeſſet bona fides in præſcribente, quia exiſtens in mala fide non præſcribit. Et ſi dictum ſtatutum permitteret expreſsè præſcriptionem cum mala fide, vtique nō valeret, ſec. Ioan. Andr. Bart. Bal. Anch. Imol. & Anton. de Butr. *in locis citatis à Fran. in c. poſſeſſor. de reg. iur. in 6. nu. 9.* vbi refert Imo. dicentem hanc opinionem eſſe cōmunē. & ſequitur etiā cū magna caterua Doct. relata per eū, & ſibi eſſe magis cōmunem, & limitat Gabriel Sarayna *in d. ſing. Mathesil. 23.* licet Bart. *in d. §. ſi viam.* aliud voluerit, & mater ſecundum Imol. ibi relatum à Franco, & Alex. *conſ. 99. nu 9. vol. 4.* Et licet aſſerat Ferratien. *in ſua pract. Papieſ. in for. reſponſionis rei conuen. in gl. in ver. præſcriptionis,* quod ipſa opinio Bart. obſeruetur in practica, & Mar. Soc. *conſ. 3.* ſimiliter perhibet cōmunem eſſe, nihilominus in decretis noli aliter recedere à dicta prima ſententia tanquam ſacroſancta, ac magis tuta, magis communis & vera.

¶ Interpretatur, ac limitatur etiam antedicta cōmunis in principio poſita in duobus aliis caſibus relatis per Gabrielē Saraynæ *in addit. Mathesil. in d. ſing. 23.* Viuius *opin. 757.*

168 Statutariæ præſcriptioni, & ſic inductę à ſtatuto debitor renūciare nō poteſt in merū odiū creditoris negligentis petere debitū per ea quæ ponunt Bart. & alij doct. maximéque Iaſ. & Crotus *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 3.* & alij, quos citat Pariſius *conſ. 92. nu 6. vol 3* & iſtam opin. Bart attēſtatur eſſe cōm. Balb. *in tract. de præſcr. in 6. parte princ. q. 6.* Paul. de Caſtr. *in l. ſequitur. §. ſi viam ff de vſucap.* & Pariſi *in rubr. de præſcrip. n. 32.* poſt alios in dictis locis congeſtos per eos. In cōtrariā verò opinionē inclinauit Dy. Bald. Florian. Im. Ioan. And. Anto. de Bu. & alij doct. citati à Iaſ. *in d. l. nemo poteſt, nu. 83.* & à Fel. *in rub. de præſcrip* & à Pariſ. *in præcitato conſ. 92. nu 43. vol. 3.* vbi citat Fabia. & moder. atteſtātes hāc ſententiā eſſe cōmunē. Sed tamen in tā diuerſis iuris noſtri interpretū ſententijs, quid concludendū ego cēſeam euenienti, indubitanter tā in conſulendo, quàm in iudicando ſemper amplectērer primā opi. Bar. tanquā veriorē, cōmuniorē & frequentiorē. Hæc tamen opinio Bart. tūc procederet, quando quis renunciaret præſcriptioni ſtatuariæ currendę, præſcriptioni verò iā decurſæ vtiq; renūtiare quilibet poteſt, vt per Bartol. & alios *in d. l. nemo poteſt.* & maximè per Crotū, *nu. 113. in 6. fallentia,* & ponit Roman. *conſ. 20 num 5* quia ad ius ſemel renuntiatum iura redire non patiuntur. *l. quæritur. §. ſi venditer. ff. de ædi. edict.* ponit Pariſ. *conſ. 69 nu. 20. vol. 3.* F. Viuius *opin. 744.*

169 Statutum introducens præſcriptionē, non valet, vt tanquam iniquam non eſt ſeruandum. Imo *in l. omnes pop. nu. 72. ff. de iuſt. & iure. l nemo poteſt. de leg.* dicit comm. Et Alc. *in rub. de præſ. num 5.* Fichi.

Contraria opinio. dicit cōm. Rip. *in l. nemo. de leg. 1.* & Guid. Pap. *dec. 31. & 319 & 409. d. l.* prout refert cū multis pro vtraque opin. alle. *Ioan. Baptiſt. Boutus in trac. de ſtatu. ver. præſcr. nu. 11. & 12.* quam & poſtea *ſub num. 17.* tanquam veriorem ſequitur. *Idem.*

170 Statutum non poteſt facere, quòd lapſo aliquo tempore ſtatim creditor cadit à iure ſuo. Soc. *conſ. 203.* com. dicit. ſed verior & communior eſt contraria, quòd poſſit facere. Ferd. de Soarez *in tract. de matri. num 23.* B. Villal.

171 Conſiliū neceſſario ſequendum eſt in legis & hominis diſpoſitione, vbi pro forma præſcribitur, ſecundum commu. per Burſ. *conſ. 90. nu. 45. lib. 1.* vbi *nu. 46.* quòd conſilium iuriſperitorum ab inquiſitore & ordinario ſequendum non eſt, ſecundum cōmunem *ibi, & nu. 51,* vbi quòd conſilium requirendum ab eo qui poteſtatem habet iudicandi, non eſt neceſſariò ſequendum, iuxta communem ibi alleg. Bonac.

172 Citatio facta de reo vt compareat corā arbitro, interrumpit præſcriptionē: ſicut citatio iudicialis, ſecund. Bal. & Doct. *in l. cum antea. C. de arbit.* quod nō procederet, ſi citaretur corā arbitratore, ſecund Bal. *vbi ſuprà.* quia iſtud cōpromiſſum magis aſſimilatur contractui quàm iudicio. *Balb deciſ. 39.*

173 Præſcriptio interrūpitur per citationē & litis cōteſtationē, quæ commu. opin. dicit Rol. à Valle *in conſ. 39. num. 30. in 1. Tom. conſ.* quomodo autē hoc intelligatur paſſim doct. declarant, quia præſcriptio longi temporis litis conteſtatione interrumpitur, ſed non ſola citatione, *l. nouæ litis, C. de rei vend.* præſcriptiones longiſſimi tēporis 30. vel 40. ann. per ſolam in ius vocationē interpellantur, multò magis ergò per litis cōteſtationē. *l. ſicut. §. quæ ergò. & l. cum notiſsimi. C. de præſcrip. 30. ann.* Bar. Iaſ. & alij *in l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem factū erit què minus quis in iudicio ſiſtat* Pan. & Fel. *in c. illud. ext. de præſcri.* Pet. de Ferr. *in ſua pract. in form. reſpon. rei cōuen. in verb. præſcriptionis verſ. reſtat nunc videre quib. modis præſcriptio interrumpatur, nu. 26.* Lud. de Goad. *conſ. 56. nu. 12. verſ. 5.* addo. Franc. Balb. *in tracta. de præſcrip. in 2. part 6. par prin. in §. expedita. in §. 4. principaliter. in §. circa tertiā ſpeciē præſcriptionis.* Oldendorp. *in tract. de vſuca. & præſcrip. in §. quāquā autem vtilis.*

nu.21.cum ſeq.verſ.per interruptionem in 8.vol.tract.& in tracta. except.vſucap ſeu praſcript. Ioan.Crot.*in conſ.71.nu.62.cum ſeq.* & Bertrand. Vvurmbler *in pract.obſer.lib.1.tit. de praſcript.c 9. incip.praſcriptio interrumpitur & in c duobus ſeq.incip.praſcriptionis interruptio, & actionis perpetuatio.* Item præſcriptio interrumpitur quandoque per interpellationem extraiudiciale. K rcho.

174 Præſcriptio etiã interrũpitur ſi ſuperueniat inhabilitas in perſonã præſcribentẽ, nõ tamen ſi ſuperuenerit in perſonã contra quam præſcribitur. *Balbus ibid.q.4.nu.1.*comm.dicit.

Fallit ſecundum membrum dictæ comm.opin. in præſcriptione trigenaria, quæ dormit contra pupillum. idem *Balbus ibi num.eodem.* communem dicit. Villalob.

175 Præſcriptio mixta, hoc eſt 10. vel 20. an. interrumpitur per litis conteſtationem factam coram iudice cõpetenti. *Balbus in 2.ſpecie,2.par.6.par.q.1.nu.32.*comm.dicit. Idem.

Amplia ad actiones perpetuas ſeu tẽporales. in actionib. autem annalib. & prætoriis, quæ regulariter durant per annum: interrumpitur præſcriptio per litis conteſtationem, ſeu quaſi: hoc eſt, per libelli oblationem Principi factam. *Balbus ibi, num* 6.communem dicit.

Amplia etiã ad actiones criminales. *Balb.ibi nu.*24.cõ.dicit.

Limita in præſcriptione decennali inducta per ſtatutum cùm ſit loco præſcriptionis 30.an. quæ per ſolam citationem interrumpitur, & non eſt neceſſaria litis conteſtatio. idẽ *ibid. nu.*10.comm.dicit, & Pyrrhus Angleb.*in conſuet. Aure.de poſſeſſorius iudic.cap.*3.communem dicit.

Nota iſtam commu.ad intellectum *l.3.tit.13.ord.lib* 3.Idem.

176 Præſcriptionem licet interrumpit defectus poſſeſſionis, non tamen defectus tituli, quin poſſit de nouo inchoari præſcriptio. Balb.*in 2.par.6.par.q.1.verſ.*4.comm.dicit. Idem.

177 Interruptio præſcriptionis naturalis prodeſt omnibus: ciuilis autem interrumpenti ſolum. Balb.*in 3.par.3.part. principalis.q* 3.communem dicit. Idem.

178 Præſcriptio non tollitur per pactum. Balb.*de praſcript. in 5.par.5.part.q.*6.comm.dicit.

Amplia, etiam ſi ſit dictum in obligatione, quòd toties incipiat deberi, quoties fuerit præſcriptum, etiam ſi ſit appoſita dictio, vt quandocunque poſſit petere. Balb.*ibi* com.dicit.

Intellige, & amplia iſtã cõcluſionẽ ad præſcriptionẽ triginta annorũ, quæ datur in odiũ negligẽtiũ. Alc.*in rubr de praſcr. nu.*60.com.dicit, vide de hac materia.*nu.*5.6.*vſque ad fin.rubr.*

Fallit hæc cõmunis in præſcriptione præterita quæ poteſt renunciari. Balb.*tract.de praſcript.in d.q.*6.com.dicit. Idem.

Contrariam opinionem, ſcilicet quòd imò præſcriptio pacto tolli poſſit. communem dicit Barb.*conſ.22.vol.*4. *& conſil.* 52.*vol.*3. I.Fich.

179 Facultas non præſcribitur, *l.viã publicam.ff.de via publ.* gloſ.*in cap.vt priuilegia.de priuileg.*

Fallit in 8.caſibus, quos not. Port.*lib.3.ſuarum concl.reg.*33. Don.à Fina.

180 Præſcriptio, ſi eſt ſublata per ſtatutũ, ſimpliciter, vel per priuilegium, intelligitur in realibus actionib⁹ de præſcriptione decem, vel viginti annorum, in perſonalibus tamẽ triginta annorum: etſi ſtatutum poteſt operari in longa, non extẽditur ad aliam. idem Balb.*ibi.q.*9.com.dicit. B.Villal.

181 Præſcriptione ſublata per ſtatutum, non intelligitur de præſcriptione de cuius initio non eſt memoria in contrariũ. Bellon.*conſ.8.num.*8.com.dicit. Idem.

182 Statutum non poteſt tollere obligationem naturalem vel ciuilem per quodcunque tempus, & tale ſtatutum nõ valet. Balb. *in 5.part.5.part.quaſt.6.& in 2.part.3 part.q.*10. *nu.*14. communem dicit. Idem.

183 Præſcriptio legalis inchoata cum defuncto, currit cõtra minorẽ, ſed datur reſtitutio excepta trigenaria: quia cùm ſit odioſa, dormit in pupillo. Balb.*in ſexta par.in princ.in 23.caſu.* communem dicit.

Amplia etiam ſi currit ad corroborationem contractus celebrati cum defuncto. Balb.*ibi* comm.dicit.

Amplia ſecundò, ad præſcriptionem ſtatutariam, quia currit contra minorem adultum: licet dormiat contra pupillũ. Balbus *ibi* comm.dicit. Idem

184 Præſcriptio immemorialis habet locũ in priuilegio cõceſſo à principe ex certa ſcientia. Bell.*conſ.65.nu.*5. com.dicit, intellige data capacitate in præſcribente. Couar.*in reſol.lib* 1. *c.10.nu.*14.com.dic.ex Hyp.*ſing.*80. Et nota aliud verbũ Aymon.*de antiquit.temp part.4.nu.*10. quòd in caſibus in quibus caſus verus æquiparatur ficto, in illis appellatione priuilegij, venit priuilegium fictum. Idem.

185 Præſcriptio . . . ſolennitatis in alienando rem, quãdo lex non re . . . , ſed . . . ſummodò ponit formam alienationis. *Bello.conſ.46.num* 7. . . . mmu.dicit. Idem.

186 *Præſcriptio* . . . præſtationis in legatis incipit quolibet anno, in contractibus tamen ſufficit vnica præſcriptio. *Boër.deciſio* 336.com.dicit Idem.

187 *Præſcripti*onis exceptio per arbitriũ admittitur, ſi præſcriptio ſit cum bona fide. Balb.*in 1.par.q.*5.com.dicit. Idem.

188 *Præſcriptionis* exceptio impedit litis conteſtationem, ſi opponatur. *Boer.deciſ* 344.*nu* 7. *&* 8.com.dicit. *Idem.*

Additio. *Præſcriptio* an probetur, & ſufficiat per poſſeſſionem inceptam ab vno, & finitam à ſucceſſore. *Barto.in l.Pomponius.§.praterea,in fi.ff.de acquiren.poſſ.* dicit quod ſic, & ita Pariſ.*conſ.107.laborioſa,nu.11.vol.*1. Marc.Ant.Nat.*conſ.* 70. vide *num.4.vol.*1.Soc.iun.*conſ.47.viſo pradicto.num.1.cum duab.ſeq. volu.*2. Limita, niſi in beneficiis in quibus tempus prædeceſſoris cum tempore ſucceſſoris ad finiendum trienniũ colorati tituli non coniungitur, continuatur, & ratio vt per M.Ant. Bard.*in tract.de temp.vtil.& contin.in c.14.nu* 6. *I.*Fich.

189 Præſcriptio in actionibus redhibitoria, & quãto minoris, aliiſque rei non perſecutoriis, quæ anno olim, & hodie expirant. *§.eas. Inſtit.de perpe.& tempo.actio.* contrà minorẽ abſque ſpe reſtitutionis currit, ex ſententia Caſtr. quem doc.cõmuniter laudant *in l.fi.C.in quib.cau in integ.reſtit.non eſt neceſſ.* currit quoque contra ipſum minorem inſtantia triennalis, de qua *in l properandum.§.fi.c.de iud.* & ibi doc. & idem Caſt. *d.l.2.*& ibi Barto. 16. *oppo.* vbi etiam in tempore dato ad cõficiendũ inuentarium idem concludit per text *in l fi.c de iure delib.* fallit tamen quod dicitur de triennali inſtantia, quando tutor vel curator ſiue etiã procurator, cuius dolo vel culpa inſtantia ipſa periit, non eſt ſoluendo: quia tunc datur in ſubſidium in integ.reſt. ſi læſus perſiſtat. *d.§ fi.*& ibi idẽ Caſt. poſt Bar. conclud. idem in tempore dato ad appellandũ: quod eſt decem dierum. *authen.C.de appel. & tempore ad appellationem proſequendum:* quod eſt annus, & ex cauſa bienniũ, & longius, *& ex ratione, eod. titul. de appel auth. ei cui. C. de temp. & repa.appel.* quod ideo inductum eſt, vt iuris rigor conſeruetur. *auth.de appel & intra qua temp.in prin.*& voluit gl.*in l.auxiliũ. ver. ceſſant ff.de mino* idem concluditur in tẽpore dato ad excipiendum de dote non numeratæ pecuniæ, quam habuiſſe confeſſus fuit non fuiſſe ſibi numeratã. *in l. contractib. in prin. cum gloſ.in verb.perituris.C.de non nu pecu.*& habetur per Caſt. *vbi ſuprà.* F.Turzan.

190 Præſcriptionis interruptio facta per vnum non prodeſt aliis, vt ſi quis litem mouerit contra aliquem, & litem fuerit conteſtatus, talis motio litis & conteſtatio, prodeſt ſolũ mouenti litem, & per conſequens talis interruptio præſcriptionis prodeſt actum exercenti & quò ad ipſum operatur ſuum effectum, & non contra alios. *l inter quatuor.ff. diuer. & tempo. praſt.*& quo ad alios obiicit ille poſſidens ſe liberas ædes habere. *l.loci corpus §.competit ff ſi ſeruit. vindic. gloſ. prag.ſane. in verbo.termino rem.in tit.de paci poſſ.*& Boe.*deciſ.*24.*num.*2. fiet etiam interruptio præſcriptionis per libellum oblatum corã arbitris, & miſſionem executionis. Oldr.*conſ.*176. interruptio tamen facta ab vno ex correis credendi prodeſt alteri. Alex. *conſ.98.in* 7.*vol.* aelliæ.

191 Clauſula generalis, ſi qua mihi iuſta cauſa, competit ex capite ignorantiæ aduerſus præſcriptionem longiſſimi temporis. ſec.magis com.per Burſat.*conſ.26.nu* 34. *lib.*1. Bonag.

192 Clauſula, habita licentia, & non aliter, ponitur ad euitãdã ſeducitate, ſec. com.po. Burſat.*conſ.40.n.45.lib.*1. Idem.

De praſcriptione longi temporis 10.*vel* 20.*annorum.*

TITVLVS III.

AD præſcribendum merũ imperiũ, requiritur, quod labatur tantum tempus, cuius initij memoria non extet. hæc eſt communis opinio *in l.imperium de iuriſdictio.*

Fallit in 8.caſib.quos not. Gaſpard. Valla, *in d. l.imperium, num* 76.

Fallit in 2.caſib.vt per *Iaſ.in d.l.nu.*20.*& ſeq* Don.à Fina.

2 Ex præſcriptione longi temporis acquiritur vtile dominium: hanc eſſe communem opinionem refert Franc.curt.*in l.trads.*

l.traditionibus, C.de pact.nume.7.

Fallit in 12. caſib. quos no. *Iaſ.in d l.traditionibus,num.14.*

Fallit in 4.caſib.ſecundum Soc.reg.97.fallit vt per Dec. *in d.l.num.11.* Don.à Fina.

3 Tempus decem annorum longum dicitur, commune ait Martin. Nauar.reconditæ doctrinæ vir *in capit.1.§.2.num.5 de pœnit.diſt.1.* At centum an.tempus dicitur hominum memoriam ſuperare,vt cõmune placitum enuntiant Curt.Iun.*conſ. 90. num. 2.* Aym. Crauet.hac in re ſemper videndus *de antiq. tempor.4.par.verſi.abſolutis differentiis.* E. Suarez. & Vezin.

4 Præſcriptio decẽ vel viginti annorũ interrumpitur per litis conteſtationem.Bar.& doc.*in d.l.ex hoc edicto.l.minor,C. de rei vendic.*

Fallit in 3.caſib. vt per Soci.*reg.304.* fallit in 4. caſib. quos refert Iaſ.*in d.l.ex hoc edicto.n.11.* & Soc.*reg.308.* Ampliatur, & limitatur per Baptiſt.à Villa *concl.266.in litera E.* Dõ. à Fina.

5 Minori nõ currit hodie præſcriptio decem vel viginti annorum *l.fina.C.in quibus cauſis.*

Fallit in 6.caſibus,vt per Balb *in dicto tract.in 6.part. col.16.* Don. à Fina.

6 Succeſſor ſingularis præſcribit ſpatio decẽ vel 20.an.ſolutionem munerem, cùm ſibi non ſit nuntiatũ de maiori ſũma,ſi poſſidet cũ titulo:ſi tamẽ non habet tit.præſcribit cum bona fide per 30.an Balb.*in 4.part.4.par.q.7.*cõ.dicit. B.Vill.

7 In illis caſibus, in quibus contra priuatum præſcribitur decem vel viginti,vel triginta annorum ſpatio:contra eccleſiam nunquam præſcribitur minori tempore quàm quadraginta annorum,*cap.de quarta,& cap.illud,de preſcr.*

Ampliatur,& limitatur in 2.caſib.per *Iaſ.in auth.quas actiones,C.de ſacroſanct.eccleſ.num.1.* Don.à Fina.

8 Præſcriptio. Excluſus præſcriptione lõgi aut longiſſimi temporis à ſuarum rerum vẽdicatione,non habet remedium denuntiationis eccleſiaſticæ:quia qui rem præſcripſit, poteſt retinere cum bona conſcientia,licet poſt finitã præſcriptionẽ ſciuerit e illegitimo tit.ſecũdum *Inn. in c. cura, extrà de iure patron in ſua glo.pen.in c.quia plerique.ext. de imm.eccleſ.* & ibi Prior.quod etiã ſentire videtur gl.*in c.vigilanti. & c.fina. ext.de preſcr.* ſecus in actionibus perſonalibus,in quibus procedere poteſt opi.Bar.*in conſtitutione ad reprimendam , in verbo,per denuntiationem,* qui tenuit in dicto caſu eſſe locum denunciationi.& Bal.*in c.ſi quis per 30.ſi de feud.fue.contra.ibi,ſed quæro nunquid ſtatutum.Bal.dec.147.*

9 Teſtis deponens Semproniũ poſſediſſe octo annis,& plus, tũc quippe huiuſmodi adiectio,plus,ad minuſculam partẽ,id eſt,ad quartã partẽ annorũ trahẽda nõ eſt,& ſic illa adiectio, & plus,tanquã incerta,nihil operatur,& ob hoc præſcriptio decẽ annorũ impleta nũ eſt,ſecũdũ Bar.*n.5.* & Fulg.*in l.cùm furti.ff de in lit.iur.* Iac.de Aren.Cy.Odof.Iacob.Butr.Bald.Aret.Pau.Caſtr.Fulg.& Fern.Vaſq.*in l.ſi quis in ſuo.C. de inof.teſta.n.3.* vbi oſtendit iſtorũ opi.com.eſſe,& ſequitur cum aliis innumeratis relatis per eũ.& communem pariter ſcribit Balb.*in repet.l.Celſus.q.6.n.14 & ſeq.ff.de vſucap.poſita in fi.ſui tract.de preſer.* Nat.*in rep.cle ſæpe.de verb.ſigni.* Ant.*c.conſ.104.* Alex.*conſ.108.vel.2.* Im.*conſ.83.in fi. & conſ.115.in fin.*& Card. *conſ.107.*& ſcripſimus latius *ſuprà part.1.opin. 377. teſtis deponens per dictionem,* licet & male idem Bar.*in d. l. ſi quis in ſuo, n.2.* ſenſerit contrarium,quem omnes communiter reprobarunt,teſte Vaſquio *ibi,nu.3.* F.Viuius *lib.2.opin.304.*

10 Teſtis productus ad probandum de continua poſſeſſione,deponens Titiũ poſſediſſe à decem annis citra,nõ probat poſſeſſionẽ lõgi tẽporis,nec præſcriptionẽ,quia nõ cõcludit: cùm vna die poſſidere potuiſſet,& verificata foret eius depoſitio,ſecundũ Hoſtien.Io.And.Fel.& cæteros omnes Canoniſtas,*in c.licet cauſam.de probat.per tex.* vbi Bar.*in l.Celſus.nu. 23.ff.de vſucap.* Bald.*in l.indicia.in fi.C.de rei vend.& in l.falſus C.de furt.* Alex.*conſ.110.in fi.vol.1.* Bald.& Iaſ.*c. de tranſ.* Fer.*in ſua pract Papien.in forma reſp.rei conuenti in §.præſcriptionis,n. 21.* Alex.*in ſcholiis ad Bart.ſuper verſ.ſed circa in d.l. Celſus* & Balb.*ibi,in repet.quæſt.6 ſub n.9.& ſeq.* vbi præſupponit iſtorum opin.communem eſſe. F.Viuius *lib.2.opin.305.*

12 Accuſatio criminalis tollitur præſcriptione viginti an.*l. querelam.C.de fal.*& ita com.teneri dicit Abb.*in c. cùm haberet.n.4.de eo qui dux.in matr.* Card.Alex. *in c. de accuſatione. verſ.item opponi poteſt.* Boer. *dec.26.n.7.* Ant.Gom. *ſuper l.76. Taur.nu.5.* Marſ.*conſ. 117.n. 40.* Nouius *conſ.105.nu.16.* Idem dicendũ eſt de inquiſitione,nẽpè quod poſt lapſum 20.an.iudex etiã non amplius ex officio cõtra reum procedere poſſit, ita cõtra gl.*in d.l.querelã.*cõmuniter teneri ait Iaſ.*in l.1.nu.8. in fi.ff.de iur.om.iud.* Balb.*de præſcr.in 4 part. 4.partis prin. q.2. nu.3.* Iaſtre.*dec.486.* Nota tamen quòd licet criminalis actio ex inquiſitione præſcribatur 20.ano.tamen omnes actiones ciuiles quæ ex crimine deſcendũt,durãt vſq; ad 30.an.Com. dicit Igneus *in l.in cognitione.n.185.ff.ad Syllenan.* Clar.*§.fi.q.51. in prin.* Fallit prędicta cõmunis in crimine adulterij, quia illud quinq; tãtum an.ſpatio pręſcribitur.per tex.*in l.mariti.§. hoc quinquenniũ ff.d adult.* Clar.*d.q.51.ver.poteſt autẽ.* vide Bar. Diaz.*reg.19.* Tiraq.*tract.de præſer.* vbi dicit quod reducitur ad decenniũ.& *in tract.de pœnis.* Et no.quod quis accuſatus poſt terminũ pręfixũ à ſtatuto,debet cõparere , & allegare exceptionẽ pręſcriptionis:aliàs poteſt poni in bãno,tanquã cõtumax vigore d.ſtatuti,dicentis quod accuſatus citatus nõ cõparens ponatur in bãno:niſi ex forma libelli appareat de impoſſibilitate accuſandi , quia tunc non poſſet poni in banno.ita Alex.*in l.ſi eum in iudicio.ff.ſi quis caut.*Soarez.*ver. accuſatio.n. 33.* Bonac.

13 Tempus longiſſimũ & immemorabile omnes defectus tollit,& omnia interueniſſe facit præſumi, ſecundum magis communem per Aurſ.*conſ.160.nu.50.lib.2.* Bonacoſſ.

14 Tempus immemorabile & centum annorum,idem eſt, ſecundum communem per Aur.*ibid.nu.59.* Idem.

8 Quid ſi procurator litẽ fuerit cõteſtatus; & dominus litis effectus; an valebit ſententia lata cum domino; abſente procuratore? & dic quod ſic, & ſi dominus aliqua agat quæ concernat ordinem litis, procuratore domino litis effecto non vocato, non valebunt; ſecus ſi aliqua agat concernentia litis deciſionem, ſec. Auſt. *ad Capel. Toloſ. q. 102.* Quid quãdo filius fuit admiſſus ad defenden. patrem abſentem, contra quem erat lix conteſt. finito proceſſu: an iudex debebit proferre ſententiam condemnatoriam contra patrem, an verò contra filium? & dic quod contra filium, ſecundum veriorem ſententiam, per Iaſ. *in l. exigendi. nu. 22. C. de proc.* vbi vide rationes not. prædictas autem principales concluſ. intellige, & declara. vt per Abb. *d. cap. querelam. col. 4. & ſeq. de elec.* Bellacomb.

9 Præceptũ iudicis de ſoluẽdo factũ illi qui cõfeſſus eſt, eſt interlocutoria ſentẽtia, habẽs tamẽ vim diffinitiuæ. *l. a diuo. tor. §. iuſſus ff. de appella.* Henricus Boich. *in c. in literis. de offi. de legati.* Guid. Pap. *deciſ. 12.* niſi tale præceptũ de ſoluẽdo eſſet latũ cũ cauſæ cognitione, tũc n. diceretur ſẽtẽtia diſſinitiua. Bell.

10 Quæro, an præceptũ iudicis in cõfeſſũ, ſit ſentẽtia definitiua, vel interlocutoria? reſ. q licet inter doc. ſit cõtrouerſia: cõmuniter tamẽ in eã itũ eſt ſententiã, q ſit ſentẽtia ita tenet Bal. *in add. ad Spec. tit. de ſent. v. ſed an valeat præceptũ.* Ang. *§ illud auth. de her. & falci.* eãdẽ tenet Rip. *c. quoniã contra. v. interlocutiones. ext. de probatio.* Fel. *c. querenti. de offi. del.* Et eam dicit eſſe com. Marant. *in Spec. par. vlt. cap. 1. nu. 28.* Mich. Graſſus.

11 Si iudex in ſententia refert ſe expreſsè ad acta, & ex illis apparet de errore ipſius iudicis, vitiatur ſentẽtia & eſt nulla. Quia quẽadmodũ error expreſſus in ſententiæ illa vitiat, & nullã ipſo iure reddit. *l. ſi expreſſim. ff. de app. l. ij. C. quando procuratore non eſt neceſ. c. 1. de re iu.* ita quando error deprehenditur ex actis, ad quæ ſit relatio, eo hæc paria cẽſentur. arg. tex. *in l. aut prætor. § 1 ff. de re iud. & l. pen. C. de ſent. quæ ſine quant. & l. inſtitutio talis ff. de cond. inſt.* firmat Bart. *in l. vnic. C. de error. calc.* Abb. *in c. quoniam contra. de proba.* hãcque veram & magis com. concluſ. teſtatur Alex. *conſ. 125. diſcuſſis. nu. 4. lib. j.* Inn. tamen *in c. in præſentia. de renun.* diſtinguit, quod aut iudex expreſsè ſe refert ad acta, in quibus error deprehenditur, & tunc vera eſt com. aut non expreſsè ſe retulit ad illa, & tunc ſecùs, quia fortaſſis iudex ex alio fuit motus, quod non apparet ex actis, hãcque diſt. ſequitur Abb. *in cap. inter cætera. de re iu.* F. Turz.

12 Quæro, An ſententia referens ſe ad acta nihil probãtia valeat, ſi nõ fuerit appellatũ? Reſp. In hoc articulo variè locuti ſũt docti. Quidã ſentiũt, quod talis ſẽtẽtia nõ ſit ipſo iure nulla. Ita firmat Inn. *d. c. quoniã cõtrà. falſã* Bald. *l. prolatã. C. de ſẽt. & interl. &* in *l. 1. C. de erro. calc. l. 1. C. de iud. vidua* Abb. *c. inter cætera. de re iu.* Mat. de Afl. cũ multis per eũ al. *deciſ. 28. n. 3. & ſeq.*

13 Contrariã ſententiã, quod talis ſẽtẽtia ſit ipſo iure nulla, & conſequenter non tranſeat in rem iudicatam, quamuis nõ ſit appellatum, tenet idem Inn. *in cap. cum Bert.* & ibi Ant. de But. *de re iud.* Ant. de Bu. Imo. & Aret. *d. ca. quoniam contra.* Et

hanc

hanc opi.dicit eſſe communem Alex.l.ſi is ad quem.ff.de acq. her.Eãdem dicit eſſe communem Mat.de Afflict.deciſ.47.n.3.& eã tenet Io.de Imo.l.ex diuerſo.§.ſi ff ſol.mat. Eãdem dicit eſſe magis communem Alex.in conſ.125.inci.diſcuſſis heſitationibus. vol.1.Et eam tenet Hoſt.cap ſicut nobis.de re iud. Et hæc quidem procedunt,quando iudex expreſsè in ſententia refert ad acta. Michael Graſſus.

14 Sed quid ſi ſententia nõ refert ſe ad acta,ſed tamẽ ea actis apparet ſe iniquã,quo caſu ſententia dicitur lata cõtra ius litigatoris? Reſp.In hoc articulo magna fuit cõtrouerſia inter doct.Quidã exiſtimant ſententiã eſſe nullam,ſi apparet ex actis iudicem malè iudicaſſe.Hãc opi.tenent Iacob.de Rauen. Petr.de Bellap.l.j.c.de error cal.Rot.dec.335.incip fuit dubitatum.Eandem ſententiam firmat Abb.c.cum inter.de re iud.c. quoniam contra.de prob.Card.cle.1.§.fi.de foro comp.

Cõtrariã op.quod talis ſentẽtia nõ ſit nulla, tenet Bal.in l. j.c.de error.calc Alex.l.res iudicata.§.fi.ff.ſol.mat.Fel.c.inter caeteras.de re iud.Eãdem tenet Bal l.j.c.ne filius pro patre.Et eam dicit eſſe magis cõmunem Alex.de Imo.in l præſes ff de re iu. quem refert Matt.de Afflict.dec.28.n.8.Eandem dicit eſſe com. opin. Idem.

15 Quæro,an valeat ſententia iudicis,referentia ſe ad certã quãtitatem,de qua liquet in certo inſtrumento, non tamen in actis producto? Reſp.Inn.in c.venerabilis.ext.de except.concludit per tex.ibi,dũ dicit per auth.ſcripta, quòd ſic.eadem ſententiam firmat Bal. l. j. c. de ſent.ex breuic.recit. Alex.ſibi contrarius in l.aut prætor § ſi iudex.de re iudic.

Sed in contrariã partẽ magis communiter itum eſt, quod. ſcilicet talis ſententia nõ valeat,ſi inſtrumẽtũ in iudicio,vel inſtãtia illa productũ nõ ſit.Hãc opi.tenet Io.And.in add.ad Specul.tit.de ſent.prola.§.qualiter.verſ quod ſi iudex.Io.de Imo. c.cum venerabilis.de except.Eadem tenet Rom. l.j.§.ſi quis ita.ff.de verb.oblig.Eam dicit eſſe communem Alex.in conſ. 53 incip quæritur an ſtante nullitate. vol. 5. & in conſ.109. incip. viſo proceſſu cauſa vertentis. Et hanc dicit eſſe veriorem & communiorem Iaſ.d.§.ſi iudex.nu.19. Idem.

16 Iudex ordinarius lata ſentẽtia,licet nulla,ſi ab ea eſt appellatum,non poteſt eam reuocare vel emendare.Si verò nõ fuerit appellatum,& nulla ſit,ob turpitudinẽ,& ſordes ipſius iudicis,tunc ſimiliter non ipſe,ſed ſuperior reformat ſententiam,prout communiter tenent Legiſtæ per l.abſentem. C.de accuſ.vt plenius ibidem notatur & refert Bened.Capr.reg.26, n.18.aut fuit nulla non alia de cauſa,quàm ex turpitudine ac ſordibus iudicis,& tũc poterit iudex ordinarius iterum pronũciare,& definire cauſam.l.præſes.c.quomodo & quando iudex,vt voluit Inn.in c.de cauſis,de offi.deleg.vt ſecundũ Ant.ibidẽ cõmuniter tenent Legiſtæ,de quo tamen vt dicit Bene. Cap.reg.26.n.19.dubitari poſſit,nã licet Iacobus de Arena,& poſt eum Cy.in d.l.ſi vt proponis.C.quomo.& quand.iudex,hoc tenuerunt, tamen alij Legiſtæ tenent,vt voluit Bar.in d.l.ſi vt proponis,& l.ſi expreſſum.ff de appellat. Bellac.

17 Sententia nulla, non debet exequi etiã in criminalib.vt eſt com.opi.Cla.quæſt.94.ver.ſcias autẽ.& eſt nulla lata contra mortuum.l.pen.ff.quæ ſententiæ ſine appel.reſcin. Cæpolla conſ.cri.59.nu.3. Bonac.

18 Iudex poſtquàm in cauſa pronuntiauit,& ſententiã pro profecta habuit,vtpotè,quia per verbum condemno,vel abſoluo,aut æquipollens pronunciauit:quo caſu dicitur habuiſſe ſent. pro perfecta,vt no.gl.& ibi Bar.in l.actorũ.& in l.poſtquam iudex.de re iud.in l moris.§.illa ferè.ff.de pœn.& in l.j.in pr. ad Turp.illã amplius corrigere,neq; emẽdare poteſt:quia ſtatim ſen.recitata,deſinit eſſe iudex,præterquàm in acceſſoriis,ea doct.Gul.de Cu.in l quia arbit.ff de arbit. Secùs ſi pro perfecta eã nõdũ habuit.arg.text.in l.contractus. c.de fid.inſtr. & no.per gl.in d.l.actorum.vbi Paul.Caſtr.& in d.l.iudex poſtquàm.vbi etiam Bar.de re iud.Nec ad ſolam ſententiæ perfectionem ſolũ illa verba,videlicet,lata,data,&c.ſufficiunt,ſed dicta verba cõdẽno,vel abſoluo requirũtur,ſec.gl.quã Alex. in cõſ.118.n.12.li.2.allegat & dicit eſſe com.approbatã in c.fi.in ver.illæſerunt.de re iud.in 6.quæ tamen eſt in ver.ſen.F.Turz.

19 Iudex delegatus ſi ſententiam nullã tulerit,non poterit amplius cognoſcere,aut ſe intromittere,quia ſemel functus eſt offic.l.qualem.in fi.ff.de arbitris,ſed recurritur ad ſuperiorẽ qui eum dedit,iuxta l.ſi vt proponis,§.1.c.quomodo & quando iudex.prout voluit Inno.& Io.Andr.in d.c.de cauſis,de officio deleg.quod cõmuniter teneri dicit Bene.Capr.reg. 26.n.18. fallit tamẽ ſi fuiſſet nulla,ex eo quod nõ ſeruaſſet formã mãdati, quia tali caſu iterũ poſſit pronũciare,prout voluit Bal.& poſt eũ D.Nic.in d.c.de cauſis.per l.quod tamẽ de arbitris.Similiter fallit quãdo talis ſentẽtia nulla,fuiſſet lata ſuper cauſa matrimoniali,vel beneficiali:quo caſu delegatus ſentẽtiã nullã poteſt reuocare,emẽdare aut aliã dare,ſi ex ſententia euidenter deprehenditur iniquitas,prout voluerũt Dom.de Rot.dec.341. quæ incipit. Item dubitatur ibidẽ.n.ſeq.& n.40.dicit cõmunem non procedere,præterquam in beneficiis principum. Idem.

20 Iudex ſuccedẽs in officio poteſt interpretari ſentẽtiã ſui prædeceſſoris ex coniecturis,& aliis quæ percipere poteſt ex agitatis corã prædeceſſore,ſecũdũ Bar.Ang.Im.& alios Dec. cõmuniter in l.ab executione.ff.de appell.ſecus verò ſi ipſe ſucceſſor vellet interpretari dictã ſentẽtiã ſuo ſenſu mero,ſec. Imo.ibi,ſaluã ẽ contrariã opinionẽ Bal.in l.2.c.de ſen.ex breui recitan.& iſta cõmune celebrãt,ſequũtur & citãt Doc.in d. l.ab executore.& ſimiliter Iudex ſuccedẽs in officio poteſt exequi ſentẽtiã abſq; mandato ſui prædeceſſoris,quia videtur idẽ Iudex,vt per Bar.in l.a diuo Pio.§.ſentẽtiã Romæ.ff.de re iu. cuius opinionẽ cõmuniter ſequũtur Doct.vt per Soc.ibi n.16. Amplia hoc intantũ procedere,quod iudex etiã alterius tribunalis habet facultatẽ ſententiã alterius iudicis exequendi,vbicũque ad ipſam pertineret executio iſta de iure cõmuni,ſeu ſtatutario;ſecus verò,niſi haberet huiuſmodi executionẽ de iure cõmuni,vel municipali,quoniam tunc non poſſet ſine literis iudicãtis,vt per Bar.& omnes in d.§.ſententiã Romæ,vbi Soc. alios referens ſcribit nu 17.& ſeq.iſtã eſſe communem opin. & his occurrit congruenter hic,quòd ſentẽtia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria,ſecundũ Doc. cõmuniter in l.ab executione.c.quorũ appel.vt per Rip. in l. quod iuſſit. nu.43.ff.de re iud.licet Iac.Bu.in d.l.ab executione,& malè,teneat dictam ſententiam eſſe diffinitiuam.F. Viuius opi.400.

21 Princeps ſupremus & Papa poſſunt ex plenitudine poteſtatis ſententiam non ſuo nomine,& ſic prorſus nulliter latam,ratã habere & confirmare:quia ſubſtantialia proceſſus mutare poſſunt, ita vt ratihabitio eorum retrotrahatur, & mandato comparetur, quemadmodum communiter teneri refert Benne.Capr.reg.54.nu.33.

22 Iudices reſcriptis dati,ordinem in reſcriptis traditũ ſequi tenentur,etiam ij ſi iuri aduerſentur.c.cum dilect.de reſc, c.de cauſis,de offi.deleg.iuncta l.nemo.c.de ſent.& c.quoniam cõtrà.de probatio.& no.Doct.in rub. de reſc. ſed iudex ipſe non habet iuriſdictionem aliquã ante præſentationem reſcripti, ſec.com.opin.omnium Doct.quam citat,& declarat Dec.in cap.ſuper eo.nu.24.cum aliis ſeq.de appel. Viuius.

23 Scripturã in ſententia de neceſſitate requiri,no.doct.l.j. & per tot.C de ſent.ex breuic.reci.Bar.in l.nec quicquam. §. vbi decretum.ff.de offi.proconſ. & ſi in ea reperiretur dictio abbreuiata,&c.non poſſet fieri extenſio,ſecundum Iaſ.in rep.l.gallus.§.idem cred.num.7.ff.de lib.& poſth.ex quibus autem nulla reddatur ſententia:vide Alex.conſ.123.li.7.Dec.conſ.495.col.vl. vbi declarat,& caſus in quibus in ſententia ſcriptura non requiritur; vide per gl.in § ſancimus in gl.magna. in auth.de exhib.reis.in auth vt cle.apud proprios epiſc.in auth.vt iud.ſine quoque ſuffra.§ neceſſitatem.ver.in non ſcripto. Idem.

24 Quæro, An ſententia interlocutoria debeat proferri in ſcriptis? Reſp.cõmunis & vera concluſio eſt,quod neceſſariò nõ ſit in ſcriptis ferenda:licet poſtea debeat in ſcriptis redigi,ita tenet gl.in c.quoniã contra.ver.interlocutiones.Et hãc op. ſequitur Bar.in l 2.C.de ſent.ex breui.recit.Ang.& Imo.in l.j.§. libelli ff.de app.Et hãc dicit eſſe cõ.op.Iaſ.d.l.nec quicquã.n.59. cũ ſed.de off.procõſ. Et in hoc differt à ſentẽtia diffinitiua, quæ nõ valet,niſi in ſcriptis feratur,& deſcripti recitatione, tex.l.fi. c.de ſent ex breui.recit.& eſt cõmunis ſecũdũ præfatos doct.

Amplia hãc communẽ,vt etiam de partiũ cõſenſu ſententia diffinitiua ſine ſcriptis lata nõ valeat,ita tenet gl. c.fi.ver. illuſtriũ.de re iu.in 6.gl.§.ſicubi.auth.de mand.prin.Et ita communiter firmat Iaſ.d.l.nec quicquam.nu.67. Mich. Graſſus.

25 Sententia præcipitãter lata,& tam breui tempore quo veriſimiliter acta maturè videri non potuerunt,eſt nulla,ſecundum Bart.& Bald.in l.2.c.de eden.in l.2.C.de ſent. ex breui recit.Bar.in l.prolatam.C.de ſent in fi.per cap.cum ex literis. ext.de in integ.reſtit. Butr. in cap. eccleſia ſancta Mariæ.ext.de conſtit, de.Præpoſ.in cap.dilecti.7. col ext.de app.niſi ſecundum Fulg.

eſſet lata partibus præſentibus & conſentientibus, quaſi tunc præſumitur cauſę cognitio præceſſiſſe. Bal. dec. 357.

26 Iudex ſuam interlocutoriam poteſt tantū bis reuocare regulariter, ſecūdum gl. in verbo ſuper ea, in cle ſi. de ap. Bar. in l. quod iuſſit ff. de re iud. Bal. & do. Pizi in c. cum ceſſante, extr. de app. Balb. deciſ. 194.

27 Sententia transfert dominium in rei vēdicatione: & ſic Titius ages rei vendicatione cōtra Mæuiū, & per iniuriā iudicis dominus declaratus fuit: tūc vtiq; in eū trāſiret dominium ciua rei, de qua ageretur, ſec. gl. Dy. Iac. de Arena, Guid. Rayo. Oldrad. Iaſ. n. 43 & alios in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. Cy. & Iac. de Arena in l. j. C. cōmunia vtriuſq. iud. gl. Bar. Imol. Alex. Ang. & reliquos cōmuniter in l. Pomponius. §. ſi inſtit. ff. de acq. poſſ. gloſ. in §. fin. Inſtit. de offic. iud. Calder. Cardin. in capitu. propoſuit per text. ibi. de conceſ. præb. & iſta eſt communis opinio: ſecundum pleroſque ex citatis Scrib. & venit amplectenda tanquā veriſſima, non obſtante quòd aliqui tenuerint cōtrarium. Viu. opin. 701.

28 Laudū, ſeu ſententia lata à iudice incōpetente, & ſic nulla, quomodocūq; ſit, licèt regulariter nō valeat, poteſt tamē partiū cōſenſu confirmari. Sed aduerte quòd hoc caſu nō valeret ſentētia ipſa in vim ſentētiæ, cæterùm in vim pacti: vt eſt tex. cū gloſ. communiter approbata in l. 2. C. commu. vtr. iud. quā ſequitur Rom. conſ. 175 in fi. & conſ. 175. n. 4. & Aff. dec. 117. pro miſſio in fi. & Cæſar Vrſillus in add. ibi. n. 1. & Dec. conſ. 475 in cauſa. col. pen. & in c. ex parte. il 2. nu 72. de offic deleg. & in ca. ſignificante ſub nu 17. & ſeq de appell. & Soc. conſ. 220. viſis compromiſſo, nu. 3. vol. 2. Viuius opin. 702.

29 Sententia cōtra mortuū prolata tēpore ipſius ſententiæ, eſt ipſo iure nulla, licèt poſtmodùm illa per viuū tueatur, atq; defendatur. textus eſt in l. in ſumma. §. ſi. ff. de re iu. & ibi doct. & in l pen. ff quæ ſent ſine apel. reſcin. Capicius dec. 1 ſub n. 26. Vātius in tract. de nullit. in rub. ſen tit. de nullit. ſen. ex defectu iuriſ. & vnde, ac quibus modis proueniat, tā in iudice ordinario, quàm delegato n. 106. & Sebaſt. Medices cum aliis aggregatis per eū in tract. mors omnia ſoluit, in 2. par. concl. 101. n. 285.

Imò intantū procedit, verùmq; apparet iſthæc cōcluſio, vt ſi ſententia ipſa lata pro mortuo ad eius fauorē promulgata eſſet, minimè valeret, neq; teneret: vt efficax teſtimonium eſt Bar. in d. l. in ſummma §. fi. Alex. in l. ſi deceſſerit ff. qui ſatiſd. cog. nu. 5. Van. in loco præcitato, Hugo Celſus conſ. 73. Titius ſub n. 41. Maran. in tract. iudiciorū, in 6. par. 3. partis, nu. 103. & Iaffred. dec. 27. ſententia lata, vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem contra gloſ. in d. l. in ſumma. §. fi.

Imò ſimiliter ſententia lata pro mortuo in cauſa beneficiali eſſet nulla, etiam quòd daretur ignorantia iuris. ita Card. Put. deciſ. 186.

Sed ſententia hæc ita amplificata non procederet, vbicūque ſentētia pro defuncto lata extitiſſet publicata, atque prolata à iudice ignorāte mortē: tunc enim illa prodeſſet ſubrogato in locum mortui. ita Bal. eleganter in l. 1. §. 1. in fi. C. de cad. toll.

¶ Alias verò duas limitationes, in quibus ſentētia lata in fauorē, vel cōtra defunctū valeat, recenſuit Van. in d. trac. de nullit. ſent. ex defectu iuriſ. & vnde ſub n. 106. Viuius opin. 716.

30 Sententia lata contra minorem indefenſum, tutorē vel curatorem legitimū non habentē, non valet in ciuilibus: ſecus verò ſi ea prolata eſſet ad eius fauorem: tunc nēpè abſque controuerſia aliqua valeret, & teneret: ſecūdùm gl. & omnes alios in l. 1. C. qui legit. perſon. Spec. de arbit. §. fi. verſ. pen. Bald. in l. cum minorem. quæſt. 5. C. qui aduer. rem iud. gl. Bart. & cæteros omnes in l. non eo minus, C. de procur. gl. Bald. & reliquos in l. ſi tutor. C. in quibus cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ. Nattam conſ. 341. ſcripſi alias nu. 18. vol. 3. Bero. conſ. 102. n. 1. vol 3. Iaffred. dec. 343. ſententia lata pro pupillo, vbi planum facit iſtam eſſe communem opinionem, & Maran. etiā in tract. iudiciorum in 6. par. 3. vol vltima par. nu. 105. & ſeq. vbi eam limitat non procedere in furioſo: nam ſententia etiam ad eius fauorem promulgata minimè valet.

Imò iſthæc communis intantùm procedit, & amplificatur, quòd ſi minor haberet tutorem, & ille non adimpleuiſſet ſolennia requiſita, & ſic de iure adimplenda: tunc ſi proferretur ſententia contra pupillum, eſſet vtique nulla: ſecus autem ſi in fauorem: ita gl. in d. l. ſi tutor, & ibi Bal. & Paul. Caſtr.

Ampliatur ſecundo eadem communis obtinere locū etiā in ſententia lata per falſos teſtes contra minorem: tunc ea cenſetur nempè ipſo iure nulla fauore minoris ætatis. l. 1. C. ſi ex falſ. inſtrum. canoniſtæ communiter hoc firmant in cap. ab excommunicato de reſcript. & Legiſtæ in l. Diuus Adrianus. ff. de re iud. vbi Iaſ. nu. 5. meminit de communi. & ſimiliter affirmat idem eſſe ſi huiuſmodi ſententia eſſet lata contra eccleſiam.

Et licet ſententia lata cōtra minores indefenſos nō valeat: nihilominus tamē hoc de plano, & ſine ſcrupulo aliquo procederet in prima inſtantia: ſecus verò in ſententia lata in cauſa appellationis, vt per Bar. in l. alienam. C. de procur. Bald. in l. præſes. C. quomodo, & quando, & Alex. in l. contra pupillum. nu. 6. ff. de re iud.

Claudicátq; etiā ſecūdo loco eadem cōmunis, vbicunq; ſententia hæc ratificata foret. nā ſententia pro, vel cōtra minorē promulgata poſſet indubitanter per eū ratificari. ita Fel. in c. cauſam, el 1. ſub n. 6. rā alias ſeq. de iud. & Ber. conſ. 30. ex themate mihi tradita conſultationis n. 1. vol. 1. 2. partis, vbi planè deducit iſtam eſſe communem opinionem. Viuius. opin. 718.

31 Sententiæ appellatione venit de proprio ſignificatu omnis ſententia, ſiue ciuilis, ſiue criminalis ſit: vt diſcurrunt, & firmant communiter Doct. in rub. ff. de re iud.

Cæterùm appellatione ſententiæ intelligitur profectò in dubio de diffinitiua, & nō de interlocutoria: & ſic in potiori ſignificatu, niſi ſequatur abſurditas. ita gl. in ver. Sententia. in l. 1. §. biduū, quando app. ſit, & in Clem. 1. de re iud. & in capitulo, cum olim de cenſib. & in l. quod iuſſit. per textum ibi. ff. de re iud. Card. in capitu. cum olim. de cauſ poſſ. & propriet & in capitu. venientes. de iureiur. Dominicus in c. cum appellationibus friuolis. §. ſi vero de app. in 6. & in c adeò in 2 reſponſ. in fi. co. ti. Abb. in c. fi. de ſequeſtr. poſſ. & fruc. & in 1. cauſam matrimony, vbi alij omnes vnanimiter, & contrà ſudices de offi. de leg. & Barb. in c. cum dilectus col 18. de ord. cogr. & facit etiā tex. in l. quid ergo. §. quaſitum, & ibi Bal. & alij ff. de his qui nc. infa.

Et hinc non ab re inferebat primo Card. in c. vt debitus in fi. de appel. ſtatutū prohibens appellare à ſentētia, intelligi à diffinitiua, nō autem ab interlocutoria, vbi refert quoq; ita conſuluiſſe Bald. in Ciuitate Piſtorij, & ſequitur etiam Philip. de Peruſio poſt Abb. in c. paſtoralis in 6. quæſt. de appell. & Præp. ibi in ſecunda col Fely. in c. cauſam quæ, num. 27. de reſcr. Dec. in l. fi. n. 25. C. de pact. & Rip. in rub. n. 4. de re iudic. Siquidē verbū hoc, Sentētia, propriè cōuenit diffinitiuæ, nō autem interlocutoriæ: ſec. Rom. in l. ſtipulationem, n. 10. ff. de verb. oblig.

Inferebátque ex his etiam ſecundò vtiliter equidem Bar. in l. dicere. ff. de arbit. ſtatutum arctans arbitrum ad finiendū cauſam intra menſem, intelligi debere per ſentētiā diffinitiuam: & ideò non ſufficeret tunc abſoluere partes ab obſeruatione iudicij: vt per Bar. in l. generali. lib. 10. & Bald. in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. ſi ff. de iureiur.

Tertio inferebat quoq; Bald. in l 1. C. ne lice. ser. pronoe. ſtatutum diſponens ſententiā proferri nō debere ſine conſilio ſapientis, intelligi de diffinitiua, non autē de interlocutoria; cui inhæret Rom. in l. ſi quis mihi bona. §. pen. ff. de acq. har.

Quarto inferebat etiam ex allegatis Bal in add. Spec. in tit. de ſent prolat. col. 2. ſtatutū diſponens de ſententiis debere ſolui gabellam, intelligi de ſententiis diffinitiuis: vt de eis debeat ſolui gabella, non autem de interlocutoriis.

Quintò itidē infertur per Guil. de Cun. & Bald. in l. ſi ex cauſa. §. nūc videndū ff. de minori. eundemq; Bald. in l. 1 ff. de eſ præto. & in l. poſt ſententia col. C. de ſent. ſtatutum iubens à ſententiis non poſſe appellari, intelligi à diffinitiuis tantum.

Sed iſthæc opinio, quòd appellatione ſentētiæ veniat diffinitiua tātùm, ita illuſtrata limitatur primo loco, ſi materia fauorabilis quippè ſit: tunc enim ſententiæ appellatione veniret etiam ſententia interlocutoria: ſecundùm Iaſonem in l. ſi conſtante, nu. 79 ff. ſoluto matrimonio.

Claudicátq; ſecundo loco etiam eadem opinio, vbicúque militaret, concurreretque maior ratio, vel eadem in interlocutoria, quæ militaret in diffinitiua: tunc vtiq; intelligeretur etiā de interlocutoria: præſertimque vbi materia indifferens foret ad interlocutoriam, & diffinitiuam. ita Alex. conſ. 50. viſis actis cauſæ agitatæ, nu. 12. vol. 2. Card. Put. deciſ. 21. & Cut. conſ. 204. nu. 2. vol. 2. vbi innuere videtur iſtam eſſe approbatam opinionem vniuerſaliter ab omnibus. Viuius opin. [illegible].

32 Sentētia diffinitiua in ſcriptis proferri, recitariq; debet: interlocutoria verò valet ſine ſcriptis, ſed poſteà debet in ſcriptis redigi: vt per gl. & alios omnes, & præ cæterim Berōē, num 206. in cap. quoniam contra. de probat. & per Legiſtas in l. fin. C. de ſentent. ex periculo recitand. & in l. 2 ff. de appellat.

Aut.

Ant. Corſet. *in ſing. in ver. Sententia, il decimo.* Alex. *in l. iuſtè poſsidet, nu. 12. ff. de acquir. poſſ.* vbi in mediũ reſeruauit iſtam eſſe commun. opin. Iaſ. etiam *in l. néc quicquam. §. vbi decretũ. col. 24. ff. de offic. proconſ.* & Marant. *in tract. de iud. in 6. par. 3 partis, nu. 12. ſuper 1 actu.* Et hoc idem ſancitũ reperitur in Regno, quòd ſententiæ diffinitiuæ in ſcriptis redigi debeant: vt habetur *in conſtit. incip. Ab omnibus Regni noſtri*, vbi Afflict. *num.* 5.

Vndè neceſſariò prius ſcribi debent ſententiæ diffinitiuæ, & poſtmodũ publicari, legi, & recitari. *cap. fi. de re iud. in 6. & l. 4. C. de ſent. & breuic. recit.* Et ſi fortè ordo iſte præuerteretur & ſic ſi verbotenus ſentẽtiæ diffinitiuę proferęrẽtur, & poſteà ſcriberẽtur: illæ tũc nõ valerent, nec ſuſtineri poſſent modo aliquo. teſte Spec. *in tit. de ſent. §. iuxta, ver. Non valet nu. 12.* & D. Carauit. cũ alijs aggregatis per eũ *in ritu 37. nu. 2.* vbi videtur innuere etiã, *ſub nu. 5.* ſentẽtias quoque interlocutorias in ſcriptis recitãdas eſſe: prout ita ſæpe vidi in practica obſeruari.

Sed de partiũ cõſenſu iſta ſolẽnitas remitti quidẽ poſſet, & cõſequẽter fieri, paciſciſque inter eas, vt ſentẽtia etiã diffinitiua ſine ſcriptis proferatur. *l. quotiens*, vbi gloſ. *C. de priuileg. ſchol. lib. 10.* Bart. & alij. & Ant. Corſet. *in d. ſing. in ver. Sententia el 10. poſt prin.*

Et licet ſententia merè interlocutoria non requirat aliter ſcripturam, ex communi opinione recitata per Alexan. *in d. l. iuſtè poſsidet, nu. 12.* & Bero. *in d. cap. quoniam contra. ſub nu. 206.* cui inhæret etiam Afflict. *d. conſtit. ab omnibus Regni noſtri. ſub. nu* 5. & Rom *ſing. 5.* quod ſententia, vbi concludit ſententiam ſuper incidenti ſine ſcriptis proferri poſſe.

Tamen interlocutoria habente vim diffinitiuæ indubitanter profectò requiruntur ſolẽnitates ſcripturæ: ſecundũ gloſ. *in cap. fi. de elect. in 6.* & Alex *in d. l. iuſtè poſsidet, nu. 14.*

Vnde ſententia nullatenus valeret ſi de ea notarius rogatus non fuiſſet. *l. cum ſententiam. C. de ſenten.* vbi Doct. omnes, Bar. & Bal. *in l. 1. C. de ſenten ex peri. recitan.* & Spec *in tit. de ſent. §. vt autem. col. 8. verſ. Notarius.*

Et hinc eſt, quod ſi in ſententia diffinitiua non forẽt appoſita illa verba, In his ſcriptis pronũciamus: tunc ea, vtique nõ valeret: quia illud pro forma requireretur, ſecũd. Ang. *in l. error. C. de teſta. & in l. fi. C. de ſent. ex peri. recit.* & aliquos alios Doc. varijs in locis iuris noſtri, per text. *in auth. hoc inter. §. niſi fortè. C. de teſta. & in l. contract. C. de fide inſtr.* qui affirmauere ſentẽtiã aliter latam non valere. *arg. text. in l ſecunda & vlt. C. de ſent. ex breuic. recit.* Sed in contrariũ clarat veritas: ſufficit enim ſi ſententia ipſa in ſcriptis proferatur. per textũ *in l. cum antiquitas. §. fi. C. de teſta.* & ita firmat gloſſ. *in cap fi. in ver. Illuſtriũ. de re iudic. in 6.* ad quã ſe remittit Bar. tangens hanc quęſtionẽ. *in §. ſit tibi quoque, nu. 5. in auth. de mand. Prin.* & ſequitur etiã Spec. *in tit. de ſent. §. iuxta, verſ. non valet etiã*, & D. Carauit. *in d. ritu. ſub nu.* 8. Et dũ ſuperioribus annis per hanc doctrinam ſic iudicatũ religioſè quidẽ extitiſſet per doctiſſimũ, & iuſtiſſimũ D. Perſiũ Circiũ iurecõſultũ Terræ Mõtis Regalis, dum tũc reperiebatur meritiſſimus Gubernator in Ciuit. Ducali, & appellatũ eſſet à tali ſentẽtia, ita & taliter promulgata, ea non obſtãtibus iſtis friuolis, & nullius momẽti exceptionibus, fuit eo tempore per iudicem ad quem approbata, & meritò confirmata.

Et de hoc ſyncerè mirãdũ nõ eſt: Nã appellatio, ſeu libellus appellatorius valet, & tenet, ſuſtineturq; etiam ſi in eo dictũ, expreſſũmque nõ ſit per appellantẽ, & in his ſcriptis prouocat, &c. ſecund. Spec. *de appell. §. 1. verſ. Et notabiliter.*

Et quanquàm notarius debeat neceſſariò eſſe rogatus de ſẽtẽtia: nihilominus tamẽ, vbicũq; in ſentẽtia nõ adeſſet lecta, lata, & recitata fuit ipſa ſentẽtia, tũc foret nulla, & penit° inualida: ſiquidẽ actuarius tenetur de neceſſitate aſſerere in calce ipſius ſententię, lecta, lata, & recitata fuit tali die, menſe, & anno, curia ſedẽte pro tribunali, &c. aliàs ſi aſſereret lata fuit ſententia, ex quo nõ appareret fuiſſe lectam, nequaquàm valeret, neque ſuſtineri poſſet: vt cõcedit Bart. *in l. 3. in fin. C. de ſent. ex breuic. recit.* & Carauit. *in dicto ritu 37. nu. 8.* vbi aſſignat rationem, plurimumq; exornat præſentem materiam, illam extricando, & explanãdo. Et ita vidi in cauſa maximi momẽti annullatam ſententiam in anno 1574. eandemq; quidem per D. Capitaneũ Regiæ Terræ ciuitæ Regalis prouincię Aprutij de conſilio Excellentis D. Perſij Circij ex defectu lectę latæ, quæ non reperiebatur in ipſa ſententia.

Benè tamen verum eſt, ſententiam fuiſſe latam probari per verba. Lecta, & publicata; appoſita per notarium in fine ſententię. ita Card. Put. *deciſ.* 356.

Nam ſententia dicitur lata abſque dubio aſsignãdo in ea requiritur verbum publicata: ſecundum Chaſſani. *deciſ.* 167.

Cæterum vbicunque notarius ſcripſiſſet, appoſuiſſetque in calce ſententiæ lectam latam, & re ipſa non extitiſſet ea recitata, & lecta: poſſet vtique tunc probari contrarium per negatiuam coarctatam loco, & tempore: vt voluit Bart. *in l. 2. C. de erro. aduoc.* & Carauit. *in d. ritu 37. ſub nu.* 8. Viu. *opin.* 720.

33 Sententia lata contra citatum extra territorium citantis exiſtentem, nulla eſt ipſo iure: cùm defenſio auferri de iure non debeat. *Clem paſtoralis. de re iudic.* Bal. *in l. omnes. §. fin. verò col. 2. C. de epiſ. & cleric.* Lanfran. *in c. quoniam contra, ■ ver. Citationes. n. 25.* & ibi apoſtil. *in litera A. de probat.* & Aret. *cõſ.* 165. *ſicut Ioan. ſcripſit. col. 12.*

Nam defenſionem Princeps tollere non poteſt. *d. Cle paſtoralis*, Gram. *voto 30. n. 9 cum alijs ſeq.* Marſil. *in ſin.* 288. Abb. *in ca. 1. in prin. de reſcrip. & in c. in cauſis, de re iud.* vbi concludit, quòd nec per legem, nec per Principẽ defenſio ipſa tolli poſſet in crim. quantumcunque quis eſſet excommunicatus, ſeu criminoſus. *per c. cum inter. de excep.* vbi idem Abb. & *in cap. dilectis. eod tit. col. pen.*

Hócque amplificatur vtiliter primum procedere, etiam in cauſa hæreticæ prauitatis, vt ipſi heretico tunc tradenda profectò ſit copia indiciorum contra eum exiſtentium ad finem ſe purgandi, & defendendi. ita Pariſ. *conſ. 2. n* 155. *vol.* 4.

Imò reo etiam in facto notorio defenſiones iuris minimè tolluntur: vt voluit Inn *in c. ſtatuimus. de offi. deleg.*

Vndè inquiſitor vllatenus defenſiones, & exceptiones reo competentes tollere nequiret: ſecundùm Archid. & alios omnes *in c. exhibita. de iud.* Spec. *de notorio crimin. §. 1.* & Carrer. *in tract de hæreticis nu.* 82.

Et ſic quomodocũq; reus ſe tueri, defẽdereque voluerit admittetur: vt firmat Bart. *in extrau. de reprimẽdis in v. Sequitur.*

Nã defẽſio nõ debet alicui tolli. *l. 3 §. ſi ad diẽ. ff. de re milit. l. penult. C. de tẽp. in integ. reſt pet. & c. cum inter. de excep.*

Quod vendicat quidẽ ſibi locũ, & verũ eſt, etiam ſi procedi poſſet ſine iuris ſolẽnitate: & ſic quantũcunque iudex haberet arbitriũ ex forma ſtatuti in huiuſmodi caſu, nõ tamẽ poſſet denegare defenſiones. teſte Bart. *in l. filius. ff. de donat. & in l. 1. ff. de teſta milit.* Gand. *in trac. maleficiorũ, verſ. Itẽ quæro nunquid poteſtas, qui habet arbitrium*, & Alex. *conſ. 65. habita ſuper contentis. col. 1. & ſeq. vol. 1.*

Siquidẽ ſi iudex haberet arbitriũ in procedẽdo, quod regulari abſq; dubio aliquo deberet ſecũdũ iuris regulas: adhuc teneretur tradere in præſenti caſu copiã inquiſitionis reo cum cõpetẽti termino ad purgãdũ indicia, & ad ſe defendẽdũ: vt voluit Alex. *in d. cõſ. 65.* & Natt. *ibi in add.* & eſt ſtatus in Regno *in c. incip. Ab illo inchoãdũ fore penitus prouidẽtes*, vbi diſponitur, poſitos in carcerib. in ſuis defẽſionib. plenè audiẽdos.

Sed ſi hæreticus vocaretur ad informandũ per inquiſitorẽ ſuper crimine hæreſis patrato per eum: tunc nempè deberet excommunicari: & ſi per anni circulum in excõmunicationẽ perſiſteret, velut hæreticus puniendus foret. *cap. cùm contumacia de hæret. in 6.* & notat Gundiſſal. *in trac. de hæreticis. q. 82. num. 3. & ſeq.* vbi vtiliter hoc capiſcat, & declarat.

Secundò ampliatur quoque præmiſſa concluſio, procedere etiam in crimine lęſæ maieſtatis humanę. Nã in hoc crimine non ſolùm defenſiones auferri nequeunt, ſed vnicuique etiã debet dari terminus ad ſe defendẽdũ, & indiciorum copia: vt per Alex. *nu. 4.* Iaſ. *nu.* j & Dec. *nu. 14. in l. is apud quẽ. C. de edẽ.* Afflict. *deciſ.* 391. Boſſ. *in pract. crim. titul. de indic. & conſid. ant. tort. nu. 74. cum alijs ſeq.* Pariſ. *in d. conſ. 2. vol. 4.* & Rip. *in d. l. is apud quem. nu. 8.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe cõmu. opin.

Ampliatur itidẽ eadẽ concluſio tertio loco intantùm fortiri locũ, vt non ſolũ copia concedenda eſſet iudiciorũ, ſed etiã cõpetens terminus ad illa purgãda: vt cõcedit Boſſ. *in loco præcitato*, Bal. Alex. & Cagnol. *n.* 18. cũ alijs congeſtis per eũ *in d. l. is apud quem*, Guid de Suza *in tract de iud. & tort. n. 62. & ſeq.* Paul. de Eleaz. *in cõmento. 2. grauis. col. fi. extra de depoſ.* & Gan. *in d tract. maleficiorũ. in verſ. Nunquid torquendus ſit audiendus* & ita obſeruatur, & practicatur in Regno.

Et ſi tunc nõ concederetur defenſio, ſeu copia inquiſitionis appellandum eſſet. teſte Ripa *in d. l. is apud quem, ſub n.* 8.

Iſtaque inquiſitionis copia reo tradenda venit completa inquiſitione, & emanata prius reſponſione, & depoſitione eiuſdem rei ſuper inquiſitione formata cõtra eũ: ſecũdùm Rum.

conſ.7.col.2.vol.5.prout ita hodiè de conſuetudine obſeruatur in practica.

Ampliator quartò ſimiliter anteſignata cõcluſio, vt dari debeat reo copia indiciorum,& repertorũ contra eũ, etiã quòd immineat periculum ſubornationis: ſicut quando admittuntur teſtes poſt didicita teſtificata: *iuxta cap. fraternitatis extra de teſtib.* & illa copia traditur magnis,& paruis,& omni generi perſonarum: vt firmat Boſſ. *in loco pracit. n.75.*

Poſtremò amplificatur etiam prememorata cõcluſio, quòd ſponte confeſſo, minimè eſſet deneganda ad probandum defenſio de iure ſuo, ſuáque innocentia. ita Gand. *in tract. maleficiorum. in tit. de quaeſt. in verſ. Si confeſſus dicat ſe erraſſe, per tex. in l.1. §. ſi quis vltrò. ff. de quaeſt.*

Siquidem defenſio,& probatio fieri poſſet vſque ad ſententiam. *l. ſi quis vereatur. C. de reb. credit. & l. indicia. C. de probat.* Bal. *in l. bona fides. col.3. C. de reb. cred. & in l. fi. col. 1. C. de probat.* & Ancha. *conſ.22. verum confeſſio contra iniuſtum. col.3.* quamuis, & malè quidem Lallus de Tuſcia *in conſt. l) qui de leuibus. n.13. per textum. in c. poſtquam lib.6.* aſſeueret contrarium, videlicet cõfeſſum crimen corã inquiſitore puniri, cõdẽnarique poſſe, non aliter ei tradita copia capitulorum & inquiſitionis.

Et hinc eſt, quòd ſi reus in tormentis fateretur crimen, & illud poſtmodum vltrò ſolutus vinculis & catenis,& in ſua libertate poſitus, ratificaret die ſequenti extra tormenta in bãcho iuris: tunc iudex teneretur ei ſtabilire terminum, ſaltem duorũ dierũ ad producendas omnes,& quaſcũque defenſiones cõpetentes aduerſus ſuã cõfeſſionẽ, vt vndiq. ſcaturire queat eius innocentia, caſu innocens ſit: vt per Afflict. & alios Regnicolas *in conſt. Si damna*,& Marant. *in tract. iudiciorum. in 6. par. in 14. act. de quaeſt.* quæ duplici nomine admittitur, in quib. locum illa habeat,& quo ordine ad illam perueniatur. *n.15.*

Cæterùm iſthæc concluſio ita eſplanata, amplificatáque, limitatur primò locũ nõ obtinere in inſigni maleficio, & hoc quando adeo inſigne eſſet, quod redactum eſſet ad notorium & manifeſtum: vt exprimit Boſſ *in loco pracitato. n.76. & de inſigni latrone.* vide per Afflict. *in d. deciſ.391. n.10.*

Limitatur etiam ſecundò locum non ſortiri in reperto in flagranti crimine: cùm contra notorium crimino ſum, delinquentémque nulla defenſio cadere poſſit. *d. l.3. §. ſi ad diem. ff. de re milit.* Abb.& Fely. *in c. cauſam. el 1. nu 5. de iudic.* Grãmat. *deciſ.36. nu.50. cum aliis ſeq. & nu.80.* & Foller. *in pract. crim. in verſ. Item quòd fuit captus in flagranti crimine. nu.1. & ſeq.* Et ita obſeruari vidi in patria mea, in anno 1578. dũ quidam aſſaſſinus incognitus & aduena, cũ duobus ſcoppettis paruulis, tũc impiè degraſſatus, aggreſſuſque eſſet Paſchalem Marianum Aquilanum, qui cum euaſiſſet tam maximum vitæ ſuæ diſcrimen Dei benignitate, cœpit ſtrenuè quidem ipſum aſſaſſinũ fugam arripientem, duxitque ſtatim ad publicum carcerem, eóque ſine cunctatione torto, atque tormentato, vt negociũ atrociſſimum,& notorium quidem exigebat, faſſóque crimine cũ ſuis circumſtantiis extitit in ipſa Ciuit. Aquil. ſuſpẽſus.

Et licuit quippè ipſi Paſchali hoc agere, ac prędictũ aſſaſſinũ capere: eũ quilibet, ad quẽ ſpectat, repertũ in flagrãti crimine capere poſſit, illũq; pariter ducere ad iudicẽ loci cõmiſſi criminis. textus eſt *in l. raptores. C. de epiſ. & cler.* And. de Iſar. *in 4. not.* & cæteri Regnicolæ *in conſtit. Iuſtitiary non per calendas,* Bart. *in l. ſi quis in ſeruitute. col.2. per illũ textũ. ff. de furtis.* Bern. de Plotis *cõſ.133. Hercules. nu.21. inter cõſ. crim. in fol. lib.1.* & Follet. *in d. verſ. Itẽ quòd fuit captus in flagrãti. num.3.* vbi hoc ampliat locũ ſortiri etiam in quolibet extraneo, vt is, quãuis ad eũ nõ ſpectet præſens captura, valeat ipſum reõ capere in flagranti crimine repertum, atq; poſtmodũ ita captũ ad publicum carcerem adducere. & eſt tex *in c. Regni exordiente.* Amplius nulli priuato liceat. vbi diſponitur licere cuicunq; priuato capere publicum delinquentem, & eum præſentare in carceribus, vel tranſmittere ad ſuperiores infra duos dies; alias incurreret priuati carceris pœnam.

Imò hoc procedit quoq; in debitore, vt is capi queat à priuato ſi fugam arriperet, & non haberet in loco vndè poſſet ſibi ſatisfieri. *arg. l. ait prator. §. ſi debitorẽ. ff. de his qua in fraud.* Et ſic captura propria authoritate creditoria fieri poſſet, vbicunque debitor eſſet in fuga. *d. l. ait prator. §. ſi debitorem,* & ibi Bar.& Pet. à Plaza cum magnã caterua Doctorum relata per eum *in epito. cauſarum criminalium, cap.34. ſub num.14.*

Quódque adeo verum eſt, vt vendicet ſibi locum non ſolùm in debitore laico, ſed etiam in clerico, vt is fugiẽdo pro debito capi poſſit ſine metu excommunicationis: ſecundum Abb. *col.2. & 5.* & alios omnes *in cap. cum non ab homine, de iud.* Ioan. And.& Abb. *in cap. 2. de pig.* Inno. *in gloſ. ſua in ver. Prælatorum.* & cæteros omnes. *in cap. vt fama. de ſen. excõ.* gloſſ. *in cap. ius gentium 1. diſt.* & Doct. *in l. nullus. C. de iud. & in cap. olim. el 1. de reſt. ſpol.*

¶ Sed debitor ita captus per creditorẽ debet ſtatim duci ad iudicem. teſte Bar. *in l.2. ff. de fer. & in d. §. ſi debitorẽ,* & Bal. *in add. Specul. de renunc. verſ. pen.*

Limitatur tertiò eadẽ concluſio etiam locũ non obtinere modo aliquo, vbicunque extaret ſtylus, vel conſuetudo contraria, vt inquiſito copia indiciorũ,& terminus ad defendendũ dari non debeat. ita Roi. *deciſ.11. col. fi.* Afflic. *d. dec.391. n.5. & deciſ.135. Quidam Venetus, nu.3.* & Pariſ. *conſ.44. vol.1.*

Claudicatq; poſtremò antedicta cõcluſio, quãdo copia indiciorũ petita nõ foret: tũc n. iudex poſſet indubitãter deuenire ad torturã nulla data copia: ſec. Rip. *in d. l. apud quẽ n.9* quod declarat ibi vtiliter Dec. cum aliis Moder. Viuius *opin.717.*

34 Sentẽtia lata ſuper executione ſententiæ eſt interlocutoria: ſec. com. ſcholã omniũ in iure Scribẽtiũ *in l. ab executione. C. quorum appel. non recip.* Bal. *in l. a Diui. ff. de reb. cred.* Paul. Caſt. *conſ.335.* Ang.& Alex. *in l.5. in prin. ff. de verb. oblig.* & eũdem Alex. *conſ.50. vol.2.* & Marantã *in trac. iudiciorũ in 6. par. in 1. actu de deciſoriis iudicij tribus membris diſtinctis, ſententia, appellatione, & executione. nu.25.* Ripã *in l. quod iuſſit. nu. 44. ff. de re iud.* & Iaffred. *deciſ. 422. Sententia lata, in prin.* vbi meminit de cõmuni opinione: licet Iac. Butri *in d. l. ab executione,* & Romã. *in rub. ff. de re iud.* & malè quidẽ aſſeruerint diffinitiuã eſſe.

Nec nõ ſententia excommunicationis dicitur etiã interlocutoria. vt firmatum Spec. *in tit. de ſenten. §. ſpecies, ver. Sententia antẽ excõmunicationis.* Glo. Ant. de But.& Abb. *in c. ſacro. de ſent. excom.* Roma.& Nicell. *in rub. ff. de re iudic.* Iaſ. *n.8.* & Rip. *ſub n.14. in 7. ampliat. in d. l. quod iuſſit,* Marãta *in d. 1. actu, nu. 40.* & Fely. *in rub. colum.9. extra de re iud.* & iſta eſt communis omnium opinio.

Sed ſententia ipſa excommunicationis nunquã profectò trãſiret in rẽ iudicatam. *c. ad reprimendã. de offi. ord.* & ibi gloſ. *in v. Suſpendatur,* & Philip. *in c. qua fronte, de appell.* niſi ad præſumptionem iuſtitię: cùm poſt decẽ dies præſumatur pro ea, vt ſic excommunicato incumbat onus probandi de iniuſtitia. *d. c. ad reprimendã, & c. de ſacro: de ſent. excom.* & doct. præſertimque Sicul. *col. pen. in c. conſanguinei de iud.*

Et ſentẽtia tũc in rẽ iudicatã trãſiuiſſe dicitur, vbicũq; appellatũ nõ foret à die notitię ipſius ſentẽtiæ ꝗ. decẽ dies: tũc ſiquidem,& nõ ante haberet effectũ ſentẽtię. *c. ad conſultationẽ,* & ibi Doct. *de re iudic. auth. hodie,* vbi Cyn.& alij. *C. de appel. & c. cõcertationi. de appel. in 6.* Ang. *conſ.302. n.4.* Guid. Papæ *in tract. de appel. nu.69.* & Cephal. *conſ.135. num 33. vol.2.*

Similiterque ſententia ſuper exceptione peremptoria prolata, cenſetur etiam interlocutoria: ſecundum anteſignatos Doct. licèt habeat vim diffinitiuę: vt concludit quoque Bal. *in l. pen. C. de ſent. ex breui. recitan.*

Idemq; videmus in ſententia ſuper incidenti, vel emergenti promulgata, vt ea interlocutoria quippè ſit: ſecundum eoſdẽ Doc. *in locis pracitatis.* Io. Bapt. Ferret. *conſ.273. vol 2. nu.1.* Spec. *in d. §. ſpecies in prin.* & Ripam *in d. l. quod iuſſit, nu.14. in 5. ampliat.* vbi ad lucem adducit iſtam eſſe com. opin.

Sed quotieſcunque lata foret ſententia ſuper vno articulo ſubſtantiali quò ad negotiũ principale, diceretur indubitãter habere vim diffinitiuę. textus eſt ſing. cum gloſ. *in cap. intra vtile de min.* Bal. *in l.1. C. quando prouo. non eſt neceſ.* gloſ. *in Cle. fi. de app.* & Alex. *in d. l. v. ff. de ver. obl.*

Itidẽ ſẽtẽtia ſuper appellatione ab interlocutoriis, dicitur etiã interlocutoria. vt voluit Paul. Caſt. *cõſ.26.* cuius opi. procederet indiſcriminatè habito reſpectu ad partes: ſed habito reſpectu ad perſonã iudicis, dicitur diffinitiua: ſec. Bal. *in auth. hoc ſacramẽtũ, aliàs hodie, in v.* Iſta opi. præſupponit. *C. de iur. cal.*

Item ſententia etiã primi, vel ſecũdi decreti interlocutoria dicitur, vt firmauere Bart. *in l. ſi finita. §. ſi ſeriò. ff. de dã. infect.* Iaſ. *in d. l. quod iuſſit. nu.7.* Rom.& Nic. *in d. rub. ff. de re iu.* vbi allegat gloſ. *in l. praſenti. §. ſi hoc facere. C. de his qui ad eccleſ. confug.* licèt ipſa ſententia ſecundi decreti habeat certè vim diffinitiuæ,& facilè mixta dici poſſet. teſte Bal. *in l. per hanc in fi. C. de tep. appel* & Præpoſ. *in cap. cum ceſſante, extra de ap. col.9.*

Vndè quotieſcũq; interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, vt diffinitiua iudicaretur, haberetque eius naturam. ita Alex. *in d. l. v. ff. de ver. oblig. col 2.* Dec. *in c. peruenit. el 2. col. fin. de appellat.* & Crauet. *conſilio 273. num. 2. & 4.* & venitet tunc ab[illegible]

dubio aliquo appellatione diriment, vt ab vtraque eodem modo appelletur: ſecundum An. de Bur. Abb. Ioan. And. & alios *in c. peruenit. de appell.*

Poſtremò præceptum de ſoluendo dicitur quoq; interlocutoria, & poteſt indubitatè ad beneplacitū reuocari. Ita An. Pe. de Suz. & alij *in l. ſi deb. de iud.* & Rom. *in d. rub. de re iud.*

Et quamuis præceptum hoc vim diffinitiuæ habeat: tamen ſi id cauſa nō cognita, & abſq; vlla iuris ſolennitate fieret, retractari facile, & contrario imperio poſſet: vt concedit Ang. *in d. l. ſi debitori*, Dec. *in c. cum ceſſante. col. 3. de appell.* Maran. *in d. 1. actu. nu. 27.* & Crau. *conſ. 273. nu. 4.*

Vltimo loco cōdēnatio expenſarū, ſeu ſententia lata ſuper eis dicitur quoq; interlocutoria, ſi ea fieret in progreſſu cauſæ ante ſententiā: eo n. caſu poſſet iudex illas expenſas taxare in ipſa cauſæ progreſſione: vt firmat, & probat Iaſ. *in d. l. quod iuſſit, n. 4.* ſecus vero ſi fieret cōdemnatio hæc vnà cū ſententia diffinitiua: tunc nēpe cēſeretur pars ipſius ſentētiæ. ſecundùm Ang. *in l. qui agnitus. ff. de excep.* Philip. *in d. c. cum ceſſante. col. antepen.* Fely. *in d. rub. de re iu. col. 9.* & Marantā *in d. 1. actu. nu. 36.* vbi prorumpit illam eſſe communem diſtinctionem.

Demū etiā ſētētia ab obſeruatione iudicij eſt ſimiliter interlocutoria: determinat affabrè Marā. *in d. 1. actu*, cū aliis aggregatis per eū ibi. ſed re ipſa nō dicitur mere interlocutoria, & licet ab ea appellare. ita Creſcen. *deciſ. 132.* & Gomeſ. *deciſ. 83.* & ſic in cauſis variorum clientulorum infinitis propè vicibus obtinui in practica.

Ceterum ſentētia etiā, qua pronūciatur nō poſſe tertiò appellari interlocutoria eſt, diffinitiuæ vim habēs: vt tradit Io. Monachus *in c. cupientes. in gl. magna. incip. & ita eſt canon. de elec. lib. 6.* licèt autem diffinitiuæ vim habeat: & ad hoc vt valeat appellatio debet in appellatione exprimi cauſa: ſecūdum eum notabiliter, quod menti tenendum eſſe dicit. Bal. *in l. vnica col. 3. in prin. nu. 6. C. ne liceat tertio prouoc.*

Vbi Saly. *col. 2. nu. 11. verſ. Quære an ſententia.* Fel. *in c. quoad conſultationem col. 13. de re iud.* vbi exprimit iſtam opinionem veriorē eſſe, & Capicius etiam *dec. 1. nu. 20. & ſeq. & in d. cap. cupientes.* Io. Monach. ſubdebat, omnes ſententias proceſſum impedientes interlocutorias eſſe, & quòd ab interlocutoria non appellatur, niſi ratione grauaminis.

Et ideò non grauatus à iudice nō appellat, vndè nec de nouo iuſtificare poteſt ſuam appellationem, quem referendo ſequitur Bal. *in d. l. vnica. poſt nu 6. ibidem ait.* Viu. *opi. 714.*

35 Quæro, Vbi ſententia ſit ferenda? Reſp. ſec. cōmunem & receptam doct. opin. ſententiam eſſe ferendam in loco ſolito iudicij. de hoc eſt tex. *in l. cum ſententiā. C. de ſent.* & quod hæc ſit com. opin. firmat Iaſ. *in l. pe. per illum tex. ff. de iuſtit. & iur.* Maran. *in ſpec. par. 3. prin. c. 1. nu. 71.*

Limita hanc cōmunem concl. vt nō habeat locū in iudice appellationis, námq; is in omni loco honeſto poteſt ſententiā proferre. Ita ſentit gl. *d. l. cum ſententiā.* & ibi doc. cōmuniter, vt firmat Rober. Maran. *in ſpec. d. par. 3. c. 1. n. 18.* M. Graſſus.

36 Iudex ſi probabiliter vim vereretur, aut alia immineret neceſſitas, tū ipſe in cauſa neceſſitatis vel imminētis timoris, ex turri poſſet ferre ſententiā, vel in æquo ſedēs iudicare. Ita gl. eſt notabilis *in verb. recitauit in l. 1. C. de ſen. ex breuic. recit.* Licet ibi Bar. *n. 3.* contrariū ſentiat: ſed pro gloſſ. eſt com. opin. Vdal. Zaſ. *in l. pen. n. 24. ff. de iuſt. & iur. in tom. 1.* Kirchouius.

37 Recōuentioni non eſt locus quoad effectum ſimultanei proceſſus aliquo pacto, quā ſo vna cauſa reperitur ſummaria, altera verò plenaria: vt per *Inn.* & cōmuniter Canoniſtas omnes *in c. 1. de mut. pet.* & Legiſtas *in auth. cōſequēter. C. de ſent.* Ang. *in l ſed & ha § nō ſolum. ff de procu.* Maran. *in tract. iudiciorum. in 4. par. prima quæſt. prin. iudiciorum. 6. diſt. nu. 28. & ſeq.* in quibus locis plerique Scriben. admonent iſtam eſſe com. op. Doct. vtriuſque cenſuræ.

Et aduerte, quòd quoad effectus ſimultanei proceſſus, recōuētio ipſa fieri debet ante litē conteſtatā: & tunc dicitur vera recōuentio, & pari paſſu procedit cū ipſa cōuentione, ſecundū mentionatos *Doc.* & Maran. *vbi ſupra ſub n. 5.* vbi admittit iſta eſſe cōmunem opinionem, ſecus autem quoad effectū prorogationis iudicis: quia vſq; ad ſententiam fieri poteſt reconuentio coram eod. *c. diſpendioſa. c. reus quoque*, & ibi Ioan. And. *de reſcript. lib. 6. & in d. c. 1.* & Alc. *in ſua pract. vtriuſque iuris, in tit. quando ſit reconuentio facienda.*

Alios vero caſus, in quibus recōuentio ipſa locum nō habeat, diſcurrit, & ad ſaturitatem vſque diſcutit Maran. *in d. tract. iudic. in 4. part. prime. in 1. quæſt. in 6. diſtin. nu. 11. cum aliis ſeq.* & Alc. *in d. ſua pract. in tit. in quibus cau. vel rebus non poſſit fieri reconuentio.* Viuius *opin. 682.*

38 Reconuentio poſt litem conteſtatam fieri non poteſt. Eſt commun. opi. ſec. *Fel. in c. 1. in prin. de mut. petit.* fallit in 2. caſib. vt per eundem *Fel. ibi nu. 2.* Fich.

39 Reconuentio non fit coram iudice delegato electo de conſenſu partium. Gom. *in c. diſpendioſa. de reſcr. n. 35. lib. 6.* com. dicit. B. Villal. & Vezin.

Contrarium deciditur per *l. 20. tit. 4. par. 3.* Idem.

40 Recōuentio non habet locū in cauſa appellationis, ſec. *Inn.* Bu. & Pan. *in c. 1. de mut petitio.* Cy. & Sal. *in l. per hāc. C. de temp. app.* Gul. Bar. & Sali. *in auth. & cōſequēter. C. de ſen. & interlo. om. iu.* Spe. *in tit. de reconuen. § nūc dicamus. ver. ſed nūquid corā iudice.* per caſum quem Bald. dicit ſingularem. *in l. ad cognitionem ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. & l. 2. § ſed ſi agant. ff. de iud.* Quod limitāt *Angel. in l. conſenſiſſe. § legatis. eod. tit.* But. & Pā. *in d. cap. 1.* Niſi appellans, cùm haberet copiam iudicis appellationis in proprio domicilio, voluit ad alium remotum iudicem appellare, & in appellatione extrà iud. quod ſequitur do. *Præpo. in rub extrà, de app. in 30. col.* Balb. *deciſ. 65.*

41 Recōuētio in iuriſdictione prorogata habet locū ſec. gl. ſi. & notabilē *in ſuo. 2. intellectu in d. l. eſt receptū.* ibi Ang. & dominus Cai. ſacit no. *in l. cū Papi. & in auth. & cōſequēter. C. de ſen. & interl. om. iu. per cā. in c. 1. ext. de mutu. petit.* Balb. *dec. 125*

42 Reconuentio habet locum etiā in officio iudicis implorato, ſecundū gl. *in l. 3. § ſi.* iūcto illo tex. & iūgēdo gl. *ibi in verbo, debetur. cū gl. ff. de variis & ext cogn.* contrariū tenuit gloſſ. *in l. ſed ſi reſtituatur. circa prin. ff. de iud.* prima opi. poteſt procedere quādo officium iudicis principaliter imploratur. Secunda quando incidenter ſecūdùm *Inn. in titulo extrà, de mu. petitio. in fine. ibi*, & ſecundum prædi. *Balb. deciſ. 242.*

De ſententia quæ ſine certa quantitate profertur.

TITVLVS IX.

81 Iudex delegatus nõ poteſt ſibi reſeruare taxationem expenſarum, nec ſuã ſententiam interpretari, ſec. Bart. & communiter Doct. in l. ab executore ff. de appel. per tex. ibi, & gl. in verb. præſes. Niſi ſec. eos eſſet talis delegatus, qui poſſet ſuam exequi ſententiam. iuxta no. per gl in l. à diuo Pio. in prin. & §. 1. & ibi Bart. ff. de re iud. Balb. deciſ. 131.

82 Valet ſententia lata vtraque parte præſente, licet neutra inſtiterit tunc ius dici. Secus ſi altera partium tantũ fuit pręſens, niſi eſſet lata pro actore, qui ſemel in libello petiit reũ condemnari, ſecun. Bald. in l. 1. C vt qua deſunt aduocat. Ang. in l. quamuis. C. de adulte. Balb. deciſ. 409.

83 Abſens ſi poſt ſententiam capiatur, audiendus eſt ſuper omnib. cõtentis in proceſſu & ſententia, tam in pœnis corporalibus, quàm pecuniariis, & ita pluries practicam, cum ibi eſſem iudex maior: præcipuè cùm forma tradita à ſtatuto dicatur ſubſtantialis. Dec. in cõſ. 429. n. 5. & de materia dictarum legum, vide Ang. & ſuam additio. Aug. in tract. malefic. in ver. videns, quòd inquiſiti. per totum. & Hyppol. in pract. §. poſtquam. à n. 35 vſque ad n. 62. & in conſ. 64. n. 43 & in conſ. 117. n. 36. & in conſ. 134. n. 11. & Chaſſ. in conſuet. Burg. rub. 1. §. 7 in prin. n. 10. vſque ad fi. & Ludo. Carrer. in pract. crim. in prin. n. 65. cum aliis. & Iſern. & Matth. de Affl. in conſt. Neap incip. Grand. tit. 1. lib. 2. de materia poſtcaquam hæc ſcripſi, reperi Petr. Nũcum de exequendis mandatis regum, conſ. 15. vbi cõgerit quatuordecim correctiones iuris communis per dictas leges. Villal.

84 Nota circa l. 1. tit. 3. lib. 3. ordin. quæ loquitur de non conteſtanti infra nouennium. & l. v. tit. 16. lib. etiam 3. ord. de citato ad audiendum ſententiam, quòd contumacia in d. legib. debet eſſe vera, adeò, vt non ſufficiat ficta. vt per Bart. in l. ſi ſe non obtulit. §. condemnatum ff. de re iud & Iaſ. ibi n. 32. item nota circa d. l. 1. quòd requiritur, quod dicta petitio ſit propoſita in iudicio parte præſente, vel procuratore ſuo, vt per Ant. in r 2. de dilat. & Panorm. in c ſi de iud. & in tantum operatur ficta confeſſio in d. l. 1. quòd pars non admittitur ad probandũ contrarium. vt per Iaſ. in l error. C de iur. & fact. ignor. n. 6. & 7. reprehendentem Alex. tenentem contrariũ, de quo per Frãc.

de Arct. *conſ.146. viſa conſultatione.*

85 Nota etiam, quòd licet per d.l. non requiratur ſentẽtia, ſed hoc eſt intelligendum verum quò ad ipſum fictũ cõfitentem, ſecus quò ad ſuum hæredem, quia tunc requiritur ſententia, ſecund. Bald. *in l.ij.C. de edend.* quia confeſſio ficta hæredi non præiudicat, vt tenet Bar. *in l.i. ff. de priua. delic. ver. nõ quero,* dixi. nota etiam, quòd dicta confeſſio dicitur iudicialis & ſolennis, vt tenet Aretin. *in c. at ſi clerici. nu.21. de iud.* ex Cino, & Bald. *in l. quoniam ff. de iis qui not. infam.* & de materia iſtius l. vide Hyppol. *ſing.27.* & Alex. *in addit. ad Bar. in l. tranſigere. C. de tranſact.* circa tamen *l.5. tit.16.* vide *l.3. tit.22. par.3. & l.9. tit.23 par. ead.* & quod Docto. tractant, maximè Io. de Im. *in l. ex conſenſu. ff. de app. & in l. diuus. ff. de in int. reſtit. & gl. in cle. v-nic. de dol. & cont. in glo fin.* vbi dicitur, quòd non dicitur cõtumax, niſi pars cõparuerit ad accuſandã cõtumaciã: & vide Bal. *in l. falſus. C. de fur.* & Alex. *in l. cõtumacia. ff. de re iud.* Villalob.

86 Sentẽtia poſtquã tranſiuit in rem iudicatam, præſumitur pro rectitudine proceſſus, ſiue lata ſit de recenti, ſiue nõ, ſiue in præſentem, ſiue in abſentem contumacem, verum vel fictum. ita referunt per multas authoritates Io. de Im. *c. in præſentia. nu.34.35. & 36. ext. de renun. & c. cùm in iure. num.30. & 31. ext. de of. del.* & Alex. de Imo. *in l. ſciendum. num.21. ff. de verborũ.*

87 *obl.* & Alex. de Imo. *conſ.22. lib.ij.* volentes hanc † ſententiam communiter receptam eſſe, non obſtante eo quod Bart. contrariam ſententiam veriorem eſſe voluerit. *in auth. ſi quis in aliquo. num 13. C. de eden.* idem Bart. *in l.j. num.5. C. de relat.* cuius communem doctrinam eſſe ſcribit Fran. Curt. *d. auth. ſi quis in aliquo nu.13. ver. ex his infert etiam* & idem Curt. *in addit. ſuis ad lect.* Alex. *d. l. ſciendum litera l.* ſed Imo. & Alex. ſententiam ſequuntur alij doc. Fel. *c. quoniam contra. num.31. ver. 4. conclu. ext. de prob.* vbi ipſe multas authoritates aliorũ doc. adducit, addique hanc ſenten. communiter receptã eſſe Pan. *conſ.73. num ij. lib.1.* Lud. Rom. *conſ.334. num.7. & 8.* Alex. de Imol. *conſ.121. lib.ij.* quorum ſententias Ang. Aret. cõciliare voluit *in §. fi. num.9. Inſtit. de fideiuſ.* Kirchouius.

88 Sententia in qua non eſt expreſſus error iuris, ſed tacitè colligitur ex relatione ad acta, non vitiatur ſecundum communem concluſionem, *per l. præſes. ff. de re iud.* glo. & doctor. *in l.ij. C. quan. prouoc. non eſt neceſ.* Alex. *conſ.59. nu.11. in 3. vol.*

89 Sententia quæ nulla eſt, per partes ratificari non poteſt, ad hoc ſcilicet vt valeat vt ſententia, poſſunt tamen partes eã ſententiam quæ nulla eſt, ratificare, vt valeat in vim pacti: & valebit vt pactum, gl. approbata *in l.ij. C. com. vtriuſ. iud.* Bart. *in l. licet, C. de iudi.* & oportet quòd de conſenſu, ratificatione, & illius ſententiæ approbatione facta per partes, conſtet per contractum. Cor. *conſ.125. par.2.* Bellac.

90 Sententia etiam quæ in actione reali fertur, iudicati actionem producit, vt communiter doctoribus probari inquit Ripa. *in l. miles. §. iudicati. nu.6. ff. de re iud.* Quod ſi ab ea prouocabitur, ac deinde confirmata fuerit, non iam illa, quæ cõfirmata eſt, ſed quæ confirmat, actionem pariet. cõmune teſtatur Iaſ. *nu.11.* Rip. *num.15. in l.j. ff. de re iudic.* amicus noſter Nicol. Grauatius ad Veſtrium, *lib.8. c. vlt. num.31.* Nec tamen idcirco priſtina vel obligatio, vel actio extinguetur. commune dicit Porc. *in §. præterea. num.5. Inſtit. quibus modis toll. oblig.* E. Suarez.

91 Sententia per teſtes probari poteſt, ſecundum dominos de Rota. *deci.409. in nouis, per cap. Albericus. de teſtibus.* quando ſcilicet allegatur ſententiam latam fuiſſe, & inſtrumentũ ſententiæ deperditum: & hoc caſu ſunt duo probanda, nempe tenor ſententiæ, & illius amiſſio. & licet ſentẽtia ſine ſcriptura ferri nõ poſſit per eum *titulum, de ſenten. ex breu recitan.* tamen non omnia in quibus requiritur ſcriptura, per ſcripturã ſunt probãda. Comp. *in cap.1. de elec. in 6.* & de Rota *in cap. deci.* acta enim iudiciaria in quibus ſcriptura eſt de ſubſtãtia iudicij per teſtes non poſſunt probari. niſi probetur quòd ſcriptura facta fuit deperdita. Cor. *conſ.69. nu.13. 1. vol.* Alex. *conſil.59. num.9. in 7. vol. & conſ.7. in ij. vol.* Bellacomb.

92 Sententia in criminalibus ſtatim mittenda eſt executioni. *l. qui cum reus. ff. de pœnis.* Fel. *in c. querenti, de off. deleg.* fallit in 12. caſib. vt per Fel. *in d. c. querenti.*

Fallit in 7. caſib. vt per Iaſo. *in l. debitoribus, ff. de re iudicat.* Don. à Fina.

93 Sentẽtia ſi apparet lata, & non apparet lata. parte inſtãte, eſt ipſo iure nulla. Bart. *in l.1. C. vt quæ deſunt aduo.* Ang. & Im. *in l. de vnoquoque, ff. de re iud.*

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. *in l. properandum, §. & ſi quidem, col.3. de iud.* Don. à Fina.

94 Sententia lata ſuper expenſis, dicitur interlocutoria. gl. *in l. quod iuſſit. ff. de re iud.*

Fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. *in d. l.* ibi dicit.

95 Articulos impertinentes ſi iudex admiſerit tanquam pertinentes, poterit demùm eos reijcere etiam factis probationibus ſuper illis, non obſtante quod prius eos admiſerit: quia talis admiſſio eſt ſententia interlocutoria, quæ reparari poteſt. Iaſ. *in l. quod iuſſit. ff. de re iudi.* Dec. *conſ.517. nu.9. & conſ.84. in fi.* Zabarella *in cle. ſæpè. §. & quia in ij nota. de verb. ſignif.*

Dicuntur autem impertinentes articuli, qui ad cauſam nõ faciunt directè nec indirectè: & pertinentes dicuntur, qui faciunt ad cauſam directè vel indirectè. Bald. & Iaſ. *in l. ſi duo patroni §. idem Iulianus. ff. de iureiu.* & etiam dicuntur pertinentes qualitercumque adminiculenter negotio principali, in dubio autẽ articuli admitti debent. Paul. de Caſtr. *in l.1. ff. ſi quis cautio.* Dec. *in eodem conſ.517.* iam allegato. & *Iaſ. in l.1. nu.18.* debent admitti omnes articuli ſaluo iure impertinentium, Guid. Papæ *deciſ.347.* & Dec. *conſ.162.* Bellac.

96 Decretum ex falſa cauſa interpoſitum à iudice eſt ipſo iure nullum *in l.1. §. hæc verba ff. ne vis fiat.* Guid. Pap. *conſ.61.* idem ſi fuerit interpoſitum ex cauſa falſa, & vera: nam adhuc in totum vitiabitur. Dec. *conſ.403.* Vezinus.

97 Sententia, à qua appellatum non, quæque in rem iudicatam tranſiuit, magno præiudicio, ac multa præſumptione munitur, ſiue illa de præſentib. ſiue iam olim lata ſit, & ſiue in præſentem, ſiue in abſentem dicta, proponatur. communiter pronunciant Imol. *in cap. cũ in iure peritus, de offic. deleg.* Alex. *conſ.25. viſo proceſſu. ad med. lib.6.* Felin. *in c. quoniam contra, ver. 4. concluſio. de probat.* latè Did. à Couar. *in tract. de ſponſ. c. vlt. §. vlt. nu.12. ver. ex quibus.* ac Franciſ. Viuius *lib.1. opin.261.* Si tamen iniquè lata fuerit, & aliquis illa ſcienter ac prudenter vtatur, mortifero peccato ſe irretiet, cõmuniter affirmat Did. à Couarr. *d. §. vlt. nu.19.* E. Suarez. & Chærian.

98 Sentẽtia ſuper meritis, vel debito lata contra principalem, non nocet fideiuſſori cõtractus: & hoc caſu iura loquuntur, non autem in ſententia excuſſionis tantum, ſecundum omnes, de quo per Burſ. *cõſ.203. nu.5. lib.9.* Bonac.

99 Sententia tenet non citatis eis, de quorum intereſſe ſecundariò agitur: contra eos tamen non exequitur, ſecundùm communem per Burſat. *conſ.203. num.19. lib.ij.* Idem.

100 Sententia lata contra communẽ opi. mero iure valet, propter conflictum opinionum. eſt com. opin. ſec. Iaſ. *in l. cum prolatis. de re iudi.* ſequitur Rip. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 6. oppoſ.* Bar. *de verb. obl.* Chærian.

101 Sententia lata ad conſilium ſapientis, nunquam tranſit in rẽ iudicatã. eſt cõ. opi. ſec. Soc. *cõſ.278. nõ leuis. in fi.* Idem.

102 In iudiciis vniuerſalibus incerta ſententia reſpectu rerũ admittitur, ſed in executione poſtea liquidatur. eſt com. opi. ſec. Aret. *in conſ.110. clariſſime. in fi.* Idem.

103 Sententia lata per errorem expreſſum habita relatione ad acta, eſt ipſo iure nulla. eſt com. opi. ſec. Alex. *in conſi. 123. diſcuſſis. verſ. tamen quò ad propoſitum. vol.1.* Chærian.

104 Peruerſio ordinis cauſæ ad cauſam, non vitiat ipſo iure ſententiam. gl. *l.j. C. de appel.* eſt com. opi. ſec. Soc. *cõſ.98. in ſuſ. index. vol.4.* Idem.

105 Sententia inter alios non nocet ad plenũ præiudiciũ, ſecundum magis cõem per Burſ. *conſ.203. nu.23. lib.ij.* Bonac.

106 Sententia ſub conditione intrinſeca futurum reſpiciẽs, quę inconſtinenti verificari nequit, nulla eſt, ſecundum communem, de qua per Burſat. *conſ.219. nu.2. lib.ij.* Idem.

Sententia indiuidua eſt, licet contineat res diuiduas, quod receptiſſimum refert Hieronym. Gabriel. *conſ.56. n.1. & 9.* de quo vide *Burſat. conſ.219. num.11. lib.ij.* Idem.

107 Sentẽtiæ nullæ nõ trãſeunt in iudicatũ, nec executioni mãdantur, ſec. com. per Burſa. *conſ.220. num.16. lib ij.* Idem.

108 Sententiam non vitiat falſa cauſa expreſſa in ea, niſi per appellationẽ, vel alio remedio reſcindatur. gl. *in l. ſi is ad quẽ, ff. de acq. hæred.* Ang. *in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verbo. oblig.* & cauſam non eſt neceſſariam exprimere. fallit in multis caſib. ſecundum Fel. *in c. ſicut de re iud.*

Fallit in in 7. caſib. vt per Fel. *in cap. ſicut de re iudic. col.10.* & iudex non tenetur cauſam in ſententia exprimere. fallit in 16. caſib. vt per Socin. *reg.296.* videas Frãc. Turza *concl.86.* vbi dicit quod communis eſt opinio, quod ſententia propter deprehenſum errorẽ non eſt nulla, niſi error in ea expreſſus ſit.

Vivius *in ſuis concluſionibus in verſ. iudex nõ tenetur.* Rip. verò *in §. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. obli.* facit regulã contrariam, & ampliatur in 3. caſib. & limitatur in tertio. Don. à Fin.

109 Sententia lata ex probationibus priuilegiatis, nunquã tranſit in rem iud. Inn. *in c. tua, de cohabitat. cler. & mulie.* Aug. *in l. j. C. qui ſent. reſ. non poteſt.*

Fallit vt no. Iaſ. *in l. admonendi, ff. de iure iud.* Don. à Fi.

110 Sentẽtia tẽpore pronũtiationis ab ipſo iudice legi debet. *c. fi. de re iud. in 6.* Bald. *in l. hac cõſultiſſima, C. qui teſtam. facere poſ.* vbi Bal. limitat in 2. caſib. Dom. *in d. c. fi.* limitat in 3. caſib. Don. à Fin.

111 Sententia lata nõ viſis actis, vel ſine præuia cauſæ cognitione, eſt ipſo iure nulla. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Fran. Turz. *concluſ.* 133.

Fallit in 6. caſib. vt per Fel. *in cap. eccleſia ſancta Mariæ, col. 6. de conſtit.* Ampliatur in 2. caſibus, & limitatur per Dec. *in l. is apud quem, C. de edendo, nu. 34.* Don. à Fin.

112 Sentẽtia lata cõtra procuratorẽ offerentẽ ſe liti ſine mãdato traditur executioni contra eum. *l. 4. ff de re iudic. l. Plautius, ff. de procu.* Fallit in 2. caſib. vt per Rom. Alex. & Iaſ. *in d. l. 4.* Don. à Fin.

113 Sententia lata contra abſentẽ præſumitur lata magis ratione contumaciæ, quàm ex eo quod iuſtam cauſam habuerit, *l. ſi ideo, ff de euictio.*

Fallit in 5. caſib. ſecundum Fel. *in c. cùm Bertol. de re iudic. col. 8.* fallit in multis caſib. vt per Pot. *in l. j ſuarum concl. reg. 6.* Do. à Fina.

114 Sentẽtia lata contra notoriũ facti non eſt nulla, ſed debet retractari. *l. fi. C. ne filius pro patre. l. ciues, de appellat.*

Fallit in 3. caſib. vt per Fel. *in c. per tuas, col. 2. de ſent. excom. num. 6.* Don. à Fin.

115 Sẽtẽtia diffinitiua reuocari nõ poteſt à iudice, *l. Paulus, & l. iudex. de re iud. l. moris, & l. ſed enim, & l. duo fratres, ff. de pœnis.* fallit in 12. caſi. vt per Præp. *in c. cùm ceſſante. de appel.*

Fallit in 8. caſib. vt per Fel. *in c. qualiter. de accuſat.*

Ampliatur in 8. caſib. & limitatur in 22. à Lancil. *in tract. de offic. prato. in tit. de ſent.*

Ampliatur idem procedere in arbitrio, qui nec poteſt retractare ſententiam per ſe latam. limitatur hæc ampliatio in 3. caſib. vt per Petr. Duen. *reg.* 59. Don. à Fin.

116 Bene verũ eſt, quod iudex poteſt declarare ſuã ſentẽtiã. *c. qualiter, & quando de accuſa.* vbi Fel. limitat in 4. caſibus.

Fallit vt no. Fran. Tur *z. concl.* 64. Idem.

117 Sententia principis facit ius generale, *§. ſed quod princ. Inſt. de iur. natur.*

Fallit in 5. caſib. vt per Fel. *in c. in cauſis de re iud.* ſed quando eſt lata in contumaciam non facit ius quo ad alios. fallit in 5. caſib. ſecundũ Fel. *in c. cùm Berthold. de re iud.* Don. à Fin.

118 Sententia ſub conditione intrinſeca, quæ futurũ negotium reſpiciat, & ſit in poteſtate partis exequi, nec incontinenti purificetur, pro nõ lata habetur, ex doctrina Alex. *in l. qui Romæ. §. Augerius. n. 6. ff. de verb. ob.* Caſtr. *in l. cõtinuus. co. 1.* Ant. Gabriel. *lib. 2. commun. conclu. tit. de ſent. concl. 1. n. 17. & 21.* cõmunẽ & veriorẽ poſt alios nuncupat Oſaſc. *dec. Pedemont.* 146 *n. 11. cum ſeq.* de quo per Burſ. *conſ. 155. nu. 8. lib. 2.* Bellac.

119 Sententia in correum lata non exequatur cõtra alterũ, ſecundum communem per Burſ. *conſ. 176. nu. 66. lib. 2.* Idem.

120 Sententia ex petitorum iudicio lata nunquã tranſit in rem iudicatam, ſecundum communem, licet permulti contrà ſentiant, de qua per Burſ. *conſ. 184. nu. 4. lib. 2.*

121 Sententia referens ſe ad aliquod inſtrumentũ quod non eſt in proceſſu, non valet, ſecus tamẽ ſi eſt in proceſſu. *Iaſ. in l. aut prætor. §. ſi iudex. nu. 19. ff. de re iud.* communem dicit, quia ad alia acta iure poteſt ſe referre. Sebaſt. Van. *de defectu proceſſu. & ſolenni. nu.* 105. com. dicit. Villalob.

Amplia etiam, ſi iudex ſit informatus de dicto inſtrumento, non tamen producto in iudicio. Cou. *Reſol. lib. j. cap. 1. nu.* 9. com. dicit ex Are. *in c. 3. de accuſat. nu.* 14. Idem.

122 Sententia prolata non viſo proceſſu, eſt ipſo iure nulla, ſi conſtat. An. de Trem. *in add. ad Bona. in pract. except. in rub. de impe. execut. nu. 17. in verb. alij caſus, verſ. qui autem de publicatione teſtium.* com. dicit. Villal. & Vezinus.

123 Sententia lata pro abſente non contumace, non valet. Iaſ. *in l. nequicquam, ff. de offic. procon. & in l. furioſo. num. 3. de re iudic. ff.* com. dicit.

Amplia iſtã cõmunẽ etiã ſi ſit lata in fauorẽ furioſi, vel abſentis qui non potuit citari Fran. de Are. *in c. cauſam quæ, de iudi. nu. 23.* ex An. & ibi ex gl. *in l. furioſo. & l. quaſitum. ff. de re iud.* Idem.

124 Sententia iudicis, quæ trãſiuit in rẽ iudicatã habet præſumptionẽ pro ſe, ſiue lata fuerit in præſentẽ, ſiue in abſentem, & cõtumacem verũ, vel fictũ: ſecundum Spec. Io. And. *in §. vt autẽ. de ſent. prol.* Io. Cald. & Abb. *in ca. quoniam contra, de prob.* & alios cõmuniter ibi, Marcũ Antonium Blanchum *in tract. de cõpromiſſis. q. 9. de effectu ſententiæ. nu.* 10. Imo. & Ant. de But. *in c. in præſentia, de renunt.* vbi ſubdit ipſe Imo. hãc eſſe cõmunem opinionẽ, *in c. cum in iure. de off. deleg. col. 12. & in c. in præſentia, de renunt.* & latiſſime Rom. *in l. ſecundam. col. 24. ff. de ver. obli.* Gram. *dec. 24. n. 5. & 13.* & Moder. *in d. c. quoniã contra.* Et ratio eſt, quia ſententia poſtquã trãſiuit in rem iudicatam cuiuſcũque iudicia fuerit, habetur pro veritate. *l. res iudicata. ff. de re iud. c. cùm inter. de re iud.* & ex ea reſultat præſumptiõ iuris, & de iure, cõtra quã non admittitur probatio in cõtrariũ, niſi propter confeſſionẽ partis. vt no. Bar. *in l. Iulianus vero debitorem. ff. de condi. indeb.* & Bald. *in l. filium quem habentem. c. famil. erciſ. & in l. cum quis. c. de iur. & fact. ignor.* & Cæpol. *in caut.* 23.

¶ Et præſertim hoc procedit, vbicunq; ſententia quæ trãſiuit in re iudicatã, lata eſſet nõ de recenti, ſed de antiquo, vel longinquo, & tũc præſumitur pro ſententia, etiã ſi in ea non eſſet facta mẽtio ſollenniũ, aut actorũ: ſecũdũ Hoſtien. *in c. cũ inter. de re iud.* Inn. *in c. cùm in iure. de offi. deleg.* Bar. & Cur. iun. *in l. admonendi. num 250. ff. de iureiur.* & Are. *conſ. 36. col. fin.*

¶ Paul. verò Caſtr. ſibi parũ conſtãs, *conſ. 76. col. 2. lib. 2.* tenuit contrarium, vbi ait, quòd non præſumitur pro ſententia in antiquis, etiã quò ad acta, niſi de eis fiat mentio in ſentẽtia. idẽ voluit Bal. *conſ. 204. col. 2. vel. 3.* idẽmque videtur tenere Alex. *conſ. 123. col. 2. vol. 2.* Sed prima opinio Inn. videtur magis cõmunis: vt ſcribit Cur. iun *in d. l. admonendi nu.* 250.

Et prędictis accedit vtiliter, quòd antiquũ tempus, quo ad hoc, dicitur viginti annorum: *argumento c. cùm venerabilis, de except.* & facit *tot. tit. c. de præſcript. long. temp. 10. vel. 20. annorum,* & ita tenet Calder. *in d. c. quoniam contra.* quem ſequitur Abb. *conſ. 61. col. pen. lib.* j & Calca. *conſ. 8. col.* 4.

¶ Sed opinio iſtorũ mihi parùm ſatiſfacit, ex quo alteram ſententiã huic de directo cõtrariã reperio, & forſan veriorẽ, quòd in præmiſſis tempus dicitur antiquũ, quã do poſt latã ſententiã eſſet lapſum bienniũ: vt tradit Bald. *in l. vnica. c. ne lic. in vna, eademq. cauſa ter prouoc.* poſt Hoſtie. *in d. c. in præſentia,* idemque voluit Io. And. *in nouella.* Ang. *in l. quacunque §. fi ff. de public.* Bal. *in c. 1. de milite vaſa qui cõtumax eſt.* Bertach. *in 3. part. ſui repert. in verſ. Sententia præſumitur, ante fi.* Alex. *in l fi. §. illud. ff. quando appellan. ſit, in add. ad Bar. ante fin.* & Gram. poſt alios relatos ibi per eum, *in deciſ. 24. nu. 7. & ſeq.* ſubdens ibi iſtam eſſe veriſſimam opinionem.

¶ In cõtrariã verò partem, videtur inclinare Bal. *in d. c. 1.* citans Inn. *in c. Albericus, ext. de teſtib.* & idem Bal *in c. 1.* quo tẽpore inſles, quod rnò requiratur, vt ſit lata ſentẽtia ipſa intul tũ de antiquo. Cęterũ neutrã ex iſtis duab. opinionibus ſequor: cum ambæ erroneæ appareant, vt infra apertiſſimè oſtenditur.

¶ Tertiã opinionẽ circa præmiſſa reperio quòd ad hoc, vt dicatur ſentẽtia antiqua, ſufficit tẽpus decẽ annorũ: ſec. Hoſt. *in d. c. Albericus.* quẽ ſequitur Ang. *in d. c. quoniã cõtra.* Alex. *cõſ. 123. col. 2. lib. 2.* Goa. *conſ. 130. vel. 137. col fi.* & Veronen. *conſ. 26. col.* 4.

¶ Quarta etiã affertur ſententia, quòd antiquum tempus circa hoc tunc dicatur, quando fluxi, elapſique diſcernantur centum anni: quæ communiter per doct. approbatur, atteſtãte Dec. *conſ. 321. col. 3.* Alex. *in l. cum aliquibus. c. de iure delibe.* & Marco Antonio Blancho *in d. tract. de compromiſſis in 9. quæſt. de effectu ſententiæ. ſub nu. 11. verſ. 1. caſu.*

¶ Quintã vltimo loco reperio opinionẽ, iudicio meo, magis tutã & æquam, & ſequendã fore ſuadeo: quæ quidẽ eſt iſta, quòd totum hoc cõmitti, & relinqui debeat iudicis arbitrio, quando ſententia ipſa dicatur lata de antiquo, vt pro ea pręſumatur etiã in ea nõ facta mentione ſolẽniũ, & actorũ: & iſtã opinionem ſequitur, & tenet Io. Cald. *in d. c. in præſentia.* Alex. *conſ. 219. col. 4. lib. 6 conſ. 17. col. 3. lib. 4.* Are. *conſ 36 col. fi* & iſtã ponit eſſe communem opinionem Aug. Ber. *in d. c. quoniam contra. num. 252.* & alij Moder. ibi, *qui quidem iudex variè arbitrari poſſet ſecundum qualitates iudicum, qui pronunciarunt.*

tionem in his actibus, quos ipſe agere poteſt liberè abſque iniuria, etiam ſine cauſa, & in alterius præiudicium: nec enim citatio tunc impedire poteſt liberam voluntatē Principis: quod expreſsè tenuerunt Soc. *conſ.* 164. *vol.* 2. & alij, quos refert & ſequitur Crauet. *conſ.* 5. *col.* 11.

Coarctatur etiā ſecūdo loco præmiſſa commun. opi. quòd ſententia Principis requirat citationē regulariter locū obtinere, niſi in caſu in quo proferretur ſentētia cōtra rebelles eccleſię: tunc quippe non requiritur citatio in promulgatione ipſius ſententiæ: ſecundùm Ioan. Andr. *in c. cùm olim. de re iud. in nouel arg. illius text.* & de hoc tripudiat, & facit feſtum Bald. *in proœmio feud. in princ. fol.* 4.

Sed aduerte vtiliter, ne erres, quod ex authoritate, & teſtimonio Inn. *in c. 1. de lit. conteſt.* de nullitate proceſſus facti, fabricatiq; coram Principe, nō ſeruato iuris ordine, opponi nō poteſt: quia permittēs corā ſe aliter procedi, videtur diſpenſare. & idem not. Ioan. *in c. inſtituentes. 25. q. 11.* ad quod optimè facit quod not. Specul. *in tit. de ſent. §. iuxta propoſitiones. verſi. nō valet etiā ſi eſſet lata.* & quod not. *in l. omniū. C. de teſt.* Et ita ſtabilitū quoque reperio in Regno, quòd à ſentētia Sacri Regij Cōcilij Neapol. tanquā à ſupremo tribunali emiſſa, dici de nullitate nequeat modo aliquo. prout ita ſancitū extat *in pragmatica quinta, emanata in an.* 1545. *incipiēte, quāplurimum, in tit. de officio Sacri Regij Concilij*, vbi diſponitur, quod allegantes, proponentesq; nullitates nō ſubſiſtentes aduerſus ipſius Sacri Concilij ſententia, incurrere pœnā duarū vnciarum, ſi cauſa citra mille ducatos dignoſcitur. Si verò vltra mille ducatos, pœnam quindecim vnciarum, & pragmatica iſthæc reperitur interpretata, explanata, & declarata tempore illuſtriſſimi Don Perafanni Viceregis, vt mihi vberrimè indicatur.

¶ Et hinc haud oblitus ſum vidiſſe hiſce oculis ſæpenumerò aliquos doctores regnicolas intelligentiſſimos, atque doctiſſimos accedentes aliquando ad ciuitatē Neap. patrocinū præſtitiſſe in cauſis arduis exagitatis in ipſo Sacro Concilio, & ſuccubuiſſe & incognitā habētes præſentē regiā pragmaticā improuidè, inſipidè, & negligēter dixiſſe de nullitate ſententię eiuſdē Sacri Cōcilij, & ſtatim mediāte arreſtatione perſonæ ſoluiſſe integram pœnam ipſius pragmaticæ. Viuius *opin.* 710.

126 Sententia iniqua lata ab ordinario valet, & tranſit in rē iudicatam: vt per Doct. omnes *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli.* & huiuſmodi tranſitus facit iuſtum quod forſan erat iniuſtū. *l. res iudicata ff. de re iud. & l. ingenuum. ff. de ſtat. ho.*

Et dicit Bald *in cap. in præſentia. de probat.* quod res iudicata falſum mutat in verum, & ſequitur profuſe Neuiz. *in Sylua nuptiali lib.* 1. *num.* 110.

Et Curt. iun. *conſ.* 23. *ſub nu.* 8. vbi ponit alios effectus dictę ſententiæ, quæ tranſitum facit in rem iudicatam.

Imo non valet reſcriptum Principis cōtra ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi conſtet de expreſſa mente reſcribentis: ſecundum Dec *num.* 3 & Cagnol. *ſub nu.* 6 *in l res iudicata. ff. de reg. iur.* & tractat Iaſ. *in l. inſtitutia. ff. de inſti.* & *in eius conſil.* 47. *vol.* 3. Cęſar Vrſil. *in add.* Afflict. *in deciſ* 79. *num* 5.

Sed ſententia iniqua lata à delegato cum clauſula, iuſtitiam facias, nō valet, nec trāſit in rē iudicatā: ſecundum Hoſt. & Odof. Card. Portuē. qui dicūt, quòd Gaſpar, & Io. de Cald. & Io. de Lignano fuerunt huius ſententię, vt ponūt Bal. & Caſtr. *in l. ius pluribus. ff. de iuſt. & iur.* Nam, vt inquit Bald. *in l. 1. C. de appel.* actus factus aduerſus ordinē hominis, ipſo iure nō valet: ſecus ſi ordo erat à iure: ponit Iaſ. *in d. §. duo fratres*, & Barba. videtur ſequi *in cap. prudentia. col.* 12. *de offic. deleg.* & Gomel. *in §. itē ſi quis in fraude n.* 7. *Inſtit. de action.* Vnde Domini de Rota *deciſ.* 26 *ſub rubr. de re iud. & deciſ.* 8. *& dec.* 22 *ſub. rub. de ſentēt. excom. in nouis*, volūt, quod licet ſentētia lata ab homine cōtra iuris diſpoſitionē valeat, ſecundū Gloſ. *in cap. in ſumma.* 2. *q.* 1. nihilominus illud verū eſt ſi ab ordinario: nā ſi à delegato non valet, & ſequitur Barb. *in cap. literis. de offic deleg.* & fuit de intentione Inno. & Imol. *in cap. Piſanis de reſtit. ſpol.*

Sequitur ergò quod talis clauſula in reſcripto, iuſtitiam facias, vtilis eſt contra iniquam ſententiam.

¶ In contrariā verò partē, quòd iniqua ſententia lata à delegato valeat: inclinarūt Cardin. & Abb *in cap ſi. de prab.* & dicūt fuiſſe de mente Inn. *in d cap. prudentiā*, qui non loquitur de hac clauſula, ſed de ſimili, ſi tibi conſtiterit. Fely. *in d. cap. literis*, ait iſtā eſſe cōmunem opinionē, & *in cap. cauſam quæ. de re iudic.* dicit idem damnando Hoſt. & Dominos de Rota.

Et aduerte ad intelligentiam premiſſorum, quòd præſumitur pro ſententia ipſa quæ tranſiuit in rē iudicatam. Et quòd in rem iudicatam tranſitum facere dicitur, vbicunque nō fuiſſet appellatum vel appellatio deſerta eſſet: vt tradit cum aliis relatis per eū Dec. *in c quoniam contra. nu.* 138 *de probat. & in d. l. res iudicata. nu.* 1 *ff. de reg. iur.* Grat. *conſ.* 40. *nu.* 24. *& conſ.* 77. *nu.* 12. *vol.* 2. & Ioan. Baptiſta Ferret. *conſ.* 51. *num.* 23 *vol.* 1.

Sed prędictā cōcluſionē, quod præſumatur pro ſentētia, quę trāſiuit in re iudicatā, limitat atq; declarat plurib. modis idē Dec. *in d. c. quoniā cōtra. n* 172 *cū alijs ſeq.* Viuius *opin.* 713.

127 Sententia lata in cauſa matrimonij, quando ageretur de eius fœdere, & ſubſtantia, licet nunquam tranſeat in rem iudicatam quo ad veritatem, & merita cauſæ, ſecundū cōmunē opinionem glo. & omniū Scrib. vt *in c. later. de re iud.* citatam per Curt. iun. *conſ.* 170. *habita diligenti nu.* 26. & per Mantuam *ſub nu.* 26. *in c. ex literis. de in integ. reſtit.* & Beroum *ſub nu.* 27.

Nihilominus communis iſta non procedere aliter in ſententia prolata in fauorē matrimonij, quæ vtique faceret trāſitum in rem iudicatam. vt per Hoſt. Zabbar. *in d. c. literis, in §. not.* Ang. *col.* 3. *in quæſtione propoſita. circa fi.* Fely. *in d c. later. col.* 3. Marſil. *in pract. crim. in § Ordine, nu.* 8 & Mantuam. *in d. c. ex literis num.* 28. Viuius *opin.* 712.

128 Sententia lata de conſilio alicuius Doctoris, vel ſapientis ſeu iuriſperiti, nunquam tranſit in rem iudicatā, & poteſt ſemper retractari vbicūq; appareret conſiliū alterius iuriſperiti ęquius, & rectius ſentientis: ſecūdùm Ant. Butr. Abb. & alios, in c. *propoſuiſti de probat.* Bal. *in c pen eod. tit.* Ang. *in l. quod ſi nolit. §. mancipiū. ff. de adil. edic* Rom. *in l. cùm quidā §. quod dicitur. ff. de acq. hæred. & conſ.* 228 *pro plena diſcuſſione. n.* 16. Alex. *in l. ab hoſtibus. col.* 3 *ff ſolut matr.* Iaſ. *in rub ff. de iureiur. in fin. & in l. ſi conuenerit. n.* 21 *ff. de re iud.* Ruin. *conſ.* 54. *n* 1. *col.* 5. vbi hoc ampliat procedere etiā ſi à dicta ſententia fuiſſet appellatū, & appellatio poſtmodū deſerta fuiſſet ob non proſequutionē factā infra legitima tēpora. Et eandem opinionem Ant. Butr. & aliorū ſequitur quoque Marſil. *in ſing.* 427. *plures ſunt caſus, & in pract. cri. § ordinē, n.* 4. Viuianus *in tract. iudiciorum, in vltima parte* 6. *par. incipien. deciſoria iudicij tribus membris diſtincta ſententia, appellatione, & exequutione. n.* 130. *fol. par.* 159. Dec. etiam *conſ.* 278 *nu.* 7. & Corſet. *in reper. Pan. in ver. ſententia lata per doctā peritorum*, qui oſtendunt iſtam eſſe communem opinionem.

Et hic, ſi extaret ſtatutū, quòd ſententia deberet ferri cum conſilio, relatione, ſeu dicto conſultoris, vel ſapiētis, vt reperitur ferè vbique, vel etiam ſi de partium voluntate extitiſſet commiſſa cauſa conſilio alicuius iuriſperiti: tunc ab huiuſmodi ſententia non tantùm appellari poſſet, verùm etiam ſi appellatum fuiſſet, ſententia hæc nunquam tranſiret in rem iudicatam, imò quandocūque ſi appareret conſilium alterius Doctoris peritioris in contrarium factum, ſecundùm communē opinionem præmiſſam, poſſet abſq; dubio aliquo retractari.

Alios verò caſus circiter 23. & omnes quidē vtiliſſimos, in quibus ſententia nō traſeat in rē iudicatā, ponit Maran. *in d.* 6. *par. vltima par. ſui tract. de iudicijs. n.* 130. *cum alijs multis ſeq.*

Sed aduerte, quod cauſa debet exprimi in conſilio prædicto ſapientis, & conſultoris: vt voluit Abb. *in c. ſicut nobis. extra de re iud. in fi.* qui mouetur hac concludenti ratione.

Nā iudex non tenetur præciſe ſequi conſilium ſapientis: vt tradit Bar. *in l.* . *§. ſi plures col.* 3. *& ſeq. ff. de exercit.* & late Fel. *in c. ex parte. de conſtit.* Lucas de Penna *in l. omnes iudices. col.* 7. *cum alijs ſeq. C de decur. lib. x.* Dec. cum alijs ſignatis per eum *in c. ſi pro debilitate, num.* 6 *de off. deleg.* & Bart. *in l. ſi conuenerit. ff. de re iud.*

Vbi etiam ait, quod non excuſatur iudex in ſyndicatu propter conſilium ſapientis, & ibi Alex *col pen. & ſeq.* & Iaſ. *col. pen. & ſeq.* niſi ſtatutum, vel commiſſio expreſse dicat debere iudicari ſecundùm tale conſilium: vt ibi per ipſos Bart. Alex. Iaſ. & per Comen. *conſ.* 55. *duo habentes*, & Dec. *in d. c. pro debilitate.* Ideò vt iudex bene diſcernat, an conſiliū ſit iuri conſonū, videtur neceſſariū exprimere iura, & rationes, quibus mouetur cōſultor. Et hanc opinionem ſequitur Fel. *in d. c. ſicut nobis. n.* 12.

¶ In contrariā verò partē, quod in conſilio ſapientis nō ſit exprimenda cauſa, & quod ſatis ſit cōſultori referre votū ſuū ſine allegationibus, inclinant Spec. *in tit. de requiſ. conſilij. nu.* 11. & idē eſſe de iure aſſerit Coru. *cōſ.* 323 *ad prim vol.* 4. & idem videtur concludere Io. And. *in d. c. ſicut nobis.* diſtinguens tamen vtrum conſiliū ſapiētis petitū fuerit per iudicē, an verò per litigatores & ita ſeruatur hodiernis temporibus, quod conſilium ſapiētis nō debeat cōtinere cauſas, ideſt allegationes & facti & iuris, & hoc nō ab re, cū paſſim extēt ſtatuta diſponētia quod

Iudex teneatur præciſè ſequi conſiliũ conſultoris: vt per Bar. Alex. & Iaſ. *in d. l. ſi cõuenerit*, & ita obſeruatur in regno Neapol. cùm omnes iudices, ſeu gubernatores Regij habeant aſſeſſores, quorum votum, & conſilium ſequi neceſſariò, ſecundùm formam eorum commiſſionis tenentur.

Imò Barones eiuſdẽ Regni debent, & tenentur in eorũ iuriſdictionibus deputare capitaneos, aſſeſſores, & iudices ſecũdarũ cauſarũ, vt aliàs in Sacro Regio Cõcilio Neap. deciſum extitit: teſte Matino Frecci. *ſuper feudis fol. 223 nu. 3.* & ſic de ſtylo, & conſuetudine, ſeu potius de iure Regni, aſſeſſores & cõſultores in Regno ipſo ob exprimũt aliter cauſã in eorum votis, ſeu cõſilia, nec ex neceſſitate, nec ex vrbanitate, & ita obſeruaui quindecim annis continuis in cauſis ferè infinitis mihi cõmiſſis per varios, & diuerſos Barones Regni, ſeu per eorum officiales.

Et hinc penitus fatuos & infœlices vocare audeo, pleróſq; ex vaſallis Baronũ Regni, qui cõmittẽdo ſe beneficio naturę, & nõ cogendo cõſultores eis deſtinatos, & deputatos ad pręſtandũ cautionẽ de parendo ſyndicatui, & de reddendo rationẽ votorũ in cauſis ciuilibus, & criminalibus per eos proferendorũ, in maxima quippè egeſtate viuunt; & conſultores ipſi æqualiter triũphant, ſiue retractentur, & annullentur ex eiſde actis eorũ vota, ſiue confirmentur. ideò excãdeſco quodãmodo aliquando in iſtos vaſallos, vidẽtes, quòd Regij aſſeſſores præſtant iuramentũ, & idoneã cautionẽ de parendo ſyndicatui in fine officij; & nihilominus dormiẽtes, & nil curãtes de propria pernicie, & iactura ſinũt cõſultores ipſos in libertate perſeuerare, abſq; ſpe aliqua reddẽdi rationẽ, niſi in die iudicij, à quo igitur dignetur mediante ſua pietate, & infinita miſericordia pręſeruare, & liberare nos Agnus immaculatus, & mũdus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cũ patre, & Spiritu ſancto viuit, & regnat in ſecula ſeculorũ. Viuius *opin. 711.*

129 Sententia, in qua iudex, ſi probatum eſt, cõdemnat, alioquin abſoluit, proculdubio valet. firmáq; omnino eſt. cõmune inquit Iaſ. *in § curare. nu. 39. Inſtit. de act.* Et illa profectò ſeruari neceſſariò debebit, quę in conſulentis conſilio continetur lata eſt. commune ait Marant. *de ordin. iud. 6. par. 3 part. nu. 126. ſuper 1. actu.* Quod tamẽ ita demũ proceſſurũ intelliges, ſi notum iudici conſiliũ illud iam ſit: ſecus verò ſi vel adhuc literis mandatũ non ſit, vel ſaltẽ iudici nõ innotuerit. commune affirmat Dec. *in c. cùm venerab. nu. 144. de except.* E. Suarez.

130 Quæro, Si iudex in ſentẽtia ſua dicat, pronũcio prout in tali conſilio continetur: An videatur cõdemnaſſe, ſi conſultor in ſuo conſilio cõdemnandum eſſe conſuluit? Reſp. Videtur dicendũ quòd nõ, quia in ſentẽtia pro forma requiritur verbũ condẽno, abſoluo, aliàs ſentẽtia ipſo iure nulla eſt. Cõtraria tamẽ opinio communiter approbata eſt, vt firmat Alex. *in l. 1. ff. de re iud.* Rober. Maran. *d. part. 6. cap. 1. nu. 126.* intentio enim iudicis hęc fuit, vt condẽnaret, relata ad conſiliũ ſapiẽtis. Vnde ita debet interpretari, vt actus potius valeat, quàm pereat. Et ita tenet Ang. *in conſ. 250. incip. domina.* Mich. Graſſus.

131 Quęro, An ſentẽtia probet acta iudicij pręceſſiſſe & proceſſũ? Reſp. ꝙ nõ probat, niſi trãſiuiſſet in rẽ iudicatã, quia tũc habet pręſumptionẽ iuris pro ſe, quo ad rectitudinẽ proceſſus & inſtantiã. Ita tenet gl. *cap. quoniã cõtra. extr. de prob.* quã ſequũtur ibi Inn. Ant. de But. & doct. Inn. *cap. bona memoria. extr. de elec.* Spec. *tit. de ſẽt. & re iud. § fi. ver. in ſumma.* Rota *dec. 417. & dec. 296.* Fred. de Sen. *cõſ. 165.* ſiue ſentẽtia lata ſit parte pręſente, ſiue cõtumaciter abſẽte. Ant. de But. *d. c. quoniã.* Spec. *tit. de ſent. prolat. § vt autẽ*, prac. Papiẽ. *form. ſent. definit. verb. viſaq; iuris cetera.* Imo. & Rom. *l. 4. § condemnatum. ff. de re iud.* Imo. *c. cùm in iure. de of. deleg.* Vbi dicit hãc eſſe cõmunẽ opi. quẽ refert Th. Gra. *dec. 24. n. 5.* Ratio, quia nõ appellãs videtur approbare ſententiã, & per cõſequens omnia ex eadẽ cõſequentia, vnde verbis ipſius cũcta acta narrãtibus ſtandũ eſt, & omnia legitimè interueniſſe pręſumẽdũ eſt. Eãdẽ opi. tenet Bert. *conſ. 232. vol. 3. incip. addẽdo elegãter.* Vbi dicit, ꝙ multi ſunt doctiſſimi, & magnæ authoritatis, qui huic ſentẽtiæ aſtipulãtur, quod pro ſententia præſumatur, quę trãſiuit in rem iudicatã, ſiue lata fuerit de præſenti, ſiue nõ: ſiuę in pręſentẽ, ſiue in abſentẽ, & contumacẽ verum vel fictũ. Et eã dicit cõmunẽ idẽ Imo. *in d. c. quoniã. & in c. in præſentia. de renunt.* Roma. *in l. ſtipulatio. ff. de verb. obl.* idem conſuluit Curt. ſen. *conſ. 65.* Idem.

132 Quæro, An iudex poſſit reuocare ſententiam interlocutoriam? Reſp. ꝙ ſic, & de hoc eſt tex. *in l. quod iuſſit ff. de re iu.* & ibi communiter teneri firmat Iaſ. *in princ.* Et dicit prac. Papienſ. *in for. ſent. interloc. ſup. incompet. iud.* quòd veritas eſt ſecundum omnes doct. tam legiſtas, quàm canoniſtas, ꝙ ſententia interlocutoria poſſit reuocari omni caſu, ſi interueniat cauſæ cognitio, niſi ſit talis, qua lata finiatur officiũ iudicis: vt quia iudex pronunciat ſe non eſſe iudicẽ cõpetẽtem, ſiue ſententia interlocutoria contineat aliquid dari, vel fieri: ſiue deciſionem alicuius articuli incidentis vel emergentis. Et hanc eſſe communem opinionem firmat idẽ Iaſ. *d. l. quod iuſſit. n. 23.* Et ita intelligenda eſt communis doct. opinio, quæ vult interlocutoriã, quæ habet vim definitiuæ, reuocari nõ poſſe vt procedat in illis, quæ nõ ſperant aliã ſententiã poſt ſe. Aliæ námque quæ dantur in medio proceſſus, quæ ſperant diffinitiuã poſt ſe, reuocari poſſunt. Alex. *d. l. quòd iuſſit.* Marã. *d. par. 3. c. 1. n. 46. & 52.* Vbi dicit *ſupra* d. concluſionẽ eſſe cõmunem.

Amplia cõmunẽ opinionẽ, vt procedat, etiãſi poſt interlocutoriã factę eſſent expẽſę per partẽ. Námq; nihilominꝰ poteſt reuocari etiã nõ refuſis expẽſis parti. ita probat tex. *in c. cùm ceſſãte. de app.* & ibi tenẽt Hoſti. Ioã. And. & doc. cõmuniter. Hãc dicit eſſe cõmu. opi. Alex. *d. l. ꝙ iuſſit. limit. 5 & Iaſ. n. 6.* Idẽ.

133 Sententia lata contra non citatũ, eſt ipſo iure nulla. *Cle. paſtoralis. § cæterùm.* & ibi tradunt doct. *de re iudic.* & probatur *in c. nuper. de decim.* & ita per illum text. firmat Socin. ſen. *in ſuo ſolenni tracta. de citat. in 7. artic. ver. 4. procedit*, vti eum allegat Soc. iu. *in conſil. 76. nu 32. vol. 4.* E. Muſcul.

134 Sentẽtia lata ex probationibus priuilegiatis, ſicuti ſi fertur ex teſtimonio partis aduerſæ in ſupplementũ ſemiplenæ probationis, & in multis aliis caſib. quod eſt cõtra *l. omnibus. C. de teſtib. cũ ſimilib.* nũquã trãſit in rẽ iudic. in tantũ quod perpetuo, ſemperq; apparẽtib. verisprobationib. reuocari poteſt, ſec. Inn. *in c. tua nos. ext. de cohabit. cler. & mulie.* Bar Rom. Alex. Iaſ. & omnes *in l. admonẽdi ff. de iureiur.* Ang. *in l. ſub ſpecie. C. de re iud.* Ant. Imo. cæteróſq; Cano. *in cap. propoſuiſti. de prob.* Pano. *in c. ex tuarũ de purg. cano.* Dec. *in d. c. propoſuiſti. n. 44.* & Io. de Ami. *cõſ. 102. n. 4.* vbi exprimit iſtã eſſe cõmunẽ ſententiã: & ſequitur ac limitat Marã. *in tract. iudiciorũ, in 6. par. in 1. actu. nu. 146.* vbi *n. 130. cum aliis ſeq.* refert 24 caſus, in quibus ſententia non tranſit in rem iudicatam. *v.* Viuius *opin. 706.*

135 Sentẽtia nõ poteſt ferri parte nõ citata, & per cõſequens lata nõ præiudicat, ſecundũ doct. *in l. de vnoquoq; ff. de re iudic.* vbi Marſ. & Doct. *in l. nec quicquã*, vbi Iaſ. *n. 20. de offic. Procon. & legati*, & Bernard. de Luco *in reg. 673. per tex. in c. Deus omnipotẽs, 2. q. 1. & in cap. 1. de cauſ. poſ. & propriet.* quia citatio eſt fũdamentũ iudicij, vt inquit Spe. *in tit. de citatio. in prin.* Abb. & alij *in cap. quoniã contra falsã. in verb. citationes. de probat.* & ibi tradit Dec. & dicit Bar. *in l prolatam. C. de ſentẽtiis & interlo. omniũ iudi.* poſt Antiquos per eũ relatos, quòd citatio dicitur de ſubſtãtia iudicij ſaltẽ eo reſpectu, quia ea omiſſa ſententia cõtra abſentẽ nõ citatũ erit nullius momẽti, & cũ Bar. trãſeũt omnes cõmuniter ibi. Ampliatur primò iſta cõcluſio, vt in tãtũ procedat, quòd ſi ſentẽtia fuerit lata cõtra abſentẽ nõ citatũ, nõ valeat, nec teneat, etiã quãdo eſſet lata in fauorẽ abſentis nõ citati, vt voluit Saly. gl. & Bar. *in l. ea qua. C. quomodo, & quãdo iudex. & in l. furioſo. ff. de re iud.* vbi Alex. *n. 3.* ſcribit iſtã eſſe cõmunẽ opinionẽ, & Iaſ. *in d. l. nec quicquã. n. 48.* quã ipſe limitat nõ procedere in ſentẽtia definitiua, ſecùs in interlocutoria lata in fauorẽ abſentis nõ citati. Ampliatur ſecũdo loco quòd ſentẽtia, omiſſa citatione, etiã à principe lata, dicitur nulla, vt in *l. fi. in prin. cùm glo. 2. C. de legib.* tenet Bald. ibi, Alex. *cõſ. 21. aliàs cõſultus, lib vij.* Soci. *in tract. de citatio. in 7. art. prin.* Marſi. *in d. l. de vnoquoq.* vbi hoc plurimũ declarat, *n. 15. cũ aliis multis ſeq.* & Iaſon *in d. l. nec quicquã. n. 29.* vbi refert doctores contrariũ aſſerẽtes. Ratio iſtius ampliationis videtur iſta, quippè negãs citationẽ videtur negare defenſionẽ, quæ cùm naturalis ſit, & iure naturali cõcedatur. *l. vt vim. ff de iuſti. & iure*, auferri nemini debet, vt eſt text. *in clem. paſtoralis. § cæterùm. de re iudica.* & ita tenet Bal. *in l. cùm fratrem in fin. C. de his quibus vt indignis.* Alex. *conſ. 5. vol. 2. n. 2* Iaſo. *in l. ij.* quã legit cũ *l. 1. C. quãdo libellus Principi datus, & in l. reſcriptũ in ſecundo nota. ff de pact.* Imò citatio ipſa dicitur adinuenta de iure diuino Nam etiam Deus omnipotens, cui omnia ſecreta ſunt clara, non prius Adam damnauit, quàm citaſſet, quãdo dixit: Adã, vbi es? vt legitur *Geneſ. cap. 3.* & ita dixit Bart. *in extrag. ad reprim. in verb & figura.* Soci. *in præallegato tract. de citatio. in ſecundo articul.* Abb. *in cap. cùm olim. de re iudic.* & Curtius ſenior *conſil. 49. numero 92.* vbi alios allegat. Ampliatur tertio hoc

habere

habere locũ, nõ ſolũ in ſententia definitiua, verũ etiã in interlocutoria requirẽte cauſę cognitionẽ, & afferẽte parti nõ modicum pręiudiciũ, in qua quidẽ ſententia requiritur, vt feratur partibus præſentibus, & legitime citatis: ſecus autẽ ſi ſit parui præiudicij. *l. à procedente. C. de dilat.* tenet & declarat Bar. *in d. l. nec quicquã. §. vbi decretũ*, Ang. Imo. Paul. de Caſt. & Mar. *n. 4. & ſeq. in d. l. de vnoquoq.* Bar. Imol. & Alex. *in d. l. ſi opus. ff. de noui ope. nunt.* & Iaſ. *in d. l. nec quicquã.* vbi *nu. 23.* ait iſtã eſſe cõmunẽ opinionem. & Ruyn. *conſ. 69. n. 6. vol. 5.* quia cauſę cognitio eſt de iure diuino, ſecundũ Abb. *in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſtit.* & Dec. *conſ. 264. reuocatur.* Aduerte tamẽ quòd in interlocutoria ſentẽtia nõ ſolùm requiritur citatio, verùm etiã peremptoriũ, ſecundũ Hier. Tortum in quodã ſuo cõſilio, quod refert & citat Marſ. *in d. l. de vnoquoq. nu. 6.* Ampliatur quartò, quòd etiã ſentẽtia diffinitiua videtur nulla ſi pars citetur ad audiendã iudicis voluntatẽ, quia requiritur citatio ad audiendã ſententiã, ſecundũ Rotam Rom. *in deciſ. 342. in nouis.* Iſtud autẽ procedit etiã in cauſis ſummariis, vt per gl. & Doct. *in cle. ſæpe, de ver. ſign.* & Terretũ *conſ. 59. aliàs 95. n. 3.* Ampliatur quinto loco, quòd quãdo domino fuit facta citatio ad audiendã ſententiã in caſu, quo iudiciũ fuerit agitatum cum eius procuratore, tunc ſententia ipſa domino nõ cõparente nõ valet, vt per Bar. *in l. mutari, circa fi. ff. de procur. & in l. procurator. C. eo. tit.* Canoniſtę omnes, *in c. in nomine Domini, de teſtibus.* & Alex. *in l. furioſo. n. 7. ff. de re iu.* Ampliatur ſextò, quod ſi reo fuerit citatio facta ſeptima die mẽſis April. & lata fuerit per iudicẽ ſentẽtia die 13. eiuſdẽ menſis in fauorẽ actoris ſine alia citatione rei cõdẽnari, tũc ex defectu iſtius citationis omiſſę ſententia redditur nulla, nõ obſtãte præcedenti citatione facta pro alia die, *l. fi. §. ſi. cùm ibi notat. ff. quod vi, aut clàm*, & no. & declarat Ruyn. *con. 136. n. 1. vol. 5.* Ampliatur prædicta vltimo loco, quòd nõ valet ſtatutũ quod ſentẽtia poſſit ferri parte nõ citata, ſecundũ Bal. *in l. j. C. quomodo & quãdo iudex. per d. cl. paſtoralis.* & idẽ tenet Soc. *conſ. 164. viſa bulla Bonifacij, vol. 2.* An. & Io. de Imo. *in d. cle. paſtoralis*, & Bar. Soc. *conſ. 7. nu. 14.* poſito, ac inſerto inter conſ. feudalia. Alber. Brun. & Curtius Iun. *cõſ. 170. n. 21.* Et iſtã cõcluſionẽ ita & taliter ampliatã limitat in 19. caſib. Iaſ. *d. l. nec quicquã. n. 23.* Eãdem regulã limitat in aliis 19. modis. Franc. Niconitius *in c. quoniã cõtra falſam. de prob. in verſ. citationes, n. 54. vſq. ad n. 97.* eãdẽ etiam regulã limitat An. Nicel. 115. modis *in cõcordantiis gl. concord. 52. n. 224. vſq. ad n. 371. & in repetitio. c. teſtium. & in ca. 2. de teſtibus.* F. Viuius *opin. 709.*

136 Sententia abſolutoria non tollit nec elidit naturalem obligationem, gl. & doct. *in d. l. Iulianus verùm debitore.*

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. num. 26. verſ. alia eſt regula.* Don. à Fin.

137 Sentẽtia lata ex cauſa falſa valet mero iure, glo. & Bar. *in l. ſi is ad quem, ff. de acq. hæred.* vide pulchrã diſtinctionem quam ponit Ant. de Trem. *in add. ad pract.* Vber. de Bonacur. *in tit. de except. & benefi nu 3. verſ. vel errore.*

Fallit in 5 caſib. vt per Iaſ. *in d. l ſi is ad quem. nu. 13.*

Fallit in 3. caſib. quos no. Marian. Soc. *in l. quis Romæ, §. duo fratres, ff de verb. obli. nu. 68.*

Fallit in 7. caſib. vt per Fel. *in c. ſicut de re iud. nu. 30.* multos caſus conſiderat Cro. *in d. §. duo fratres, nu. 7.* fallit in 5. caſib. ſecundum Alex. *in d. §. nu. 36.* Don. à Fin.

138 Non eſt licitum allegare ſententiã pro ſe latã eſſe iniuſtam. no. *in l. ſi ſeruus plurium. §. ſi hæreditatis, ff. de leg. j.* vbi Iaſ. limitat in 2. caſib. *nu. 4.* Don. à Fina.

139 Sentẽtia lata prætexto falſorũ teſtiũ, mero iure valet, & tenet gl. *in c. licet. de probat.* Barto. *in l. Diuus, ff. de re iudicata.*

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. Diuus, nu. 1.*

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. *reg. 36.*

Fallit in 4 caſib. vt per Fel. *in c. licet cauſam. de probat. nu. 70.*

Fallit in multis caſib. vt per Alex. *in d. l. Diuus, ff. de re iud.* communis tamen eſt opinio, quòd non valeat, vt atteſtatur Franc. Turz. *concl. 78.* & licet non valeat, tamen contra eam datur reſtitutio in integrum.

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. Diuus.*

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. *reg 367.*

140 Sententia lata contra priuatum, à qua non eſt appellatum, & ſic tràſiuit in rem iudicatã, non retractatur prætextu inſtrumentorũ de nouo repertorum, *l. ſub ſpecie. C. de re iud. l. ſub prætextu. C. de tranſact.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Iaſ. *in l. imperatores, ff. de re iud. nu. 1. vſque ad nu 8.* Don. à Fin.

141 Sententia generalis lata ſuper petitione generali, ſi proſecutio fuit ſpecialis, ope replicationis ad proſecuta reſtringitur, *l. licet iudice. C. de iud.*

Fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. nu. 2.* Don. à Fin.

142 Sententia lata poſt lapſum triennij, & ſic poſt finitam inſtantiam eſt ipſo iure nulla. hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Iaſ. *in l properandum. C. de iud.*

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. nu. 26.*

Fallit in 4. caſib. vt per Fel. *in c. venerabilis, de iud. num. 25.* Don. à Fin.

143 Sententia nõ retractatur ob nouas probationes, ſeu inſtrumenta de nouo reperta, *l. ſub ſpecie. C. de re iud. l. imperatores. ff. eo.*

Fallit in 13. caſib. vt per Soc. *reg. 361.* fallit in 18. caſib. vt per Fran. de Cur. *in l. admonendi, n. 21.* fallit in 7. caſib. vt per Io. de Prato, *in d. l. nu. 13.*

Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 7. à Fel. *in c. inter monaſterium, de re iud. n. 10.* fallit in 4. caſi. vt per Io. Bolog. *in d. l. admonendi, nu. 30.* contrariã regulã, videlicet quòd ſentẽtia retractetur per inſtrumẽta de nouo reperta, facit Iacob Pet. de Prolo. *in d. l. admonendi, n. 17.* vbi limitat in 15. caſib. Don. à Fin.

144 Sẽtẽtia in qua exprimitur iuris error eſt nulla ipſo iure: hanc eſſe communẽ opinionẽ tradit Frã. Turz. *cõcl. 139.* Idem.

145 A ſententia arbitratoris petitur reductio ad arbitrium boni viri, ſtante enormi læſione, *l. ſocietatem, §. arbitrorum, ff. pro ſocio. l. ſi libertus. la 2. ff de leg. ij.*

Ampliatur in 15. caſib. & limitatur in multis per Pot. *lib. 4. ſinarum concluſio. reg. 8.* Don. à Fina.

146 Sententia à non ſuo iudice lata non valet. *l. fi. C. ſi à non compet. iud.*

Fallit in 13. caſib. vt per Sebaſt. Sap. *in l. fi. de iuriſd. omnium iud.* Don. Fina.

147 Sententia debet eſſe conformis libello. *l. vt fundus, ff. de comm. diui. c. licet de ſimo.*

Fallit in 13. caſib. vt per Soc. *reg. 357.*

Fallit in 7. caſib. vt per Io. de Vico Mercato *in l. edita, C. de edendo, num. 27.*

Ampliatur & limitatur in multis caſib. vt per Dec. *in l. omnẽ, ff. ſi certum petatur, num. 25.*

Fallit in 31. caſibus, ſecundum Fely. *in cap. licet Hel. de ſimo. num. 18.*

Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 9. per Ioan. Bologn. *in l. vnum, ff. ſi certum petatur, nu. 70.* Don. à Fina.

148 Sententia abſolutoria lata in petitorio, & per quã reus fuit declaratus dominus, non parit exceptionem rei iudicatæ in poſſeſſorio recuperandæ. eſt hæc communis opinio *in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ.*

Falli in 15. caſib. vt per Alex. quorum quoſdã ponit Horm. Det. *in d. §. num. 12. ver. 2. concl.* Don. à Fina.

149 Abſolutoria lata in primo iudicio quando parit exceptiuuem iudicatæ in ſecundo, & condemnatoria lata in ſecũdo parit reo præiud. in primo, concurſus non admittitur. hãc eſſe communem opinionem atteſtatur Horma. Det. *in d. §. nihil commune, num. 28. ver. tertia concluſio.* Don. à Fina.

150 Citatio præſumitur interueniſſe, etiam ſi in ſententia nõ ſit facta mentio de citatione. Iaſ *in l. ſi ſe obtulit. §. condemnatum. num. 8. ff. de re iud.* communem dicit.

Amplia primò in antiquis quæ excedũt metam triginta annorum. Bello. *conſ. 49.* communem dicit. Villal. & Vezin.

Amplia ſecũdò, in ingroſſatione inſtrumenti, in antiquiſſima ingroſſatione præſumitur citatio. Boe. *dec 37. num. 8. ver. & iſta eſt communis.* communem dicit. Villal. & Vezinus.

151 Citatio domini, qui dedit procuratorem ad cauſam, non facit eum contumacem. veram & communem teſtatur Rip. *in l. furioſo nu. 10. ff de re iud.* B. Villal.

152 Citatio in caſibus, in quibus non requiritur: ſi tamen fiat minus ſolennis, tenet actus. Ant. Nic. *in concor. glo. conc. 52. in fi.* communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

153 Citatio ad omnes actus, etiam ad diffinitiuam, operatur quod non ſit neceſſaria alia citatio, etiam ſi citatus non ſit de longinquis partibus. Iaffred. Balbus *deciſ. 42.* communẽ dicit. Intellige iſtam communem, quando daretur contumacia partis, & fuerit comminata ſententia, vt per Nic. *vbi ſupra limitato.* B. Villal. & Vezinus.

154 Sententiam non ſuo nomine, & ſic prorſus nulliter latam, Papã

tã Papa vel ſupremus princeps ex plenitudine poteſtatis rati ficare ac cõfirmare poteſt.cõmu. refert Ben.Capi.reg.54.n.33.

Vbi determinat præceptũ hoc nõ fore ſentẽtiã vbicũq; emanauerit preceptũ iudicis libello nõ precedente: ſed quãdo libellus, & litis cõteſtatio precederet preceptũ: tunc nimirũ iſtud præceptum eſſet ſententia interlocutoria, habens vim ſententiæ diffinitiuæ: vt efficax teſtimonium eſt Ang. *in d. §. illud,* Bal. *in l. his quis. col. 2. C. de appel.* Ant. de Butr. Abb. & alij *in rub. de re iud.* & Fel. *in d. cap. quærentis. circa fin.*

Attamẽ aduerte quod licet contra confeſſũ in cauſa ciuili nõ feratur ſententia, ſed præceptũ: nihilominus tamen hoc intelligitur ſane, & cum grano ſalis de confeſſo verè, & non fictè.

Fictus enim confeſſus ille dicitur, qui contumax foret in reſpondendo poſitionib. *cap. 2. de confeſ. in 6.*

Necnon dicitur etiam contumax ille, qui contumax eſſet in iurando: ſecundum Bart. *in l. manifeſtè ff. de iureiur. in fi.*

Vnde in memoratis confeſſiuuibus nõ ſufficeret modo aliquo præceptum, ſed exigeretur neceſſariò ſententia declaratoria: vt per Bart. *in l. eius qui delatorẽ. ff. de iure fiſci, & in d. l. manifeſte in fin.* & Fel. *in d. cap. quærentis. num. 8.*

Et de hoc mirandum non foret: quoniam contumax in reſpondendo poſitionibus, & in iurando, nõ diceretur ipſo iure confeſſus, hoc eſt quod habeatur pro confeſſo ipſo iure. vt per Bart. *in d. l. manifeſtè in fi.* Bal. *in l. 1. C. de confeſſ. col. 21.* & Ange. *in l. tranſigere. col. fina. C. de tranſact.*

Poſtremò explanantur etiam prædicta non obtinere locum in præcepto de diſcombrãdo, quod de iure certè fieri poſſet: vt firmauit Bart. *in l. ficus. §. ſupernacnam. col. 7. ver. redeo ad ordinem ff. quib. mo. pig. ſoluit.* & Ioan. de Plat. *in l. non cogendum. § ſi procuratori. ff. de procur.*

Et id mandatum cũm executio, & non ſententia diffinitiua dicatur: ſecundùm Glo. *in l. fi. § neceſſitatem. C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. 1. & in l. non fatetur. de confeſſ. & in l. error. de iur. & facti ignoran.* & Alex. *conſ. 10. col. 7. vol. 7.*

Concludendũ eſt non poſſe reuocari. Nam à ſentẽtia diſcõbrationis, ſeu extractionis appellari nõ poteſt: cũ ea executionem paratã habeat: vt voluit Bar. *in l. 1 ff. de ſer.* Alex. Iaſ. & alij *in l. 1. ff. ſol. matr.* & Gram. *deciſ. 58. Magnifica Margarita. nu. 15.*

Itidem præceptũ etiã de ſoluendo penſionẽ, & affictũ dom⁹, fundi, vel alterius rei ſimilis, reuocari minimẽ poteſt: cũ decretum ipsũ de ſoluendo pẽſionẽ locatori habeat executionẽ paratã. text. eſt aureus *in l. Præſes prouinciæ ff. de locat. & cõduct.* vbi iudex ea quę ex locatione debẽtur ſine mora debet executioni demandare. Et ita extitit iudicatum in ſacro Concilio in facti contingentia Magnifici Fabij Viuij fratris mei in anno 1561. patrocinãte pro eo excellenti D. Nicolao Interuccio ciue meo, in cauſa vertẽte tũc inter ipsũ Fabiũ, & Ioan. Vincẽt. de Colage de Caſtro Pizoli ciuitat⁹ Aquil. Viuius *op. 678.*

92 Mãdatũ executiuũ, nulla præcedẽte ſentẽtia cõdẽnatoria, vel parte nõ citata, decretũ nullũ eſſe dicitur *l. 3.* vbi nu. *C. de execu. rei iud. & l. ſe tiam nulla ff. de re iud.* Nec verba iudicis dicentis in ſententia, viſa citatione, &c. probãt citationẽ preceſſiſſe, preſertim ſi lata fuit parte abſẽte. vt Bar. & alij voluere *in auth. ſi quis in aliquo C. de eden.* Inn. *in c. quoniã contra de probat.* Bart. & alij *in l. 1. ff. quand. appel. ſit. & in l. 1. C. de relat.* plenius q; hac in re ſcribit Alex. *in conſ. 41. viſo proceſſu. in princip. vol. 4.* vbi dicit hanc opin. eſſe magis commun. F. Turan.

93 Executio ſententiæ nõ poteſt fieri ſine citatione, ſiue fiat in bonis, ſiue in perſona, quia vbicunque abſenti poteſt competere aliqua defenſio, ſemper ille citari debet etiam in notoriis. *cap. ſi de offi. delega in 6.* Inn. *in c. tua. de cohab. cler.* Conſtan. *in ordin. reg. art. 120.* Maran. *de iud. 6 part. in 3. actu. nu. 16. & ſeq.* Viuius *opin. 94.* E. Suarez.

94 Executor merus non poteſt aſſignare poſſeſſionem impetranti velo leuato & ſine partis citatione, ſecundùm Inn. *in ſua glo. in verbo, per portarium. in cap. cum olim. extr. de priuileg.* facit *l. meminerint. C. vnde vi.* & quod vult Bar. *in repet. l. 3. C. de pigno.* Balb. *deciſ. 325.*

95 Condẽnatus habet quatuor menſes ad ſoluendum miſerationis cauſa indultos, *l. 2. & 3. in princ. C. de vſur. rei iud. & c. quærentis,* & ibi Gloſ. & Fely. *num. 7. de offic. & poteſt. iud. deleg.* Bart. *in l. 2. C. de vſur. rei iudic.* Alex. *in l. 7 ff. de iureiur.*

Sed aduerte, quod ipſe cõdẽnatus tenetur, & debet à principio cauere quod ſoluet tranſactis prædictis quatuor mẽſibus, aliter poteſt ſtatim perſonaliter capi, vt decidit Bart. & Ang. *in l. ſi debitori in fi. per illũ text ff. de iudiciis.* & Iaſ. hoc pro ſingulari commendat *in l. ſi arrogator. col. fina. ff. de adoptio. & in l. 7. in fin. ff. de re iudic.* & Fely. *in cap. quod ad conſultatio.* ex

ſub nu.9.de re iud. vbi hoc explanat,atq; limitat procedere in dilatione miſerationis cauſa à lege elargita,& conceſſa,non autem in aliis dilationib. ex conuentione priuata, & ex aliis quibuſcuoque pactis,& contractib.prouenientibus.

Cæterũ hoc nõ procedit in cõdemnatis ex maleficio,ſeu ex quocunq; crimine,quib. regulariter nõ conceditur,neque cõpetit dilatio quadrimeſtris ad ſoluendũ,etiã ſi in ſententia in cauſa iſta criminali,quis eſſet ad pœnã pecuniaria,& pecuniariter dãnatus,ſecundũ Glo.Bar.& Fulg. *in l ſi victũ.ff de re iud. Inn.in d.c.quærenti.de of dele.* Bal *in l. C.de executione rei iud. & in addit. Spec.in tit.de ſententia, & re iud.col.9.in ver.Tertio fideiuſſit.* Alex.*n.18 & ſeq* & Iaſ.*n 16 & ſeq. in l.debitoribus. ff.de re iud.* vbi ſcribit iſtã eſſe magis cõmunem opinionem.

Item ipſa dilatio quadrimeſtris ad ſoluendũ iudicatis à lege conceſſa,ceſſaret etiã ſi facilis eſſet ſolutio iudicati cõdẽnato,*d.l.debitorib.in prin.* veluti, ſi locupletiſſimus fœnerator in modicã ſummã dãnatus foret,ſecũdũ Cy. *Alber.* de Roſ.& Iac. Are.*in l.vnica.§.exactio.C.de rei vxo.act.* Fel.*in d c quod ad cõſultationẽ.ſub n 9.& ſeq.* Are.Ripã,& alios cõmuniter *in l.ita ſtipulatus.ff.de ver.obl.* & Nico.Pigno.*in add.* Rom.*in ſing.465.* vbi tollit argumenta ipſius Romani,ibi contrarium,& malè, aſſeuerantis.

¶ Et regulã hãc,quod condẽnatis ſoleãt à lege miſerationis cauſa cõcedi quatuor menſes ad ſoluendũ,ita declaratã,& limitatã.limitat et à Fel.*in d.c.quærenti,n.2.* in ſeptẽ aliis caſib.& Alex limitat in 4.caſi *in d l.debitorib n.10.* & vide Lãcelot limitatẽ in 7.aliis caſi.*in trac.de of præter. in cauſis ciuil. §.2.in ti.de execu ſent.n.11.& ſeq.* Viuius *opi* 124.& Don. à Fin.

96 *Præ*ceptũ executiuũ,cum clauſula ſi ſenſeris te grauatũ, dicitur ſententia interlocutoria,& valet,ſed cõparente citato reſoluitur in vim ſimplicis citationis,ſecũdũ doct.*in l de pupillo.§.meminiſſe ff de no.ope.nun.* Caſt.*in l.j.nu 4 C. de exec.rei iud.* Iaſ.*in l nec quicquam.§.vbi decretum.ff. de offic.procõſ.* vbi ha. dicit cõmunem *nu 5. & 6.* Citato autẽ nõ cõparente præceptũ in eius cõtumaciã firmũ remanet,& tranſit in rẽ iudicatã,mandatũq; executioni,teſte Affl.*dec.167.nu.4.* doct.*in d. l.de pupillo.§.meminiſſe* vbi Rip.*n.24.* qui dicit hãc communẽ, & poteſt citatus non obſtãte tali præcepto in eius poſſeſſionẽ perſeuerare,per Dec.*conſ 460.col.3.& 4.* Bello.*cõſ.18.n.24.* Pariſ.*conſ.39 col.2.lib 3.* Capi. *dec.72.* & an præceptũ iudicis ſit ſententia diffinitiua? diſtingue,vt per Caſt. *in l 3.C. de re iu.* Quid de pręceptis guarentigiatis quę fiunt per notarios virtute poteſtatis attributę ex ſtatuto? & dic, vt per Iaſ.*in l.error. nu.25.& ſeq.C.de iur.& fac.ignor.* & quid operetur clauſula,ſi ſenſeris te grauatũ,cõpareas? dic vt per Lanſ. *in c.quoniam contra.ver citationes.de proba.* Caſt.*in l.1.C.de exec.rei iud poſt Bar. in d.l nec quicquam.§.vbi decretum 2 lec.nu.11.* Viuius.

97 Præceptum factũ parte non citata & abſente, poteſt ab ipſo iudice reuocari,etiam parte non citata, ſec.gl.quæ reputatur ſingularis *in l.minor 25.an.in prin.ff de minor.* Spec.*in tit.de primo decreto,§.iam de effectu.verſ ſed quid ſi iudex.* facit quod vult Inn.*in c.querelam.ext.de elect.in 5.col de electione facta abſentibus his qui vocari debebant.* Balb.*dec.236.*

98 Executio contra omnes,& in omnibus fieri poteſt. Marãta *in ſpeculo aur.in vlt.parte in vltimo actu iudicij,n.28.*

Ampliatur in 5.caſib.& limitatur in 47.per Lancel.*in tract. de prætore.in tit.de execut.ſen.nu.13.* Don. à Fina.

99 Executio ſententiæ impeditur ex nullitate notoria reſultante ex actis,etiam ſi tres cõformes eſſent ſententiæ.Sal. *in l.1.C.ne l.ceat tertiò prouoc.*

Fallit in 3.caſib.quos no.Port.*libr.1.ſuarum concluſ.regul.32.* Don.à Fina.

Executio ſententiæ ſtatim facienda eſt poſt tres conformes quacunque nullitatis exceptione,non obſtante *cle. 1. de re iu.*

Ampliatur in 8.caſib.& limitatur in 16.à Port.*lib.* ... *reg 25.* Don.à *Fina.*

100 Præceptum comminatorium iudicis non valet,ſi metũ taxatum à iure excedat. Bar.*in l.j.ff. ſi quis ius dicenti non obtemp.* fallit in 2.caſib.vt per Soc.*reg.301.*

Præceptum iudicis nudum à cauſæ cognitione non valet, no.doc.*in d.l.j.ff.ſi quis ius dicenti.*

Fallit in 6.caſib.vt per Rip.*in l.filiusfa.§.Diui,ff de leg.3. nu. 117.* Idem.

Præceptum factum ſub pœna excõmunicationis latæ ſententię,ſi detentus impedimento non comparet, ex excõmunicatus.fallit in 3.caſib.ſecundùm Fel.*in c. cum ſuper cauſa.de teſtib.cog nu 7.* Idem.

101 Citatio ad domum quando facta valeat,vide Rom.*conſi.454* quid in artifice,ſeu mercatore? & dic, quòd in locu vbi operatur,non in loco habitationis citari debet,teſte Albet.*in l.cum quidam per ſtũ iex.ff.de fund.inſtr.* Quid quãdo quis habet duas domos,& quãdo habitat in domo,& habet officinã:vbi valet facta citatio? & dic,vt per Bar.*in l.hæres inſtitutus.de acq. hæ.in l.lex Cornelia.in prin.ff.de iniur.* & quid veniat appellatiõe domus? Bal. *in l conſentaneum.C.quom & quando iud.* & an & quando citatio vel denuntiatio ad domũ fieri poſſit? Bart. *in l.1.§.permittitur ff.de lib agnoſ.* Albe.*in l.ſemper.§.1 ff.quod vi aut clam.* vbi dicit,quod talis citatio eſt ſubſidiaria.de qua vide eundẽ *in Reg.præſumitur ignorantia. de reg.iur* & quando aliquid denunciandum eſt vxori,an ſufficiat denunciare marito? Dic,vt per Iaſ.*in l.3.colu.pen. C. de iur.emphy.* & quando fit citatio ad domum,an debeat fieri voce cridę? vide Bal.*in l.diffamari.ver. vocitaſſe.C de ingen.manumiſſ.* quæ omnia examinat Albe. *in l. ſi rem.§.ſi ff de euic* & ad hoc vt citatio ad domũ fieri poſſit, vel in perſonã domeſticorum: quæ excuſſio prius fieri debeat vel inquiſitio? Abb.*in c.cauſam de dolo & contum.* Dec.*in c conſultationibus.ver.ſec.* Abb.*de offi.de eg.* & quãdo quis citari poſſit vnus in perſonam alterius,puta,maritus in perſonã vxoris. vide Guido.Pap.*q 445.* & qualiter citatio ad domum fieri debeat? Bal.*in l conſentaneum col vlt.C.quom. & quando iud.* Rot. *in antiq.dec.395.* Rom *cõſil.454.* Quid in abſcondente? Caſt.*in auth. ſi omnes. C. ſi ſe ab hær abſtin.* Quid in pręſente latitante? Rui.*conſ.68.lib.v.* & quid agere debeat nuntius? Alex. *conſil. 137.lib. 7.* quid de citatione per edictũ? & dic, quòd operatur vt poſſit procedi in cauſa,non quòd poſſit quis excõmunicari vigore talis citationis:quia tũc requiritur perſonalis,niſi in fraudẽ ſe abſentauerit,vel impedierit,quominus ad eũ citatio potuerit peruenire. Ro.*dec.271.307.in not.* de eo autẽ qui ſe abſentauit, vel fraudulẽter occultauit,aut impediuit ne citatio ad eũ perueniret,nõ.Bart.*in l.1.§.ſed & Ariſto.ff.quod vi aut clã.* Bellac.

102 Exequi etiam debet ſententia,ſi Bannitus condemnatus in contumaciam veniat in fortiã iudicis,qui eum condemnauit,Et quidẽ ſtatim. Et faciat iudex bãnitũ recognoſcere bannum,& fateri ſe eſſe illũmet,qui in ipſo banno eſt nominatus,poſtea exequatur ſententiã.cõmunis eſt opin.Clar.*§.fi.q. 96.ver.quæro.* Et ſi negat ſe eſſe illũmet,de quo in ipſo bãno, poterit iudex torquere,vt cõfiteatur ſe eſſe deſcriptũ in banno. Et iſta eſt cõmunis practica. Et ſi peteret ſe admitti ad nouam defenſionẽ,nõ eſſet audiendus,ſtante ſtatuto,quòd contumax habeatur pro confeſſo.Clar.*d.quæſtio 96. verſ ſed nunquid,* vide tamen eundem Clar.*in d.§.fi.q.44.ver. quæro nunc.* vbi Principis gratia poteſt admitti ad nouas defenſiones, & *d.q.96.verſ.Sed pone.* Et bãnitus per vim ductus ad territoriũ iudicis,qui eũ banniuit,cùm eſſet extra territorium poteſt exèqui ſententia condemnatoria.Clar.*d.q.96.verſ. Sed quid ſi bannitus.* Et ideo non debent confidere banniti extra territorium bannientis,vt ibi per Clarum. Bonacoſſ.

103 Exequi debet laicus ſententia iudicis eccleſiaſtici contra reum per eum ſibi remiſſum,& condemnatum in crimine,quod ſpectat ad ipſum eccleſiaſticũ: *Aliàs* ſecùs,vt eſt cõmunis opi.Clar *d.q.96.ver.quid etiam* Et ideo inquiſitor,vel alius eccleſiaſticus,qui tradit hęreticũ ad curiã ſecularem, debet ſententiam indilatè exequi,cùm tale crimẽ ſit merè eccleſiaſticum,vt eſt comm.opi. Secùs ſi eſſet crimen merũ, vel mixtum ſeculare,quia non tenetur exequi, ſed deberet prius de eo cógnoſcere laicus iudex,vt eſt communis opin. *Cla.ibi verſ.quæro etiam.in fine.* Et iudex vnius territorij nõ poteſt ſententiã exequi condemnatoriã, & confeſſionem de reo factã, niſi eſſent ambo iudices ſub vno territorio, & ſubditi ambo eiuſdem principis,quia vnus poteſt exequi ſentẽtiã alterius: ſed etiam à ſeipſo,ſi videt. quod executionem mereatur, vt eſt com. opi.Clar.*d q.96.verſ.Item quæro.* Bonacoſ.

Executor nouus,ſi eſt maior iudice priori, poteſt recipere omnes exceptiones infringentes ſententiam.Iaſ.*conſ.9.vol.3.* communem dicit. Vezinus & Villalob.

Executio ſimplex,ſi mandetur fieri,nõ requiritur citatio:ſi eſt facienda in eadem re quæ adiudicata eſt:ſecùs tamen in alia. Dec.*in c.ex ratione.nu.17.* communem dicit,*de appella* vbi ponit duas limitationes. *B.*Villalo.

Executio facta,nõ ſeruato ordine,vt primò mobilia,& poſtea immobilia,ac deinceps perſona capiatur,valet. Iaſ.*in l. à diuo Pio.§. in vẽditione.de re iu.nu 18* cũ.dicit,licet ſibi nõ placeat.

Nota iſtā cōem ad intel. l. 4. tit. 8. lib. 3. in ordi. Et nota dictū ſolemne Ang. in l. fi. C. de edic. diui Adri. ſuper gl. in verb. diſpoſitionibus, & Curt. iun. ibi, nu. 65. dicentem contractum per teſtes probatum habere executionem paratā: licet Bar. & Alex. in l. 1. in fi. ff. de his quæ in teſtam. delen. & Paul. de Caſtr. in l. noſtram. C. de teſta. teneant contrarium: quas opiniones concordat Bellonus in conſ. 22. nu. 9. dicens opinionem Aug. procedere, quando contractus eſt cancellatus, vel deperditus: & teſtes deponunt de tenore inſtrumenti, & dictū teſtiū redigitur in ſcriptis: alias autem cùm in ſcriptis dicta teſtium non rediguntur. ratio eſt, quia dicta teſtium faciunt notorium, ſicut inſtrumentum, iuxta tex. in cap. ſignificāti. de teſtib. & hoc videtur de mente Petri & Baldi in dictis locis. Villalob.

104 Executioni, ſi per ſtatutum mandetur ſcriptura priuata alicuius, intelligitur etiam ſi per alium ſcribatur. Pyrrus in cōſuet. Aurel. de executio. inſtru. c. 21. communem dicit ea Ang. l. cum antiquitas. C. de teſtam.

Nota ad intellect. l. vlt. in curiis de Madrid. de 1534. anno, quæ loquitur de apocha recognita. Vezinus.

105 Executionem impedit reſtitutio in integrū: etſi requiſat altiorem indaginem. Iaſ. in l. ſi ſe obtulit. §. condemnatum. num. 27. ff. de re iud. communem dicit. Villalob.

Additio. Limita niſi reſtitutio petatur poſt tres ſententias conformes, ſeu poſt duas ſententias, ſi per ſtatutum ſufficiant duę. Limita ſecundo niſi calumnioſè petatur, vt addidi ſuprà in ver. exceptio. I. Fich.

106 Executio ſententiæ capitalis differenda eſt, quādo reus alium de aliquo crimine accuſaſſet, donec iudicium accuſationis ab eo cœptæ perficiatur. com. dicit Imol. in l. is qui reus. n. 34. ff. de pub. iud. Ang. ibid. n. 17. in fi. Clar. tamen putat difficile poſſe obtineri in practica. in d. §. fi. q. 97. v. eſt etiā. P. Fich.

107 Executio ſententiæ capitalis debet differri per biduum, vel aliud breue tēpus, vt reddat reus rationē mercaturæ, negotiationis, adminiſtrationis, vel huiuſmodi. Cla. q. 97. in prin. Item, vt accuſatio de aliquo per reū facta cognoſcatur, vt eſt cōmunis opi. Cla. ibi v. eſt etiā. itē differtur executio, ſi reus nolit pœnitere, & peccata ſua confiteri. Cla. ibi. Item differtur executio, ſi mulier ſit prægnans. Cla. ibi, ver. differtur etiam. Item differtur executio ſententiæ capitalis dieb. feriatis in honorem Dei, vel ſanctorū, licet quandoque propter enormiſſimū crimen poſſit exequi, vt eſt com. opin. Clar. ibi, v. quæro etiam. Regulariter autem non debent iudices differre executionē ſentētiæ capitalis, vt ibi per Clar. v. Regulariter. Bonac.

108 Quæro, an iudex in ſententia poſſit tēpus executionis à l. iudultum ex cauſa prorogare vel minuere? reſpond. quod in iudice ordinario hoc eſt expeditum, per tex. l. ij. ff. de re iudi. & quod iſta ſit com. opinio, firmat Iaſ. ibi in prin. & n. 6. M. Graſſ.

109 Sed cōtrouerſia eſt inter doc. nunquid delegatus poſſit illud tempus prorogare vel minuere. cōmuniter tamē in eā itum eſt ſententiā, quod non poſſit, vt teſtatur Iaſ. d. l. ij. n. 5. & n. 9. quia iudicaret de re, quæ non eſt ſuæ iuriſdictionis, & imponeret legem ſuo ſuperiori, quod fieri nequit, ſec. not. per Bar. & doc. communiter. Mich. Graſſus.

110 Quæro, an in iudicio, quo petitur executio ſententię, requiratur libell⁹, & ordo iudiciarius? reſp. quod ſi agatur actione ea ſententia deſcendente, tunc requiri libellū, & cęteros actus iudiciales: ſecus ſi imploratur officiū iudicis, quia tunc ſufficit ſummaria petitio. ita tenet Spec. t. de execut. ſent. §. qualiter. in prin. Bar. & doc. l. intra dies. ff. de re iud. & nouiter cōſtitut. Imper. Carol. v. Auguſt. 3. par. art. 48. hanc dicit eſſe com. opi. Imo. d. l. intra dies. ſubdens ab ea non eſſe tutum recedere. eandem dicit ibi com. Rapha. Cuma. & in pract. ſeruandā. & Alex. cum multis per eum alleg. M. Graſſus.

111 Quæro, an citatio partis requiratur in executione ſententiæ? reſpō. quod ſic. l. 1. ibi, ſi cœperis commoueri. C. de iur. & fac. ign. Bar. Alex. Iaſ. & doc. l. à diuo Pio. §. in vēditione. & ibi Vinc. de Hercul. n. 32. ff. de re iud. Ratio eſt, quia aliter pars poteſt lædi propter multas exceptiones, quas opponere poterit. Gl. & doc. l. 3. Matth. de Affl. in conſtit. Neapol. lib. ij. rub. 17. num. 15. M. Graſſus.

112 Sed nunquid indiſtinctè in omni executione requiratur citatio? reſp. Cyn. l. ab executione. C. quor. appel. non recip. tenet quod ſic, ſiue executio fiat in actione perſonali, ſiue in reali, propter identitatem rationis: & hanc ſententiam ſequitur Imo. d. §. in venditione. & ibi Alex. qui dicit, quod hæc opinio. eſt verior. & Iaſ. num. 9.

Contrarium tamen tenet Barto. d. §. in venditione. nu. 2. q. in reali, quando ſit executio in eadē re, in qua facta eſt cōdēnatio, & quando in perſonali agitur ad ſpeciē extantē, nō requiratur citatio, aliàs ſecùs. Et hæc opi. eſt magis com. vt firmat Iaſ. d. §. in vēditione. n. 9. Mihi tamē placet opi. Cy. quę nititur æquitate: quā etiā tenet Suc. in trac. de dilat. art. 7. q. 19. & aſt magis tuta.

Amplia hanc concluſ. procedere etiam poſt deſertionē appellationis, ſ. ſi pars intra tempus non fuit proſequuta appellationē, & ſic remanſit deſerta. ita tenet Bart. l. 1. in fi. ff. nil nou. ap. pen. Bal. & doct. communiter in l ſi contra. C. de app. vt teſtatur Maria. in Spec. par. 6. Rub de execu. n. 16. & ſequitur Dec. conſ. 97. n. 2. Matth. de Afflic. conſt. Neap. lib. ij. Rub. 17. n. 20. aliàs ſi pars in executione nō fuerit citata, non valet executio. vide dec. Neap. 358. M. Graſſus.

113 Quæro, Quis ſit ordo, & forma executionis? Reſp. de hoc eſt textus in l à diuo Pio ff. de re iud. l. 3. C. de execut. rei iudic. & tradit gl. in c. paſtoralis. §. quia verò. de offi. deleg. Et not. cōem concluſ. quod prius debent capi bona mobilia minus dānoſa. ita tenet gl. in d. l. à diuo Pio. in verb. animalia, quam dicit cōmuniter approbatam ibi Iaſ. nu. 10. Licet Raph. Cuma. velit in electione creditoris eſſe capere, de quib. ipſe velit. M. Graſſus.

114 Sed quæro, An executio, facta non ſeruato ordine d. l. à diuo Pio. ſit ipſo iure nulla? Reſp. Bar. in d. §. in venditione. tenet quod non, quem ſequuntur Io. An. & Ant. de But. in c. quoniā frequēter. §. ſi. ext. vt lite nō conteſt. Abb. c. quod ad conſultationē. de re iud. Et hanc eſſe magis com. opin. firmat Iaſ. d. §. in venditione. n. 19. Licet ipſe amplectatur contrariā opin. quam etiā tenet ibi Alex. & Imo. & hæc videtur verior, vt ſcilicet dicamus Iureconſultū ibi ponere formam, à qua recedi nō debet, ne nimis grauetur debitor. Hanc opin. tenet quoque Fel. d. c. quod ad conſultationē. Maran. part. 6. Rub. de execut. & ita iudicatum refert Matth. de Afflic. deciſio. 358. M. Graſſus.

115 Quæro, vtrum ſententiæ executio impediatur nullitatis exceptione? Reſp. quod ſic, dūmodò ſummariè & ſtatim probari poſſit nullitas, l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus ff de re iud. Bar. & omnes. l. 4. §. condēnatum ff. de re iud. Fran. c. dilecto. de appel. doc. l. fi. C. ſi ex falſ. inſtru. Bal. l. ab executione. n. 7. C. quor. app. nō recip. Matth. de Afflic. dec. Neap. 283. & hanc dicit eſſe com. opi. Alex. conſ. 33. nu. 9. lib. 1. Seba. Vant. de nullit. c. quot. & quib. mod. nullitas proponi poſſit. nu. 32. Alex Iaſ. & Mod. d. §. condemnatum, & prçſertim Ripa. M. Graſſus.

116 Sed quid, ſi ſint tres cōformes ſentētiæ, nūquid nullitatis exceptio impediet executionē? Reſp. Receptior eſt opin. non impediri triū ſententiarū conformium executionē. tex. eſt in Clement. 1. de re iud. & firmant omnes doc. prçſertim Alex. & Iaſ. & apertius Ripa dic. §. condemnatum. num. 14. & ſeq.

Amplia prçdictam concluſionem, vt procedat etiam in criminalib. Namq; non obſtante nullitatis exceptione tres conformes ſententię executioni mandandæ ſunt. ita firmat gl. cōmuni conſenſu approbata. d. Clem. 1. verb. quamuis.

Amplia ſecundò, vt obtineat quoq; in trib. ſentētiis interlocutoriis. ita tenet d. gl. cōmuniter approbata, vt firmat Alex. Rub. ff. de re iud. Abb. c. cauſam matrimonij. de offi. delegati. Eādē ſentētiā tenet Rot. dec. 113. in nouis. & Fel. Rub. de re iud.

Limita prædictam cōem concluſionē, vt admittēda ſit nullitatis exceptio aduerſus tres ſententias conformes, quoties nullitas ipſa notoria eſt, & euidēs ex actis. ita tenet Oldr. cōſ. 106. Card. d. Clem. j. Dom. conſ. 24. & conſ. 95. col. 1. Eandē ſententiam firmat Franc. c. dilecto, de appel. Bald. l. 1. C. ne lice. tertiò prouo. Imol. de pupillo §. qui opus ff. de oper. no. nun. Corn. cōſ. 204. lib. ij. Iaſ. conſ. 44. lib. . Curt. ſen. conſ. 59 col. 6. Aym. Crau. conſ. 3. col. 1. Io. ab Amic. conſ. 128. & eam dicit com. Rip. d. §. condemnatum, & tenet ibi Alex. & Iaſ.

Secundo limita, vt nō habeat locū in tertio opponente nullitatis exceptionem. Namq. impeditur executio. ita tenet Io. And. d. Clem. 1. in gl. verb. contra ſe. ibi Card. q. 4. Fel. c. cū ſuper. de re iud. nu. 28. & c. qualiter. el ij. n. 31. vbi dicit hanc eſſe com. opin. c. veniens. el ij. ext. de teſtibus. Alex. & Iaſ. d. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. Eandem dicit eſſe com. Sebaſt. Vant. de nullit. tit. quis poſſit dicere de nullit. & ſequitur Dec. c. ſua. nu. 10. de appellat. Rot. dec. 441. in antiq. Rom ſing. 591. Quam ſententiam ego indiſtinctè verā puto, quoties ſententiæ tertio vel ex natura cauſę, vel ratione ſcientiæ non nocent, licet cōtrarium velint Barb. Zenacli. & Im. d. Clem. 1. M. Graſſus.

117 Quæro, An tertius poſſit impedire executionē ſententię

inſec

inter alios latæ? Reſp. Circa hũc paſſum in varia a per doc. itũ eſt ſentẽtias: pro clariori igitur declaratione diſtinguẽdũ eſt: Aut ſit executio ſentẽtię latæ in actione reali, aut perſonali primo caſu, aut victus poſſidet rẽ duobus ſimul petẽtibus, & tũc qui prius vicerit, obtinebit in executionis iudicio, præſtita tamẽ cautione victo de eũ defendẽdo cõtra tertiũ. ita probat tex. expreſſus *in l. is à quo. cũ l. ſeq. ff. de rei vend. l. cum idẽ. ff. de pet. hær.* per quę iura, ita tenet Bar. Alex. Iaſ. & doc. *l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud.* Bar. *d. l. cum idẽ. & l. ſi alienã rẽ. ff. de ſol.* Abb. Ant. de But. Card. Fel. *n.* 7. Arc. & alij *c. veniens. el 2. de teſtib.* Inn. *c. cùm ſuper. n.* 4. Fel. *n.* 11. *de re iud.* Si verò tertius poſt ſententiã, quę tranſiuit in rem iudicatã, cœpit agere contra victum, vel oppoſuit ſe executioni, non auditur, ſed mãdatur executioni ſententia contra poſſeſſorem in re petita, etiã ſine vlla cautione. ita tenent Inn. Imo. Ant. de *But.* & Fel. *d. c. veniens nu* 8. & Arc. *ibi, n.* 3. dicit hãc eſſe communem opinionem, & quod omnes ſequãtur firmat Fel. *nu.* 9. Eãdem ſententiam firmat Ang. Arc. *l. à ſententia. ff. de appella.* Alex. & Iaſ. *d. §. ſi ſuper rebus.* gl. *d. c. cùm ſuper. ver. interpoſitam.*

Aut tertius ſe opponens poſſidet, & tũc dubio procul audiendus eſt, & impediet executionẽ. Ratio, quia hic tertius rei petitæ poſſeſſor nõdũ fuit victus ab eo, qui petit executionẽ: alioquin non fieret executio cõtra victũ, ſed cõtra ipſum tertiũ, qui nũquã litigauit, nec victus fuit, ſicut probatur *in d. c. cum ſuper, & d. §. ſi ſuper rebus. & l. ob maritorũ. C. ne vxor pro marito* Facit regula, Res inter alios acta, aliis nõ nocet *l. ſæpè. de re iud.* ita tenet Im. *l. à ſententia, in prin. ff. de app.* quam ſequitur Alex. & doc. communiter *d. §. ſi ſuper reb.* Pet. à Duen. *in tract. regula. reg.* 274. *limit.* 2.

Aut res quæ à duobus petitur, vacat, & tũc admittitur opponens ſe ad impediendã executionẽ, ſi velit docere, quod eius intererſit poſſeſſionem victori non tradi: quia facilius eam obtinebit vacantem, quàm ſi fuerit alteri tradita. tex. *in d. c. veniẽs.* vbi tenet Inn. & omnes doct. Bar. Alex. & *Iaſ. d. §. ſi ſuper rebus.* Fel. & doc. *d. c. cum ſuper.* & hanc eſſe communem ſententiam firmat Did. à Couua. *in lib. pract. q. c.* 16. *nu.* 3.

Secundo caſu principali, quando lis eſt ſuper actione perſonali, & ſententia executioni mandanda in rebus, quas victor aſſerit eſſe debitoris cõdẽnati, ſi tertius volens impedire executionẽ, nõ poſſidet, & vult probare ſe dominũ eſſe illarũ rerũ, impeditur executio. tex. *l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ibi* gl. *ver. fiat.* Bar. & omnes doct. cõmuniter. *ff. de re iu.* Inn. & doc. *d. c. veniens.* Sin verò tertius ille poſſidet, ſatis eſt, quod alleget poſſeſſionẽ, ad impediẽdã executionẽ quò ad poſſeſſionẽ, quã obtinet, etiãſi nõ dixerit ſe dominũ, & victor velit probare dominiũ eſſe apud debitorẽ victũ, ita tenẽt Bar. & doc. cõmuniter, teſte Iaſ. *nume.* 9. Za. *d. §. ſi ſuper.* Fab. *l.* 3. *C. de prin. fiſc.* Abb. *d. c. cum ſuper.*

Prędicta omnia ego vera eſſe iudico, in iis caſibus, quibus ſẽtentia lata inter alios aliis nõ præiudicat, nec iure nocet, vel nocere quidem poteſt & nocet, tertius tamẽ potuit appellare & appellauit. Secùs verò in iis caſibus, quibus ſentẽtia nocet tertio quoad plenũ præiudicium ex natura cauſę, vel ratione ſciẽtię, aut alio pacto, & tertius appellare nõ poteſt. Nãmque tũc quoq. quo ad tertiũ trãſiuit ſentẽtia in rẽ iudicatã, ideóque executio impediri nequit, per ea quę no. doct. cõmuniter *d. l. ſæpè. ff. de re iu.* & in ſpecie vbi interueniſſet ſciẽtia tertij, dicit hãc eſſe cõmun. op. Alex. *d. §. ſi ſuper re. n.* 24. *per tex. c. quãuis. de re iu.* Ant. de *But.* Pan. & Fel. *d. c. veniẽs. el 2. de teſti.* quos refert & ſequitur Pe. à Duen. *tract. reg.* 274. *limit.* 1. M. Graſſus.

118 Quæro, Quid probare debeat tertius volẽs impedire executionẽ ſentẽtię inter alios latæ? Reſp. frequentiſſimo omniũ cõſenſu traditũ eſt, eum, qui velit impedire ſentẽtiæ executionẽ, docere debere ſummatim, & intra breue tẽpus ius cõtradicẽdi, cauſam, ſcilicet, quod dãnum patiatur ex illius ſententiæ executione. ita probat tex. *c. veniẽs. el 2. de teſtib.* ibi no. Pã. & rel. *l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb.* ibi doc. *ff. de re iudi.* & iſta eſt cõmunis opin. vt teſtatur Did. Cou. *in li. pra. q. c.* 16. *n.* 1. & tenet rel. *c. præterea. col. pen. de teſtib. cogẽ.* Quod tamẽ ita intelligi debet, vt ſufficiat ſemiplena probatio, nec requiratur plena probatio, vt firmat Inn. & omnes doct. *d. c. veniẽs.* vbi rel. ita communiter à doc. noſtris receptum eſſe dicit, *n.* 13. & *d. c. cum ſuper. nu.* 16. *de re iud.* M. Graſſus.

119 Sed quæro, quid ſi adſit ſuſpicio calũnię, an ſit admittẽdus tertius opponẽs ſe executioni? Reſp. quod nõ. *c. ſuſcitata. de in integ. reſtit.* & tenẽt gl. Abb. rel. & Dec. *c. ſuper eo. de offi. deleg. ver. tenebis.* rel. *c. ſi. de calum.* Card. rel. *n.* 10. *d. c. veniẽs. el 2. de teſtib.* Card. *clement.* 1. *q.* 4. *de re iud.* quorum opin. communis eſt, teſte Couar. *d. c.* 16. M. Graſſus.

120 Quęro, An tertius poſſit impedire triũ ſentẽtiarũ executionẽ, ex cauſa nullitatis? Reſp. doct. ſententiis variãt, nonnullis exiſtimãtibus, nõ poſſe, quæ ſentẽtia eſt Guliel. & Barb. *clemens.* 1. *de re iud.* quã etiã ſequitur ibi Zen. & Im. eo caſu, quãdo tertius ille fuit certus de omnib. tribus ſententiis, aliàs verò vbi nullam ſcientiam habuit duarum ſententiarum, cenſuerunt nullitatis exceptionem admitti, ad impediendam executionem à tertio.

Cõtrariã opi. quod ſ. indiſtinctè exceptio nullitatis per tertiũ obiecta impediat triũ ſententiarũ executionẽ, frequẽtiori calculo approbarũt interpretes. *Io. And. d. clemen.* 1. *ver. contra ſe.* Card. *q.* 4. rel. *c. veniens.* 2. *n.* 11. *ext. de teſtibus. ff. de re iud.* Rot. *dec.* 441. *in antiq.* Rom. *ſing.* 291. rel. *c. qualiter.* 1. *nu.* 31. vbi dicit ita tenere doct. cõmuniter. *de accuſat. c. cum ſuper. n.* 18. *de re iud.* Van. *de nullit. tit. quis poßit dicere de nullitate,* vbi aſſerit hanc eſſe communem, quam ego indubitanter verã iudico, quoties ſententiæ nec ex natura cauſę, nec ratione ſcientiæ tertio nocent etiam ſcienti: ſecus verò eſſe arbitror, quando tertio ſententia nocet vt tertia, & ea ex cauſa appellatio interdicitur, quod probatur ex ratione *d. cle.* 1. M. Graſſus.

121 Sententiã, vel proceſſum in fauorem falſi procuratoris, dominus poteſt ratificare, ſiue maior, aut minor. Iaſ. *in l. licet de procurat. C. nu.* 10. communem dicit. Turaan.

222 Sẽtẽtia cõtra principalẽ lata nõ habet executionẽ paratã cõtra fideiuſſorẽ cõtractus, in fideiuſſore verò iudicij ſecus, ſec. gl. *in c.* 1. *de iniur. & dã. dat in* 6. *in ver. pregrauatur.* & Bar. *in l.* 1. *ff. in. ſol.* ſed agi debet ordine iudiciario ſeruato actione ex ſtipulatu, & quomodo agẽdũ ſit, docet *Im. in c. peruenit. de fideiuſ.* qui opin. gl. & Bar. *ibi* cõmunem dicit. Turaan.

123 Sẽtẽtiæ, quæ in re trãſit iudicatã ſtandũ eſt, & pro dicto eius proceſſu præſumitur ſiue de præſenti, ſiue de antiquis & ſiue in præſente, ſiue abſente lata ſit. Inn. & Imo. qui aſſerunt hanc communem *in c. cum in iure peritus. de off. de leg.* Fel. *in c. quoniam contra. verſ. quarta concluſio, & verſ. 3. concluſio. de probationibus.* Idem.

124 Cõtractus vſurarius. Si debitor, cõtra quem ſit executio inſtrumẽti guarẽtigiati ſeu condẽnationis in forma cameræ factæ in perſonã procuratoris, alleget corã epiſcopo cõtractũ vſurarium eſſe, nõ poteſt de iure epiſcopus inhibere executionẽ iudici temporali, donec ſit declaratũ an ipſe cõtractus ſit vſurarius, & inhibitio eſt minus legitima, ſecũdũ Angelum, Imo. & Nicol. *in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iud.* Ang. *in l. funds. ff de exceptio.* niſi ſecundũ Imo. vbi ſuprà, reus corã iudice laico oppoſuiſſet cõtractum vſurarium eſſe, & ob hoc petiiſſet cauſam remitti iudici eccleſiaſtico: quia tunc iudex laicus debet ſuperſedere, per ea quæ habẽtur *in c. tuam. extra. de ord. cogni.* Federi. tamen de Senis, & Imo. *ibi, & in c. debitores. ext. de iureiuran.* Anch. *conſ.* 22. & Bal. *in l. conſulta. C. de teſta.* vt refert & ſequitur dom. Præpo. *in c. dilecto. col.* 3. *ext. de appell.* talem inhibitionem poſſe fieri dixerunt. Balb. *dec.* 416.

125 Actio ciuilis, quãdo proſequitur rem familiarẽ, ſi feratur ſententia abſolutoria ſuper facto, quaſi crimen nõ ſit cõmiſſum, obſtat exceptio in cauſa criminali. vt eſt communis opi. de qua Cur. iun. *in conſ.* 350. *nu* 1. *in* 3. *vol.* Etiam pro intereſſe fiſci. vt eſt com. opi. *ibi. nu.* 6. Bonacoſ.

126 Abſolutus, quia non commiſit crimen, obſtat exceptio rei iudicatæ, ſecundum communem opinionem de qua Boſſ. *tit. de ſentent. nu.* 77. Aliàs ſecus, vt ibi, vide Pariſ. *conſ.* 150. *nu.* 24. *in* 4. *vol.* Bonacoſſ.

127 Condemnatus ad ſoluendum non euitat executionem, dato quod velit fideiubere, vel pignora dare. *l. ſi ſe non obtulit. §. ait prætor, ff. de re iud.*

Ampliatur & limitatur in 2. caſib. vt per Ripam *in d. §. ait prætor, nu.* 4. Don. à Fina.

128 Sententię executor incidenter per viam exceptionis poterit de nullitate ſententiæ cognoſcere: ſed nõ principaliter: ratione enim incidentium augetur iuriſdictio. *l. quoties. C. de iud.* Bal. *in l. aduerſus. C. ſi aduer. rem iudicat.* & Socinus *conſ.* 83. *in quarto volum.* & ibi patens eſt nullitas, & quæ ex actis facilè oſtenditur, inferior poterit cognoſcere de tali nullitate. Sal. ibi, & Soc. *in eo conſ. nu.* 23. Bellac.

139 Nullitas principaliter deducta coram ſuperiore agẽdo non impedit executionẽ ſententię, ſecundùm Ang. & *Im. in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iudi.* Innoc. *in c. cùm in iure. gloſſa. ibi, alij dicunt, & fortè melius. extrà de off. de leg.* Spec. *in tit. de*

libel. concep. §. nunc videndum. in fin. Io. And. in add. ad Spec. tit. de litis conteſt. §. quoniam. v. quid de cauſa nullitatis. Do. de Rota dec. 284. in nouiſſ. in rub. de re iudic. licet Cuneus in d. §. condemnatum. tenuerit contrariũ. Prima verior, niſi forte nullitas eſſet euidens, per ea quæ dicuntur in ſequenti deciſione. Et niſi in tribus caſib. quos ponit Do. Præpoſ. in c. dilecto. col. 34. extrà de appel. Balb. dec. 470.

130 Nullitas proceſſus. Quãdo iudex per inquiſitionem procedit in caſu à iure vel ſtatuto non promiſſo, poteſt reus quãdocunq; allegare nullitatem proceſſus & ſententię: quia cùm iudex tunc nõ poſſit ſupplere vices accuſatoris, deficit vna ex perſonis ſubſtantialibus iudiciorũ, ſecundũ Iac. But. & Bal. in l. licet. C. de procu. eundem Bal. in l. ij. ff. ſi quis in ius voc. nõ ier. in l. fi. C. de de excep. in l. i. §. ſublata. in 2. col. ff. ad Treb. Fel. in c. inter monaſterium. 7. col. extrà de re iudic. Balb. dec. 318.

131 Nullitas ſententiæ perpetuò opponi poteſt vſque ad 30. annos, licet ab ea appellatum nõ fuerit, aut appellatio ipſa deſerta ſit, ſecundũ glo. in c. vnde quæritur. 35. q. 9. Bald. in l. ſcire oportet. §. fi. ff. de excu. tut. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. & in c. ſæpe, de appellat. Angel. in l. ſicut, C. de præſcri. 30. vel 40. anno. Alex. conſ. 59. vol. 4. Socinus. conſ. 10. vol. 4. Iaſ. in l. ij. in fi prin. ff de ſeruit. & conſ. 21. vol. 1. & Corn. conſ. 302. vol. 1. Et hoc q̃ nullitas vſque ad 30. annos poſſit proponi, & allegari, & nõ vltrà: procedit quotieſcunque non vertitur periculũ animę, aliàs poſſet perpetuò agi, vt declarat Spec. in tit. de ſenten. §. iuxta, in fi. Bal. in d. l. data opera. Sal. in l. ſi præſes, C. quomodo & quãdo iud. Card in cle. 1. q. 14. de re iud. & Philipp. in cap. dilecto, de appellat. Et hinc colliguntur, proueniuntq; cõplures vtiliſſimi effectus, qui cũ practicis nõ paruę admodũ vtilitatis quotidie eſſe poſſint, eos ponere conſtituimus: primus igitur effectus hic adducitur iſte, quod nullitate oppoſita in iudicio incidenter per modum exceptionis ſummariè non requirentis, altiorẽ indaginẽ ad impediendam executionem ſententiæ, tunc quippe abſq; dubio aliquo executio ipſa impeditur, vt voluerunt Bar. Alex. Iaſ. & Ripa poſt alios in l. 4. §. condẽnatũ, ff. de re iud. Bal. in l. ab executione. n. 7. C. quorum app. non recipiuntur. Afflict. dec. 283. dum eſt, & Vantius cũ ceteris citatis per eũ, in tracta. de nullitatib. in r. quot & quib. modis nullitas proponi poſſit. n. 32. vbi ſcribit iſta eſſe cõem opin. Secundus effectus quoq; adducendus, non minoris vtilitatis primò iudicabitur, & videtur iſte, q̃ ea, quæ fuerũt attentata pendente lite ſuper nullitate, ſunt reuocanda ante omnia, ſec. Bar. in l. 1. n. 18. C. quando prouo. nõ eſt neceſſe. quẽ ſequuti ſunt Paul. Caſt. & Alex. in d. §. cõdemnatum. Sal. in l. 1. C. ne liceat tertio prouo. & Iaſ. in l. 1. n. 1. C. de bono. poſſ. ſec. tabu. Contrariũ verò aſſeruerũt Inn. & Bal. in c. cum in iure, de of. deleg. videlicet, attẽtata pẽdente nullitate non eſſe ante omnia reuocanda, licet nihil debeat nouari pendente nullitate: idẽque voluit Ang. & Imo. in 1. §. condẽnatum. Rota in deci. 280. in nouis. Vitalis in trac. clauſularũ, cap. nullitate pendẽte, & Francus in d. c. dilecto. q. 10. vbi ait opin. iſtã eſſe verã, tamet ſi prior ſententia Bar. mihi cõmunis videatur, ac frequẽtiori ſuffragio interpretantiũ probata. idcirco reor eam tutiorem eſſe, & ſeruandam fore. Adducitur modò etiã tertius effectus. verũ pro eius reſolutione adnotandũ eſt, quomodo nullitas principaliter, aut incidenter in iudicio tractetur, ſi quidẽ hoc paſſim practicis cõtingit. Nullitas igitur, vt iſte tertius effectus demonſtretur, dicitur incidenter tractata, vbicũque condẽnatus ſimpliciter appellauit: tunc etenim deſerta appellatione ipſa, poterit iterũ cauſa nullitatis non obſtante deſertione proponi. ſec. Bar. n. 10. & Imo. n. 16. in l. ſi expreſſim, ff de app. Pan. n. 9. & Francũ q. 53. aliàs 58. in d. c. dilecto, & Soc. in d. conſi. 10. & quoque omnes fatentur, nec de hoc quiſquam hactenus dubitauit. Principaliter verò nullitas propoſita dignoſcitur, vbicunque dico ſententiam nullã eſſe, & ſi qua eſt appello: tũc iſtam nullitatẽ principaliter nõ incidenter deductam ſore voluerunt. Bar. n. 3. & Imo. in d. l. ſi expreſſim, Iac. But. in l. 1. C quã do prouo. non eſt neceſſ. Anc. in cle 1. de app. Iaſ. in l. 1. ff. de iuſti. & iure. & in l. Titia textores. §. 1. ff. de leg. 1. & Franc. in d. c. dilecto, q. 48. & 58. quorũ opinio cõmunis eſt, teſte Dec. ibi Alex. conſ. 2. vol. 3. n. 14. & Sebaſtiano Vantio, in d. c. quot & quib. modis nullitas proponi poſſit, n. 12. vbi explicat alios modos, quib. nullitatis cauſa principaliter in iudiciũ deducitur, habetque hoc effectũ iſtũ maximi momẽti, quod quando nullitas ſimul cũ appellatione principaliter proponitur, & deſeratur appellatio, tunc appellatione ipſa deſerta non eſt vlterius locus proſequendi nullitatẽ, quaſi ſit vna ac eadẽ inſtantia nullitatis, & appellationis, ſec. Inn. in d. c. ſæpe. Bald. in l. qui teſtamento. ff. excu. tut. Cum. in d. l. ſi expreſſim, Saly. in d. l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ. & ita in cauſa ſua propria conſuluit Io. de Amicis, conſ. 6. num. 29. cum aliis ſeq. vbi nume. 35. prǽſupponit iſtam eſſe communem opinionem.

Contrariã verò ſententiam, q̃ in caſu hoc non ſit præcluſa via nullitatem ipſam probandi & proſequẽdi, tenuere Bar. in d. l. ſi expreſſim. nu. 10. & ibi Imo. n. 16. Abb. nu. 9. & Franc. q. 58. in d. c. dilecto. Albert. Brun. in conſ. 50. n. 8. vltima impreſſionis. Socin in d. conſ. 10. & Gramm. conſ. ciuili 164. vbi profert hoc magnum & vtile verbum, ita obtinuiſſe in ſacro regio conſilio. Neap. & iſtam opinionem ſequitur quoque Natta, conſ. 217. aliàs 307. nu. 3. cum aliis ſeq. & Couar. in ſua prac. c. 24. circa fi. vbi inquit communẽ ſibi apparere, & ita his dieb. in facto obtinui. ideo huic vltimæ ſententiæ tanquam communi inhæreo. F. Viuius opin. 551.

132 De nullitate dici poteſt vſque ad 30. annos, quando tamẽ per modũ agendi directè ac principaliter deduceretur, teſte Alex. conſ. 59. lib. 4. Dec. conſ. 8. col. pen. Quã concl. intellige procedere, vbi non verteretur animę periculũ, aliàs perpetuo agi poſſet, iuxta not per Saly. in l. ſi præſes. C. quom. & quando iud. item intellige, niſi ipſo iure actus geſtus nullius eſſet roboris: nam tunc perpetuò etiã ipſa nullitas durat, ex reg. quæ ab initio. ff. de reg. iur. in c. nõ firmatur. extra co. tit ſus, ſi per modum exceptionis nullitas proponeretur: ſimiliter nec temporis curſus præfinitus eſſet, ſec. Alex. conſ. 82. vol. 4. lib. 3. Sebaſt. Vantius de nullit. quoties & intra quod temp. n. 8. Quibus adde, quod nullitatis cognitione pendente principale appellationis negotium conquieſcit, l. contra maiores C. de inoffi. teſt. quã concl. limita, vt per Bal. ibi, niſi temerè nullitas deducta eſſet, ex not. per Alex. conſ. 68. col. vltim. lib. 7. Hyppol. ſing. 152. Seb. de nullit. vbi ſuprà. num. 12. Bellacomb.

133 Nullitatem ſententiæ propones ex vna cauſa, poterit etiam aliam omnẽ nullitatis cauſam proſequi, ne ſententia cõfirmetur, teſte Abb. conſ. 97. lib. 1. Alex. conſ. 147. lib. 6. ſi tamen libellus nullitatis cauſæque proſecutio generalis fuiſſet: & ſẽtentia generalis ſubſecuta, obſtaret exceptio nullitatis nõ ſpecificè deductæ, ſec. Franc. in c. dilecto. q. 14. de app. in qua q. nullitatis, dic, q̃ ſuper nullitate notoria pronunciatur, etiam parte nõ peten. nec lite conteſtata, iuxta tradita per Miſing. cent. j. obſer. 20. vbi ita ſæpius in camera fuiſſe iudicatum aſſerit. Quomodo autẽ nullitas & iniquitas ſimul in iudiciũ deducantur, & an ſimultaneo proceſſu expediri debeant? vide eũdẽ cent. 4. obſer. 63. & an nullitate in iudiciũ deducta inhiberi poſſit per ſuperiorem iudicẽ inferiori, impediatúrque executio? hic, vt per eum cent. prædicta obſerua. 64. Bellacomb.

134 Nullitas ſententiæ poteſt ſemper & indiſtinctè adduci. cle. 1 de re iud. c. licet. de prob. c. cùm venerabilis. de except. Bart. in in l. damus. ff. de re iudi. in l. qui agnitis. de excep. & in l. ſi expreſſim. cum ſimul. de appel. Pan. in 2. part. conſ. 55. in 2. dubio. Iaſ. in l. 1. in 3. col. Ang. Aret. in 1. vol. conſiliorum. Barb. conſ. vltim. in 4. col. vbi dicit, quod nullitas in criminalibus poteſt in quacunque parte iudicij allegari. Et idem in ciuilibus tenet Phil. in cap. dilecto. in 13. col. de appel. & Alexan. in 5. vol. conſ. 47. in fi.

Limita niſi quis renunciaſſet nullitati. Paul. de Caſt. in 2. vol. conſ. 73. Idem.

135 Si de nullitate principaliter agitur, impeditur exequutio ſententię: ſecus de nullitate. opp. per viã exceptionis. Dec. in conſ. 103. poſt Paul. de caſtr. in auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. imper offer.

Fac. quod vult Alexander. in 5. vol. conſ. 83 circa fin.

Et quod nullitas impediat executionẽ, tenet Alex. in 1. vol. cõſ. 33. in fi. Et ſi prima ſententia ſit confirmata, Cardin. in conſ. 71.

136 An vbi apponitur pœna, habeat locũ, quando contractus eſt nullus? vide multa pro & contra, per Fel. in c. tua nos. in 2. col. de iureiurando. & aliquid in c. ceterum in 6. col. de iud. Et pulchrè in c. ex tenore. in 3. & 4. col. de reſcript. & in 6. col. Iaſ. in l nẽ. dubium. in 13. col. C. de ll. & in l. 1 §. hac autẽ verba. in 2. col. quod quiſque iu. & in l. ij. §. q̃ ſi in patris. in 6. col. ff. ſolut. matri. Idem.

137 Nullitas incidenter putà per modũ exceptionis propoſita regulariter ſi fuerit in promptu, executionem impedire conſueuit. Multas authoritates ad hãc ſententiam allegat Seba. Vant. in tract. de nullit. ſenten. in rub. quot, & quibus modis nullitas in iudicio proponi, & ſuper ea libellus & ſententia concipi & formari poſſit. num. 32. Et hanc doctrinam communem

doct.

doc. ſentēt á eſſe aſſerit *Alex. de Imo. in conſ. 33. n. 9. in lib. 3.* & facit mentione ipſe huius deciſionis *in cōſ. 85 n. 8. in 2. lib.* Ergo ea limitetur tradiderūt idē Ale. *in cōſ. 83. n. 8 & 9 in v. lib. cōſ.* & poſt eū Apoſti. *in d. conſ. 33. in verb. executionem.* Kirchouius.

138 Nullitatis exceptio, tametſi reſcripto aut ſtatuto diſponente, ne vlla exceptio contra inſtrumentū poſſit opponi, nō admittatur: tamen ſi cauſetur ex defectu nullitatis, & ſic iuriſdictionis, putà ſi opponatur quod inſtrumentum falſum aut nullū ſit, iuxta commun. doc. ſententiam, rectè opponetur, vt refert ac ſequitur Bened. Capr *reg. 51. nu. 22.*

139 Si ſtatuto caueretur contra ſententiam latam cōtra inquiſitum non poſſe opponi aliquam exceptionem nullitatis, non diceretur ſublata exceptio nullitatis prouenientis ex defectu iuriſdictionis, & competentiæ iudicis. Soc. iu. *in conſ. 78. nu. 15* vbi com. eſſe probat. Bonac.

140 Iudex, ſi incipit à præcepto executiuo, niſi ſit clauſula iuſtificatoria, actus eſt ipſo iure nullus. *Iaſ. in l. ne quicquam. ff. de offi. procon. nu. 6.* magis com. dicit. Villal.

141 Iudex vnius territorij debet alterius iudic. requirētis ſententiā exequi. *Iaſ. in l. proper. §. fin. aut̄ cū reus. C. de iud.* Vezinus.

142 Iudex ſecularis nō tenetur exequi ſententiā iudicis eccleſiaſtici, quādo pro cōdēnato eſt præſumptio contra ſententiā D. M. Ale. *int. perniciosam n. 122. de off. ord.* com. dicit. Bonac.

143 Quādo in iudicijs ſummariis & cauſæ ſummariæ vt eſt executio iudicati, incidit alia quæſtio nō ſūmaria, vt eſt quæſtio proprietatis, tamē debebit quæſtio illa incidens ſummariè decidi, ſicut principalis, ſecundum doct. communiter *in l. à diuo pio §. ſi poſt addictum. ff. de re iud.* Balb. *dec. 29.*

144 Ius excipiendi tranſit etiā ad ſing. ſucceſſore. *l. ſi tibi decem. §. pactum. ff. de pac. l. ſi à te. §. Iulianus ff. de exceptio. rei iud.* Alex. *in 5. vol. conſ. 170. circ. fi.* vbi al. no. per Pau. *in l. ſi terrius. §. 1. ff. de aqua plu. arcē.* & idē vult ipſe Alex. *in l. ait prætor. in prin. ff. de iureiur.* & *in cōſ. 268. in fi.* Bal. *in l. illicitè. ff. de rebus eo.* Vezi.

145 Tempus executionis cauſarum criminalium eſt in iudicis arbitrio. Boer. *dec. 45. ibi. nu. 7.* com. dicit. Villal.

146 Iuuare aliū nec iure Cæſarū, nec iure Pontificum in foris exequendo quiſpiā tenetur, vt frequenter placitum affirmāt Dec. *nu. 4.* & Chuchalon ad illū *in l. culpa caret. ff. de reg. iur.* Franc. Caſon & qui eū cū aliis refert, Viuius *lib. 1. opin. 33.* quam etiam in rem videto, quę ſuperius obſeruo, *ver. Defendere.* E. Suarez.

De vſuris rei iudicatæ.

TITVLVS XVI.

EXceptio vſurariæ prauitatis oppoſita contra ſententiā ſuper inſtrumento contractus vſurarij, debet impedire executionem ipſius ſententiæ, quæ nunquam tranſit in rem iudicatam. Et ideò pro executione impedienda poteſt adiri iudex eccleſiaſticus, qui inhibeat iudici laico ſuper executione, vt ſub excommunicationis pœna ſuperſedeat vſq; ad ius cognitū, ſuper d. cōtractu. & iſte eſt modus antiquus ſecundū *Ang. in l. 4. col. fi. ad fin. in §. condemnatū. ff. de re iudica.* quia Ang. licet dictū morem dānet ibi, & Ang. ſequatur Parb. *in conſ. 18.* tamen eorū ſententia refellit Tiraq. *de vtroque retractu.* vbi de retractu cōuentionali agit. *in gl. 2. nu. 36. in p.* Natta *conſ. 497. ad fi.* vbi etiā dicit ſe conſuluiſſe, bonum eſſe fieri debere Principis decretum ſuper hoc: Ne ſ. ſuper cōtractu vſurario interim exequatur, ſed ſuperſedeatur. Et debet prius peti abſolutio à iuramento, vt per Alb. *in rub. C. de vſuris, col. 3.* Nā ſententia ex inſtromēto nullo, nō debet exequi, cum inſtrumento tanquàm corpus ſine anima exiſtat. Rol. à Valle *in conſ. 39. nu. 41. in 3. vol.* Bonacoſſ.

2 Tēpus ſoluendi cōdēnationē à ſententia diffinitiua à qua fuit appellatum incipit currere ſi fuerit confirmatum à tēpore ſecundæ ſententiæ *per leg. 2. C. de vſuris rei iud.* agitur enim ſemper ex ſententia confirmante, & non ex confirmata. Iaſ. *in l. ſi ſe non obtulit. §. ſi quis. nu. 4. ff. de re iudi.* Vcai.

Quibus res iudicata non nocet, & de rebus inter alios iudicatis aliis non nocere.

TITVLVS XVII.

STatutum diſponens, quòd ſententia lata cōtra vnū, poſſit exequi contra alium, valet & tenet An. de Trem *in add. ad Bonac. in pract. excep. in rub. de except. & be*re quę poſt *nu. 5. in verbo, & interdum,* cōmunem dicit. Villa.

2 Mandatarius ſucceſſorem nō damno afficit ſententia in antec. illorum lata, commune inquit Soc. *conſ. 181. nu. 93. lib. 1.* magis cōmune affirmat Dec. *conſ. 445. nu. 19.* & *Aym. Grau. conſ. 197. nu. 7.* Sed contrarium verius & cōmunius oſtēdit diligenter & operosè Pinel. *in l. 1. par. 3. nu. 43. C. de bo. mat.* Bella.

3. Sententia lata in cauſa alicuius pedagij inter certos mercatores & muliones, & exactorem ſeu dominū alicuius pedagij in vtilitatē exactoris, nocebit nō ſolùm illis qui ſunt in cauſa, ſed & aliis qui nō erāt in iudicio: nā vbi ſemel cōſtitit de inſtitutione pedagij, aliquo iuſto titulo, tūc talis ſentētia ſemel lata faciet ius quoad omnes alios tranſeūtes. ſec. Guid. pap. *dec. 549.* dū tamē nō appareat colluſū fuiſſe inter partes. ita Gui. Pap. *dec. iam dicta.* qui ita deciſum fuiſſe atteſtatur. Bellac.

4 Sententia lata cōtra hęredē præiudicat legatariis & fideicō. *l. Papinianus. §. ſi ex cauſa ff. de inoff. teſt.* notatur *in l. ſi patrona. §. fi. ad Treb.* & ibi Bar. Alex. & Caſt. dato etiā quòd fideicommiſſarius nō fuerit citatus. ita Paul. Caſt. ibi Dec. *conſ. 342. nu. 7.* & lex præſumit, quòd ille ad quē cauſa principaliter ſpectabat, erit diligēs ad cauſam ipſam ſuſtinendā. Decius ibi, & Alex. *conſ. 119. n. 35. in 6. vol. & conſ. 123. 1. vol* fallit in tribus caſib. qui ponuntur *in l. ſi ſeruus plurium. §. 1. de leg. 1.* & ibi Iaſ. Idem.

5 Quæſtio, An ſentētia lata cōtra hęredē præiudicet & noceat legatariis? Reſp. in hoc variæ ſunt doct. ſententiæ. Aliqui dicūt diſtinguendū eſſe, An ſentētia lata ſit cōtra hæredē cōtumacem vel colludentem, & tūc ipſo iure abſq; neceſſitate appellationis, minimè præiudicet legatariis, quin non obſtante exceptione rei iudicatæ, poſſint agere ad legata aduerſus victorem ipſum: an verò lata ſit ob iniuriā & culpam ipſius hęredis, qui iudice ad iniquè pronūciandū prouocauit, nec deinde, cùm potuiſſet à ſententia appellauit, & tunc noceat legatariis ad hoc ne poſſint victorē cōuenire, quia tutus eſt exceptione rei iudicatæ, & hæc fuit opinio Bar. *in l. ſi ſeruus pluriū. §. ſi hæreditatis ff. de leg. 1.* quam ſequūtur ibi Iac. de Aren. Alb. *nu. 5.* Cum. *lect. 2.* & Iaſ. qui dicit cum Bar. communiter trā-
6 ſire alio. Ratio † differētię allegatur, quia in primo caſu hęres verſatur in dolo, ideóq; propter dolū hęredis ſubuenitur legatariis etiam contra victorem: in ſecundo verò tātum eſt in culpa, atq; ob id contra hæredem quidē, non autem aduer-
63 Confeſſio facta coram iudice incompetente, licet nõ valeat, vt iudicialis, vt per doc. indifferẽter paſſim, valebit tamẽ vt extraiudicialis, & iudex ordinarius poteſt ipſum confitentem ponere ad torturã, quemadmodũ ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus, *arg. notatorum in l. capite* 5. *ff. de adult.* poteſt etiam eundem confitentem cogere ad perſeuerandum in huiuſmodi confeſſione extraiudiciali, niſi doceat de errore, & de cauſa variandi, vt voluit Guli. de Cun. & cõmuniter omnes doc. *in l. Magiſtratib. ff. de iuriſd. omn. iudi.* quam quidem communem ſequitur, celebrat, & citat Iaffredus *dec.* 104. Boer. *dec* 89. & *ſeq.* Viuius *opin.* 141.

64 Con-

64 Cōfeſſio ſpontanea qualificata, nō ſufficit ad condemnādum quemquā ad mortem. Boſſi. *de confeſ. n.* 20. communem dicit. & ponit exemplū, ſcilicet interfeci me defendendo. Et admittitur talis cōfeſſio, vt eſt communis opi. *ibi. n.* 36. & no. quòd ſi quis cōfitetur inquiſitionē, videtur cōfiteri delictum quod principaliter deducitur, & omnes circunſtātias & qualitates. Ang. Are. *Inſtit. de inut. ſtip. §. praterea. n.* 3. Bonacoſ.

65 Reus ſi velit confeſſionem ſuā ſponte facta reuocare, audiendus eſt, modò velit docere confeſſionem illā fuiſſe erronea, & errorem probare. Ita com. dicit Are. *in ca. cum dilect. in vltimo verbo, de accuſ.* quē refert Boſ. *in tit. de confeſ. n.* 60. *& in tit. de defenſ. reorū, n.* 4. Nō tamen poteſt confeſſionem illā prorſus perimere & eneruare, ſed poteſt tātùm ſe excuſare, & aliquid deducere cōtra propriā cōfeſſionē, vt omnes dicere atteſtatur *Boſ. in d. tit. de cōfeſ. n.* 35. Et licet Sali. *in l. fi. n.* 2. *C. de probat.* dixerit quòd indiſtinctè proſit reuocatio, atque etiā Ang. *de maleſ. in verbo, comparent. n.* 1. dicat ſe vidiſſe practicari, tamen ſeruatur contrarium, vt nimirum nunquā admittatur reuocatio niſi probato errore. Hæc Clar. *d. §. fi. quaſt.* 55. *v. fin.*

66 Quod quiſquis ſua voce dilucidè proteſtatus eſt, id in eundem caſum proprio teſtimonio infirmare non poteſt. *ca. per tuas, de prob. l. generaliter, C. de non numera. pec.* Don. à Fin.

67 Nullæ ſunt partes iudicis in confitentes, *l. proinde, in fi. ff. ad l. Aquil. l. ſi debitor, de iud.* Idem.

Confeſſus pro iudicato eſt, *l. j. ff. & C. de confeſ.* Idem.

68 Confeſſionibus etiā falſis ſtandum eſt, *l. in confeſſionibus, ff. de interrog. actio.* Don. à Fin.

69 Confeſſio facta corā iudice incompetenti non valet, ad hoc vt ex ea ſequi poſſet condemnatio corā iudice competenti. *cap. at ſi clerici. de iudi.* & ibi docto. maximè Pan. Alex. *conſ.* 13. 1. *vol.* Vezin.

70 Cōfeſſio facta in iudicio viua voce, licet non redacta in ſcriptis & ſine teſtibus valet, ſecundū veriorem ſententiā per Rol. *cōſ.* 70. *n.* 11. *nu.* 16. *lib.* j. poſt Dec. *conſ.* 445. *n.* 55. *Aym. cōſ.* 198. *in fi. Affl. dec.* 28. *col.* 2. quod maximè procedit in cōfeſſione facta corā ſenatu, qui obtinet vicem principis, ac principē repræſentat, iudicátq́; ſola facti veritate inſpecta, ex præalleg.

71 Confeſſus corā iudice incōpetenti torqueri poteſt à cōpetēti, & cogi in cōfeſſione permanere. cōmune teſtatur Iaſ. *dec.* 104. Viu. *li.* j. *opi.* 48. Iul. Clar. *in pra. §. vl. q.* 55. *v. a.* Do. à Fi.

72 Sententia declaratoria delicti non requiritur, vbi pars eſt confeſſa delictum in iudicio, vt eſt com. opi. *Burſ. conſ.* 77. *nu.* 24. Bonac.

73 Confitens delictum, ſed non qualitatē delicti, non punitur pœna ordinaria, ſed extraordinaria. Ant. Gabriellius *in ſuo communium opi. lib.* 7. *concl.* 9. Amplia & limita. vt ibi per eum. & Burſ. *conſ.* 77. *nu.* 25. *lib.* 1. Bonac.

74 Confeſſio geminata in quocunque cōtractu, & in quacunque cauſa, exceptionem non numeratæ pecuniæ omnino circunducit. communem teſtatur Ema. à Coſt. *in l. ſi ex cautione. fallentia* 14. *C. de non nu. pec.* Don. à Fina.

75 Confeſſio minoris abſque vlla curatoris auctoritate emiſſa, vt illi noceat praxi generali receptum eſt. Iul. Clar. *in pract. §. vlt. quaſt.* 55. *ver. vlterius.* Don. à Fin.

76 Confeſſio pecuniæ, aut aliarum rerum receptarum ex alia cauſa quàm ex mutuo, ſtatim nocet, nec oppoſita non numeratę pecuniæ exceptione onus probādi in creditorē trāſfert. commune ait ex Aret. *conſ.* 6. Alex. *num.* 35. *in l. j. ff. ſol. mat.* Iaſ. *in l. legitima, col.* 3. *ff. de pact.* Fel. *in c. ſi cautio. num.* 54. *de fide inſtru.* Don. à Fin.

77 Confeſſio recepti ſi nuncupatim non conſtet de actuali numeratione facta ex cauſa donationis cenſebitur. communiter receptum prodit Cur. iun. *conſ.* 95. *num.* 3. Don. à Fin. & Vezinus.

78 Confeſſio curatoris, tutoris, procuratoris, executoris, vel alterius adminiſtratoris de facta numeratione quā aliter factā eſſe nō cōſtat in dānū præiudicium vt pupilli, & cæterorum quorum principaliter intereſt, fidem non facit. cōmune ait Tiraq. *de retract. conuentio. §.* 4. *gloſ.* 6. *nu.* 12. Bolog. *in l.* 2. *§. vlt. nu.* 44. *ff. ſi cert. pet.* Folle. *in pragmat. de cenſib. ver. qua quidem executio. nu.* 51. Don. à Fin.

79 Reus delictum ſponte cōfeſſus, mitius puniendus quàm is qui probationibus conuictus eſt. *arg. l. vnic. C. de his qui ſe deferunt.* Et hanc ſententiam communiter approbatam dicit Simanc. *de hæreſ. cap.* 55. *nu.* 6. quam etiam communem appellat Berous *in c. at ſi clerici. in prin. nu.* 88. *de iud.* ſed iudices hoc nō curāt, vt etiā nūquā ſeruari vidiſſe atteſtatur Alb. *in l. j. §. quaſtioni. n.* 3. *de quaſt.* Clar. *d. §. fi. q.* 60. *ver. nō deſunt.* P. Fich.

80 Statuto diſponente, quod ei qui ſponte cōfitetur delictū diminuatur pœna, licet tunc aliquis primò negauerit, poſtea tamē ſponte cōfeſſus ſit, nihilominus gaudebit beneficio illius ſtatuti. magis cōmunē eſſe dicit Clar. *d. §. fi. quaſt.* 82. *ſtat. nono, ver. fi.* allegās Iaſ. *in l. eū qui. ff. de iureiur. n.* 8. Bar. tamen in eadem l. tenuit contrariū, cuius opinionem dicit cōmunem Soc. *in l. non fatetur. n.* 7. *ff. de excep.* quem refert Menchiaca *li.* 3. *de teſta. §.* 23. *nu.* 22. vbi tamen etiam poſtea refert Iaſ. & Fel. atteſtātes communem eſſe contra Bar. P. Fich. & Don. à Fin.

81 Reus ſi delictū ipſum cōfeſſus fuerit, nullæ ſunt amplius partes iudicis niſi in condemnando, talis enim confeſſio contra eum plenè probat. Gomeſ. dicit Bar. *in tract. de quaſt.* quem tractatum tamen alij Gādino aſcribunt. Idem. dicit Gandin. *in tit. de quaſt. nu.* 15. Item Guido Suzardis *de indic. & tortu. n.* 44. quem refert pract. Conrad. Imol. *conſ.* 109. pract. Milei. *n.* 17. Clar. *d. § fi.* 65. *in prin.* P. Fich. & Bonac.

82 Confeſſio de credulitate facta per partem æquè præiudicat ſicuti ea quæ fit de veritate. gloſ. *in capitulo ex literis. de iureiuran.* Iaſ. *in l. cum te tranſegiſſe. C. de tranſactio.* & reſponſio facta per verbum credit, idem præiudicat prout confeſſio de veritate. Cur. *conſ.* 108. 1. *vol. num.* 5. debet autem confeſſio per duos teſtes probari. Cor. *conſ.* 100. *nu.* 9. *in* 2. *vol.* Bellac.

83 Confeſſio mera abſque aliis indiciis à ſocio criminis facta, in caſibus in quibus de complicibus poteſt fieri interrogatio. non eſt ſufficiens indicium ad torturam, vt eſt communis opi. de qua Soarez *in ver. confeſſio. nu.* 246. Bonac.

84 Cōfeſſio, ſi pœna minuitur aliqua ratione, etiā ei qui ſemel negauit, & poſtea eſt cōfeſſus, minui debet, vt cōtra communē dicit Clar. de quo Soarez. *ver. cōfeſſio, n.* 262. Bonacoſſ.

85 Cōfeſſio ſocij in criminibus in caſibus in quibus poteſt interrogari de cōſortibus, nō eſt ſufficiēs indiciū ad torturā, niſi alia ſint indicia. Boër. *dec.* 319. *n.* 1. *&* 2. Tho. Grā. *in voto* 6. *n.* 2. *&* 7. communem dicit. E. Suarez & Bonac. & Don. à Fin.

86 Cōfeſſio mariti in inſtrumēto dotali ſe recepiſſe, & habuiſſe mille in dotem, præſumitur tempore dotis recepiſſe, & non ex interuallo. Alciat. *de præſumpt. reg.* 2. *nu.* 8. *præſump.* 34. com. dicit. Vezin. & Don. à Fin.

87 Confeſſio de dote recepta non firmatur iuramēto. Cur. iun. *conſ.* 95. *nu.* 4. com. dicit. Iidem.

88 Confeſſio dotis cùm conſtat animo donandi, licet non præiudicat marito, tamen confirmatur morte. Cur. iun. *conſ.* 95. *n.* 6. com. dicit. Iidem.

89 Confeſſio filij præiudicat patri ſicut vera probatio. *Boër. deciſ.* 221. *nu.* 17. com. dicit. Don. à Fina. & Vezinus.

90 Confeſſio de dote recepta facta conſtante matrimonio, cenſetur facta in fraudem legis, & ſic non nocet quando fuit renuntiatum exceptioni non numeratæ dotis. hanc magis communem inquit Alexand. *conſil.* 142. *volum.* 5. Crot. *in l. ſi cōſtante. colum.* 52. *ver.* 2. *concluſio. ff. ſolut. matrimon.* Don. à Fina.

91 Confeſſio facta in iudicio poſſeſſorio ſummario facit fidē in petitorio plenario. communem ait Rip. *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.* 120. *ff. de acq. poſſ.* Don. à Fina.

92 Confitens confeſſori ſua peccata, tenetur patefacere etiā notoria ipſi ſacerdoti. Naua. *in cap.* 1. *ver. ſtatim cuo officium, nu.* 61. *de pœnit. diſt.* 2. com. dicit. Idem.

93 Confeſſio cum aliquo alienato facta tunc ex parte probari, & ex parte improbari ab aduerſario poteſt, cùm adiuncta nō ſimul interueniſſe dicitur. commune atteſtatur Boër. *dec.* 339. *numero* 3. Iul. Clar. *in pract. §. vltim. quaſt.* 55. *ver. poſſet.* Don. à Fina.

94 Confeſſio conſulum vel ſyndicorum alicuius vniuerſitatis nocet vniuerſitati: & iuxta talem confeſſionem communitas poteſt condemnari. Dec. *conſil* 221. *numero* 2. 3. *&* 4. Vezinus.

95 Confeſſio & ſententia ſiue res iudicata in affectu ſunt paria, *l. poſt rem. ff. de re iud. l.* 1. *&* 3. *de confeſſ. l.* 1. *C. de confeſſis. c. cum ſuper. de confeſſ.* Don. à Fina.

96 Cōfeſſio geminata iudiciali cōfeſſioni æquiparatur. Bal. *in c. cum ſcimus. C. de agri. & cenſi. lib.* xj. latè de geminata confeſſione videas Cur. *in ſuis conſi.* 63. *col.* 16. Don. à Fina.

97 Confeſſio facta in carcere nō valet, niſi tamē perſeueret poſitus extra carcerem in tali confeſſione, *l. qui in carcerem,*

ff quod metus cauſa,l.j.§.diuus Seuerus,& §.quæſtionis,ff de quæſt. Don.à Fina.

98 Cōfeſſio furioſorum &dementium nulla eſt,*l.in negotiis, ff.de reg.iu.l.2.§.furioſis de iure co.c.fi.extra de ſucc.ab inteſt.* Idē.

Confeſſio non coram iudice facta eſt nulla,*cap.at ſi clerici. ext.de iud.* Idem.

99 Confeſſio extra iudicium facta non valet,*l.2.de cuſt.reo. d.c.at ſi clerici.* Idem.

100 Cōfeſſio in carcere facta nō valet,*l.qui carcerem,ff. quod metus cauſa,l.j.§.diuus,& §.quæſtionis.ff.de quæſt.* Don. à Fina.

101 Confeſſio facta ſub ſpe futuræ cauſæ,æquiparatur confeſſioni factæ ſpe futuræ numerationis. Bald.*in l.ſub ſpecie. C. de poſtul.* Don.à Fina.

102 De ſe cōfeſſio nō creditur ſuper crimine alieno.*l.ſi. C.de accu.l.vnica.C.de confeſ.l.1.in prin.C.de falſ.monet.* Don.à Fina.

103 Parcitur ſponte confitenti,*l.3.in fi.ff.de alien.iud.l.1.C. de his qui ſe.lib.10.l.ſed ex cauſa.§.2.ff.de mino.l ſed & ſi lege.§. pen.ff.de petitio.hered.* Don.à Fina.

104 Qui confitetur vnum,per conſequens confitetor & id quod ſequitur ex illo.*cap.quo iure.diſt.8.cum ſuper de offi.deleg.c.cum dilecti,de dolo.& contuma.* Don.à Fina.

105 Renuntiás liti nón videtur fateri, *l.ſi ſe.* vbi Bal.*C.de inge.manu.*Iaſ.*in l.poſtquam litē,C.de pact.* Don.à Fina.

106 Confeſſio ipſius rei facta in iudicio ciuili, præiudicat illi in iudicio criminali.com.dicit Aret.*in c.cauſam quæ.n. 17. & ſeq.de teſtibus.*quem refert Boſſius *in tit.quomodo procedatur per except.n.4.& in tit.de pluribus.vid n.17. Publ. ſuper cõſuet. Aluar.nu.11.* refert.Clar.*d.lib.5.§.fi.quæſt.54.ver.ſed quid ſi.*addit tamen contrariam opinionem ſibi magis placere, ſed nihil pro eius confirmatione allegat. P.Fichard.

107 Cōfeſſio quę in inſtrumento fit aliquē habuiſſe,& accepiſſe,tāti eſt momenti , vt interueniſſe numeratio cunfecepiſſe [sic] ... ęſtionis inſtrumēti in tempore pręſumatur.commune ait ex Actionis... *in l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogonus.nu.14.ff.de verb.oblig.*Iaſ.*in l.poſt dotem.nu.85.ff.ſolu.mat.* Cephal.*conſ.*101.*n.*13.Don.à Fin.

108 Confeſſio ſacerdoti facta,& reuelata multū probat.cōmune teſtificatur aliquibus concurrentibus Fel.*in c. teſtimonium.nu.10.de teſtib.* Viu.*lib.1.opin.*50. Don.à Fina.

109 Cōfeſſionē errore miſſum quibuſcunque cōtrariis probationibus poterit refellere.cōmune fatetur Boſſ.*in pract.tit. de confeſ.nu.*60.Iul.Clar.*in pract.§.vlt.quæſt.55.ver.vlt.* Don.à *Fina.*

110 Cōfeſſio per aliquem facta in vno iudicio inter certas perſonas, nō ſibi præiudicat in alio iudicio inter alias perſonas:ſed ſolùm præiudicat ſibi reſpectu interrogātis.*l.ſi.ff. inter.act.*Pan.*in c.quānis.n.4.de re iud.* Cor.*conſ.274.n.8.in 3.vol.* quāuis Guid.Pap.contrarium videatur aſſerere,*quæſt.* 254.ex tali tamen confeſſione ius acquireretur mulieri etiam abſenti,& hoc fauore dotis.Alex *conſ.99.in 7.vol.* Bellacomb.

111 Ægrotantis confeſſio multum operatur,& nocet confitenti,*l generaliter,C.de non num.pec.*gloſ.Bar.& doct.*in l.1. C. de falſa.cauſa.* Idem.

112 Fortiſſima probatio eſt confeſſio propria apud iudicē facta.*d l generaliter.cap per tuas.de prob.cap.ſi ſacerdos. de offi. ord.* Don.à *Fina.*

113 Teſtatoris cōfeſſio in vltima voluntate ſimplex,& ſine iuramento non facit plenā fidem,*§.1.in aut.de iure iur. nemo præſt.l.cum quis deſcedens. §. codicillis. ff.de leg.3.* Don.à Fina.

114 Cōfeſſio abſéte aduerſario facta nō valet,*l.ſi.ff. de interr. act.l.certū,§.ſi quis abſente,ff.de cōfeſ.l.1.C .de confeſ.*Do.à Fin.

115 Confeſſio facta parte pręſente,ſi expreſsè pars non acceptet, non probat.Alc.*in rub.ff.de verb.nu.3.*Iaſ.*in l.error. C. de iuris & fac.ignoran.*com.dicit. Villal.& Vezinus.

116 Tu vide de hoc prolixè Pet.à Dueo.*reg.*119.vbi allegat Alci.ibi cōtrariū dicere,quod imò altera opinio ſit verior,& quòd pluresad hoc alleget auctoritates.Io.Fi.Ben. Vil.&Vez.

117 Confeſſio iudicialis ad hoc vt probet,de iure regio, aut pręiudicet,requiruntur ſex:ætas maior in confitente, ſpontanea voluntas,& non vi vel per metum contra confitentem, parte,vel procuratore præſente,& ſuper re certa,& nō cōtra naturam vel leges:vt habetur *in l 4.titul.13.part.3.* & vide *l. 1. tit.7.lib.3.For.l.2.& l.3.titul.3.& l.xj.titul.4.par.3.*& vide plures caſus,quando confeſſio præiudicet per Hyppol.*ſingul.*319. Idē.

118 Fallit primo in confeſſione clerici facta coram iudice ſeculari:quia non probat,nec facit indicium.Marc.Ant. *de iudic. & tortu.nu.*214.communem dicit. Villalob.Suarez.Bonacoſſ. & Vezinus.

119 *Fallit* ſecundò, In confeſſione procuratoris facta in vno iudicio,quia non præiudicat domino in alio.Pan. *in d.cap.per inquiſitionem.*comm.dicit.

120 Fallit tertiò, in his quæ non dependent à voluntate partis,quia cis non præiudicat confeſſio.Iaſ.*in l.error.nu.*12. *C. de iur.& fac.ignor.*com.dicit. Idem.

121 Fallit quartò in confeſſione liberationis, quia etiam abſente parte probat.*Bald.conſi.466.volum.4.*communem dicit. Contrariam dicit communem Ioan.de Ripa *in l.conditionis. C. de pactis.num.21.*ex mente Fel.*in cap.cautio.de fide inſtrum.num. 32.*& tene ſecundam. Villalob. & Don. à *Fin.*

122 Fallit quinto,ad ſemiplenam probationem Aymon. *de antiq.temp.par.1.in verſ.propoſitum noſtrum. nu.* 30.com. dicit ex Bar.*in l.admonendi.de iureiur ff.* Villal.

123 Confeſſio conditionalis vnius actus, qui ſimul & ſemel fuit adhibitus,non poteſt pro parte acceptari,vt ſi confiteatur recepiſſe decem ex mutuo cum conditione de ſoluendo intra annum,vel ſub aliqua alia conditione : ſecùs tamen ſi ex conditione quæ poſt actum interuenit:vt ſi confiteatur recepiſſe & ſoluiſſe,bene acceptatur pro parte.*Boër.deciſ.339.nu.3.*communem dicit.

Limita primam partem cōmunis in confitente homicidiū cōmiſiſſe,ſed ad ſua defenſionem,quia acceptatur pro parte,& tenetur probare ad ſuam defenſionem homicidium factum, aliàs punitur.Iaſ.*in l.vt vim.num.13.ff.de iuſtit.& iur.*com.dicit, quam intelligit ad condemnandum,nō autem ad pœnam corporalem.& Panor. *in cap.auditis de præſcript.*

Amplia ſecūdā partē cōmunis,ſi per ſtatutū tenetur præciſè reſpondere poſitionibus:alias habetur pro cōfeſſo,vt dicat , ſi mutuū accepi,reſtitui. Boer.*in deciſione* 339.*n.*4.comm.dicit.

Nota iſtam communem ad intel.*l.1.titul.4.li.3.ord.* & hodie ſublata eſt omnis dubitatio per *l.xj. in ord. de Madrid. in pragma.* vbi eſt diſpoſitum pōſitionibus eſſe reſpondendum per verbum confiteor,vel nego,aliàs habetur pro confeſſo.

124 Nota *in l.1.ibi,y ſi lo deue luego el iuez pronunciar por ſentētia.* Et ſic ante pronūciationē,nō erit codēnatus:& ſi moriatur ante nuntiantē,hæres nō tenetur ex tali cōfeſſione per *l.manifeſta.in fi.ff.de iureiur.*& vide Franc.Curt.iun.*conſil.*59. Idem.

125 Confeſſio admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.Panor.*in cap.is qui fidem.de ſponſal.* Alciat.*in tract. de præſump.par.2.nu.*6.com. dicit.

Amplia ad probationem per indirectum,quia admittitur etiam contra præſumptionem iuris,& de iure.Aymon. *de antiquis.temp.par.4.ver iſta materia ſingularitatis.n.*14. comm. dicit gl.*in clem.vnic.de probat.*

Limita quando præſumptio non eſt in fauorem partium, vt in matrimonio,in quo non admittitur confeſſio contrà præſumptionem iuris,& de Iure.Coua.*in epi.3.in ca.4.*com. dicit Villal.Vezin.Don.à Fin.& E.Suarez.

126 Confeſſio facta in tormentis , etiam ſi ſit perſeuerata, non pręcedentibus indiciis,eſt nulla.*Iaſ. conſ.* 188.*vol.2.nu.2.* communem dicit.

Nota iſtam communem ad intel.*legis 4.& 6.tit.30.part.7.& l.5. tit.13.par.3.* Idem.

127 Confeſſio extraiudicialis abſente parte facta,probat ſemiplene.Eſt communis opi.ſecun.Iaſ.*l.admonendi.verſ.tenendo tamen.&c.ff.de iureiur.* Intellige dummodo per duos teſtes plenè probetur,ſecundum Alex.*in conſil.152.vol.5.& in conſ.2. vol.7.* Chærian.

128 Confeſſio qualificata non poteſt per aduerſarium diuidi, nec in partem ſine qualitatibus acceptari. Eſt doctrina Bart. communiter approbata *in l. Aurelius. §. idem quæſiit. ff. de liberat.leg.* ſecundum Soc.*conſ.* 194.*viſo.in fi.vol.2.* Mat. Chær. & Donat. à *Fina.*

129 Confeſſio tunc præiudicare parti dicitur , quando ab altera fuit acceptata , aliàs ſecus. Ita ſemper conſulendo poſt alios tradidit Alex.de Imo.*in conſi.90.nu.1.& in conſi 11. num.* 7. vbi Apoſtil.*in ver.acceptata.*plures authoritates Doc. alleg. & idem Alex.*in conſ.20.nu.2.in 4.lib.& in conſ.184.in 6.vol.* Iaſ. *in l.error.nu.5.6.& 7.C.de iur.& fact.ignor.*& idem Iaſ.*in l. poſtquā litē.num.2.C. de pac.*Et hanc ſententiam communem eſſe affirmāt Curt.Senior.*in conſi.*77.& Pariſ.*in conſi.131. vol.1.*Licet alij

130 contrariā ſententiā de iure veriorem,& melioribus rationib.fulcitā eſſe,exiſtimauerint.Barth. Soc.*in conſi.228.nu. 6. in 2.vol.conſi.* Alc.*in trac. de præſump. in 3.regu. prin. præſump. 21. nu.6.*

n.6 cāp.c.j. Rol. à Valle,in conſ.26.n.18 in j. Tom. cōſ.Kirchouius.

131 Cōfeſſio facta coram iudice incōpetente,licet non valeat vt iudicialis,valebit tamē vt extraiudicialis ad duos effectus. Primus,quia ex ea poterit poni ad torturam, ſicut ſi extraiudicialiter eſſet confeſſus,arg.notatorum in l.cap.5.de adul.in caput. quàm graue,extrà de exceſ.prala.Secundus,quia poterit cogi perſeuerare in tali confeſſione coram iudice competente, niſi doceat de errore,& de cauſa variandi,ſecund.Guil.de Cu. d.Caro.& communiter doct. in l.magiſtratibus. ff. de iuriſdictio omnium iudicum. Inn.in ca.per inquiſitionem. extrà de elect. licet d.Card.in cap.at ſi clerici.extra de iud tenuerit talem cōfeſſionē penitus non valere.Quæ ſecunda opinio poſſet procedere in confeſſione clerici coram iudice laico, per illum tex.ſecundum Imolam ibi.Et etiam in confeſſione laici tracti inuitè ad iudicium: ſecus in confeſſione laici voluntariè litigantis,ſecundum Panor.ibidem. Balb.deciſ.104.

132 Cōfeſſio facta abſente parte,licet nō faciat plenā probationē facit tamen ſemiplenā probationē.Bar.in l. admonendi. §. ſi iurare, Cor.conſ.13 in j.vel & ibi dicit eā comm.opin. & conſ.11 nu.16.in j.vol.& conſ 123.num.3 eod vol.dum tamen illa cōfeſſio per duos teſtes probetur, qui licet non deponunt de cōfeſſione facta eadem die,probabunt tamen Steph.Ber. conſ. 375.vol.2. Alex conſ.68.vol.3. & vnus teſtis deponens de vera confeſſione facta ab ipſo creditore parte præſente,ſemiplenè probaret. Alex.conſ.56.vol j.& vnus teſtis de ipſo actu deponens & confeſſio extraiudicialis probata per duos teſtes facta etiā parte abſente,plenè probant. Dec.conſ.516 nu.6. Bellac.

133 Cōfeſſio in quo caſu patris pœnitentiam requirat,vt valeat:vide Ang.conſ j.nu.5.qui de cōfeſſione parte præſente, probata per vnicum teſtē?& dic,eā facere ſemiplenā probationē,teſte Alex.conſ.152.lib.v.53.lib.j.quid de confeſſione extraiudiciali geminata,quid operetur? & an duæ probationes cōiūgātur vt probent?quā ſunt ſemiplenæ. Ruin. conſ. 2. lib.4.& qualiter differant iudicialis & extraiudicialis cōfeſſio,vide Alber.in l.error.nu.4.C.de iur.& fac.ignor. vbi num.5. quādo noceat extraiudicialis,& dic,quòd acta præſente parte idē operatur quod pactū. Albet.in l.ſi quis in conſcribendo.

134 num. j. C de epiſ.& cle.& an cōfeſſio in regiſtro facta cū iurameto acquirat ius tertio?Albe.in l.j.col.ſi.in ſin.C.de cōfeſſ.vbi dicit quòd nō,in cōfeſſione autē extraiudiciali ad hoc vt probet,requiruntur duo teſtes. Alex.conſ.36.col.2 39. col. 2.132.lib.5.Iaſ.in rep.l.admonendi.col 68.de iureiur.& tunc parte abſente non probat niſi ſemiplenè:ſi autē pars fuerit præſens, videtur quòd plenè probet,ſi vero vnus teſtis ſolus deponit, videtur quod faciat vna dimidiæ ſemiplenæ probationis, ita quòd nō faciat ſolū indiciū,& quādo cōfeſſio abſente vel præſente parte probet. Albet.in l.non ſolum. § ſi liberationis verb.de lib.leg.niſi ſit cōfeſſio facta parte abſente calore iracūdiæ,quę nō valet,teſte Hypp.in Rub.col.21.& ſeq.C de proba. Quid de cōfeſſione extraiudiciali, quid operetur? & an ex ea quis puniatur,vel probetur delictū,vel deueniatur ad torturam? & vide Fel qui reg.ponit cū amp.& limit.in cap.de hec.de ſimon. Quid de confeſſione facta per verbū Credo,an reuocari poſſit? & vide Aret.in l.de tutela.C.de in integ.reſt. Bellac.

135 Cōfeſſio rei facta per torturā indebitè & nullis præcedentibus indicijs nō valet,nec ex ea poteſt reus cōdēnari, dato etiā quod millies fuerit ratificata.eſt comm.opio. ſecund. Alex.in l.qui aliena,§.fin ff.de acquir.hered.Marſ.in conſ.8. Iaſ. in conſ.188.num.2.comm.di. Don a Fina.

136. Quæro, An iudex poſt concluſionē in cauſa poſſit partes interrogare?Reſpon.Diuerſæ ſunt Doct.ſententiæ. Námque Speeul.in tit.de poſit.§.4. ver.quidam tamen dixerunt. & verſ. ſed ſi ante.& ibi Ioā.Andr.in addit.verb.interrogare.tenet quòd iudex ex officio,nō ad inſtantiā partis poſſit interrogare ſuper declaratione antiquorū capitulorū, non ſuper nouis, & ita tantùm ſuper iis,quæ ante concluſionem acta ſunt,etiam poſt concluſionem,& quandocunque. Et eum ſequitur Bald. l.per hanc.C.de tempor.appellat.Innocent. cap. cum Ioan. de fid. inſtru. Rom.conſ.20.in fin. & in l.4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam.infect.& hanc dicit eſſe comm.opin.Hyppōl.l.j.§.ſi. num. 68.ff.de quaſtio.Et eam dicit in practica ſuſtentabiliorem propter authoritatem Innocentij.

Contrariam verò partem, quod ſcilicet iudex indiſtinctè poſſit interrogare etiam ſuper nouo capitulo ad fundandam intentionē partis ad priuatam vtilitatem,tenet Alex.d.§.hoc autem iudiciū.poſt Anton.de Butr.cap.cùm cauſam de iura. calum.& ſequitur Abb.d.cap.cum Ioan.& hoc ex officio, non ad petitionem partis.Hanc dicit eſſe magis comm.opi.Robert. Marant.in Specul.part.4.diſt.9.num 28. Mich.Graſſus.

137 Reus non tenetur reſpondere,ſi non ſint aliqua indicia contra ipſum,imò non tenetur reſpondere ſi nō præcedat aliqua diffamatio.com.dicit Card. Alex.in can. de accuſatione.2. quaſt.8.idem dicit Are.in cap.qualiter & quando.2.§.debet.ver. in foro autem.de accuſat. quem refert Do. Ant. de Padilla in l. tranſigere.num.5.C.de tranſact.Clar.d.§.ſi.quaſt.45.verſ. ſed pone.in ſi. P.Fich.& Bonac.

138 Examinando reū in cauſa criminali,iudex poteſt illi deferre iuramentum de veritate dicenda.cōmunem dicit Marſilius in l.quaſtionis habenda.num.72.ff. de quaſtion. quem refert Pract. Conradi in principio.& Gomez.cap.j.delict.num.65.Et licet videatur dicendum quod nemo teneatur ad propriam turpitudinem detegendam.lege alias.de iureiurand.& ita etiā teneri in Francia atteſtetur Marcus deciſ.276. tamen magis cōmunis eſt in contrarium,vt dicit Clarus d. lib.5.§.ſi.quaſt. 45. verſ.ſed quare.ad hi tamen ſibi hanc practicam nūquām placuiſſe, quia ſit manifeſta occaſio periurij. Pet.Fic.

139 Statutū diſponēte,quod poſitionibus ſimpliciter,& præcisè reſpondere debeat,alias habeatur pro confeſſo, ſi contingeret in caſu prædicti ſtatuti,quod Titius negaret ſe recepiſſe centū à Mæuio,quæ ab eo in iudicio petebantur,hoc etiam ſupplēdo,& addēdo,quod quatenus appareret in aliquē euentū,ipſum Titiū iſta centū habuiſſe, affirmat & fatetur in negotiis dicti Mæuij petentis,ſeu agentis expendiſſe, vel ei reſtituiſſe:hoc caſu animaduerte,quod nō videtur eſſe dicto ſtatuto ſimpliciter reſponſum, & reſpondens ipſe habetur pro cōfeſſo,ſec.Bar.Rom. Alex.Fran.de Aret.& Iaſ.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.vbi ait iſtā eſſe com.opin.ff.de verb.ob.& Boer.poſt alios cōplures cōgeſtos per eū deciſ.339.nu.4. E.Suarez.

140 Reſponſio debet eſſe cōformis interrogationi ad hoc vt valeat.l.j.§. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb oblig.in §. præterea. Inſt.de inut.ſtip l.vt reſponſum congruū. C. de tranſact. Belloo.

141 Reſpōſio ſine interrogatione valet.l.ſi ſine.ff.de inter.Bel.

Reſpondere de iure licitum eſt,etiam in 17.anno.l.j.§.j.ff.de poſtul. Idem.

142 Reſponſio indefinita in criminalibus ſecundū ſpecificā interrogationem,vt videatur reus confiteri factum,& cohærentia,tamen ſecundum interrogationem præcedentē.& iſta eſt com.opin.de qua Iaſ.in l ſi cui.§.ſi.nu.10.& ſeq.ff. de leg.j. licet contraria videatur communis,& in practica ſeruetur;& maximè quando tractatur de graui præiudicio,& quando ſūt opiniones doctorum pro & contra, iudicandum eſt pro reo ad abſoluendum,vt ibi dicit Iaſ.qui tenet hanc ſecundam cōmunem opin.fatetur tamen Iaſ.ibi primam opin.eſſe magis communem. Bonacoſſ.

143 Cōuictus reus legitimis probationibus,ſi à iudice interrogetur etiā in tormētis,tenetur ſub mortalis culpę reatu reſpōdere an crimē cōmiſerit:nā etiā ſi iniquè torqueatur,iuſtè tamē interrogatur,& ideò tenetur reſpōdere,iuxta Innoc. & cōmunem in cap 9.de confeſ.& S.Thomam. 2.2.quaſt.69.art. j.

144 Item iuſtè captus peccaret ſi aufugeret,vt voluit gloſ. in Clem paſtoralis in ver.per violentiam. de re iud & in capit. ingentium 1.diſt.in verſ.Seruitutes, Dec. in l.quod à quoquam, ſub num.3 ff.de regul.iur.& ibi Apoſtillator in litera A. & B. Vbi hoc limitat non procedere, vbicunque quis eſſet iniuſte captus,ſeu carceratus. Viuius opin.168.

145 Reo nō debet dari terminus ad reſpondendū ſuper facto proprio,etiamſi petat tempus deliberandi.com.dicit Auguſt.ad Ang.de malefic.in ver.comparuerunt.nu.6. vt illū refert pract.Conrad.nu.2.Et licet Alex.in l.1 nu.6.de edend.dicat contrariam communem eſſe,tamen prior illa ſeruatur de cōſuetudine,vt teſtatur Sali.in auth.offeratur.n.6.C.de lit.cont.Caſtr. ibid.nu.5.& 11 vt refert pract. Conrad nu 5. Amer. de ſyndic. num.84.Clar.d.quaſt.45.verſ.ſed hic quaro. P.Fichard.& Bonac.& E.Suarez.

146 Confeſſio extraiudicialis facta parte abſente facit ſemiplenam probationem.doct in l.certum, §. ſi quis abſente, de conf.Marſ.in rubric.de probatio.nu.89. & in ſing.329. videas Viuium in verſ.cōfeſſio.vide Marſ.ſing.309.& 310.& 459. & 594. & 627.fallit vt per Ant.Trigo.ſing.86.

Ampliatur vt per Aluiſ.de Alber ſing.66.fallit 105.caſib. vt per Baptiſt.à Villa.concl.132.in litera C.

Ampliatur in 4.caſi.& limitatur in 13.per Fel.in c.ſi cautio,

num.22.de fide inſtrumentorum.

Fallit in 8.caſib.quos ponit Rober.Maranta *in tra.. de ord. iud.in 6.par.in rub. de confeſſ nu.12.*

Fallit in 3 caſib.ſecundum Iacob.Filip. Tholomæum, *in l. admonendi,de iureiur.nu.265.*

Fallit in 12.caſib.in quibus in confeſſione non requiritur præſentia partis,quos refert Ioan. Baptiſt. Caccialup. *in d.l. admonendi,num.136.*

Fallit in 20.caſib.in quibus confeſſio extraiudicialis plenè probat,quos refert Fran.de Curte,*in l.admonendi,num.*194.

Fallit ſi fuerit geminata,quia tunc producit actionem.

147 Ampliatur & limitatur per Port.*in lib.1. [illegible]arum concluſ. reg 22.* Ampliatur in multis caſib. & limitatur in 25.ab Ant. Gabriel.*lib.1 de confeſſ.reg.1.*

Fallit in [illegible] caſib.vt per Fely.*in cap.ad hæc,de ſimo.nu.1.*fallit vt per Marſ.*in rub.de proba.num.*89.

Ampliatur in 3.caſi.& limitatur in 18 per Soc.*reg.*63.in quibus confeſſio extraiudicialis etiam abſente parte probat.vide Marſ.*ſing.*202. *Don.à Fina.*

148 Confeſſus crimen de quo excipitur contra eum,punietur ordinarie.gloſ.*in cap.1.de exceptio.*

Fallit in 4 caſib.vt per *Fel.in d.cap.1.* *Don.à Fina.*

149 Confeſſio ſpontanea facta in iudicio ſufficit ad condēnandum.*cap.veſtra,*vbi gl.*de cohabitatione cle.& mul.cap. cùm olim.In ſi de ver.ſig.cap.ſi.de reſt.ſpol.*

Ampliatur in vno caſu & limitatur in 10.à *Dec. in cap at ſi cleri.de iud.nu.*17.fallit vt not.Carer.*in praxi crim. l. obſeruare. nu.*160.fallit in 12.caſ.vt per Marſ.*in praxi.cri.in §.poſtquā,nu.*16.fallit in 11.caſib.quos no.Iaſ.*in l.iuſiurandū, §.procurator,de iure iurādo,nu.*20.fallit in 2 caſib.vt per Blan.*in prax.crim.fol.* 55.*nu* 30.Ampliatur in 15 caſib.& limitatur in 19.à Lancel. *in tract.de offi.præt.in cauſ.crim.nu.3.& ſequentib.in tit.de confeſſ. & in tit.de dep.reſp.*& ad hoc vt confeſſio præiudicet multa requiruntur quæ ponit Follerì *in praxi.crim.ver.& ſi confitebuntur,num.*31. Don.à Fina.

150 Confeſſio facta ſine cauſa,ſcilicet ſi aliquis confiteatur ſe debere decem, & non exprimit cauſam, non valet, neque præiudicat,*cap.ſi cautio,*vbi doct *de fide inſtr l.cum de indebito, § ſi ff.de prob gl.in l.1.ff.de interrog.actio.l.inſtrumēta,C.de prob. l.generaliter,C.de non nu pec.*

Fallit in 4.caſib.quos refert Marſ.*in l.1. §.præterea, nu.59.de quæſt.*fallit in 16.caſib.ſecund.Fely.*in d.c.ſi cautio,nu.4.*& vltra ſupradictas limitationes tres ponit Petr. Duen.*reg.* 110. lauſſime vide Matth.*in not.*13.vbi Gab.Saray.*in annotationibus.*

Fallit in 3.caſib.vt per Soc.*reg.*67. fallit in 5. caſibus vt per Marſ.*in rub.de prob.nu.*77. Don.à Fina.

151 Cōfitēs ſe mutuo recepiſſe pecuniā,nihilominus poteſt intra bieniū opponere exceptionē nō numeratæ pecuniæ, *§. proponere,l.in contractibus,C.de non nu pec.§.1. Inſtit.de li oblig.*

Ampliatur in 6.caſib.& limitatur in 7.à Fel.*in cap. ſi cautio. de fide inſtru.num.*45. Don.à Fina.

152 Confeſſos in iure pro iudicatis haberi placet, *l. 1. C. de conf.*vide Mant.*ſing.* 643.vide Anto.Trig.*ſing.*37.

Fallit in 18.caſib.in quibus cōfitēti ſuccurritur, quos refert Spec.*in tit.de conf.*refert & ſequitur Lancil.*in tract. de of prat. in cauſis crimib.*Ampliatur in 15.caſib.& limitatur in 35.ab eodē *in tit.de off.præto.in cauſis crim.in tit.de conf.crim.* Cōtrariam regulā,quod cōfeſſio ſola nō ſufficiat ad cōdēnandū, niſi alia indicia concurrant,facit Carer.& eam limitat in 4.caſib.*in §. circa vltimam nu.4.in praxi crim.*vide Matth.*notab* 53.Ampliatur & limitatur per Marſ.*ſing.*101. Don.à Fina.

153 Quæro,An cōfeſſus in iudicio ſpontè,ſi poſtea iterū neger,poſſit cogi per torturā ad perſeuerādū? Reſp.q. nō opus eſt alia ratificatione,ſed poteſt condemnari,dūmodo ſit maior 25.annis,& confeſſio ſit veriſimilis probabilis,& poſſibilis,cùm in cōfeſſum nullæ ſint partes iudicis, niſi in cōdēnādo.Hanc ſententiā firmat Io.de Im.*cōſ.*109.*incip.viſa inquiſitione.*vbi dicit quòd iſta eſt comm.opin.quē refert & ſequitur Hyp.de Marſ.*in prac.crim.§.quoniam nu.*18. Michael Graſſus.

154 Veniam petens delicti ſolenniter coram iudice,cenſetur fateri delictum:ſecus ſi extraiudicialiter.comm. eſt opin. Clar.*lib.5.§.fin.quæſt.*49.Nouel.*in pract.crim.fol.*36. *numer.* 34. Corſ. *in repert.* Abb.*ver.abſolutio, vel venia.* Soar.*ver.veniam. nu.*48.*& ſeq.*Blan.*l.fi.nu.*308.*ff.de quæſt.*Dom.Alc.*coſ.*10 *num.* 10.*& ſeq.lib.*5.& qui gratiæ & clementiæ principis ſe ſubmittit,iuri ſuo renuntiare non videtur. Fran.Mar.*deciſ.*389.*nu.*2. *part.2.* Bonacoſſ.

155 Verbum in ſtat[illegible]o habeat[illegible] putà, [illegible]ndentes poſitionibus habeant pro confeſſis requiri[illegible] etiam,Syluanus in *conſ.*100.*vol.*1 Secu[illegible] ſi d[illegible]it,ha[illegible] eatur & ſit, quia verbū ſit, inducit canonem latæ ſententiæ.Pan.*in c.* [illegible] *de foro compe.* cōem dicens. idē ſi vtatur verbo careat, quia eſt canon latæ ſētētiæ.Gom *in c.diſpendia.de reſcr,in 6.n.*23.cō.dicit Bonac.

156 In confeſſione idem eſt,quod in ſententia, not.dd.*in l.is apud quem.C.de edendo.*

Fallit in multis caſib.vt per *Purp.in d l.num.*80. *& ſequent.* Don.à Fina.

157 Confeſſus de crimine extra iudicium,non punitur. Rot. *in deciſio.nouiſ.*180 *incip licet confeſſio,ſub rub.de confeſ*

Fallit in 12.caſib.quos not.Diaz.*reg.*125.& illa cōfeſſio nihil operatur.

Fallit hoc in multis caſib.vt per Baptiſt à Villal. *concluſione* 132.*in litera C*

Fallit in 9.caſib.vt per Fely *in cap.olim,de reſ.num.*4.Don.à Fina.

158 Confeſſus homicidium, & defenſionis cauſa ſe illud patraſſe affirmās,niſi adducta cauſam probet, pœnas a[illegible] quā corporis luet.commune inquit Iaſ *in l vt vim.num.3 ff.de iuſt. & iur.*Don.à Fina.

159 Negatiu.Per negationem non fit res dubia, quando ipſa negatio eſt euidenter calumnioſa,ſec. Ang.*in l.1 ff.de tranſac.* facit *l.1 in §.ſi ea ff.de ven. in poſ mitten.* Balb *deciſ.* 1[illegible].

160 Negatiu ſimplex non facit dubiū de mādato,vt habeat locum cautio rati. Sed quando etiam tantum ſemiplene de mandato conſtaret,vel ipſe procurator haberet iura principalis ſui penes ſe,*iuxta gl.1 in l.ſi C.quando fiſcus vel priua.*His enim & ſimilibus dicitur eſſe dubiu de mandato per negationem,vt habeat locum dicta cautio, ſecundùm doc. communiter *l.non ſolum.in § qui alieno.ff de proc.* licet Fulg. ibi attentauerit contrarium. Balb *deciſ.*191

161 Qui in negatiua ſe fundat agendo, ſiue excipiendo,tenetur illam probare.Bar.*in l.in illa ſtipulatione, ff. de verb. oblig.*

Fallit in 5.caſib.quos notat *Iaſ.in d.l.col.*5. Don.à Fina.

162 Negans de mendacio conuictus,ſæpe priuatur iure ſuo. *l.ſi ff de rei vend.*

Fallit in 5.caſib.quos not.*Fel.in c.caterū,col.penult.de iud.*& plures caſ.in quibus negans punitur vide per Bald. *in auth. contra qui propriam,C.de non nu.pecu.* Cotta *in memo. iuris, in verbo,negans.*videas ſupra in [illegible] feudum. Don.à Fina.

163 Negās in [illegible] nō eſt in dolo,& ideo nō punitur,quia ſcriptum eſt,non tibi dico,vt te perdas.Boer.*q.*124.*per totum.* & negans illud,quod ſi cōfeſſus fuiſſet,nō potuiſſet ei præiudicare,non facit indicium hæc ſua negatio,nec ei præiudicat, vt dicit Marſ.*in conſ.*52.*n.*67.*& conſ.*15 & Mantua *conſ.*213 *circa fi.in 1. vol.*vbi dicit hoc eſſe veriſſimū,& dicit Ioan. de Amicis *in conſ* 134 q. inquiſitus poteſt negare impunè, & variare, & hæc negatio nō facit indiciū ad torturā, etiā quòd alias eſſet fur.nā mēdaciū non punitur,niſi in caſ. a iure expreſſis. Menochius *de arbitr.iudicis caſu* 276 *n* 8.Burſat *conſ* [illegible]. cōem dicēs.Lucius *inter cōſilia* [illegible] *ſ.*160.*n.* 33.*tom.*1.Clar.*q.*21.*v.mē.*

164 *dacium.*& negans etiam cum iuramento non dicitur periurus in criminali,vt [illegible]net Alex *in addi. ad Bart. in* [illegible] *ff de bonis eorū.qui ſibi mor.conſciuer.* de quo Maran. *in pract.* vbi de interrogatione agit.*n* 9 *fol.*185.item negans non punitur, quando [illegible] non circa ſolēnē actū, vel inual[illegible] Bald. *in l.edita.in lec Padua. in v. expedita prima.* C. *de eden.*de quo Cotta *rerum memora verbo,negans.*vide omnino Bl[illegible] *in l* [illegible].*n.* 265 *& ſeq.ff.de quæſtio.* vbi dicit, quod licet contrari[illegible] dicere & proponere propter ſalutē.Et mendaciū non eſt de[illegible]um, cū quis contra dolū & fraudem mentitur,vel cum quis ex officio id facit,dum ſuum alteriúſue ſanguinem redimit,vt dicit D.m.Alcia.*de duello.nu.*20.nec facit indi[illegible] ad torturam mendacium. Follerì.*in pract.cri.tit.item. quod fecerē venenatus. num.* 29. & eſt cōmunis opin.& non punitur mendacium,niſi in caſib.expreſſis.Menochius *de arbitr.iudic.caſu* 276. *nu.* 8. Burſ.*conſ.*20 *nu.*21.*lib.*1.vbi cōem.dicit. item mendacium non præſumitur.*l. I abeo. §. Tubero. ff. de ſuppellectil. lega.* F[illegible]rt. *in trac.de vltimo fine iuris cano.& ciuilis.nu.*478.*to.*1. negāgēs iudex priuatur officio.Sed hodie officiales in [illegible] non ſyndicantur.Et ita ſeruat conſuetudo. Clar. *quæſt* 64. Bonac.

165 Negatio reddit rem dubiam, *l.3. C. quibus ad libertatem procla.non licet,cap.1.de offi.deleg.lib* 6.

Fallit in 4. caſib. vt per Fel. in c.coram, de off delegat.col.3. Don. à Fina.

166 Negatiua quãdo præcedit verbũ poteſt, inducit neceſſitatem præciſam & priuat potentiam.gl.in ca.c. de reg.iu.in 6.Bar.in l.de his.de tranſ.

Fallit in 2.caſib.quos no.Iaſ.in l.Gallus.in prin.col.5.ff.de lib. & poſth col.5.diſtinguit laté Io.Bolog.in l.j.ff.de verb. oblig.n. 27. Don.à Fin.

167 Negatiua probatur ex inſpectione actorũ.Cur.in cõſ.59. col.12.Iaſ.amplè in l.Titia sextores.col.3.de leg.j.Bar.cũ apoſtil. in cõſ.81.Barb.inter cõſ.Alex.in 4.vol.conſ.123.col.8. & in 5.vol. conſ.55.col.2.Cor.conſ.591.ver.fac.quia neg. & conſ.222.col.vlt.

Et in materia quomodo negatiua poſſit probari, vide Bar. & Alex.in add.in l.fi.C.de iureiur.Alex.in l.ne es in.ff.de acq. her. & in l.j.§ ſi dubitetur ff. quemadm.teſta.aperi.& in l.1.C.de bon. poſ.ſec.tab. & Alex.in 4.vol.conſ 91.in fi. & in 5.vol.conſ. 156.col. pen.ver.iſtẽ reſpondeo.Barb.in 3.vol.conſ.3.col.1 & 2. Vezinus.

168 Confeſſio facta ad liberãdũ parti abſenti, licet nõ proſit in vim parti, non valet vt probet aliquem debitorem non eſſe. eſt communis opinio ſecundùm Aret.conſ.60. Alexand. concl.245.vol 6. Don.à Fin.

169 Cõfeſſio ad hoc, vt inducat plenã probationẽ, requiritur quod ſit facta nõ ſolum parte præſente, ſed etiã parte acceptante.Alex.conſ.20.vol.4.Soc.conſ.228.vol.2. Don.à Fin.

170 Allegãs ſolutionem non cenſetur debitum confiteri. eſt communis opin.ſecundùm Alex.conſ.183.vol.6.Dyn.in ca. nullus de regul.iuris.in 6.

Fallit in 6.caſi.vt per eundẽ in c.at ſi clerici. de iud.num.18. ſed aduerte, quòd hæc cõfeſſio facit indiciũ. fallit in 4. caſib. vt per Careriũ, in l.obſeruare,n.121.in ſua praxi.crim. & iſta cõfeſſio facta extra iudicium poteſt reuocari. hãc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc.Turz.concluſ.173. cautelam ponit Blanc.in praxi crim fol.156. Don.à Fin.

171 Confeſſio extraiudicialis parte præſente plenè probat, l.Publia Mauia,in fi.depoſ.l.cum de indeb.§.fi.de proba. ſed decẽ & octo requiſita ad hoc, vt confeſſio extraiudicialis operetur effectũ, quos ponit Foller.in prax.crim.in ſecunda parte tertia partis,in ver.& ſi confitebuntur, & ibi ponit decem & octo, & quatuor effectus confeſſionis extraiudicialis.

Fallit in 8.caſibus, quos no.Pet.Duen.reg.19. Don.à Fin.

172 Negãs primò ſi poſtea fateatur, obtinet priuilegiũ cõfitenti cõceſſum, iuxta cõmunem per Burſ.conſ.79.nu.7.lib.j. pro qua vide quę no.doc.in Apoſtil.ad Rom.conſ.70. nu. 6. vbi tãgunt quæſt.an is qui primò negat, mox pœnitentia ductus cõfiteatur, beneficiũ confeſſionis conſequi valeat? de quo per Iaſ.in l.ſicut autem.§.fi.3.limitat ff.de re iud Bar. & Iaſ. in l.eum qui.in prin.nu.3.ff de iureiuran. Iaſ.in §.omnium.n.86. in §.ex maleficiis.n.28. vbi Gomeſ.nu. 40. Inſtit.de act. & vide Clarum in pract.quæſt.81.ſtat.9.in fi. Bonacoſſ.

173 Inquiſitus negãs homicidiũ nõ poteſt poſtea probare, quòd fec. ad ſui defenſionem. Io.And.in regula, nullus pluribus. de reg.iu.in 6.Paul.de Caſtr.& Soc.in l.nemo prohib.ff.de excep. al.Bal.in l.vnica,C.de confe.Adde Pau.de Caſt.in 2.vol.cõſ.36.

Subiungit tamen Soc. quòd cõmunis opi.eſt in contrariũ. per deciſionem Imo.in l.Titia ſi non nupſerit.ff de cond. & demon. vbi ſi conuentus rei vendica.ab eccleſia, negauit rem eccleſiæ, & cõuictus, allegat rem liuellariam, admittitur: & tamen in nullo puni.vide Pan.in c.ſi quis.num.3.de ſolut. Idem.

a Per auctoritatẽ Imo.in c.fi.col.24.de ſol. vbi ſe reus negat numerationem eo caſu quoq; nõ habet locũ, auth.contra qui propriam.C.de non nu.pec. conuictus poteſt opponere excep.ſolut.& tamẽ in nullo puni.al.etiã Bal.in l.peremptorias. col.3. C. ſent.reſcin.non poſſ.adde Angel.Are.in §.1.col.14. Inſt.de excep. Vezin.

174 Quid in tutore vel curatore negãte ſe talem, an perdat beneficia cõpetente tutori & curatori? Iaſ. in l.j.col.3.& 4.C. de tranſ.tenet quòd non, & dicit ita conſuluiſſe, & quòd multi ſe ſubſcripſerunt. & idem vult in d.l.quod te.ſi cer.pet.

Adde etiam quòd negans perdit beneficium ſolennitatis extrinſecæ.Iaſ.in l.ſtipen.col.8.in fi.ff.de ver.obl. Idem.

175 An autem & quãdo negãtem poſſit pœnitere. vide Iaſ.in §.ex maleficiis.col.7. Inſt.de act.& in l.eum qui.col.3.ff. de iu.iur. & dicit quòd vbicunque tractatur de pœna augenda propter negationẽ, intelligimus ſemper de ea negatione, in qua quis perſeuerauit: ſed ſi confitetur nondum liquidato negotio per probationes, tunc euitat pœnam, ſeu damnum quod ex negatione emergebat.

Tamen in d.eum qui. dicit quòd vera ſententia eſt, quòd admitta.vſque ad litem conte.excluſiuè. Idem.

176 Negatiua nõ poteſt inducere impoſſibilitatẽ.vt habetur in l.gallus.in prin.ff.de lib.& poſth.& in c.1.de reg.in 6. Idẽ.

177 Negatiua mag. negat, quàm affirmatiua affirmet. Dec. in conſ.3.col.4.in prin.al.gl.c.cùm dilectus.de conſue. Idem.

178 Qui ſeipſum occidit pro confeſſo habetur tribus cõcurrentibus, & tunc confeſſio iſta tacita operatur tres effectus, quos refert Foller.in praxi.crim.4.par.3.part.nu.70.Do.à Fin.

179 Pro confeſſo habetur teſtis qui falſum depoſuit, ſi poſtea citatus non comparet.

Fallit in 17.caſib.quos no.Folle.in prax.crim.in ver.& ſi confitebuntur.in 4.par.3.par.nu.90. Don.à Fin.

180 Iudex promittens liberationem, impunitatémq. delinquenti, ſi delictũ cõfiteatur, nõ tenetur huiuſmodi promiſſionem obſeruare, imò ex tali cõfeſſione nõ obſtãte promiſſione impunitatis eidem facta poteſt poſtea illũ cõdẽnare, & excuſatur, ſecundũ Præpo.Alex.& Dom.de S.Gemi. in c. ſi quilibet.& c.vtile.22.quæſt.2.Fel.in c.accedens.el 2.vt lite nõ conte.& in c.afferte mihi gladium.de præſum.Dom.poſt Vguti.& Archi. in c.nos in quemquã in fi.2.quæſt.1.per tex.in c.vtilem.22. quæſt.2. & iſtã ait eſſe com.opi.Hier.Chuchalõ in add.ad Dec. in l. ea eſt natura.ff.de reg.iur.& Mod.in d.c.afferte mihi gladium. Quæ cõmunis ratione non caret: nã iudex ad inueſtigãdũ veritatẽ poteſt vti cauillationibus, ac etiam ſimulare, vt probatur in d.c.afferte mihi.& in c.non enim volebat Deus.22.quæſt.2.& propter vtilitatem publicã ad bonum finẽ permiſſa eſt ſimulatio.d.c.vtilem. Cõprobatur quoque ſecundo loco, & fortius, videlicet quod in malis promiſſis non expedit fidẽ obſeruari.c.in malis promiſſis.de reg.iur.li.6. Hinc eſt, quòd pacta contra publicam vtilitatem etiã ſi iuramento vallata ſint, minimè ſeruari debent.vt dicit Bar.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ.& in l.j.§.1.de dolo. Tertio loco comprobatur dicta cõmunis, quia non refert quo veritas habeatur, dummodo habeatur. l.cùm ſeruus.ff.de ver.ob. Poſtremò fulcitur iſta cõis: nam ſi licet excoriare, torquere, & alia nõnulla in corpore hominis fieri pro veritate habenda, tanto magis blãditiis, & bonis verbis, ſecũdum Archi.in d.cap.vtilem, & alios in locis præcitatis, imo iudex poteſt delatũ de crimine ad pœnam damnare ea ſola confeſſione, quam ab eo, promiſſa criminis impunitate, extorſit, & de iure id permiſſum iudici eſſe abſq; vllo peccato adſeruerunt Archid.in d.cap.vtilem. Domi.poſt Archid.in d.c.nos in quemquã. Fel.in præcitatis locis in c.afferte, & in ca. accedens. Pariſ.de Puteo in tractatu ſyndic.cap.ſaluus conductus.& c.de tortura.ver.& aduertendũ eſt. & Caterin. Cota in Memorabilibus, in ver.dolũ bonũ. In contrariam verò partẽ inclinauerunt cõplures Doc.videlicet quòd iudex teneatur dictã promiſſionẽ, & fidẽ ſeruare.Iac.de Belui. in practica crim.in rubr. de quæſtionib. vbi admonet iudices abſtinere à prædictis perſuaſionibus in ſpecie: ſed generaliter interrogẽt quod crimẽ cõmiſerit. & illam ſententiã ſequũtur etiã & audacter fatetur eſſe veriorẽ Dec & Cagn.nu.20.cũ aliis ſeq.in d.l.ea eſt natura, vbi Hier. Chuchalõ in addit.ad Dec. Gram.poſt alios relatos per eũ in q. 3. per totã, quæ reperitur in fine ſuarũ deciſionũ. & ita Io. de Imol. conſ.109.viſa inquiſitione, & iſtã vltimã ſententiã videtur ſecutus Fortunius in l.cõuentionum.ff.de pact.in q.illa.an iudex qui promiſſa impunitate criminis coegit à loco ſacro diſcedere, & ſecũ ire delinquentẽ, tenetur ei fidẽ ſeruare, &c. Sed in iſta ambiguitate, & in tot variis interpretũ ſententiis pro materia reſoluẽda vnũ explicitè præmittẽdũ eſt, quòd ex dicta cõfeſſione reus minimè puniẽdus eſt, niſi ſpe promiſſionis fruſtratus in ea perſeueret. tenẽt elegãter Io.de Imol.in d.cõſ.109.Dec. in d.l.ea eſt natura, circa fi.& in l.vnica.C.de ſen.quæ pro eo quod interest.n.25.Marſ.in l.1.n.15 ff.de quæſt.& in ſing.101.& 177.Alc. in l.natura cauillationis ff.de verb ſignif.& Gram. in d.q.3. Fortunius in d.l.conuentionum, & ibi expreſſius Duarenus.Iac.de Belui.in allegata practica crim in tit.de quæſtioni.n.140.Vbicũq; tamẽ criminis reus cõfeſſionẽ ita extortã reuocauerit, abſq. aliquo dubio opinor nõ poſſe, nec debere eã ea dãnari: & ita hanc vltimã opinionẽ veriorẽ eſſe arbitror, quæ placet Pari. de Puteo in tractatu Synd.in c.de tortura ver.ſequitur quæſtio quotidiana. Sed ſi in confeſſione fruſtratus ſpe promiſſionis reus perſeuerauerit, dãnari poterit ex mente omniũ Doct. cõmuniter, qui quæſtionem hanc tractauerunt, & ita opiniones ſuprà relatæ ad concordiam reduci ponunt. Viuius opin 405.

181 Confeſſio facta metu tormentorum, vel in tormentis, confitenti non præiudicat. l. obſeruare, C quor. appellat. ſed ad hoc vt præiudicet triginta requiruntur, quæ ponit Foller. in prax. crim in ver. & ſi confitebuntur. in 3. par. 3 par. vbi etiam ponit 12. effectus.

Fallit vt no. Carer. in d. l. n. 172. videas Marſil. in l. 1. ff. de quæſtio. fallit vt per Marſ. in l. 1. §. quæſt. n. t. ff. de quæſtio. Do. à Fina.

182 Cõfeſſio facta nõ præcedẽtibus indiciis, nõ probat neq; præiudicat, l. pen. vbi gloſ. ff. de quæſtio. Ang. in l. 1. C. de confeſ.

Fallit in 4. caſib. quos no. Foller. in prax. crim. in 3. par. 3 par. verſic. & ſi confitebuntur. nu. 4. fallit vt not. Carer. in d. l. obſeruare, num. 181. Idem.

183 In confeſſione quis cogitur perſeuerare, multos hoc tenentes allegat Caret. in prax. crim. d. l. obſeruare. nu. 190. vbi limitat. Idem.

184 Confeſſio minoris, ſine curatore nõ valet. fallit vt not. Caret. in ſua praxi. in §. circa quartum, num. 9. vide pulcherrimam diſtinctionem in repet. in cap. ex parte. de confeſſ. fol. 72. n. 2. Don. à Fina.

185 Confeſſio rei extorta à iudice, cum promiſſione impunitatis, facit vt poſſit reus condemnari. Ita communem eſſe dicit Apoſtil. ad Dec. in l. ea eſt natura. de reg. iur. nu. 7. Plaza in lib. 1. delic. cap. 37. nu. 7. & ita tenuit Cy. in l. præſenti. C. de his qui ad eccleſ. confug. & Alcia. in l. natura, in, ſ. de verbo. ſign. Contrariam verò, ſcilicet quòd non poſſit reus condemnari; com. dicit Cagnol. in l. ea eſt natura. de reg. iur. nu. 18. & idem atteſtatur Remigius de immunit. eccleſ. fallentia 26. Sed priorem magis communem dicit Boſſ. in tit. de confeſſio. per tortur. nu. 12. quę & Claro communior videtur, ſed poſterior æquior. clar. d. §. fi. quæſt. 55. ver. circa ſecundum. P. Fichard.

186 Confeſſio rei qui eſt minor annis valet, etiamſi ſine authoritate curatoris facta ſit. Ita communiter practicari dicit Bald. in l. 1. nu. 59. c. de confeſ. quem refert Pariſ. de Puteo de ſyndico nu. 7. Ange. de maleſi. in verbo comparuerunt, & confitentur totum, nu. 8. ſubdens ridiculum eſſe, ſeruare contrarium. clar. d. quæſt. 55. ver. vlterius. P. Fichard.

187 Confeſſus ſponte, & in confeſſione perſeuerans, nec cã reuocans, non auditur appellans. l. non tantum. ff de appellat. no. in l. addictos, c. de epiſ. aud. & in l. addictos. c. de appell.

Fallit vt not. carer. in praxi crim. l. obſeruare nu 46.

Fallit in multis caſi. vt per Viuium in ſuis concluſio. in ver. confeſſio. & ſi vis videre an ſententia ſit neceſſaria in ſponte confeſſum, videas Azo. in repet. cap. nos in quemquam. 2. quæſt. 1. nu. 22. Don. à Fina.

188 Confeſſio ſocij criminis facit indicium. Bar. in l. ſi ſeruus & in l. repeti. §. 1. ff de quæſtio. multos allegat hoc tenentes caret. in praxi crim. l. obſeruare, num. 122. vbi limitat. vide Marſ. ſing. 209. Don. à Fina

189 Confeſſio mandatarij contra mandãtem facit indiciũ. Bald. in conſ. 97. vol. 5. multos allegat Caret. in d. l. nu. 223. vbi limitat. Don. à Fina.

190 Confeſſio, & inculpatio offenſi in mortis articulo facit indiciũ. Ang. in l. ſi quis in graui. §. ſi quis moriẽs, ff. ad Sylla. fallit vt per carer. in d. l. n. 124. vide Marſi. ſing. 22. latiſſimè videas in meo tractat. de indi. in cap. de dicto offenſi. Don. à Fina

191 Cõfeſſio extorta per pacẽ facit indiciũ, doctor. in l. tranſigere. c. de tranſactio. fallit vt per caret. in d. l. n. 125. Don. à Fina.

192 Confeſſio cum qualitate, putà quando quis confitetur occidiſſe hominem ad ſui neceſſariam defenſionem pro parte acceptari poteſt, & pro parte nõ, vt eſt communis opin. clar. quæſt. 55. ver. poſſet quoque. vide Portium concluſ. 15. lib. 1. Ant. Gabriel. concluſ. 19. lib. vij. Iaſ. vt vim. num. 13. ff. de iuſtit. & iure. Poſſet tamen ipſi reo prodeſſe, non probata d. qualitate, ſcilicet ad ſui neceſſariam defenſionem, quia poſſet puniri pœna extraordinaria. Quod intellige, ſi contrà eum non adeſſet aliquod aliud legitimum indicium, & quando eodem verborũ contextu facit d. confeſſionem qualificatam, ſecus ſi ex interuallo: quia tunc ex tali confeſſione poteſt ad mortem cõdemnari, ſi nõ probet illam qualitatem, quam in ſuis defenſionib. probare poteſt. Etiam quòd ſimpliciter ab initio cõfeſſus fuiſſet homicidium, vt eſt communis opio. Clar. verſ. fortè poſſet. et ideo cautius aget, ſi reſpondet negando homicidium, & ſi id fecit, feciſſe dicat ad ſui neceſſariam defenſionẽ, vt eſt com. opin. Clar. d. quæſt. 55. verſ. cautius. Bonac.

193 Confeſſio abſente parte facta, per teſtes ſingulares non probatur, vt eſt communis concluſio. Alc. conſil. 2. lib. 1. num. 5. Etiã ſi plures ſiot, quia nõ cõiunguntur, vt per eũ. de iure autem canonico ſecus eſt. Alc. conſ. 6. n. 26. comm. dicit. Bonac.

194 Confeſſio erronea, etiã in criminalib. ſpõte facta, reuocari poteſt, ſi quis vult docere erraſſe, & errorẽ probare. vide Soc. reg. 64. 65 & 66. Sed non ſufficit contrariũ velle probare per torturã. Bene poteſt deducere aliquid, quod poſſit ſimul ſtare cum d. confeſſione. Licet cõtrariũ ſeruetur, loquit clar. d. quæſt. 55. quia cõfeſſione ſpõte facta, vel ratificata extra tormenta, nũqua admittitur reuocatio, niſi probato errore, vide omnino Donatũ in ſuo lib. regularum 3 de iudiciis in ver. confeſſio. ſed tu diſtingue, prout diſtinguit blacus in tract. de indi. & tortura. nu. 18. vbi dicit, quòd aut eſt error facti, aut iuris: ſi facti poteſt reuocare reus eius confeſſionem. Si iuris, & tunc non poteſt reuocare. vide Marſ. ſing. 257. & quando noceat vel non noceat confeſſio reo. vide per Marſ. ſing. 339. Bonac.

195 Confeſſus ſe occidiſſe talem, poteſt ſe defendere & allegare, illum talem fuiſſe bannitum, furem, vel adulterum, in furto vel adulterio deprehenſum. clar. q. 56. in prin. Bonac.

196 Confeſſus crimen poteſt ex confeſſione condẽnari. communis eſt opi. clar. q. 65. Et vnica ſufficit cõfeſſio ſpontanea, vt eſt communis opi. clar. ibi, ver ſed quæro etiam ſi confeſſio fuiſſet facta iudici abſente accuſatore in forma iudicij, & iudice ſedẽte pro tribunali, etiã quod iudex procedat ex officio, quia iudex acceptat pro eo, nam in criminalibus proceditur ad inſtar ciuilium. Sadoletus in l. non fatetur. §. ſi quis abſente, col. 9. ver. prædicta ff. de confeſſis. Et ideo ſi fur ſit confeſſus coram iudice, illa confeſſio prodeſt domino, & facit plenam fidem pro eo abſente: quia iudex repræſentat perſonam ſuam, & ſibi acquirit Alex. in l. is apud quem. nu. 27. C. de eden. confitens autem maleficium iudici in camera, non autem ad tribunal, nũquàm infamatur, neque ex illa confeſſione damnatur. Et ideo adſeſſores faciunt ſemper duci malefactorem ad tribunal, vt ibi confiteatur in forma iudicij, vt dicit Angelus in l. ictus fuſtium ad finem. ff. de his qui notantur infam. & practica eſt, vt ſemper ſcribi faciant, q; ſententia fuit lata in termino, & poſt terminum, & ipſo iudice ſemper pro tribunali ſedente, & eſt valde tuta hæc quidem practica. vt dicit idem Ang. in l. ſi prætor. col. 1. ff de iudic. Si verò confeſſio ſit facta in tormẽtis, vel extra tormenta, non poteſt reus condemnari, niſi perſeueret in ea & ratificet. vt per Clar vbi ſuprà. Si tamen reus omnino ſit legitimè conuictus, non eſt aliud quærendum. Sed debet iudex reum condemnare. Et ita practicatur. Clar. quæſt. 66. in prin. & ſufficiũt minores probationes ex qualitate delicti, quod ſecundum q; communiter contingit, reputatur difficilis probationis: vt putà famulus aufugit, furtũ fuit factum domino. Nã ſatis dicitur conſtare de ipſo furto, vt eſt cõmunis opin. Clar. q. 66. ver. 1. idem ſi oſtendatur aliquod ſignum, ſeu veſtigiũ alicuius circunſtantiæ, ex qua veriſimiliter præſumi poteſt furtum commiſſum fuiſſe: putà, ſi reperiatur fractura in hoſtio, vel pariete, vel arca. clar. ibi. Bonac.

197 Confeſſio partis probat cõtra confitentem. fallit in 46. caſib. in quibus confeſſio non præiudicat, quos refert Fran. Hercu. in tract. de negatiua, nu. 196. Don. à Fina.

198 Confeſſio partis officio iudicis extorta probat. fallit in 13. caſib. vt per Frã. Herc. in trac. de negatiua. n. 199. Do. à Fina.

199 Cõfeſſio per interrogationẽ factã parti probat. Ampliatur in 4. ca. & limitatur in 5 ab Her. in d. trac. n. 204. Do. à Fin.

200 Cõfeſſio facta de mille ſi oſtẽdetur ſe particulas recepiſſe, vt quinquaginta, tũc in reliquis ſolutio nõ facta probatur: hãc regulã cũ vnica limitatione ponit Her. vbi s. n. 221. D. à Fi.

201 Confeſſio facta in libello ſupplici nocet. l. cum precum, & ibi Bar. C. de lib. cauſa.

Ampliatur in 2. caſibus & limitatur in 10. à Port. lib. 1. ſuarũ concluſ. reg. 13. Ampliatur & limitatur per Curt. iun. in l. cùm te. C. de tranſactio. Don. à Fina.

202 Confeſſio inducit notorium. cap. veſtra, & cap. tua nos. & cap. ſi. de cohab. cleric. cap. cum olim, de verb. ſig.

Fallit in 6. caſib. quos not. Ben. Capr. in ſuo tract. in tit. de notorio, nu. 27. Don. à Fina.

203 Reus cõfitẽs ſe plura furta cõmiſiſſe diuerſis tẽporib. à diuerſis perſonis, nõ per hoc debet cõdẽnari, quia talis cõfeſſio eſt nimis generalis, cũ nõ cõſtet de reb. abſtractis. Ang. in ſuo tract. maleſi. in verbo, & veſtẽ. v. quod ſi aliquis. & refert Hyp. de Marſ. in rub. de probat. ver. & per exẽplũ. Idẽ dicẽdũ eſt in eo qui confitetur ſe hominem occidiſſe, ſi nõ cõſtet de corpore illius, talis enim confeſſio nũ noceat confitenti debet ergo

in primis cõſtare de occiſo corpore,& de re furto ſubtracta, antequã reus puniri poſſit. Hypp.de Mar. *vbi s.*& notãdũ eſt, quod ſi agatur de violentia, quæ per teſtes ſit probata contra violentum, vel de furto probato contra furem ſuper rebus ablatis, vel per violentum, vel per furẽ, ſtatur iuramento illius qui paſſus eſt vim, vel ipſum furtũ, & hoc vbi per teſtes nõ poteſt probari, quod res fuerint ablatæ, vel aſportatæ, per *l. ſi quando. C. vnde vi. cap. ſi. quod met. cau.*& Hyppol. de Marſ. *in rub. de probatio. ver. item iure.* Bellac.

204 Confeſſio in tormentis,& metu tormentorum, à pari procedunt, ſecundũ doct. poſt Bal. *in l. interpoſitas. C. de tranſact.*& eſt communis, ſecundum doct. quos citat & ſequitur Burſ. *conſ. 201. nu. 7. lib. 2.* Bonac.

205 Confeſſio partis probatur per teſtes dicẽtes de præſentia tantùm, licet non dicant de intelligentia, ſecundũ communem per Burſ. *conſ. 2. nu. 16. lib. j.* poſt Dec. *in c. at ſi clerici. nu. 21. in fi. de iud. in l. poſtquam liti. nu. 8. C. de pact.* Idem.

206 Confeſſio ſubius tormenta nullis præcedentibus indiciis,& millies firmata non nocet iuxta communem, de qua Burſ. *conſ. 201. nu. 18. lib. 2.* Idem.

207 Cõfeſſus reus per errorẽ, ſi diceret ſe cõfeſſum per errore, audiretur, errore ſcilicet probato, vt eſt cõmunis opin. de qua *Burſ. de cõfeſſis. nu. 60.* Et eſt neceſſe omnino probare errorem, vt eſt communis opin. *ibi nu. 65.* quia non ſufficeret tortura, ne propter variationẽ poſſet torqueri. vt ibi. Bonac.

208 Cõfeſſio corã iudice in loco nõ tribunali,& ſic in loco nõ iudicij facta, fidẽ nõ facit, neque valet. no. *in l. j. C. de confeſ.* fallit in 4. caſibus, quos not. Socinus *reg. 66.* Don. à Fin.

209 Cõfeſſio de credulitate ita præiudicat, ſicut cõfeſſio de veritate, glo. *in c. ex literis, de iureiur.* glo. *in l. quare, ff. de iuriſd. om. iud.*

Fallit vt per Soc. *reg. 68.* Don. à Fina.

210 Confeſſus crimen regulariter pœnã nõ patitur, ſecus ſi per ſententiã fuerit cõdẽnatus, *l. ſi confeſſus, de cuſtod. reorũ:* mitius enim agitur cũ confeſſo, quàm cum conuicto. Fallit in 2. caſibus vt per Fel. *in c. at ſi clerici. de iud. n. 5.* fallit vt per Dam. *reg. 133.* fallit in 3. caſibus vt per Soc. *reg. 70.* Don. à Fina.

211 Confiteri non dicitur qui tacet in criminalib. *l. pen. & l. inter eos. §. vetare. de furt.*

Fallit vt per Soc. *reg. 392.* fallit vt per Bartand. *in praxi. crim. reg. 121. nu. 18.* Don. à Fina.

212 Confeſſus & conuictus legitimis probationibus, condẽnatus non appellat. *l. obſeruare curabis, C. quorum appellat.*

Ampliatur & limitatur in 6. caſibus, vt per Carer. *in d. l.* fallit in 8. caſibus, vt per Pet. Duen. *reg. 156.* Don. à Fina.

213 Confeſſio facta extra iudicium ſine cauſa, non inducit obligationem. *l. cum de indebito. §. ſin autem ff. de prob.*& ibi Bal. Guid. Papæ *deciſ. 176.* inducit tamen ſemiplenam probationẽ, ſiue facta ſit cum ſcriptura, ſiue ſine ſcriptura. Ioan. Conſtantinus *in comment. in conſtitutiones regias. art. 28.* Alex. *conſ. 4. nu. 20. 1. vol.*& ad hoc vt talis confeſſio probet, ille cui facta fuit ea cõfeſſio debet allegare aliquam cauſam, & ſic validaretur ea confeſſio, quæ alias eſt indiſcreta, vt ibi per Alex. Bellacomb.

214 Pro confeſſo habetur, qui delatorem ſuum corrumpit. *l. eius qui delatorem, ff. de iure fiſci.*

Fallit in 7. caſib. quos no. Folle. *in praxi. crim. ver. & ſi confitebuntur in 4. par. 3. par. nu. 69.* Don. à Fina.

215 Confeſſio ficta defuncti non tranſit ad hæredem, neque ei nocet, *l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſ.*& ibi Bat. *& l. Manichaos, C. de hære.*

Fallit vt per Fran. Turz. *concluſ. 177.*

Fallit vt per Rom. *ſing. 306.* fallit in 6. caſi. vt per Ang. Bero. *in cap. at ſi cler. de iud.* Don. à Fina.

216 Confeſſio conditionalis voius actus, qui ſimul & ſemel fuit adhibitus, non poteſt pro parte acceptari: hanc eſſe commun. opin. atteſtatur Boer. *deciſ. 339. num. 3.*

Ampliatur & limitatur per Bapt. à Villa. *concl. 145. in litera C.* Don. à Fina.

217 Cõfeſſio ſine cauſa valet quo ad ſemiplenã probationẽ: & ſic quamuis non faciat plenam probationem, faciet ſemiplenam. Spec. *in tit. de confeſ. §. nunc videndum ver. ſed nũquid.* Rom. *conſ. 373.* Alex. *conſ. 4. vol. 1.* ſi verò in ea priuata ſcriptura facta ſine cauſa fuerit appoſitũ iuramentum, tale iuramentũ faceret valere eam ſcripturam. Rom. in eo conſilio, quem ſequitur Hypp. de Marſ. *in ſuo tractatu de proba. verſiculo, ſcias tamen.*& cũ talis priuata ſcriptura ſit facta ſine cauſa, faciet ſemiplenam probationem, poterit iudex deferre iuramentum in ſupplementũ parti eã producenti, conſiderata paucitate pecuniæ & qualitate petẽtis. ita Romã. *eo loco in fine.* Bellacomb.

218 Confeſſio in tormentis facta, poſtea ratificata, expreſsè nocet, ſecundum Paridem de Puteo *in trac. ſyndic. c. an ex confeſſione.* Gramm. *conſi. 40. nu. 14. & 15.* magis tamen communis opinio eſt in contrarium, ſecundum Roman. *conſil. 107.* referente Burſ. *conſi. 201. nu. 25. lib. 4.* Bonac.

219 Confeſſio duobus teſtibus probatur, per Barto.& Iaſ. *in l. admonẽdi. de iureiur.* Alciat. *conſi. 2. nu. 7.* poſt *Dec. conſ. 310. nu. 10.* quod commune ait Octau. cacheran. *dec. Pedemont. 76. nu. 29.* referente Bur. *conſi. 166. nu. 21. lib. 4.* Idem.

220 Confeſſio in tormentis non præcedentibus indiciis nõ nocet, etiam ſi poſtea ſuperuenirent: etiam ſi eſſemus in crimine læſæ maieſtatis, ſecundum Bar. *in l. maritus. ff. de quæſtio.*& ita communiter teneri per doct.& aduocatos ait Albert. *in d. l. maritus nu. 4* Clar. *§. fi. q. 64. ver. dixi etiam.* refert Burſ. *conſ. 201. nu. 41 lib. 4.* vide Iaſ. *conſi. 188. nu. 2. lib. 4.* Idem.

221 Cõfeſſio extraiudicialis (licet etenim doctorũ verbis vti in placitis illorum recenſendis) nullius eſt ponderis. cõmune inquit Fel. *in c. at ſi clerici. de iud.* Sed fallitur, nã huiuſmodi cõfeſſio etiã abſente parte facta applenè probat, iure põtificũ, vt cõmune teſtatur idẽ Fel. *in c. ſi cautio. de fid. inſtr.* Dec. *cõſ. 63.* Alc. *in rub. n. 8. ff. de ver. ob.* Cur. iun. *cõſ. 168. n. 2.* de iure autẽ Cæſareo parte abſente facta indiciũ, vt frequẽs placitũ affirmãt Alc. *in c. cùm nõ ab homine. n. 98. de iu.* Marc. An. *de iud. nu. 204.* ſeu potius ſemiplenã probationẽ gignit, vt receptũ aſſeuerãt idẽ Marc. An. *in illomet trac. n. 108.* Crau. *in antiq. par. 1. ver. propoſitum noſtrum. nu. 30.* Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 22. ver. confeſſio. & q. 55.* At parte præſente, atque expreſſim acceptante, ſi huiuſmodi cõfeſſio extraiudicialis fiat, vel etiã corã iudice incompetenti, integram & perfectam fidem concinnabit. vt commune inquiũt Ber. *in c. at ſi clerici. n. 142. de iu.* Iul. Clar. *d. q. 55. ver. vnum tamen ſcias.* E. Suarez,& Vezinus.

222 Cõfeſſio facta in vno iudicio probat etiã in alio. licet ad diuerſũ finẽ intẽtato inter eaſdẽ perſonas, ſec. Inn.& Pan. *in c. per inquiſitionẽ n. 12. ext. de elect.* Io. And. *in c. 2. de ord. cog.* Doct. communiter *in l. 2. C. de eden.* Balb. *dec. 134.* Villal.& Vezin.

223 Confeſſio facta eo cuius intereſt, præſente,& nõ expreſſim acceptante, nõ perfectè probat, vt receptũ dogma effatur Iaſ. *in l. error. n. 3. C. de iur. & fact. ign.* Rip. *n. 22.* Alc. *n. 3. in rub ff. de ver. obl.* Verius tamen multi cõtrariũ cẽſent, quos expiſcaberis ex Alex. *in l. ſiuus hæres. n. 3. C. de repud. hæred.* Caccial. *in repet. l. admonẽdi. n. 146. ff. de iureiur.* Soc. *cõſ. 128. n. 6. lib. 2.* Glau. *n. 29.* Dec. *nu. 8. in l. poſtquam lite. C. de pact.* Dec. rurſus *in c. at ſi clerici. n. 28. iudic.*& Duenas, qui iam in cõmune aſſerit *regu. 119.* At confeſſio parte abſente facta, ſemiplenã abſque dubio probationem inducit, vt frequenter placitum inquiunt *Cra. de antiq. 1. part. arg. 3. nu. 30.* Vigius *lib. j. opin. 49.* E. Suarez.

224 Cõfeſſio propria in vno iudicio facta nocet in alio, cõmune ait Pan. *in c. per inquiſitionẽ. n. 12. de elect.*& qui latè hãc rẽ agit I. Clar. *in pract. §. vlt. q. 54. verſ. pen.* Intellige aũt quod vt & hæc cõfeſſio in iudicio facta plenè probet, exigitur partis aduerſæ præſentia, vt luculenter probãt *l. certum ſi quis abſente. ff. de confeſſ. l. vlt. ff. de interroga. act.*& eſt commune illic axioma, cuius rationẽ ſcribit Paul. *in l. generaliter C. de nõ nu. pecu.*& ſi hac in re nõ leuiter cæcutierit Fel. *in c. 1. n. 5. de lit. cõteſt.* Reb. *in ll. Gallic. tit. de chirographis. nu. 68.* F. Suarez.

225 Confeſſio extraiudicialis nõ ſufficit ad probationẽ delicti, vt eſt comm. opin. Clar. *q. 55. in prin.* licet ſufficiat ad torturam. comm. eſt opin. de qua Marſ. *ſing. 310.* Bonacoſ.

226 Confeſſio facta corã iudice incõpetẽti, nõ valet in vim iudicialis cõfeſſionis, ſed in vim extraiudicialis, cõm. eſt op. Clar. *in ver. præterea, q. 54.*& cogitur per iudicẽ cõpetẽtẽ perſeuerare in ipſa cõfeſſione. Modus aũt cogendi, ſi reuocat cõfeſſionẽ ſine cauſa, eſt remediũ tormẽtorũ, quia iudex nõ debet pati ſe illudi. Et ita ſeruat pract. adſeſſorum, vt dicit Bal. *in c. per inquiſitionẽ nu. 2. de electio. & elec. poteſta.* Bonacoſſ.

227 Confeſſio qualificata operatur, vt confeſſus non poſſit ad mortem condemnari. *dec. Pedemon. 60. nu. 9.* communem dicit. Bonacoſſ.

228 Confeſſio criminalis extraiudicialis, vel coram iudice incõpetenti, ſi ſit facta præſente parte & acceptante, facit plenã fidẽ contra cõfitentẽ, vt eſt comm. op. Clar. *q. 55. ver. vnum*

tamen. Neceſſe tamen eſt, vt expreſſa ſit acceptatio, non tacita. Cla. ibi, ver. vnum tamen. Licet in practica tales confeſſiones non præiudicare confitentibus ad plenam probationem, dicat, ſi eam poſtea reuocant, ſed torquentur, vt in ea perſeuerent. Niſi tot alia argumẽta concurrant ex quib. dici poſſit, quod omnib. ſimul iunctis de crimine plenè liqueret. Item poteſt dicere reus, quod talis confeſſio non fuit facta iudici pro tribunali. Clar. ibi, verſ. item poteſt. Bonacoſſ.

229 Confeſſio quæ emanauit extra ipſam cauſam, de qua principaliter agitur, etiam pœna ordinaria puniri poteſt, licet directò actum non fuerit contra cõfitentem. communis eſt opi. Clar. quæſt. 55. ver. poteſt etiam dicere. Bonacoſſ.

230 Confeſſio extorta à iudice cũ promiſſione, ſpe, & blanditiis in criminalibus non probat, nec ea ea quis condemnari poteſt. Clar. quæſt. 55. ver. allegare. Bonacoſ.

231 Confeſſio, vbi prius non conſtat de delicto, non eſt ſufficiens, vt poſſit ex ſola confeſſione quis condemnari. communis eſt opin. Clar. quæſt 55. poteſt etiam. Conſtat autem de delicto, vt ad effectũ ſuper eo procedi poſſit. Clar. quæſt. 4. Sed ad effectum, vt qui ex ſola confeſſione poſſit condemnari, ſi delictum quod reus confitetur eſt tale, quòd ſolo animo perfici poſſit, vt eſt hæreſis. Et tunc ſola confeſſio (modo eſſet veriſimilis) ſufficeret: vel confiteretur reus vnũ, aut plura cõmiſiſſe homicidia, vel multa furta: nec exprimit in ſpecie, quos homines trucidauerit, aut cuius res furto ſubtraxerit, non debet ex tali confeſſione condemnari. Aut cõfitetur adulteriũ, vel furtũ, & ſimilia, & ſit querelatus a parte, & cũ querela cõcurrat confeſſio rei, poterit condẽnari ex cõfeſſione: vbi verò nõ adſit querela, aut aliqua informatio, non ſufficit ſola cõfeſſio. Et ideò cõfitentes matia & mõtes, nõ condẽnantur, niſi mittãtur nuncij ad habendũ informationẽ. Aut cõfitetur homicidiũ, incendiũ & ſimilia, & tũc, niſi viſo & reperto facto, vel inſpectione, quis ex ſola confeſſione non poteſt condẽnari. vt ibi ſuſius per Clar. d. quæſt. 55. ver. quomodo. vbi cõmunes opiniones eſſe probat in caſibus ſuprà enumeratis. Quandoque tamen iudea poteſt moueri ad iudicandũ etiam ea aliqua cõfeſſione corã ſe facta viua voce, & non in actis ſcripta. Fel in. in cap. cũ venerabilis n. 42. de except. quod dicit nunquam obliuiſcendũ. quia mirabiliter eſt ad q. vtrum iudex poſſit indicare ſecũdum non allegata, neque probata. Sed dic, quòd iſtud non procedit in criminali, niſi prius cõſtet de delicto, & poſtea ſequatur cõfeſſio. Et hoc eſt apud practicos modernos in ſolemni cult , vt dicit idem Fel. in cap. audiuis. nn. 30. ver. tamen condemnandus. limita, vt per Fel. in c. qualiter. §. 1 de accuſat. vide ad ſupradicta, Alphanũ in ſuis collectaneis. n. 289. Bunac.

232 Confeſſio minoris in criminalibus abſque curatore obeſt omnino. Clarus quæſt. 51. ver. vlterius. comm. dicit. Bonac.

233 Cõfeſſio ſi ſuper proceſſu nullo emanaret, tutior eſt via, quod reus abſoluatur ab obſeruatione iudicij. Saluo iure procedendi rectius & melius. Clar. d. quæſt. 55. ver. item poteſt. vbi communem dicit. Bonacoſſ.

234 Confeſſio extraiudicialis nihil operatur. Fel. in cap. at ſi clerici. de iudi. communem dicit. Vezinus.

Quo ad materiam huius communis cum ſeq. de iſtis confeſſionibus extraiudicialibus nota l. y. tit. 7. lib. y. For. ll. dicentes confeſſionem extraiudicialem nõ probare, niſi teſtes ſint vocati ſpecialiter ad hoc, idque tempore confeſſionis: vel ſi facta ſit in ſcriptis, vel in hora mortis: quia tunc probat contra ſe, non tamen contra alium. & vide 57. tit. 13. par. 3.

Fallit primò, de iure canonico: quia plenè probat etiam abſente parte. Alci. in rubr. de verborum obligat. ff. nn. 8. & Fel. in cap. ſi cautio. de fid. inſtr. com. dicit. Villal. & Vezin..

235 Et quo infertur, quòd in terris ſubiectis eccleſiæ, abſẽte parte plenè probat. Cur. iun. conſ. 168. n. 12. cõmunẽ dicit. licet Alex. conſ. 323. vol. 2. cõmunem dicat contrariã: quẽ Dec. conſ. 63. reprehendit & dicit communem priorem. Villalub. & Vexin.

Fallit ſecũdò, quòd licet nõ probet, facit tamẽ indiciũ: Alc. in cap. cum non ab homine. nu. 98. de iudi. Marcus Ant. in tract. de indi. & tort. nu. 204. cõmunem dicit, quã intelligit Bald. in l. j. C. de cõfeſ. niſi reus reuocauerit ante, quàm ponatur ad torturã.

De iure verò regio licet reuocet, nihilominus facit magnã præſumptionem; vt in l. cxxx. 2. ſtyli.

Amplia dictũ Bal. etiam ſi confeſſio ſit geminata, quia prætextu erroris poteſt reuocari. Iaſ. in l. errorem. nu. 8. de errore cal. C. communem dicit.

Fallit tertiò, quia licet non probet confeſſio abſente parte, facta tamen ex cauſa, quæ ſi vera eſſet obligaret confitentẽ, inducit legatũ. Cur. iun. conſi. 96. nu. 4. communẽ dicit. Idem.

236 Confeſſio extraiudicialis cum infamia, eſt, ſecundum cõmunem doctorum ſententiam, ſufficiẽs indicium ad torturã. Quod latè declarant Phil. Dec. in c. at ſi clerici. nu. 17. ver. alia opinio principalis eſt. Nic. Boët. in ſuis deciſionib. q. 90. & nouiſſimè Iac. Non. in trac. crim. in 1. c. inci. ſuperioribus annis. n. 11. pag. 20. li. mei. & Marc. Ant. Blanc. ad l. fi. ff. de quæſt. nu. 204. ver. confeſſio extraiudicialis. poſt Lud. Caretiũ in cauſ. crim. §. ſeptimum indicium eſt confeſſio extrà iudicium facta de delicto. num. 1. pag. 56. Petr. Follerius in pract. ſua crim. in verb. & ſi confitebuntur. verſ. ſequitur vt videamus ſecundo loco de confeſſionibus extraiudicialibus. nu. 22. Huius concluſionis quoque meminerunt Iulius Clarus in libr. v. ſent. q. 21. ver. confeſſio extraiudicialis. & Claud. de Bartãdier in ſua praxi crimina. reg. 54. Kircbouius.

237 Cõfeſſio facta extra iudiciũ, nõ præiudicat cõfitenti. gl. in l. 1. in verbo, apud iudices ff. de interrog. actio. Bellacomb.

Confeſſio debiti recepti apertè denotat liberationem. l. pecunia. & ibi gl. C. de ſolut. Bellon.

238 Quæro, an confeſſio extraiudicialis facta, parte abſente, probet? Reſp. Communis & recepta eſt ſententia, quod probet ſemiplenè, non autem plenè, vt teſtatur Matth. de Afflic. in deciſ. 337. nu. 6. Eam tenet gl. & Panor. d. c. fi. de ſucceſ. ab inteſt. Bar. & Doct. in d. l. admonendi ff. de iureiur. & ibi Iaſ. n. 149. dicit hanc eſſe commu. opinio. Pau. Pariſ. conſi. 120. nu. 4. vol. 1. Hyp. Rub. C. de proba. n. 89 & in ſing. 329 Av. Cra. trac. de antiq. tempo. par. 1. viſo de verbis. nu. 45. Maran. d. Rub. nu. 12. Licet cõtrarium teneat Salic. l. in bona fidei. C. de rebus credit. M. Graſſ.

239 Confeſſio facta abſente parte in fauorem abſentis, inducit ſemiplenam probationem, ſecundum gl. vlti. in l. capite 5 ff. de adult. & ita ſentit Bartol. conſil. 123. factum ſic ſe habet, in l. admonendi. ff. de iureiur. quem ſequitur D. Ant. in c. fi. extra de confeſ. & in c. fi. de iure. exe. Bald. in l. 1. C. de fur. conſil. 261. vol. 3. & alij quamplures relati matri. & conſil. 373. in ſecundo dubio. Cor. Pau. de Caſt. conſi 82. & 255. Ro. in l. 1. ff. ſol. mat. Pet. Duen. in ſuis regulis, in reg. confeſſio extra iudicium: & iſtam ait eſſe cõmunem opi. Clauera in tract. de antiquitate temporũ, in 1. par. argumento 3. n. 30. & Mod. in d. l. admonendi, vbi ponunt exemplũ dictæ communis, ac eam pleniſſime declarant. F. Turz.

240 Quæro, An confeſſio extraiudicialis parte præſente facta, plenè probet? Reſp In hac quæſtione Doct. ſententiis variant. Namq; Cy. in l. vnica. q. 6. C. de confeſ. tenet quod plenè non probet, etiamſi pars ſuit præſens, niſi quoque acceptet confeſſionem. eandem firmat Imo. in c. ſi cautio. de fid. inſtr. ibi Fel. nu. 23. Iaſ. l. poſtquam lite. n. 2. C. de pact. Cur. ſenior conſ. 77. nu. 1. Alex. conſi. 111. nu. 7. vol. 7. Franc. Rip. nn. 22. ff. de ver. obl. Et eam dicit eſſe communem Iaſ. l. error. nu. 3. C. de iur. & fac. ignor. Alciat. rub. nu. 3. ff. de ver. obl. M. Graſſus.

Contrariam ſententiam tenet Ant. de Bu. c. fi. nu. 12. de confeſ. ibi Abb. nu. 15. & eam dicit eſſe veriorem, & plurib. authoritatib. fulcitam. Alciat. ſibi contrarius in trac. præſump regu. 2. præſumpt. 21. nu. 9. eandem firmat Baptiſta de S. Sener. in rep. l. admonendi. ff. de iureiur. vbi dicit hoc eſſe de mente omnium Canoniſtarum in c. cum dilect. nu. de ſucceſ. ab inteſt. Et dicit hãc eſſe veriorem in iure Catel. Cotta in memorialibus iuris, verb. confeſſio. el 2. Et eam tenet quoque Hyp. in rubr. C. de proba. nu. 96. & in l. de vnoquoque. nu. 124. ff. de re iudi. And. ab Exea. lib. pacto. nu. 4. vbi dicit cõtrariam opinionem eſſe rigidam. Hãc quoque dicit eſſe communem opinionem Maran. in Spe par. 6. rubr. de confeſſ. nn. 2. M. Graſſus.

241 Probatio admittitur contra fictam confeſſionem, i. contumaciam. communis eſt opi. D. Rol. à Valle conſil. 47. nu. 29. in 3. volu. Bonac.

242 Cõfeſſio facta per aliquem præiudicat illi qui habet cauſam ab eo. l. ſi ſuperatus. §. fi. ff. de pig. Pau. Caſt. in l. etiã ſi. in prin. ff. ad ſen. tuſcon. Velle. n. 7. Soc. conſi. 32. nu. 4. in 3. volu. Idem.

243 Confeſſio minoris abſque vlla vllius curatoris authoritate emiſſa, vt illi noceat, praxi generali receptum eſt: quemadmodum atteſtantur Ang. de maleſic. ver. comparuerunt, & cõfitentur totum. nu. 8. Iul. Clar. in pract. §. vlt. q. 55. verſic. vlterius E. Suarez.

244 Confeſſio nõ acceptata non nocet, vt tradit Bar. in l. nõ ſolũ. §. ſi liberationis. ff. de liber. leg. ex cõmuni de qua Burſ. conſ. 158. nu. 18. lib. y. qui citat Gabriel. tit. de confeſſ. concluſ. 1. num. 39. Bonac.

Confeſ-

245 Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturã, ex communi per Mendoſ. ad Rom. *con. 3. 3. in fi.* de qua per Burſ. *conſ. 166. nu. 2. lib. 2.* Idem.

246 Cōfeſſio nō prodeſt confitenti quãdo prius negauit; & ſic ſtante ſtatuto, quod cōfeſſis ſponte pœna minuatur: nō minuitur ei, qui antea & à principio negauit, licet poſtea faſſus fuerit, ſecundum Bar. *nu. 4. in l. eum qui. ff. de iureiur.* Bald. *in l. ſi vnus e ſ. tu. §. fi. ff. pro ſocio,* Salyc *in l. contra negantem. C. ad l. Aquil.* & Soc. *in l. non vtique, nu. 7. ff. de except.* vbi perhibet iſtam eſſe communem opinionem.

¶ In contrariã verò partem, videlicet, quod talis cōfeſſio profit reo, etiã ſi poſt negationem ſtatim cōfiteatur, inclinarunt Ang. Bal. Saly. & Recentiores *in d. l. eum qui,* vbi Iaſ. *n. 8. & ſeq.* eandem ſententiã amplectitur, atq. communem, & Fel. quoque *in c. cæterum de iud.* & cū eadē opinione cōcurrit etiã Tiraq. copioſè *in tract. de pœnis temperandis in cauſa 30. nu. 11. & ſeq.* Sed primã partem tanquã magis communem, & magis veram, mihi ſequendã fore decerno, prout ei inhæret etiã vltra præcitatos Doctores, & multis quidem optimis, & efficaciſſimis rationibus Caſtil. epiſcopus ſimonè *in repet. rub. nu. 400. & ſeq. ff. de fideiuſ.oribus,* D. Follerius *in pract. crim. in 1. par. 3. partis in ver. ſi confitebuntur, n. 87. cum aliis ſeq.* & Phanuecius *in tract. de iureiurando in 3. par. 3. membri, nu 13. & ſeq.* vbi vtiliter reſoluit, an hoc procedat ante litis conteſtationem, vel poſt; & firmat etiã cum aliis relatis per eum, non prodeſſe confeſſionem criminis in cauſa appellationis ad conſequendum dicti ſtatuti beneficiū reo, qui in prima inſtantia delictum negauit. Viuius *op. 136.*

247 Cōfeſſio de mutuo, quãuis nō præiudicet quominus opponi poſſit exceptio nō numeratę pecunię intra biēnium, vt *in §. 1. Inſtit. de literarū obligatio. & in l. in contractibus C. de non numerata pecun.* & no. Fel. *in c. ſi cautio, num. 45. cum aliis ſeq. de fi. de inſtr.* vbi hoc ponit pro regula veraſeum amplationibus, & limitationibus, & Bernard. de Luco *in regul. 249.*

Nihilominus ſi confeſſio ipſa de debito geminata ſit, tunc nō poſſet opponi exceptio hæc nō numeratæ pecuniæ, ſecundum gl. *in d. l. in contractibus §. 1. in ver. penitus,* Abb & F . *nu. 56. in d. c. ſi cautio in fi.* & iſta eſt com. opin. Viuius *opin 137.*

248 Cōfeſſio extra iudicium abſente parte facta in fauorem abſentis, inducit ſemiplenã probationē, ſecundū gl. *in l. capite quinto. ff. de adul.* Ant. *in c. .de cōfeſ.* Bal. *in l. 4. C. de fur.* Caſt. *conſ. 82. & 255.* Rom. *in l. 1. ff. ſol. mat. & conſ. 373.* Corn. *conſ. 261. vol.* Bar. aliolque antiquos, & Moder. *in l. admonendi ff. de iureiur.* qui ibi aiunt iſta eſſe cōmunem regula, & cōmunem opinionem ait Alex. *conſ. 152. nu. 19. vol. 5.* gl. & Abb. *in c. fi. de ſucceſſio. ab inteſta.* & Fel. *in c. ſi cautio, nu. 22 cum aliis ſeq. de fi. de inſtru.* vbi hoc ponit pro regula cū ampliationibus, & limitationibus, & Marſ. etiã *ſingul. 202. in ſcis regulam.* & Cæſar Vrſillus *in addi. Afflicti in dec. 105. deciſ. 364. n. 7. & ſeq & dec. 375.* & eã ſequitur Crauet. *in trac. de antiquitate temporū in 1. par n. 50.* vbi narrat iſtã eſſe cōmunem opinionem, & Syluanus etiã cum aliis ſignatis per eum, *conſ. 44. nu. 7. & ſeq.* Marcus Antonius Blancus *in l. fi. de quaſt. ſeu in tract. de indiciis, num. 205* & Vrſillus *in add. Afflicti in d. deciſ. 364. num. 3.*

Imò iſta communis ampliatur procedere etiã de iure canonico, quòd confeſſio ipſa facta abſente parte valeat, vt per Fely. *in d. cap. ſi cautio, num. 27.* & per Ruinum *conſ. 70. nu. 5. vol. 4.* qui cum aliis aggregatis per eum concurrit cum hac ſententia, & appellat eã eſſe communem, & Soc. iun. quoq. *conſ. 32. nu. 18. vol. 2.* & Dec. *conſ. 163. in cauſa matrimonij, qua Mãtua agitatur, ſub num. 1. & ſeq.* Sed magis communis opinio eſt in contrarium, videlicet, quod confeſſio facta abſente parte aliter non probet de iure canonico, vt tradit Alex. *conſ. 180. in cauſa Anglorum col. 3 vol. 2.*

Ideo retenta ſententia de iure ciuili tãquã veriſſima, quòd confeſſio ipſa extraiudicialis abſente parte facta valeat, & faciat ſemiplenã probationē, interpretatur modò vtiliter, vt nō procederet in cōfeſſione geminata, quæ haberet tūc vim confeſſionis iudicialis, etiã ſi ſine cauſa fuerit facta, ſecundū Bar. *in l. cum ſcimus. C. de agri. & cēſ. lib. 11.* per illum tex. Rom. & Iaſ. *nu. 8. in l. ſed ſi poſſeſſori §. fi. ff. de iureiur.* Fel. *in d. c. ſi cautio, n. 39.* & Dec. *in d. conſ. 163. ſub nu. 2.* & iſta eſt communis opinio, cū qua ceneurrunt etiã Iaſ. *in §. in perſonam, n. 48. Inſtit. de actio.* Bertran. *conſ. 175. n. 6 vol 1. & conſ. 175. nu. 6. vol. 2.* Ruinus *conſ. 72. n. 1. & 3. vol. 4.* Marſ. *in l. 1. n. 40. C. de fica. & in l. 1. §. quaſt. ſub n. 2 ff. de quaſt* Gratus *conſ. 50. in præſenti, nu. 21. vol. 1.* Maranta *in tracta. iudiciorum in 4. par 5. actio. num. 115.* Syluanus, *num. 57. nu. 16.* qui eſt communem vltimū Boër. *conſ. 40. nu. 74.* & Soc. iun. *in rub ff. de ver. obl. n 280. & ſeq.* & Iacobus Philip. Portius ſeu potius Antonius Gabriel. *in concluſio. 22. Geminata confeſſio lib. 3.* vbi hoc ponit pro regula cum ampliatione, & limitatione.

Item non haberet locū in cōfeſſione facta ad liberãdū debitorē; videlicet, ſi Gregorius eſſet debitor Dominici in aliqua pecuniarū ſumma, & cōfiteretur in abſentiã ſui debitoris ſibi extitiſſe factã ſolutionem per prædictū debitorem dictæ quãtitatis pecunię, tunc quippè talis cōfeſſio ita & taliter facta abſente parte, plenè probaret, & pręiudicaret ipſi cōfitēti, ſecundū Glo *in l. nō ſolum §. ſi liberationis verba ff. de libe. leg.* Alc. & Iaſ. *in l. poſtquã lis C de pact.* Viſil. cū cæteris allegatis per eū *in add. Aff. in d. dec. 364. nu. 7.* & Cottã *in memorali in v. cōfeſſio facta abſente part.* vbi ait, quòd etſi talis cōfeſſio nō valeret in vim obligationis pacti, nihilominus valeret in vim meræ probationis, atq. profitetur ibi iſtã eſſe cōmunē opinionē.

¶ In contrariã verò ſententiã, videlicet, quòd confeſſio emanata ad liberãdum abſente aduerſario, nō præiudicet cōfitenti, inclinauit Glo *in l. idem in duobus ff. de pact.* Bar. *in d. §. ſi liberationis verba* Lanfr. *in c. quoniã cotra. in c. de cōfeſſionibus, ſub nu. 31. de probat.* Capicius *in dec. 33 nu 2. & 5.* Fel. cumulatiuè *in d. c. cautio, num. 32.* Ex quibus conſtat iſtã eſſe magis communem, magiſque verã ſententiã, prout de ea teſtatur quoque Cotta *in d. memoriali in verſ. confeſſio abſente parte in fi.* qui meminit iſtum caſum pendere in facto, & relinquit indeciſum. Tamē veritati ipſe inhærendo, ſequitur prædictã opinionem Bar.

Item cōfeſſio extraiudicialis facta de aliquo delicto facit indiciū ad torturã ſufficiens, ſecundū Gl. Bar. *nu. 1.* Ang. & alios *in l. capite quinto ff de adult.* Inn. *in c. ſicut, de teſti.* Bal *in l vnica C. ne confeſ. col 6.* Ang *in l. 1. col. fi. ff. eo. tit.* Inn. & Abb. *in c ſi quis in gradu, de purg. cano.* Flo. Abb. & cæteros omnes Canoniſtas communiter *in c. at ſi clerici de iud.* Rotã Rom. *dec. 422.* Bal. *in l. ſtellionatus. de v ſa.* & Fel *in c olim col 3. de reſcr.* Alex. Soc. Dec. & alios *in l. magiſtratib. ff de iuriſd. om. iud.* vbi exprimunt iſtã eſſe communem opinionem, & ſequitur Fran. Brunus *in trac. de indiciis & tortura, q. 3. prima partis, n. 14. & ſeq.* Marcus Antonius Blancus *in pract. crim circa fi. cautela 5.*

Quod quippe verum eſt, & procedit vbicunque illa confeſſio extraiudicialis probaretur per duos teſtes idoneos, & contestes de loco & tempore, tunc certè induceret ſemiplenam probationem, ſeu indicium ad torturã ſufficiens, vt tradit Afflicti *dec. 364. n. 4.* Alex. *conſ. 132. relectis, & ponderatis, nu. 26. vol. 5.* Fran. Cur. *in l. admonendi, nu. 190. cum aliis ſeq. ff. de iureiur.* Pariſ. *conſ. 153. nu. 29. vol. 4.* Vaſquius *de ſucceſ. creat. §. 4. nu. 43.* Cardinalis Albanus *in lucubratio. ad Bart. in l. certam §. ſi quis abſentem, ſub nu. 4. ff. de confeſſis,* & Marcus Anto. Blancus *in l. fi. ff. de q. ſeu in tract. de indiciis, nu. 206. & ſeq.*

Vbi addit etiã, quod requiritur quoque, vt ipſa cōfeſſio extraiudicialis alicuius criminis veriſimilis ſit, habeatque præexiſtentem cauſam, in qua cōſiſtat vtilitas & honor, vel quid aliud ſimile. Viuius *opin 138.*

249 Confeſſio facta per reum in tormentis, nullis, vel non legitimis indiciis pręcedētibus non valet, & ſic redditur nulla, etiã ſi millies ratificata ſit ad banchum iuris, nec ex ea poſſet ſequi condemnatio, ſecundum Glo. Bar *nu. 1.* Alex. *in 1. apoſtil.* & reliquos omnes, preſertimque Marſ. cū cęteris ſignatis per eum, *nu. 10. cum aliis ſeq in l pen. ff. de quaſt.* per tex. ibi, vbi *nu. 14.* refert mediãte ſuo patrocinio ob hoc euaſiſſe aliquos reos à pœna mortis, & eadem ſententiã ſequitur quoq. atque communem dicit Iaſ *conſ. 188. nu. 2. vol. 2.* & Marſ. *in l. 1 nu. 14. ff. de q.* Guido de Suzs. *in tract. de indiciis & tortura, ver. ſed quid ſi aliquis tortus, nu. 70.* Francíſ. Brun. *in tract. de indiciis, & tortu. q. 5. 2. par. num 4 . & ſeq.* Capicius *dec. 145. n. 3.* Io. de Arnono *in commentario 113.* Annibal Troyſius Cauenſis *in pragmatica 35. Inolenus, nu. 44.* Ru ius *in pract. crim. in tit. de confeſſis per torturam, nu 6.* Eminentiſſimus, ac Doctiſſimus D. Petrus Caleph tus pręceptor, & promotor meus *in conſ. 102. nu. 9. poſito inter conſ. crim. diuerſorum in primo vol.* & Alex. de Neuo, *conſ. 86. nu. 7. cum aliis ſeq.*

Vbi reſpōdet etiã, quod conſuetudo in contrarium diſponens, quod reus poſſit ad torturã poni ex Indiciis nō ſufficiētibus ad torturam, non valeat, neque teneat, & Grãmat. *conſ. crim. 21. nu. 18. cum duobus aliis ſeq.* Vbi ait eatenus hoc procedere, vt ſi ſuperuenirent indicia poſt torturam, & confeſſionem, confeſſio ipſa non deſineret ob hoc eſſe nulla, & tam ipſi cōfitenti, quàm alteri non pręiudicaret modo aliquo, &

ſequit

ſequitur Annibal Troyſius etiam *in d. pragmatica 35. incipiens, numero. 45.*

Imò inferens torturam in huiuſmodi caſu non præcedentibus indiciis ſufficientibus, peccat mortaliter, ſecundũ Ang. de Clauaſio *in ſua Summa Angelica in verbo Torturam in prin.* & Barth. Fumum in ſua Summa Armilla in ver. *Torturam, nu. 1.* & Syluest. *in eius ſumma in ver. tortura in prin.*

Imò inique torquens ſine indiciis præcedentib. tenetur læſo de iniuria, ac ad reſtitutionem etiam omnium damnorum, *l. itē apud. §. quæſtionem. ff. de iniur.* & firmauere frater Ioan. Tabienſis *in ſua Summa Tabiena in ver. Confeſſio ult. nu. 6* & Armilla *in ver. Tort. nu. 1.* & Bal. *in rub. C. de pœn. iud. qui malè iud.*

¶ Imo aſſerit Marſil. cum aliis aggregatis per eũ, quod inferens torturam indebite, & iniuſtè, teneatur pœna capitis, & etiã mortis, *in l. quæſtionis modum, num. 73. ff. de quæſt.* vbi admonet illã eſſe magis communem opinionem, quam ſequitur copioſè gl. *in cap. Regni item quòd in cognitionibus,* And. de Iſer. *in conſtit. Regni ſi damna clandeſtina col. 4.* & Carrerius *in pract. crim. fol. 52. nu. 200.* & Paris de Puteo *in tract. ſyndicatus in ver. Tortura. §. an ſi officialis. & in §. officialis poſuit ad cordam colum. 4.* In Regno vero torquens aliquem indebite, puniendus venit pœna carceris biennalis, & publicationis tertię partis bonorum, *cap. Regni 146. ſi iniſtè,* & ibi notat Ioan. Ant. de Nigris, *numero 79.*

Imò tortura etiam in crimine læſæ maieſtatis nõ infertur, nec inferri poteſt non præcedentibus indiciis text. ſt, & ibi gl. Cyn. Bal. Saly. & cæteri omnes communiter *in l. ſi quis alicui. C. ad leg. Iul. maieſtatis,* & eſt textus in Regno *in c. tormentis.* & ibi Io. Ant. de Nigris, *& in cap. in accuſatis, ſub n. 15.* vbi poſt Saly. *in l. 1. C. de quæſtio.* meminit iſtam eſſe communem opinionem, quam ſequitur etiam Ioan. de Arnono *in commentario 114.* diximus ſupra, & Follerius *in pract. crim. in 2. par. ſecundæ partis in ver. item quod commiſerit crimen læſæ maieſtatis. nu. 103.* D. Afflict. organum, & pater veritatis *in cap. 1. §. & bona committentium col. 4. in tit. quæ ſint regal. in vſibus feudorum.* & Hierony. Gigas *in tract. de crimine læſæ maieſtatis quæſtio. 26. numero 2. & ſequent.* Viuius *opin. 159.*

250 Si quis confiteatur in inſtrumento publico, vel priuata ſcriptura ſe recepiſſe mutuum, quod non recipit intra bienniũ efficaciter conueniri non poteſt, *l. in contractibus, C. de non numero. pecu.*

Fallit vt per Anto. Trigo. *ſing. 259.* videas latè *ſuprà in tract. except.* Don. à Fina.

251 Confeſſio facta coram minori magiſtratu, non ſufficit coram maiori iudice ad quem fit remiſſio.

Fallit in 3. caſibus vt per Purpu. *in l. magiſtratibus. nu. 15. ff. de iuriſdictio.* Don. à Fina.

252 confeſſio facta in contractu ſtipulationis inutili de mutuo probat mutuum. Bart. *in l. certi condictio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. petat.* vbi Purp. limitat & ampliat. *n. 73.* Don. à Fina.

253 Cõfeſſio delicti facta corã iudice incõpetẽti, nõ probat poſtea corã iudice cõpetenti, *c. at ſi clerici, in prin. de iud.*

Fallit in 2. caſib. quos not. Soc. *reg. 62*

Fallit in 5. caſib. quos not. Iaſ. *in l. magiſtratib. ff. de iuriſdic. n. 3.*

Fallit vt per Viuium *in verſ. confeſſio facta coram iudice.*

Fallit in 3. caſib. vt per Soc. *in d. l. magiſtratib. nu. 8.* vbi Alex. ponit duas limitationes. Fel. *in cap. at ſi clerici. in princ. de iud.* & de iſta cõfeſſione, an faciat indicium, & an ſequi poſſit condemnatio? videas Carerium *in prax. crim. legis obſeruare, n. 121. ver. quid autem de confeſſio.*

Fallit in 3. caſib. in quib. talis confeſſio nõ facit indiciũ quos not. Folle. *in praxi crim. ver. & ſi confitebuntur. in 1. par. num. 1.* Don. à Fina.

254 Cõfeſſio poteſt reuocari vſq; ad ſentẽtiã, probato errore facti *l. error, C. de iu. & facti igno.* Ampliatur *in 7. caſ.* & limitatur in 35. à Lancellot. *in tract. de offi. præto. in cauſis. cri. in tit. de confeſ. cri.*

Fallit vt per Marſ. *ſing. 452.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Iaſ. *in d. l. nu. 3. & ſeq.*

Fallit in 7. caſib. vt per Soc. *reg. 64.* Sed prætextu errori iuris reuocari non poteſt.

Fallit in 4. caſibus, vt per Soc. *reg. 65. & 69.* videas Carer. *in prax. crim. in §. circa quartum. nu. 182.* Don. à Fina.

255 Confeſſio facta in vno iudicio, probat in alio. Bal. *in l. iubemus, C. de lib. cauſ.*

Fallit in 3. caſib. vt per Baptiſt. à Villa. *cõcluſ. 141. in litera c.*

Ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 7. à Purp. *in l. is apud quem. C. de edendo, col. 21.* Sed confeſſio facta in vno iudicio potest in alio reuocari: hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Franc. Turza. vbi eam ſi mitat, *concl. 174.* Don. à Fina.

256 Confeſſio facta ab aliquo in iudicio, q. hominẽ occiderit, ſed ad ſuam defenſionẽ, poteſt à iudice in parte acceptari, & ſic quatenus confitetur ſe occidiſſe, poterit illum condẽnare, niſi probet defenſionem. Iaſ. *in l. vt vim. ff. de iuſt. & iure.* Marſ. *ſing. 185. incip. confeſſio.*

Fallit vt no. Tho. Ferretus, *caut. circa princ.*

Fallit vt per Carerium *in §. circa quartum, nu 263.*

Fallit in 6. caſib. ſecundum Puti. *in lib. 1. ſuarum concl. reg. 15.* Don. à Fina.

257 Confeſſio non requirit telã iudicij, nec curat de ineptitudine proceſſus, ideo cõfeſſus poteſt condẽnari etiã data ipſius proceſſus nullitate. Inn. *in c. qualiter. el 2. de accu.* Marſil. *ſing. 53.*

Fallit in 7. caſib. quos no. Folle. *in praxi crimi. ver. & ſi confitebuntur. num. 65.*

Fallit in 12. caſib. quos no. Fel. *c. qualiter, §. licet antẽ. de accu.*

Fallit in 7. caſib. vt per Fel. *in c. at ſi clerici, de iud. n. 2.* Don. à Fina.

258 Confeſſio facta per aliquem ſponte, & in iudicio, quod occiderit vnum hominem, qui non apparet, nec reperitur occiſus, non valet, nec ligat confitentem. Ang. *in l. [illegible] col. 2. ff. de cõfeſſ.* Cæpo. *in repet. auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit.* Fallit in 2. caſib. quos ponit Diaz *regul. 24.* Don. à Fina.

259 Confeſſio [illegible] facta coram incompetenti indice, & ſi faciat indicium ad torturam, ſecundum communem, limitatur tamen, vt locum non habeat, quando coram cõpetenti iudice ante torturam ea fuit reuocata, iuxta deciſionem Bal. *in l. 1. col. pen. in fi. C. de confeſſ.* quam dicit communem Roland. *conſ. 31. nu. 17. lib. 3.* vbi dicit centum eſſe debere reum torquendum, vt dicat ſe expreſſe reuocare dictam confeſſionẽ: quia ea reuocatio valebit etiam non docto de errore & ſequitur Iaſ. *in l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iudic.* vbi dicit hoc notandum *in practica.* Puch. & Ferrat. *cautel. 27.* Rolan. *d. conſ. nu. 28.* vbi quod confitens coram iudice cõpetenti, & ſi rogatus perſeuerare in ſua confeſſione, ſi eam non reuocet, id tamen verum eſſe arbitratur, ſi de cõfeſſione orta eſt ſuſpicio, vel infamia, aliàs ſecus, ſecundũ communem *ibi & nu. 19.* vbi quod cõfeſſio facta incidenter coram iudice incompetente, non facit indicium ad torturam: quæ cõfeſſio incidenter facta coram ordinario non ſufficit ad condẽnationem, quãuis ſi principaliter facta eſſet, ſufficeret. Roland. *d. conſ. nu. 20. & ſeq.* qua in materia dicit ipſe, quod confeſſio nõ nocet confitenti, quãdo contra eum ſententiatum fuit, teſte Hyppol. *in rubr. C. de probat. nu. 116. & ſing. 257.* Quas concluſiones declara, vt latius per Roland. *d. conſ. & conſ. 3. col. 17. lib. 3.* vbi plura de confeſſione inquiſiti tam in tormentis, quàm extrà. & *ibi nu. 28.* quid de cõfeſſione qualificata. Quibus omnibus adde quod cõfeſſio cui nõ creditur, pœnam non inducit, ex not. per Rom. *conſ. 167. n. 4. & ſeq.* confeſſioniq; euanuatæ metu tormentorũ indiciis non præcedentib. non creditur, & ſi in ea perſeueratũ fuerit, teſte Bar. *in l. pen. ff. de quæſt.* Mathe[illegible] *ſingul. 155.* Alex. *cõſ. 5. poſt princ. lib. 1. conſ. 144. nu. 5. conſ. 180 poſt nu. 10. lib. [illegible].* Boër. *q. 90. prope fi.* Dec. *conſ. 187. col. 7.* Paiſ. *conſ. 163 in fi. lib. 4.* & eſt communis opin. ſec. Iaſ. *in l. qui in aliena. §. Celſus. ff. de acq. hæred. n. 30.* Debent enim indicia præcedere ad hoc, vt quæ metu tormẽtorum euelluntur, validam probationẽ indicant. *l. milites. §. oportet. C. de quæſ.* adeo vt dicamus reum pro quo laborant indicia, torqueri non poſſe, niſi alia magis grauia ac præponderantia contra eũ laborent. tex. *in l. 1. §. ad quæſtionẽ. ff. de quæſt.* Rom. *d. conſ. 16[illegible].* Grammat. *conſ. criminal. 38. nu. 2[illegible]. conſ. 57. nu. 24. voto 34. nu. 19.* & adeo ſubſtantialis eſt ordo, vt indicia torturam præcedant, quod & ſi eandẽ ſecuta fuerint, neque tortura, neque ea quę eius metu extorta ſunt, recõualeſcũt. Rõ. *d. conſ. 16[illegible]. nu. 6. & ſingul. 131.* Boer. *q. 163. poſt nu. 8.* Gram. *crimin. conſ. 21. nu. 29.* Dec. *in c. at ſi clerici. col. 3. de iudi. in l. quod initio. n. 4. ff. de regul. iur.* Fel. *in c. ad noſtram col. 1 de probat.*

262 Confeſſio procuratoris tutoris curatoris, facta per modum contentioſæ iuriſdictionis, præiudicat domino, pupillo, & adulto. Bar. *in l. certum. §. ſed an & ipſos. num. 1.* vbi ipſe inter modum voluntariæ & contentioſæ iuriſdictionis eleganter diſtinguit. *ff. de confeſſ.* Et idem Barto. *in l. non ſolum. in princ. ff. de procura.* Phil. Cornæ. *in conſi. 175. in 4. volu.* Dec. *in conſil. 221. numero 1.* Iaſon. *in conſi. 47. numero 4. in 1. volum.* Et hanc tritam concluſionem Doc. appellat Rol. à Valle, *in conſilio 70 numero 5. in 1. volum.* De qua doctrina copioſè ſcribunt iuris Cano-

nici

nonici interpretes, *in cap. ſi.* Henric. Boich. *n.* 40. *cum ſeq.* Io. de Imo. *nu.* 8. *&* 9. & Pao. *nu.* 10. *ext. de confeſ.* Kirchouius.

263 Confeſſioni tutoris, curatoris, procuratoris, executoris, aut alij adminiſtratoris ſtādum non eſt, de recepta pecunia in præiudicium pupilli, minoris, hæredum, & aliorū, niſi de enumeratione aliter appareat: & ſic confeſſio hæc procuratoris, & aliorum huiuſmodi de recepto pupillo, domino, & aliis, nulla apparente numeratione, præiudicare nequit, vt tenuerunt pro conſtanti Bar. & Imo. *in l. ſi debitorem. per illum text. ff. de nouat.* Bal. *in l. omnes §. 1. C. de quadri. præſcri. in cap. ex inſinuatione. ext. de procu.* Ang. *in y. l. §. fin. C. de quadri. præſcri.* Bart. Bald. Ful. Roma. Paul. Caſtr. Alex. Soc. & cæteri, *in l. ij. §. fin. ff. ſi. cer. pet.* Fede. de Sen. *conſ.* 43. Bald. *conſ.* 287. *dicta mulier, vol.* 4. Paul. Caſt. *cōſ.* 32. *circ. prin. in ſi. vol.* 2. Fulg. *conſ.* 209. *duobus, per totū,* Maria. Soc. *conſil.* 3. Alex. *conſil.* 132. *in cauſa, & lite, vol.* 4. Fran. Aret. *conſil.* 4. *ex facto proponitur,* Barb. *cōnſil.* 8. *ſapienter, vol.* 2. *&* *conſ.* 17. *clementiſſimum, vol.* 4. Ruin. *conſ.* 140. *nu.* 4. *& ſeq. vol.* 1. Dec. *conſil.* 146. *&* *conſil.* 493. & alij innumeri coogeſti per Tiraq. *in tract. de vtroque retractu, in tit. de retractu conuentionali. §. 4. gloſ. 6. nu. 12. & ſeq.* vbi ſcribit iſtam eſſe communem ſententiam, & magis cōmunem dicit Follerius ſuper *pragma. de cēſibus, in ver. qua quidem executio nulla falſitatis, nu.* 51. Contrarium verò voluerunt Bald. *in l. nā & nocere. in fi. ff. de pact.* Fed. de Senis *conſil* 54. Pau. Caſt. *conſil.* 34. *vol.* 1. Cuma. *conſil.* 31. Saly. hoo. Cuma. Fulg. Curt. Zaſi. Al. *in d. l. 2. §. fi. ſi cert. peta.* Im. *in cap. ſi cautio, ext. de fid. inſtr.* Barb. *conſil.* 18. *vol.* 3. Iaſ. *in l. duob. reis. ff. de iureiur.* & cęteri relati per Tiraq. *in tract. de retract. in tit. de retractu conſanguineorum, & §. 1. gloſ. 18. nu. 90. & in d. tit. de retractu conuentionali. §. 4. gloſ. 6. num.* 13. & iſtorum opinionem dicit æquam, & in practica ſeruari Zaſi. *in d. §. fin.* Et quamuis Tiraq. & Folleri. quęſtionē iſtam, & altercationem indeciſam, indefinitamque dereliquerint: nihilominus remoto omni timore primam partem Bar. & ſequacium, tanquam veriorem, ſuſtentabiliorem, communioremque ſequi poſſumus in actu practico, quam ſequitur, tuetur ab omnibus contrariis, & ait communem Bolognetus, *in d. l. ij. §. fi. nu.* 44. *cum aliis ſeq.* & Io. Cępb. *conſ.* 101. *nu.* 18. *& ſeq. vol.* 1. v. Viuius *opin.* 145. & E. Suarez.

264 Confeſſio facta ad liberandum inter abſentes, non valet in vim pacti liberatorij. Iaſ. *in l. tale pactum, nu. 2. ff. de pactis.* valebit tamen talis confeſſio ſeu declaratio in vim merè probationis ad liberandum, quo ad excludendam obligationem per huiuſmodi probationem. ita Bal. in eo loco, & ibi inquit eam opinionem communem eſſe, & ſic valebit in probationem ſolutionis illius debiti. Bal. *in l. ſi. C. de confeſſis.* Alex. *conſ.* 245. *nu.* 5. *in* 6. *vol. & conſ.* 115. *in* 7. *vol.* Aret. *conſil.* 60. *nu.* 1. Bell.

265 Confeſſio facta ad liberandū non requirit cauſam. *l. tale pactū. ff. de pactis.* ſecus ad obligandum, quia nō valet ſine cauſa: nam diceretur indiſcreta, & ſic nihil valeret. *l. cum de indebito. ff. de proba.* Iaſ. *in dicta l. tale pactum. nume.* 4. *ff. de pact.* Idem.

266 Confeſſio ad hoc vt inducat plenam probationem, requiritur quòd ſit facta non ſolū parte præſente, ſed etiā ipſa parte eam acceptante, ſecundum Alexand. *conſil.* 20. *in cauſa appellationis in prin. volu.* 4. Sed Socin. *conſil.* 228. *in cauſa Gabrielis. ver. non obſtat vnum. volu.* 2. dicit communem opinionem eſſe in oppoſitum, quòd imò preſentia ſola ſufficiat in fauorabilibus ipſius preſentis. nam tunc etiā parte non acceptante expreſsè, talis confeſſio plenè probat. Mat. Chærianus.

267 Eſt verū, quod Alex. *in d. conſ.* 20. pro ſua opi. adducit vnū bonū ſimile, videlicet quòd teſtis deponēs, quòd talis protulit talia verba preſente Titio, nō dicitur probare quod Titius intellexit. Eſt cōmun. opi. ſec. Iaſ. *in l. ij. §. voluntatē. ff. ſol. mat.* Idē.

268 Non ſtatur confeſſioni coniugum dicētium affinitatem præceſſiſſe. *ca. ſuper eo. de eo qui cog. conſan.* 15 *ſuæ.* etiam ſi eſſet rumor de hoc, ſecus ſi fama: vt ibi per gloſ. & doct. item ſecus quoad ſeparationem thori. *ca. ex literis. de diuor.* Curt. *in repe. l. admonendi. in* 108. *col. de iureiurand.*

269 Confeſſio dotis à marito facta non nocet creditoribus. fallit in 8. caſibus, vt per Socin. *in l. 1. ff. ſol. mat. numero* 87. Don. à Fina.

270 Confeſſio dotis licet ſit iuramento firmata, tamen opponi poteſt exceptio non numeratæ dotis, *l. fin. C. de non num. pecun.*

Fallit in 2. caſibus per Socin. *in d. l. 1. num.* 81. Don. à Fina.

271 Confeſſio ſeu in iudicio, ſeu extra iudicium ab vno ex pluribus correis debendi facta, nec aliis nocet, nec prodeſt, vt frequenter interpretibus probari ſcripſit vir egregius, & mihi multis nominibus obſeruandus Io. Ronchegallus Gioldus *in l. ex duob. nu.* 16. *nu.* 71 *ff. de duob. reis.* E. Suarez.

272 Cōfeſſio facta ſacerdoti nō debet reuelari, & dato quòd reuelet, ſibi nulla fides eſt adhibenda. fallit vt per Viui. *in ſuis cōclu. in ver. cōfeſſio,* ſeu ea quę fallit in 3. caſi. vt per Rip. *in trac. de peſte. in tit. de remed. ad curandā peſtē, num.* 107. Don. a Fina.

273 Fugiens à publico carcere, pro confeſſo & conuicto habetur. *l. eos, ff. de cuſto. reorū,* & ibi eſt magis cōmun. opi. ſed viginti duo requirūtur quę numerat Folle. *in praxi crimin. in ver. & ſi cōfitebuntur. in 4. part. 3. part. n. 45. & ſeq.* vbi ponit effectus.

Fallit in 3. caſib. vt per Viuium *in ſuis cōclu. in ver. fugiens.* Don. à Fina.

274 Cōfeſſio dotis receptę præſumitur facta ſpe futuræ numerationis, & competit exceptio non numeratæ dotis, *l. fin. & auth. ibi poſita, C. de dote cauta non num.*

Fallit in 5. caſib. quos no. Bar. Soc. *in l. 1. ff. ſol. mat. nu.* 75. Ampliatur & limitatur in 3. caſi. ſecundum Fel. *in c. ſi cautio. de fide inſt. nu.* 59. Don. à Fina.

275 Confeſſio dotis facta conſtante matrimonio pręſumitur facta animo donandi, & non pręiudicat marito. Bart. *in l. 1. ff. ſolu. matr.*

Fallit vt per Soc. *in d. l. 1. nu.* 102. Don. à Fina.

276 Præceptum de ſoluendo factum à iudice in confeſſum nō dato libello, ſed ad ſimplicem requiſitionē creditoris, eſt interlocutoria, nō diffinitiua, ſec. gl. *in l. ſi. in ſi. prin. in v. iudicialis, C. de in. do. imp.* Bart. *in l. ij. in l. non fatetur. ff. de confeſ.* Bal. *in l. ſi. §. neceſſitate. C. de bo. quæ lib. Iac.* de Are. *in l. à procedente. C. de dila.* Ang. *in l. ſi debitor. ff. de iud.* Et dicitur ſententia præcepti. 2. *q. 1. c. nos.* & poterit fieri etiam die feriata ob hominum neceſſitates, & iudice non ſedente, & reuocari contrario imperio, ſecundum eos. Secus ſi dato libello emanauit confeſſio: quia tunc non fit præceptum, ſed ferri debet ſententia diffinitiua, ſec. gl. *in d. c. nos. in § ſuſcepto, in auth. de exhib. reis. col. 5. in l. proinde ff. ad leg. Aqui.* Iac. Bu. Bart. Ange. & docto. prædictos vbi ſup. & do. Alexan. *in d. l. ſi debuerit.* Licet Bald. in 1. caſu dixerit, tale præceptum eſſe diffinitiuum *in l. error. C. de iur. & fac. igno.* & glo. *in l. ſancimus. C. de adm. tut.* dixerit eſſe tertiam ſpeciem ſententię, tamen communiter tenetur vt ſ. Balb. *dec.* 72.

277 Confeſſio facta in teſtamento ex qua ius parti acquiſitū fuit irreuocabiliter, & quę facta fuit parte pręſente cui ius quęritur, & acceptante, aut alio pro eo eſt irreuocabilis, quamuis teſtamentum ipſum reuocetur. B. ●o. *in l. cùm quis decedens. §. codicillis. ff. de leg.* 3. Bald. *in l. rationes. C. de probatio.* Roma. *conſi.* 171. *nume.* 7. alias confeſſio facta in teſtamento quę non fuit acceptata, renocato teſtamento & confeſſio erit reuocata. Bened. *in repe. c. Raynutius. in verbo, teſtamentum.* 2. *num.* 4. & neque per talem confeſſionem debiti factam in teſtamento à teſtatore, quę à nullo fuit acceptata, inducetur probatio, niſi facta fuiſſet parte præſente, aut pro ea aliquo acceptante. *Bar. in l. Lucius. §. quiſquis. ff. de leg. ij.* vel niſi ea confeſſio in abſentia facta fuiſſet iurata. Socin. *conſi.* 294. *in* 2. *parte.* & Oldradus *conſi.* 291. Bellac.

278 Confitens ſe debitorem alicuius in aliqua ſumma pro reſto, &c. poteſt cogi ad ſoluendum, quia talis confeſſio habet in ſe cauſam. Sal. *in l. 1. num. 6. C. de confeſ. & per l. Publia ff. depoſi. & per l. cùm ſeruus. ff. depoſi.* Alc. *in additio. ſuper Bart. in l. cum de indebito. §. ſi. ff. de proba.* Alex. *conſ.* 141. *in* 6. *vol. & conſ.* 4. *n.* 17. *vol.* 1. Bellac.

279 Pater in ſuo teſtamento nō poteſt pręiudicare filio quo ad ſuam legitimam. Alex. *conſi.* 57. *nu.* 2. *volu.* 5. Corn. *conſi.* 174. *nu.* 7. *vol.* 1. Bellac.

280 Confeſſio inter perſonas inter quas eſt prohibita donatio, eſt ſuſpecta de fraude. *l. cùm quis. §. Titia. ff. de lega.* 3. ob id confeſſio facta per patrem confitentem ſe pecuniam à ſuo filio quem habet in poteſtate habuiſſe, & quam pecuniam dicat ad ipſum filium pertinere, non valet, & redditur ſuſpecta. *l. donationes. C. de don. inter vir. & vxor.* niſi tempore ipſius cōfeſſionis filius ille eſſet in aliquo exercitio, vt veriſimile ſit eū filiū eam pecuniam habuiſſe, quam pater fuit confeſſus: & hoc edocto talis confeſſio teneret & probaret. Barto. *in l. cùm oportet. C. de bon. quæ libe. in prin.* Alex. *conſilio* 18. *nu.* 4. *&* 8. *in* 2. *volu.* idem in confeſſione facta per ſacerdotem confitentem ſe debitorem ſuę concubinę, non probaret. matris verò confeſſio in fauorem filij, in caſu in quo poteſt diſponere, valet: aliàs nō. Decius *conſi.* 184. Bellac.

281 Statur confeſſioni factę in libello ſupplicatorio porrecto principi, ſicut ſtatur confeſſioni factę in libello conuentionali.

li. *l. cum precum. C. de libe. cauſa.* dato quòd talis confeſſio facta ſit parte abſente, eo quod facta ſit in ſcripturs, quæ ſemper loquitur. *Bart. in l. certum. §. ſi quis abſente. ff. de confeſſ.* Iaſ. *in l. conditions. num. 4. C. de inſtit. de ſubſti. & reſt. ſub condi. factis.* Idem.

282 Confeſſio cum aliquo adiuncto facta, tunc ex parte probari, ex parte improbari ab aduerſario poteſt, cùm adiunctum in ipſa rei confeſſę geſtione non ſimul interueniſſe dicitur: alioquin vtrunque accipi, aut vtrunque eiurari neceſſe eſt. Exemplum eſto illius, confiteor centum mihi mutuo data, ſed intra annum ſoluenda, vel cum Titius meus debitor me nomine liberarit: huius verò adiuncti ſit exemplum, cùm accepta quidem mutuò quinquaginta ſeſtertia confiteor, ſed iam ſoluta eio. vt commune atteſtatur Boër. *deciſ. 339. num. 3.* quod in criminalibus etiam receptum, & ſtatur, & accuratè explicat Iul. Clar. *in pract. §. vlt. quæſt. 55. ver. poſſet.* E. Suarez.

283 Confeſſionem dubiam confitens poteſt declarare: ſecus ſi confeſſio ſit clara. Alex. *conſ. 107. nu. 5. vol. 7.* Vezinus.

284 Ad hoc vt confeſſio dicatur geminata, & vt operetur effectum geminatę confeſſionis, debet eſſe facta pluries, & diuerſis temporibus, alioquin non ſufficeret ſæpius fuiſſe reiteratam vno iter & eodem tempore. Bald. *in l. 1.* & Iaſ. *in l. ſi certis annis, C. de pact.* Idem.

285 De pronunciatione poſitionum pro confeſſis ex decreto, ſcribit Nicol. Moron *tract. de fide & pace, par. 1. quæſt. 26.* vbi etiam agit de eo qui recuſat reſpondere ipſis poſitionibus, nec vult iurare de cal. poſt Bal. *in l. ij §. quod obſeruari. C. de iuram. cal.* Neuiz. *conſ. 6. per tot. conſil. 7. conſ. 8. nu. 65. conſ. 79.* Matheſ. *ſing. 37.* Nat. *conſ. 93. conſil. 363.* Rol. *conſil. 90. num. 16. & ſeq. lib. 3.* poſt Rom *ſing. 695.* & de obſcure reſpondentibus idem Rom. *conſil. 455.* vbi inter alia, quòd reſpōſio indeterminata refertur ad interrogationem, & obſcurè reſpondens ſimilis eſt nihil reſpondenti contumaciter. Rom. *conſ. 321. in fi.* vbi paria ſunt nihil fateri, vel ita reſpondere, vt incertus dimittatur interrogator. Oldr. *conſ. 81. col. 2.* Dec. *conſ. 440. in fi.* Rom. *d. conſ. 455. nu. 2. & nu 3.* quòd reſpondere monitus, contumaciter tacens habetur pro confitente: & quando quis eſt contumax in reſpondendo, an morā purgare poſſit & quomodo? Dic, quod mora ab eo purgari nō poteſt, qui fuit cōtumax in reſpōdendo poſitionibus, quando à decreto appoſita fuit dies & pœna. Alex. *conſil. 14. libr. 3.* Nat. *conſil. 53. col. 5.* vbi reſpondet contrariis, & ibi quid quando iudex præfigit terminum, quid quando lex.

286 Qua in re, in prac. ſunt qui vtantur infraſcriptis duabus cōcluſionibus: Cùm poſitiones ipſo iure pronūtiatæ ſunt à decreto, ob tarditatē reſpōdere debētis, nec requiritur alia pronūciatio, ſtāte verbis decreti: quinimò poſtquàm à decreto & ſic à lege fit executio, nō poteſt mora purgari. Doc. *in l. ſi inſulā. de verb. ob.* Aym. *conſil. 216. n. 23.* Itē etiā poſt terminū legis, mora nō purgatur. Idē Aym. *conſ. 166. n. 15.* Nat. *conſ. 53. col. 5. cōſ. 364.* Oſaſc. *deciſ. 71. n. 55. & ſeq.* Qui etiā in mat. recuſan. reſpōdere poſitionib. & denegā. iurare de cal. ſcripſit *dec. 113.* Bellac.

287 Quæ autem requirantur vt poſitiones habeantur pro cōfeſſis, declarat Cur. *tract. poſitionum, col. 3 cir. fi. & col. 5. in princ.* vbi ponit fallentias quarum vna notabilior videtur, quòd non procedit regula in interrogationibus, ſed in poſitionib. tantū, quia interrogans nihil ponit: intellige, quando quia interrogatur ad præparatoria iudicij, quia tunc nihil ponit, ſed ab aduerſario certificari petit. Secus ſi fierent interrogatoria & poſitiones ſuper aliquo emergen. probando, ante litem conteſt. vel in medio cauſæ, quia tunc non reſpōdens habetur pro cōfeſſo, vel negante, prout vtilius fuerit interroganti. *l. de ætate, §. qui tacuit. ff. de interrog. act.* latius per Cur. *d. tract. col. 5.* Idem.

288 Quomodo autem & per quę verba reſpondendum ſit poſitionibus, eleganter monet Nat. *conſ. 59. 1. & 2. col. & in ſpecie nu. 12.* Quid quando ex forma decreti datur forma reſpondendi? vt legitur *in noſtris Ducal. decretis lib. 3. cap. 16.* & Nat. *d. cōſ. nu. 19.* quòd poſitiones habendæ ſunt pro confeſſis, contra eū qui aliquib. poſitionib. falsò reſpondit, & quid de mendace? vide *ibi nu. 16. num. 20.* Sed quæ dicantur pertinentes vel impertinentes, & quales debeant eſſe poſitiones, & ſic ſimplices, nec continentes plura membra, ſed vnum dūtaxat, ſcribit Nat. *cōſ. 20. 2. col.* vbi etiam quid de decreto, & quibus poſitionibus ſit reſpondendum, & quæ admittendæ, quæ non? quo in loco habetur etiam pract. illa, qua vtuntur Cauſidici, & alij reſpondē. poſitionibus cum proteſtatione, quòd quatenus reſpondēdum non ſit, habeatur reſponſio pro non data. Dum verò aliqui tractant de ſtylo cap. reſponſ. poſition. Dic, quòd de hoc ex decretis prędictis diſponitur, vt non detur poſitionum copiā ante reſponſiones, præſertim quando concernunt factum proprium reſpōdere debentis. & ita ſeruatur in hac patria Subalpina ab iis maximè Iudicibus, qui in ſinceritate ambulant, Deum & æquitatem ſemper prę oculis habentes.

Qua in materia, an poſitionum exemplum edēdum ſit, ſcribit Iaſ. poſt alios *in l. ſi apud quem. nu. 5. C. de eden.* vbi concludit quòd ſic, & hoc vſu receptum eſſe teſtatur idem Iaſ. *in l. 1. n. 16 ff. de reb. cred.* Verum Purp. *in d. l. ſi apud quem. num. 92.* limitat in poſitionibus dependentib. a facto proprio reſponden. quarum duplum, vt iam dixi, nō datur ante reſponſiones, quicquid dicat Iaſ. ex Bal. auctoriſte *in addition. ad Spec.* qui & hoc non dicit. Sed Iaſ. op. plurib. in locis ſeruatur, ſicque Curiarum ſtylus attenditur. Nam in regno Neapolis. ante publicationē non datur articulorum copia, ea ratione ne litigatores ad falſitatem inſtruantur. Afflі *dec. 33. nu. 3.* Sed hoc totum iud. arbitrio remittē eſſe, teſtis eſt Bal. *in l. 3. nu. 6. C. vt lit. pend.* ſequitur Luc. de Pen. *in l. in ſacris col. 5. ver. 2. ex quo. C. de prox. ſacr. lib. xij.* qui dicit quod poſt examen articulorum ſiue poſitionum exemplum dan. eſt, vt ſic deinde teſtib. ſuper eis examinandis interrogatoria formari poſſint, quod tradit Rob. *de ord. iud. 6. par. actis. 4. nu. 19.* Et hoc quidem eò ſinitiua in caſu Purp. procedit, quando poſitionibus à facto proprio reſpondentis dependēt, nō eſſe dandā copiā priuſqua reſpōderit, quod & decretis Ducal. patrię noſtrę Subalpinę traditur, *cap. 16. lib. 3.* Idem.

289 Poſitio tota non debet negari, ſed admitti pars vera, quia petens totum non videtur excludere partem. gloſſ. *in c. 3. de confeſſis, lib. vj. & in c. præſentium, de teſtib.*

Fallit in 3. caſibus, vt per Fel. in cap. nam concupiſcentiam, de conſt. col. fi. Don. à Fina.

290 Stante ſtatuto quod reus in ſua reſponſione tenetur poſitionib. reſpondere ſimpliciter affirmando, vel negando: aliàs pro confeſſo habeatur, ſi reus reſpondeat ſe pecuniam non habuiſſe, & ſi appareret eum habuiſſe, quod expendit in negotiis ad vtilitatem petitoris, habetur pro confeſſo.

Fallit in 3. caſibus, vt per Pont. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de ver. obl. nu. 6. Don. à Fina.

291 Poſitioni iuris nō eſt reſpondendū. Bartol. *in l. 1. ff. ſi certū petat.* fallit in 9. caſib. vt per Purp. *in d. l. 1. n. 87.* Don. à Fina.

292 Poſitionib. reſpondere nolens, habetur pro confeſſo, tribus concurrentib. primò quod poſitiones ſint ſibi lectę: ſecundò quòd ſit iuſſus, & monitus reſpondere à iudice in pręſentia, & non per nuntium: tertiò quòd abſque rationabili cauſa recuſet reſpondere, *c. ſi poſt præſtitum*, vbi gl. *de iureiur. in 6.*

Fallit in multis caſib. in quibus quis reſpondere non tenetur, quos no. Corne. in auth. principales. §. quod obſeruari, C. de iureiur. propter calumniam dando in pen. col.

Fallit in 7. caſib. vt per Fran. Cur. in trac. de poſit. & interrog. col. 4. in t. vol. tract.

Fallit in 3. caſib. ſecundùm Fel. in c. nam concupiſcentiam, de conſt. nu. 15. Don. à Fina.

De relationibus.

TITVLVS XX.

PRobationes poſt concluſionem non poterunt fieri à in cauſis ciuilib. *l. 1. de relat. c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Hyppolit. de Marſi. *in ſua practic. cauſarum criminalium in verbo, ſequens. num. 14. & 31.* æquitate tamen ſuadente poſſet iudex etiam poſt concluſionem in cauſa probationes admittere. Hyppolitus *ibi, nu. 22.* fallit etiam in notoriis in quib. poſſunt etiam fieri probationes poſt concluſionem in cauſa. Hyppol. *ibi numero 42.* Lupus *in cap. index. de offic. delegati. numero 6.* vel ſi eſſent probationes de nouo repertę, illę admitti etiam debent poſt concluſionem in cauſa gloſſ. & docto. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* Paul. Caſtren. *in l. oratione ff. de feriis.* ita Hyppolitus *ibi numero 45.* Belloacomb.

a Iudex non poteſt partes cogere ad exburſandum ſalarium pro conſilio habendo, quando hoc facit ad ſe exonerandum à labore ſtudij, vel ad euitandum maleuolentiam partium, per text. cum gloſſ. *in authen. vt iudi. non expec. ſa ſuſ. in prin. col. la. 9. gl. l. 1. C. de relatio.* Secùs ſi hoc faciat propter dubitationem probabilem quam habet in cauſa. *d. l. 1.* Et pars quæ inſtat cauſam mitti conſultori, quia fortè iudex dubitat contra eam, debet in totum ſoluere ſportulas conſultoris. Si autem vtraque pars hoc petat, vel iudex habens cauſam dubiam in

iure,

lare, communiter ſoluuntur, ſecundùm Bar. *in l. ſi poſtulaue-rit. ff. de adul.* iudex vero poteſt reuocare commiſſionẽ factam conſultori ante habitum conſilium, quandu commiſſio eſt facta voluntariè, non ex neceſſitate: puta ſtatuti, ſecundùm Bar. *in l. 1. ff. nil no. app. pen. in l. ad iudicem ff. de appellation.* per illum textum. Balb. *deciſ.* 222.

De appellationibus & conſultationibus.

TITVLVS XXI.

APpellari poteſt à ſententia lata in mero poſſeſſorio, etiam de iure ciuili, quo modo per petitoriũ non poſſet eſſe conſultum poſſidenti, ſeu detinenti alteri, qua per retentionem, vt *in caſu l. qui exceptionem. §. ſi pars. ff. de cond. indeb.* ſecundum Bar. Ang. & Doct. *in l. 2. ff. de appellat. reci.* quia tunc agitur de magno præiudicio, & *l. 1. C. de ſi de moment. poſſeſ.* ſecundum eos procedit, vbi victus aliquo remedio petitorio poteſt poſſeſſionẽ reuocare. Idẽ quãdo iniquitas & cauſa appellãdi eſſet euidens, & in promptu, ſecũdũ Guil. de Cuneo *in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de minoribus*, Bald. *in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex. & in d. l. 1.* Do. præpo. *in c. dilecto. col. 29. extra de appel.* De iure autẽ canonico appellatur indubitãter à tali ſententia, vt per Ioan. Ad. & communiter Canoniſt. *in c. paſtoralis. ext. de officio dele gat.* Innoc. *in c. ſignificantibus. extra de operis noui nunciatio.* eſt tex. *in c. ex conqueſtione. extra de reſtitutione ſpoliatorum.* Balb. *deciſione* 445.

2 Appellãs, ſi innouet aliquid appellatione pẽdente, priuatur beneficio appellationis, & in cauſa principali procedi poterit appellatione nõ obſtãte. Ita notabiliter Ioan. Andr. *in c. non ſolum. de appel. in 6. in gloſ. magna, verſ. vnum ſcias.* Ang. & Nicel. *in l. ei conſu. ff. de appel. recu.* Inn. *in c. ex part. 2. col. extra de reſcript.* ſecus quod ſi appellãs ſpoliet poſt appellationẽ victorẽ, videtur appellationi renũciare. Faciũt notata per Do. *in c. an ſit, & in c. cum teneamur. extra de appel.* Balb. *deciſ.* 443.

3 A ſententia lata de conſilio electi de partium volũtate poteſt appellari, ſecundùm Bar. & communiter doct. *in l. ſi. contenerit. ff. de re iud. in l. 1. §. quæſitum. ff. de appel.* Pro. & Fel. *in c. cauſam quæ. in prin. extra de re iudic.* Balb. *deciſ.* 453.

4 Appellari poteſt à ſententia lata in crimine lęſę maieſtatis, quãdo quis fuiſſet dux alicuius factionis, id eſt proditionis, vt eſt cõmunis opi. Boſſi. *tit. de appel. nu. 2.* niſi expreſſe ſit prohibita, vt eſt cõmunis opin. *verſ. appell. nu.* 191. niſi quis ſit cõuictus, vel cõfeſſus, & confeſſionẽ nunquã retractauerit, vt eſt communis opinio *ibi, nu.* 192. item fallit, niſi crimen innoteſcat. vt eſt communis opinio. *ibi. nu.* 193. Bonac.

5 A ſententia arbitri cui proceſſus in ſuprema curia pendens, committitur, appellabatur ad ipſam ſupremam curiã: ſecundum Rebuſ. *in com. in conſt. reg. in rubr. de arbitris, artic. 1. in gloſ. 10. nu. 4. 5. & 6.* Bellac.

6 quãdo appellatur à diffinitiua, iudex appellationis debet quærere de omni cauſa, ex qua poteſt dici ſententia iniuſta. *l. eos. C. de appel.* Inn. *in c. dilecto filio, de appel.* & poteſt appellas dicere ſententiam iniuſtam & nulla, & poterit quibuſcumque modis defendere ſuam appellationem. *l. ſcio, in fi. C. de appellat.* Inn. *in c. dilecto.* quinimo & diſcuti poterit de grauamine illatò ex tunc lata interlocutoria, licet ab ea non fuerit appellatum. Sal. *in l. generaliter, num. 5. C. de rebus cred. poſt ibi.* Idem.

7 Appellatio inſpecto præſenti ſtatu, extinguit ſententiam: ſed futuro conſiderato, ſolum ſuſpendit. Ant. de Trem. *in addi. ad Bona. in pract. exceptionem, in rub. de impe. execu. nu. 1.* communem dicit. Villalob. & Vezinus, & Donatus à Fina.

Fallit in executione, vel mandato de exequendo, quia non ſuſpẽdit nec extinguit, ad hoc quòd executio impediatur. Ale. *in l. 2. §. ſi quis ita. ff. de verb. obli.* cõmunẽ dicit, tamen valet appellatio, vt in ſimili de poſſeſſione Io. Cor. *in l. naturaliter. §. nihil cõmune. nu. 8. ff. de acq. poſſ.* & ſic debet intelligi Oria. *in c. quoniã cõtra falſam, de proba. in verbo, interlocutiones.* & Soc. *in tract. fallen. in verbo, appellatio. re. 2.* & Alex. *conſ. 95. nu. 5.*

Nota iſtam communem ad intellectum *l. 161. ſtyli.*

Fallit etiam prima in caſib. expreſſis *in l. 11. tit. 16. lib. 3. ord. & in. 16. & 13. & & 14. tit. 23. par. 3.* & in aliis caſibus, quos enarrat Nice. *in concor. gloſ. concor. 6.* vbi ponit. 121. caſus, in quibus non habet locum appellatio, quem vide. Et nota quòd per d. l. 16. euacuatur vtrum, quod quotidie torquet Doctores: an in criminalibus, in quibus condemnatus non admittitur appellãs; an ſit neceſſarium quòd ſit conuictus & confeſſus, vel ſi vnũ ſufficit. d. l. declarat vnum tamen ſufficere ibi, *por que los teſtigos o por ſu conoſcimiento*, cum ad veritatem disiũctiuę ſufficiat quod vna pars ſit vera, vt tradunt doct. *in c. inter cæteras de reſcript.* B. Villa. & Vezinus.

8 Appellatio reducit cauſam ad illum priſtinum ſtatum, in quo erat poſt lit. conteſt. Maran. *in Spe. Aureo de ord. iudic. par. 4. diſt. 6.* comm. dicit. B. Villa.

Additio. Ideo Capic. *in deci. 28. in cauſa magnifici. nu. 6.* dixit, quòd quę opponi debent in cauſa principali ante litem conteſtatam, non poſſunt opponi in cauſa appellationis: & condemnatus in prima inſtantia, pendente ſecũda, nõ poteſt ſoluere ad effectum euitandi quadruplum, vel aliam pœnam vt in ciuilib. intereſſe, nec poteſt morã purgare, niſi forte libellus alternatiuus eſſet, vt tradit M. Anto. Bard. *in tract. de temp. vti. & cont. in c. 3. nu. 3.* I. Pich.

9 Appellatio fieri ſimpliciter poteſt ad competentem iudicem, vt commune inquit Marant. *de ordin. iudic. par. 6. n.* 120. quin, & facta alternatiua valebit, vt receptum ait Fel. *in c. 2. nu. 2. de appellatio.* intellige tamen, ſi intra 10. dies appellationib. præſtitutos palam fiat, qui iudex prouocetur, vt cõmune aſſeuerat Alex. *conſi. 79. nu. 5. lib. 7.* Suarez.

10 Appellatio à ſententia litẽ finienti, & abſque ſcripto recte fit, dummodò incontinenti fiat ab interlocutione ſcripta ſit oportet, vt commune ſcribit Marant. *de ord. iud. part. 6. nu.* 256. dicetur autem incontinenti facta, ſi iudex pro tribunali ſedẽs, modò ſi ſe ad actus extraneos diuerterit, & ſi totum diem in forò pro tribunali ſederit, vt commu. teſtificatur idem Marant. *eodem in loco.* E. Suarez.

11 Appellatione pendente non præſumitur pro ſentẽtia, nec pro proceſſu. *c. quoniã contra.* & quæ ibi tractantur, *extrà de probat. c. cũ inter. in fin.* à contrario ſenſu, *extrà de re iud.* Quia virtus ſententiæ extinguitur vel ſuſpenditur per appellationẽ. *l. 1. in fi. ff. ad S. C. Turpil. c. vementes. extra de iureiur.* Fel. *in d. c. quoniã cõtra n. 21. ver. prima concluſio.* Et licet Io. de Imol. *in c. in præſentia.* per illũ tex. *ext. de renũtia. n.* 4. voluerit, q. ſemper deberet pręſumi pro iudice & ſententia: tamẽ cõmunis ſententia eſt in contrariũ, referentib. Pan. *ibi n. 19. ver. hac cõmunis Doct. concl.* Dec. *n. 32. ver. in gl. fi. 1. concl.* vbi ipſe Dec. nonnulla fundamenta, quæ pro Imo. ſententia faciunt, adducit. Kirchouius.

12 Cõmunis & vera eſt concluſio, Ad ſummũ Pontificẽ appellari poſſe omiſſo medio. *c. ad Romanã 2. q. 6.* Doct. *c. dilectis. de appel.* vt teſtatur Couarr. *pract. quæſt. cap. 4. n. 9.* regulariter verò appellatio omiſſo medio permiſſa non eſt. Villalob.

13 Sed quęro, nunquid appellationis remittẽda ſit cauſa, quoties permiſſa non eſt, ſi id non petatur? Reſp. Diuerſę ſunt ſententię; Namq. Imo. quem ſequitur Dec. *in d. c. dilectis.* exiſtimat remittendam eſſe cauſam ad illud medium tribunal, quod iniuſtè fuerat omiſſum.

Contrariam verò ſententiam, quod imò appellatio omiſſo medio propoſita, cauſę cognitionem deuoluit, etiam hoc caſu, vbi nihil fuerit oppoſitum, tenet gl. cõmuniter recepta *d. c. dilectis* vt teſtatur ibi Imo. & Decius, & tenet Rota *deciſ. 387. in nouis.* Idem.

14 Si vnus ex tribus iudicibus delegatis appellationi detuleſit, licet alij non detulerint, cauſa tamen ad ſedem apoſtolicam deuoluitur, idque fieri dicitur ob ſedis ipſius reuerentiã, & hoc ex dominorum ſacri apoſtolici cauſarũ palatij ſentẽtia, de qua Rota *dec. 222. incip. no quod ſi vnus. de app. in antiq. arg. c. ſi duobus. de app. & c. ſi à ſede. de preb. in 6.* Communis tamen Doct. ſententia eſt in contrarium, vt tenuit Bal. *in auth. hodie. ver. ſed quid ſi appellauit. C. de appellatio.* Peruſ. *in fin. q. 7 de cõſt.* Ang. *in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ff. ſol. mat.* Card. *in cle. 2. q. 26.* & ibi Imo. *de app.* & facit tex. *in d. cle. 2. ibi, coram ipſis vel maiori par. ipſorum*, & latè Doc. *in c. cum appel. §. 1. ver. ſed quid ſi erant de app. in 6.* F. T.

15 Quęro, Ad quem appelletur à ſentẽtia ſubdelegati? Reſp. Bar. *in l. 1. §. 1. ff. quis & à quo appellet.* diſtinguit inter ius ciuile & canonicum, & inter delegatum à principe & ab inferiori. Sed hęc eius diſtinctio communiter reprobata eſt, vt teſtatur Maran. *in Specu. part. 4. diſt. 5. nu.* 27. & verior opinio eſt, quod ſi delegatus ſubdelegat totam cauſam indiſtinctè, tam de iure ciuili quàm canonico, appelletur ad primum delegantem: ita probat text. *cap. ſuper quæſtionum. § porro. de offic. deleg.* Si

vero

16 verò † non ſubdelegat totã cauſam, ſed partem ſibi reſeruat, tunc appellatur ad ſubdelegantem proximuoi. Hanc opinioné tenent Dec Alb. & doct. communiter *in cap. dilect. de appel. & in d. §. porrò.* vt firmat Marant. *d. diſtinct. 5. nu. 27. & in pars. 6. Rub de appel. num. 375.* Mich. Grafius.

17 Poſitio impertinens, quę alias reiicienda eſt, ſi cum alia coniuncta foret, efficeretur abſque dubio aliquo pertinens, & admitti deberet: ſecundũ Ioan. And. & omnes *in cap. fi. de confeſ. in 6.* Bald. *in l. y. §. quod obſeruari. col. 4. C. de iur. ical.* Alber. Iaſ. *nu. 19.* & Rip. *nu. 22. in l. quominus. ff de flum.* vbi explicat iſtorum opinionem communem eſſe.

Et poſito quæ dicatur pertinens, latè diſcurrit Dec. *conſ. 162.* in cauſa, quæ agitatur inter venerabiles fratres. *nu 2.* Viuius *opin. 624*

18 Poſitiones & articulos quod dicitur in dubio fore admittendos, cum clauſula, ſaluo iure impertinentiũ, &c. vt per Bar. *in l. ſi duo patrem. §. idem Iul ff de iureiur.* & cano. *in c. cũ contingat, ext. de oſ. deleg.* Procedit quãdo exceptio, quæ opponitur, vt non admittantur, eſt dubia, & exigit altiorem indaginem: ſecus ſi eſt clara & pręiudicialis ad proceſsum, quia ſuper ea ante omnia eſt pronunciandum, ſec. Hoſt. & Pan. *in d. ca. cum contingat,* Spec. *in tit. de poſi. §. 7. ver. & non aliás poterit appellari.* Balb *deciſ. 163.*

19 Carceratus ſemper poterit appellare, licet à principio nõ appellauerit à præcepto de cocapiendo, nec à captura. Bald. *l. y. C. de ep. audient.* Hyppol. Marſil. *in pract cauſar. crim. verb. ordine. nu. 5.* Vezinus.

20 Iudex à quo appellatum eſt poſt præſentationẽ literarũ appellationis, nõ poteſt ad vlteriora procedere: quia per ſolã præſentationem literarum ſuperioris conſtat, quod pars vult illis vti. Dec. *conſ. 292.* Idem.

21 Iudex à quo fuit appellatũ, poteſt ſuã defendere ſententiã. *l. ſi. C. de offi. vica.* de quo habetur *in l. j. ff. ne vis fiat ei.* Vezinus.

22 Iudex appellationis ſi confirmat primã ſententia tanquam latã legitimè, agetur ex ſententia confirmatoria, & eam exequetur *authent. ſi quis litigãtium. C. de epiſcop. audi. l. tale pactũ. §. qui prouocauit ff. de pactis* & hanc ſententiam cõem eſſe inquit Iaſ. *in l. 1. num. 11. ff de re iudic.* Bellacomb.

23 Quoties appellatur ab interlocutoria, iudex ad quem non debet cognoſcere de nullitate ipſius interlocutorię, ſed ſolũ de iuſtitia ipſi⁹. Inn. *in c. dilecte. de appell.* Guid. Pap. *cõſ. 178. n. 4.*

24 Etiam in appellatione ab interlocutoria, ſi pars eſt pręſens, debet lis conteſtari, ſicut diffinitiua. Eſt magis commu. ſecund. Aret. *in conſ. 20. in quaeſt. circa fi. nu. 5.* Matt. Chæria.

25 Appellatus non poteſt præfigere terminum appellãti, ſicut poteſt appellans ſibi præfigere. Panor. *in c. perſonas. nu. 6. de appellat.* communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

26 Iudex ter monitus adminiſtrare iuſtitiã, ſi adhuc differat pronũtiare, pars poterit à tali grauamine appellare. *Ita* Frãc. Marc. *deciſione 375. in 2. parte.* vbi communem dicit. Vezinus.

27 Licet quando appellatur ab Interlocutoria, debeãt cauſę grauaminũ nominatim exprimi, ſi appellãs exprimat eas per relationem ad aliud, ſatis eſt: vt not. Alex. *conſ 80. col. 4. num. 9. lib. 1.* de quo vide quæ idem ſcribit *conſ. 226. li. vj.* Doct. *in apoſtol. ad* (*art. in l. eius qui. num. 2. ff. de app. recip.* Bellacomb.

28 Appellatione deſerta ſentẽtia habetur pro veritate, & eſt exequenda. *l. fi. § illud. iuncta gl. & auth. ei qui. C. de temper. appel.* ſcribit Neuizan. *conſ. 36. nu. 11.* Et an deſerta cauſa appellationis, vel illi renũciato, dicatur deſerta nullitas? vide Neuis. *conſ. 41 nu. 38.* Cagnol. *in l. y nu. 179. C. de pact. int. empt.* Iaſ. *in l. Titia textores. § nihil. col. 1 ff. de leg. j.* Nat. *conſ. 517. nu. 4.* Sebaſt. Vant. *de nullit. cap. 6. nu. 38.* Idem.

29 Expreſſio cauſarũ. In appellatione ab interlocutoria ſufficit expreſſio cauſarum, vel cauſę grauaminis, vt ex actis, ſiue per relationẽ ad acta, ſecundũ Paul. de Lear. & Lap. *in cle. appellanti de app.* faciunt not. per Inn. *in cap. fi. de op. e. no. nuncia.* Card. tamen. & Im. *in d. cle.* Io. And. *in ca. peruenit. lo. 2. extr. de ap.* Gem. *in ca. cord. eod. tit. in 6.* Ang. *in l. 1. ff. de lib. & poſth.* & Bald. *in repetitione l. edita. C. de eden.* tenẽt cõtrarium. de quo plenè per dom. Præpoſ. *in cap. vt debitus. extrà, de app.* & per dominos de Rota *in nouiſ. deciſ 7.* Balb. *deciſ. 508.*

30 Si appellatum ſit per hæc verba, prout magis cõmuniter fieri ſolet: videlicet, Dico ſententiã nullã, & ſi qua eſt appello, intelligitur deducta nullitas æquè principaliter, non autem incidenter. Eſt verior & com. opin. contra gloſ. & [illegible] ſec. Alex. *in conſ. 3. conſideratis ver. & certè. vol. 3.* M. Chæ.

31 Appellatio ſub his verbis, appello ad cõpetentẽ iudicẽ, valet. Rober. Maran. *in ord. iud par 6. n. 170.* communem dicit ex Bartol. *in l. §. ſi quis. ver. quæro quid ſi aliquis. ff. de appellat.*

Amplia ad appellationem alternatiuam. Fel. *in cap. 11. nu. 9.* vbi latiſſime. *de appel.* communem dicit.

Intellige iſtas communes, ſi certioretur, ad quẽ appellet intra decem dies, qui dantur ad appellandum. Alex. *in conſ. 79. in cauſa. nu. 5. vol. 7.* communem dicit. Villal.

32 Appellatio prima eſt perſequenda. Maranta. *par. 6. nu. 132.* communem dicit ex Bar. *in l. cum procurator. §. ſi dominus. ff. de nou. ope. nun.*

Amplia, ſi ſecunda ſit in ſcriptis, & prima fuerit viua voce incontinenti à ſententia diffinitiua facta. Idem Maranta communem dicit ex Bart. *in d. §. ſi dominus.* & Pau. *conſ. 7. vol. 1. & conſ. 170.* & Lud. Romã. *conſ. 41. in præſenti, n. 5.* Pan. *in c. dilecto. de appel.* licèt Alexan. *in dicto. §. ſi dominus.* tenuit contrarium.

33 Limita, niſi prima appellatio eſſet inualida, quia tũc ſecũdæ validę poſſit adhærere appellãs. ita Minſ. *obſer. 7. cent. 1.* vbi dicit hoc communiter Doct. tenere, *in d. l. cum procurator. §. ſi dominus,* &c. Si enim quis pluries appellauit, tum in ipſius ſtat arbitrio, quã velit perſequi: vna tamen electa, cęteræ concidunt. Idem Minſing. *obſ. 61. cent 2.* I. Fich.

34 Appellatio alternatiua, putà appello ad Archiepiſcopũ, vel ad Papã, & copulatiua valet dummodò appellans intra tẽpora appellationis interponendę declaret, corã quo iudice proſequi vult, *ſecundum gl. magnam, circa fin. in c ſi is cui. de officio deleg. in 6.* quę loquitur de alternatiua. Spec. *tit. de app. § nũc tractemus. v. quid ſi dicat.* Ang *in l. j. §. ſi quis ff. eo.* Bal. & Ang. *in l. cum proponas. C. de bonis auth. iud poſſid.* Do. Præpo. *in ca. dilecto. circa finẽ. extrà de appel.* Domini tamen de Rota, *deciſ. 213. in nouiſ.* tenent valere talem appellationem, licet intra decendium non fiat dicta declaratio. Balb. *dec. 449.*

35 Appellatio, quæ viua voce ita fit, vt appellans reſeruet appellationem in ſcriptis interponendam, tunc demum facultas poſtea ſcriptis exaratæ præſeretur, cũ valuit: ſecus ſi nullius ponderis extiterit. communiter aiunt rectè explicãtes Marant. *in praxi 6. part. ver. appellatio. nu. 155.* Amicus noſter Grauat. *ad Veſtrium. lib. vij. c 3. nu 65.* Suarez.

36 Appellatio ab interlocutoria non poteſt fieri viua voce, ſed in ſcriptis: à diffinitiua tamen ſic, dũmodo fiat incõtinẽti. Maranta *ibi nu. 124.* commu. dicit ex Corneo *conſ 95. vol. 4.* & Bal. *in l litigatoribus. C. de appel.* Vezinus.

37 Incontinenti, in hoc caſu dicitur, dum iudex ſedet pro tribunali, non ſe diuertens ad actus extraneos, etiã ſi per totum diem ſtet in foro pro tribunali. Mar. *in d. tract. de ordin. par. 6. num. 525.* communem dicit. quem videas. B. Villal.

38 Simile in teſte, qui debet incontinenti dictũ ſuum corrigere, quia intelligitur antequam à præſentia examinantis diſcedat, & quid ſi non diuerterit? Abb. Bal. Fely. *in c. præterea, de teſt. cogen.* Si verò teſtis notæ fidei, & authoritatis fuerit, poterit ſe corrigere vſque ad publicationem, per M. Ant. Bart. *in tract. de temp. vti. & contin. in 11. n. 2. cum tribus ſeq.* prout etiam in teſtia dicitur, vt ibi per eum. I. Fich.

Nota iſtas communes ad intel. *l. xxij. tit. 23. part. 3 & l. v. titulo 6. lib. 3. ordi.* & nota quòd licet per d. l. y. contumax non appellet: poteſt tamen tertius pro ſuo intereſſe appellare. Barto. *in l. 1. § interdum. v. quæro Imperator. ff à qui. appel. non licet.* Et not. *l. 3. tit. 2. lib. 6. ord.* quòd citatus non dicitur contumax, etſi compareat coram iudice in ſecunda hora, licet ſit citatus ad primam, ſi ſolitus eſt ius reddere etiam in ſecunda. Idem.

39 Iudex ſemper etiam in caſu dubio debet appellationem admittere, alias puniendus eſſet. *l. quoniam. C. de appella* aal[illegible] *iud. in properandũ. § ſinantẽ. C. de iudi.* & an ſit deferendum appellationi, iudex ad quem de eo debet cognoſcere, & non iudex à quo. Bart. *in l. j ff. nihil nouari pen. appell.* & ſi ſemel iudex appellationem admiſerit, aut detulerit ei appellationi, nõ poterit amplius procedere in ea cauſa etiam ſi eam admiſerit, niſi ſi & inquantum. Cor *conſ. 305. par. 3.* Bellac.

40 Quęro, An pendẽte appellatione ab interlocutoria, ſint ligatæ manus iudicis, ita vt vlterius procedere nõ poſſit? Reſpon. ſec. receptã Doct. ſententiã, ꝙ nõ poſſit procedere vlteri⁹, quando ei per ſuperiorem facta eſt inhibitio. *Ita* eſt text. *in cap. non ſolum. de appel. in 6* Alias ſecùs, vt no. *in l. intra vtile.* & ibi *Bart. ff. de minor. Bart. in l. eius qui. ff. de appel. recip.* Ang *in conſi. 517.*

41 Hanc commu. concluſionem intellige procedere, dũmodo

do inhibitio fuerit legitimè interpoſita, & cum cauſę cognitio, & parte citata, aliàs non valet. Ita tenet Felyn. *c. dil. lect.* el 2. *de reſcrip.* Gemi. *c. Romana. § ſi vero, & §. ſi autem,* per illũ tex. *de appel. lib.* 6. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Alex. *in l. Titia ff. ſolut. matri. & in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iud.* & eam tenet conſulendo *in conſ. 91. vol. 2. & in conſil. 9.* Franc. Aret. *conſ. 20. & conſ. 33.* Mich. Graſſus.

42 Appellans tenetur infra 30. dies apoſtolos petere, de quo eſt text. *in l. iudicibus. C. de appel.* Vezinus.

43 Quæro, quãdo incipiat currere illud tempus? Reſp. Doc. in hac quæſt. ſententiis variant. Quidam exiſtimãt, quod currant a die latæ ſententiæ iſti 30. dies. Et hæc ſententia probatur per tex. expreſſum *in d. l. iudicibus.*

Contrarium tenet Hoſtien. *c. j. de appell. in* 6. quòd [illegible] licet currãt à die appellationis interpoſitæ. Sed prima opinio magis cõmuniter approbata eſt, dũmodo appellãs habuit notitiam ſententiæ latæ, iuxta tex. *d. l. iudicibus.* Alias ſi ignorauit ſententiam latam a tepore ſententiæ, [illegible] currũt iſti 30. dies, ſicut & [illegible] ipſi appellationis interponẽdæ, iuxta *auth. hodie,* & quæ ibi no. gl. & Bat. [illegible] hæc opinio verior & æquior, & [illegible] leg[illegible] Q[illegible] enim dici poteſt ignoranti [illegible] 30. dies l[illegible] eſſe tẽ[illegible] petẽ[illegible] apoſtolos, cui tẽpus appellandi lapſum [illegible]? Hanc opinionẽ dicit eſſe [illegible] comunẽ [illegible] *par. 6. Rub. de app. in. 5. 9.* & tenet R[illegible] *dec.* 29. Mich. Graſſus.

44 Qui no[illegible] a ſententia [illegible] ipſam confirmare. *l. fi. d. quæ ſenten. ſine certa quanti. l. 3. C. de poſtu.*

Fallit vt per Marſ. *ſing.* 48[illegible]. Don. à Fina.

45 Quando [illegible] non [illegible] tunc nõ poteſt appellari de iure communi. *l. 1. C. de arb.*

Fallit in 8. caſi. vt per [illegible] Bolog. *in l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. nu.* 168. Idem.

46 Appellatio ad hoc vt valeat, in ſcriptis fieri debet. no. *in l. 1. §. libellis, ff. de appella.*

Fallit in 3. caſi. quos not. Soc. *reg.* 19. & non dicitur appellare in ſcriptis, qui appellat viua voce, deinde per notarium facit redigi in ſcriptis. hoc dicit Iaſ. *in l. 1. ff. de edendo.* vbi limitat in 2. caſib. *num.* 10. Idem.

47 Appellatus ſi ita interrogatus dicat ſentẽtiam pro ſe latam fuiſſe, ſed ſe illam non habere, poteſt iudex pronũtiare, quòd ſi aliquo tẽpore apparuerit, illa ſit caſſa, & vana: hanc dicit eſſe cõmunem opinionem Purp. *in l. is apud quẽ, C. de edendo.*

Fallit in 8. caſib. vt per eundem *in d. l. nu.* 453. Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 3. per Fely. *in c. G. perpetuum, de fide inſt. num.* 6. Don. à Fina.

48 Ab interlocutoria non licet appellare, *l. ante ſententiam, ff. de appellat. recip. l. ante ſententiã, C. quo. appella.*

Fallit vt per Guid. Pap. *deciſ. 75. & deciſ. 436. nu.* 31. fallit in 5. caſib. vt per Soc. *reg.* 25. fallit in 15. caſib. vt per Præpo. *in c. ſolicitudinem. num. 18. de appell.* vide Rom. *ſing.* 774.

Fallit in 2. caſi. vt per Lancil. *in trac. de preſ. §. 2. in tit. de ſent. nu. 12. de appellat. ab interlocutoria.* latè videas apud Matheſ. *in no.* 39. vbi add. fallit vt per Emã. *in theſa. recep. ſentent. in litera A. num.* 211.

Fallit in 14. caſib. quos no. Pet. Duen. *reg.* 52. Don. à Fina.

49 Appellans ab interlocutoria, cauſam in ſpecie exprimere debet, glo. & doct. *in c. 1. de appel. in 6. l. 3. §. 1. ff. eo.*

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. *reg.* 16. fallit vt per Matth. *not.* 123. Don. à Fina.

50 Appellatio ab interlocutoria nõ poteſt iuſtificari ex nouis dictis, niſi ex primis. *clem. appellan. de appel.* Barto. *in l. eius qui num. 8. de appel.*

Fallit in 7. caſib. quos no. Pet. Duen. *reg.* 47. fallit in 4. caſi. vt per Soc. *reg.* 22. Don. à Fina.

51 Iudex neceſſariò citandus eſt vbicunque in cauſa appellationis, quę agebatur corã ſuperioribus ex officio procedit, ſecundum gl. *in c. cum ſpeciali. §. porrò, de appellatio.* communiter ab omnibus Doctoribus approbatam inibi vide Clar. *q. 94. verſ. quæro nunc.* quam communem ſequitur, citat, & declarat Dec. *in d. c. cum ſpeciali. nu. 27. cum alus ſeq.* vbi an omiſſa dicta citatione proceſſus ſit nullus. Viuius *opin.* 413.

52 Iudex citari debet per ſuperiores ad tuẽdũ honorẽ ſuum, vbicũq; ageretur de reuocatione ſentẽtiæ ad pœna imponendã ipſi iudici qui malè iudicauerit: ſecus verò ſi tractaretur de reuocatione ſimplici ipſius ſentẽtiæ: tũc quippe nõ foret citãdus, vt per glo. *in c. ſacro. de ſent. excõ.* cõmuniter approbatã ab omnibus Canoniſt. ibi. quã quidẽ cõm. ibi ſequitur & cõmẽdat Fel & Bocr. *in deciſ. 259. num. 2. & ſeq.* Viuius *opin.* 414.

53 Appellatio ſuſpendit ſententiam, *c. venientes, de iu. iurando, l. 1. C. quæ ſent. reſ. non poſ. l. ſi quis iuſiurandum, de reb. cred.*

Ampliatur & limitatur in 5. caſib. per Ripã *in l. 3. ff. de re iud. col. 2. & 3.* Don. à Fina.

54 Appellationi interpoſitæ licet videatur renuntiare recipiens terminũ, nõ tamen interponendæ. Inn. *in c. quod ad cõſultationẽ, de re iud.* Imo. *in l. 4. §. ſi quis condenatus. ff. de re iud.* hãc dicit eſſe cõmunem opinionem Felyn. *in d. c. quod ad conſultationem,* licet Ang. *in l. cum ex cauſa. de appell.* reprobet.

Fallit in 2. caſib. vt per Fely. *vbi ſuprà,* & appellationi renũtiare videtur, qui coram iudice à quo aliquid agitauerit, *l. ſed & ſi, de iud. l. 3. §. falſus. ff. rem ratam haberi.*

Fallit in 5. caſib. quos not. Socy. *reg.* 25. fallit in 15. caſi. vt per Purp. *in c. ſolicitudinem. nu. 18 de appel.* Don. à Fina.

55 Appellari poteſt à iudice ſi in cõmiſſis arbitrio ſuo partem lædit, aut grauat, gl. *in c. 3. ſuper his. de accuſ.* Bar. *in l. ſi qua pœna, ff. de verbor. ſignif.*

Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 6. per Fel. *in d. c. ſuper his.* Don. à Fina.

56 Appellare a pœna legis, vel ſtatuti non licet, gl. communiter approbata *in c. cupientes, §. quod ſi per viginti. de elect. l. 1. ne ex delicto defuncto.*

Fallit, vt not. Fely. *in c. cũm omnes, de conſt. num.* 5. fallit vt per Carrerium *in praxi crim. l. obſeru. 1. num.* 58. Don. à Fina.

57 Appellari nõ poteſt a iudice, vel a futuro grauamine ante quã ſit illatũ. Inn. *in c. ſignificauerũt. de teſt. & in c. dilecto de app.*

Fallit in 4. caſib. quos no. Fely. *in c. vt debitus. de appellat. col.* 6. aliam falleotiam ponit Diaz. *reg.* 42. Don. à Fina.

58 Appellari nõ poteſt à pronunciatione iudicis de exequẽdo, ſicut nec ab ipſa executione. gl. *in l. ſi cum exceptione. §. hac autem, ff. quod metus cauſa.* hanc eſſe cõmunem opinionem atteſtatur Alex. *conſ.* 236. fallit in 3. caſib. ſecundùm Fel. *in c. quod ad conſultationem. de re iud. col.* 8. Don. à Fina.

59 Appellatũ bene ſuſtinet pronũtiare ſi præceſſit abſolutoria, vt intelligatur reus cõdẽnatus, glo. *in l. præſes, C. de ſenten.* Bart. *in l. eos. C. de appel.* vbi dicit hanc eſſe cõm. opin. fallit in 2. caſib. vt per Fely. & Abb. *in c. cũ cauſã, de re iud.* Don. à Fina.

60 Supplicare licitum eſt à ſententia in caſib. in quib. nõ eſt licitum appellare ab ea, gl. *in c. ex literis, de reſt. in integ.* fallit vt per Marſi. *ſing.* 356. fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. *in auth. quæ ſupplicatio, in auth. de preſb. imp. offer.* Don. à Fina.

61 Iudex appellationis debet ſeruare modũ, terminos, ſtylũ, ſtatuta, & conſuetudinem fori iudicis à quo: quia ei ſuccedit vt confirmator, vel infirmator. *in auth. vt cum de appel. cog. in prin. col.* 8. & ſecund. gl. *in c. illud. 2. col.* Inn. *in rub. extrà de conſuet.* Bal. *in tit. de pace Conſtan. §. in cauſis. in 1. col. in c. ad noſtrã. extrà de appellat.* Do. Præpoſi. *in rub. extrà eo.* D. de Rota *in nouiſs. deciſ. 20. in rub. de appellat.* Balb. *deciſ.* 469.

62 Appellans ab interlocutoria non eſt amplius citandus. hãc opinionem cum vnica limitatione ponit Iaſ. *in l. qui Roma, §. Seia ff. de ver. oblig. num.* 22. Don. à Fina.

63 Appellare ad Papã a ſubdelegato nõ in totũ minime licet, ſed ad delegantẽ, not. *in c. ſuper quæſtionũ. §. porrò. de off. delegat.*

Fallit in 8. caſib. quos no. Fel. *in d. c. col. 5. nu.* 2. Don. à Fina.

64 Appellatio ad principem omiſſo medio, regulariter nõ admittitur, *l. Imperatores, ff. de appel. c. dilecti, el 2. de appellat.*

Fallit in 14. caſib. quos no. Soc. *reg.* 23. appellãdum enim eſt gradatim. fallit vt per Damaſi. *reg* 74. Don. à Fina.

65 Appellare licet quis non poſſit ab excommunicatione, poteſt tamen à pronunciatione, gloſſ. *in c. cupientes, §. quod ſi per viginti, de elect. lib.* 6.

Fallit in 4. caſib. vt per *Fely. in c. parrochiani. de ſent. excom.* Don. à *Fina.*

66 Appellationis iudex delegatus, tametſi legitimã appellationis cauſam pronũciet, de principali adhuc negotio cognoſcere, ac decernere poteſt, vt crebrò docto. placitum affirmat Deci. *in c. vt debitus, de appell.* Appellationi ſemper erit deferendum, cùm iudex vel in facto, vel in iure dubitare meritò poterit. vt commune docto. enuntiatũ aſſeueraſ Collect. *in c. vt debitus in fin. de appell.* E. Suarez.

67 Appellatio. In habentibus cauſã ſucceſſiuã, ex quibus grauamẽ iteratur, poteſt qui a principio nõ appellauit, appellare quandocũq; ſecund. Ang. de Aret. *in l. a ſententia. §. ſi hæres. ff. de appel. in 1. col. in §. æque. Inſtit. de act. in 9. col. in verſ. 7. & vlt.* &c. Anch. *in c. le. cauſam. de elect. in notabilibus.* Balb. *deciſ.* 11.

68 Appellatio. Si appellás nõ certificet iudice à quo termino præfixo de introductione appellationis, appellatio nõ eſt deletta, ſed poterit ipſe iudex exequi ſententiã: nec retractabitur in viã attentata executio, ſed vt iniuſta reuocabitur, ſi appellans obtinuerit, ſecundũ dominos de Rota in nouiſ. deciſ. 97. incipiente ſi iudex. Butr. in c. ex inſinuatione. extrà de appell. Card. in cle. 1. col. 7. eo. tit. Fed. de Senis conſ. 27. incipien. punctus talis eſt. domi. Præpo. in c. perſonas. extrà de appell. Balb. deciſ. 30.

69 Iudex appellationis ab interlocutoria inhibere non debet, niſi prius ſuper appellationis iuſtitia cognouerit, alìàs inhibitio nullius erit efficaciæ, teſte Spec. tit. de appell. §. de officio. ver. ſed quæritur. tex. in c. Romana. §. ſi verò. & §. ſi autem, de appel. in 6. Fel. in c. dilectus. 2. col. pen. de reſc. inſuper dicta inhibitio vt valida ſit, parte citata fieri debet: ſecund. Aret. conſ. 26. col. pen. ver. cauſa. ſecũdũ conſ. 34. col. 3. Alex. conſ. 91. col. pen. lib. ij. conſ. 9. lib. 4. in l. Titia. in fi. ff. ſol. mat. vbi ceteri cõmunẽ in l. 4. §. condẽnatũ ff. de re iud. Iaſ. in l. ſi opus. nu. 6 ff. de no. ope. nun. in l. nec quicquã. nu. 3t ff. de off. proconſ. de qua inhibitione, & an ac quando permiſſa ſit, vide Miſing. cent. 3. obſer. 87. Bellac.

70 Iudex à quo eſt appellatũ ex vna cauſa, nõ poteſt ab appellante in alia cauſa recuſari vt ſuſpectus: quia ſola pendetia appellationis non eſt ſufficiens cauſa, vt poſſit recuſari. Caſus eſt in l. 1. ff. de appella. & ff. apud eũ à quo appellat. eſt. &c. Ratio, quia ſi de nouo grauabit, poterit appellare, vt ibi, vel recuſare eũ tunc ſi maluerit. Sed ſi vellet probare veritatẽ grauaminis, propter quod appellauit coram arbitris, pronunciabitur ſuſpectus. Et ita intelligatur c. ad hæc. clem. 1. extra de appellat. dum videtur velle poſſe recuſari iudicem à quo eſt appellatũ. ſecundum Io. Andr. quem ibi ſequuntur Butrig. Panorm. & communiter Docto. poſteriores, teſte eodem Panormit. ibi, & etiam Bar. in d. l. 1. Balb. deciſ. 46.

71 Iudex qui detulit appellationi, nõ poteſt reuocãdo delationẽ iuriſdictionẽ reaſſumere in ea cauſa, & caſu à quo eſt appellatũ. ſecund. Io. Andr. & cõiouniter Cano. in c. cum appellationib. de appella. in 6. in clem. ſicut. eod. ti. Bal. in l. eos. §. Apoſtolos. C. de appel. Do. Præpoſi. in c. vt debitus. extrà eo. Balb. deciſ. 480.

72 Tertij appellantis pro ſuo intereſſe victoria prodeſt etiã victo. l. 1. & ij. C. ſi vnus ex plurib. c. vna ſententia. de appella.

Fallit in 8. caſi. vt per Fely. in d. c. cum ſuper, de re iud. col. t. & ij. Idem.

73 Conuictus legitimis probationibus, ac ſponte proprio ore confeſſus, condemnatus non auditur appellans, l. obſeruare. C. quorum appellat. l. abſtinendum, C. eo.

Fallit in 8. caſib. quos no. Per. Duen. reg. 156. fallit in 7. caſi. vt per Carrerium in rep. l. obſeruare. C. quor. appella. non recip. in praxi. crim. num. 1. & ſeq. Don. à Fina.

74 Appellatio incerta nõ valet. Bald. in l. appellat. C. de appel.

Fallit in 2. caſi. quos not. Socy. reg. 15. in additio. fallit in 3. caſi. quos not. Lancil. in tract. de offi. Prætor. in cauſis ciuilibus, §. y. de appel. num. 38. Ampliatur in 3. caſi. & limitatur in 3. per Felyn. in c. inter cætera. de appellat. num. 6. Don. à Fina.

75 Licet iudex à cuius interlocutoria eſt appellatũ, nec detulit appellationi, poſſit in cauſa procedere ante inhibitionẽ, cap. non ſolum. de appellationibus. tamen ſi debitè requiſitus non dederit Apoſtolos, ſic procedendo facit proceſſum nullum. c. ab eo. & c. cordi. & ibi notatur, circa prin. de app. in 6. Niſi per comparitionem appellantis coram iudice à quo, in cauſa principali eſſet appellationi renunciatum. c. grauem extrà de off. deleg. ſecus ſi comparuiſſet, vt doceret de grauamine. c. ſi à iudice. de appel. in 6. Balb. deciſ. 448.

76 Appellationis iudicẽ indiſtinctè nõ debere prius cognoſcerẽ appellationis articulũ, quã principale negotiũ Doct. cõmuniter tradunt in c. vt debitus. de appel. Sed ſi appellás petierit, vt, omiſſo appellationis articulo, Iudex ipſe principale negotiũ cognoſcat, id facere poterit, per tex. in c. cordi. eod. tit. de appel. in 6. & latius per Abb. in d. c. vt debitus. F. Turzan.

77 Appellationi nunquam eſſe per iudicem deferendũ, niſi euidenter ſibi conſtet illam eſſe admittendã, voluit Io. And. in c. ad Rom. ij. quæſt. 6. Innocen. autem in c. paſtoralis de offi. delega. tenet appellationi ſemper eſſe deferendũ, vbicunque iudex in iure, vel in facto meritò poteſt dubitare. hancque opinionem communem eſſe teſtatur Collecta. in c. vt debitus. de appel. F. Turzan.

78 Si appelletur ad maiorẽ omiſſo medio, valet appellatio, non tamen quo ad effectum deuoluẽdi cognitionẽ ad ipſum ſum maiorem, ſecundùm gl. & Doct. in l. j. § ſi quis in appellatione ff. de appell. primum poteſt limitari ſecundum Bart. ibi, niſi maior eſſet omninò incompetẽs, aut ſaltem ratione diſſimitudinis poteſtatis, vt quia à iudice laico ad eccleſiaſticum appellaret: quia nulla eſſet appellatio. Balb. deciſ. 455.

79 Appellare ab executore permiſſum non eſt, l. ab executione. C. quorum appel. non recip. l. ab executore, ff. de appel.

Fallit in 5. caſib. quos no. Soc. reg. 26. & vltra eum limitat in 38. caſib. Per. Duen. reg. 41. Don. à Fina.

80 Appellatione pendente nihil eſt innouandum. l. appellatione, C. de appel. l. j. C. nihil innouari appella. pendẽte. Ampliatur vt per Aluiſ. de Albet. ſing. 172. & 173.

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. reg. 21. fallit in 7. caſib. vt per Anto. Corſ. in ſing. incip. appellatio. Rom. ſing. 163. fallit in 23. caſib. quos not. Petr. Duen. regu. 42. fallit in 23. caſib. quos not. Lancil. in tract. de of. præto. in cauſis ciuilib ſcilicet 2. in tit. de appella.

Fallit in multis caſib. vt per Ripam in l. j. ff de re iud nu. 10. fallit in 22. caſib. in 2. actu. prin. in vlt. par. prin. nu. 165. fallit in 2. caſib. vt per Dec. in l. pendẽte, C. de bono. poſſ. ſecundũ tab. in prin. fallit in 3. caſib. vt per Soci. regul. 17. in additio. Dona à Fina.

81 Si ſententia tranſiuit in rem iudicatam, non appellatur ab ea, nec ſupplicatur, vt no. in auth. ſupplicare. C. vt lit. pẽdente. fallit vt per Mantuam. ſing. 356. & 357. Don. à Fina.

82 Pendente appellatione ab interlocutoria, poteſt Iudex procedere. fallit in 3. caſib. vt per Lancillot. vbi ſuprà num. 25.

83. Appellatio iuſta nõ tollitur à principe, c. qui ſtis 2. q. 6. Fallit in 5. caſib. quos no. Pet. Duen. reg 43. Don. à Fina.

84 Appellare à ſtatuto iniquo nõ permittitur. Bar. in l. ſi. ff. de app. recip. fallit vt per Soc. reg. 20. fallit etiãſi ſtatutũ factũ eſt in odium particularis perſonæ, quoniam tunc licet appellare. hoc ampliatur in 6. caſib. & limitatur in 6. à Pet. Duen. reg. 46. Don. à Fina.

85 Appellatio à diffinitiua poteſt iuſtificari ex nouis cauſis, & ex nouis probationibus. l. per hanc, C. de tempo. appellat. l. eos, §. ſi quid autem, C. de appellat.

Fallit in 4. caſib quos not. Pet. Duen. reg. 48. Don. à Fina.

86 Appellatio in ſcriptis. Nõ ſufficit quãdo debet in ſcriptis appellare, facere ſcribi appellationẽ, & dictare in actis: nec ex hoc videtur in ſcriptis appellatũ, ſed debet appellatio in ſcriptis tradi Notario, ſecũdũ Bart. in l. Gallus. § adẽ credendũ. ff. de lib. & poſthu. Ang. in l. quæcũq; ff. de public. in §. 1. Bald. in additio. ad Spec. tit. de appellationib. §. 1. col. 12. Balb. deciſ. 457.

87 Appellatio geminata. Qui ſtatim viua voce appellauit, ſi intra decẽdiũ etiã in ſcriptis appellet, poterit proſequi vtrã velit, & vtramq. ſimul, quia geminare appellationẽ nõ nocet, ſecundùm Inno. in c. dilecto. cir. fin. extrà de appell. Io. And. in c. bona. eo. tit. in nouella. Bald. in l. iij. C. de appell. in c. 1. quo tempore miles. in vſib. feud. & Alber. in l. pacta nouiſſima. C. de pact. Ex ſecunda operatur quo ad differẽdum tẽpus appellationis proſequendæ, non quo ad ſententiæ reſciſionẽ & deuolutionem: quia in his duobus prima iã operata eſt, ſecundùm Bald. vbi ſuprà. licet Bar. in l. cum procurator. §. dominus. & Imo. in l. j. §. libell. ff. de appellat. ſentiant ſecundã nil operari. quod procedit quo ad dictos duos effectus tantùm. Idẽ ſentit Do. Præpo. in rubri. & in c. ſua. extrà de appel. col. 29. in d. rub. Balb. deciſ. 456.

vt reuocentur, neceſſe eſt appellationem iudici & aduerſario notificatam eſſe: aliàs ſi iudex ignoret, non reuocantur innouata, de quo per Rob. *de ord. iud. 6. par. ver. appellatio. nu. 392.* vbi locũ habet in appellatione iudiciali, non autem in extraiudiciali, in qua attentata reuocantur, etiã ſi appellatio non fuerit notificata. quod intellige, vt in extraiudiciali attẽtata ſolũ ea reuocentur, quæ ſunt contra appellationem, ſecus in attentatis poſt appellationem iudicialem, quæ ſimpliciter reuocantur, ſecund. comm. per Dec. *in c. bona nu. 15. 12. differentia. de appel.* Quod quidem remediũ attentatorũ adeo priuilegiatũ eſt, vt contra agentem reuocari attentata, excommunicationis exceptio opponi non poſſit, ſecund. Dec. *conſ. 200. col. vlt.* Rob. *vbi ſuprà ver. appellatio. nu. 393.* nec etiam exceptio proprietatis, teſte Card. *d. c. bona. col. 3.* nec exceptio ſpolij. Afflict. *deciſ. 98. nu. 4.* vbi *nu. 3.* dicit quod donec pendet cauſa attentatorũ, non poteſt procedi in negotio principali, vt per Franc. *d. c. bona.* cui adde, quod & ſi multa extent priuilegia, attentata tamen, niſi parte citata, reuocari non poſſunt, teſte Franc. ibi, & Dec. *d. conſ.* 200. Accedit, quod attentatorũ remedium contra tertiũ locũ non habet, ſi tamen tertius ipſe innouans à parte cõtradicẽte cauſa habuerit, attẽtata per ipſum reuocatur, teſte Afflict. *deciſ. 354. nu. 10.* vbi idẽ cẽſet, ſi nõ à parte, ſed a iudice cauſã habuiſſet, quod & Franc. docet *in d. c. bona col. 3. de appel.* & ſic fallit *d. concl.* quod attentatorũ remediũ nõ habet locũ cõtra tertiũ. Duobus autẽ modis attentata reuocari poſſe docent doct. vno ſcilicet, iud. officiũ principaliter implorãdo altero, acceſſoriè appellationẽ proſequẽdo, Afflict. *deciſ.* 351. Quæ attentata, quãdo nõ reuocentur, ponit Franc. *in c. dilecto, 3. col. 2. de appel.* Afflict. *deciſ. 98. in fin.* & plura in materia not. Abb. *in c. ſua. in fin. & in d. c. bona de appel. in c. ex parte. col. pe. de reſcrip.* vbi tamen forma præcedentibus attẽtatis, & per Afflict. *d. dec. 351. n. 2.* vbi quòd attentatorũ iudiciũ eſt ſummariũ. Quæ attentata an prius diluenda ſint, quàm negotiũ principale, idẽ Afflict. docet *deciſ. 98. nu. 3. deciſ. 131.* vbi concludit, cauſam attentatorũ nõ impedire, quo minus in cauſa principali procedi poſſit. Quod & conſtitutum eſt Subalpinæ patriæ Ducal. decretis *lib 3. t. 33.* pro quo vide etiã Guid. Pap. *q. 212. & ſeq. 436. nu. 12. 90. & 14.* Miſing. *cent. 1. obſer. 26. cent. 3. obſer. 33.* vbi an attentatorũ iudiciũ ſuſpendat cauſam principalem? & an ſine cauſa principali expediri valeat? de quo per Alex *conſ. 99. col. 3. lib. 5.* Qua in re, etiam notandũ eſt, quòd is qui appellatione pendente attentauit, tenetur fructus reſtituere, etiã medio tẽpore perceptos à die interpoſitæ appellationis, ſecundum Card. *in d. c. bona. col. 3.* cui concl. conuenire videtur, quòd appellans ſi aliquid attentet appellatione pendente, cenſetur eam deſerere, teſte Miſing. *cent. 2. obſer. 50.* Bellac.

163 Appellatione ab interlocutoria pendente, poteſt iudex ipſam interlocutoriam reuocare, & ſic ſe de cauſa principali impedire. *cap. cùm ceſſante. extrà de appel.* eſt glo. quæ reputatur ſingularis *in c. eccleſia veſtra. el ſecũdo, in verbo, aducere, circa med. extrà de elec.* Niſi iam eſſet inhibitum per iudicem ad quem: quia tunc reuocare non poteſt, cùm ex eo negotium cenſeatur perfectè ad ſuperiorem reuolutum, ſecund. Doctores *in l. j. in princip. ff. nil noua. appel. pend.* Balb. *deciſ.* 459.

164 Appellatione pendente poſſeſſor moleſtari non debet, quòd ſi fiat, reſtitutio ante omnia fieri debet. teſte Dec. *conſ.* 97. Et innouans appellatione pendẽte priuatur beneficio appellationis. Neuizan. *cõſ. 36. poſt nu. 10. verſ. 3 moneor.* Bellacomb.

165 Pactum quòd à ſententia iudicis liceat appellare, valet. *l. fi. §. fi. C. de temp. appellat.*

Fallit in 4. caſib. quos nota. Ripa *in l. nemo poteſt, ff. de leg. j. num. 87.* Don. à Fina.

166 Coram iudice appellationis poteſt deduci, & probari, quod non fuit deductum, neque probatum in cauſa princ. no. *in c. cùm Ioannes, de fide inſtru.*

Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 3. à Fely. *in d. c. numer.* 17. Don. à Fina.

167 Victor non appellat ab expenſis, ſed obtinet de ipſis coram eo ad quem victus appellauit, *l. fi. C. quando prouoca. non eſt neceſſe.*

Fallit in 4. caſib. quos no. Felyn. *in c. ſignificauerunt, de exceptio.* fallit in 3. caſibus, vt per Socy. *regul. 97. in additio.* Don. à Fina.

168 Renuntians appellationi non videtur nullitati renuntiaſſe. eſt comm. opin. ſecun. Dec. *cõſ.* 533. vt refert Sebaſt. Van. *in tract. nullita. In minori editione.* I. Fichard.

169 In cõmiſſis facultati iudicis non appellatur. fallit vt per Fely. *in cap. exceptionem. de exceptio. nu. 3. 5. & 6* Don à Fina.

170 In commiſſis arbitrio iudicis ſi partẽ lædit, vel grauat, poteſt appellari. not. *in cap. ſuper his. de accuſ.*

Fallit in 4. caſib. quos no. Fel. *in d. c. nu. 15.* Don. à Fina.

171 Qui prior apellat, prior agit, *l. qui prior appellat, de iud.* fallit vt colligitur ex diſtinctione quam facit Bartol. *in d. l.* Don. à Fina.

172 Appellatio non valet in his, quæ dilationẽ nõ capiunt. Fallit vt per Damaſ *reg. 73.* Don. à Fina.

173 Appellatio ea amplius nõ dicatur, quæ fuit deſerta: quia iuris cenſetur ac ſi appellatum non eſſet, *c. licet. de ſent. excom. in 6. cap.* Aegid. *dec. 207.* adeo vt ſi appella. temporibus elapſis ſentẽtia in principali negotio proferatur, ſit ipſo iure nulla: Anch. *conſ. 345.* Alex. *conſ. 59. lib. 4. 64. 82. lib. 6. 79. lib. 7. 137. lib. 9.* Afflict. *deciſ. 183. nu. 4. deciſ. conſ. 34. in fi.* Quot autẽ modis dicatur appellatio deſerta: & quis dicatur deſertionis effectus, nota. Guid. Pap. *conſ.* 77 & an deſerta appellatione, nullitas deſerta dicatur, vide doc. *in l. ſi expreſſim. de app.* vbi Barto. nullitatem minime concidere ſuſtinet, cui contradicit Bald. *in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac.* pro quorum conciliatione plura ponit Miſing. *cent. 2. obſer.* 77. vbi diſtinguit inter nullitatem incidenter, vel principaliter propoſitam, vt ſi appellatio & nullitas ſimul proponantur, appellatione deſerta, nullitas quoque acceſſoria pereat, ſecundum *Bal.* ſententiam, aliàs ſecus, pro opin. Bart. Sed inde non infertur, quin in alio nouo iudicio nullitas intra 30. annos principaliter deduci poſſit, nã eo caſu prædicta ratio acceſſorij ceſſat, de qua ſcribit Guid. Pap. *conſ. 10 conſ.* 185. pulchre Neuiz. *conſ. 41. n. 38.* Accedit, quod appellatio & nullitas ſimul cumulari poſſunt ſec. com. per Franc. *in c. dilecto q. 21. de appel.* Imol. *in l. ſi expreſſim. ff de appel.* Rot. *deciſ 145. in antiq.* Sed an appellatione prohibita nullitas etiã prohibita intelligatur? dic quod nõ, ſec. com. cũ hæc duo quędam ſint iuris ſubſidia adinuicẽ ſeparata, iuxta not. per Guid. Pap. *q. 38.* Curt. ſenior *conſ. 59. nu. 10.* Alex. *cõſ. 186. lib. 7.* Hyp. *ſing.* 473. Curt. iun. *conſ. 104. n. 4.* Deci. *cõſ. 49. n. 2 coſ. 533.* vbi dicit. comm. quã intellige, quando ſeorsũ & principaliter ab ipſa appellatione nullitas proponitur: ſecus ſi appellationi mixta fuerit: quia tunc nullitas prohibita cenſetur, ea ratione, quia effectu ineſt ipſi appellationi. Bald. *in l. eos §. ne temere. C. de appellat.* Felyn. *in c. ſi autem. col. 4. de reſc.* Sebaſt. Vant. *de nullit. c. 4. tit. quis poſſit dicere de nullitat. nu* 36. Verũ appellare prohibitus officium iudicis implorare poterit, quod nunquam excluſum cenſetur, teſte Rom. *conſ.* 325. Abb. *in c. ex parte. 2 de [illegible] dele.* Soc. *conſ. 39 lib. 4.* Iaſ. *in l. j. ff. de. iuriſd. omn. iudic. in l. vbi pactum. [illegible] de tranſa.* Hyppol. *in pract. §. opportunè, nu. 52.* Gramat. *dec. 35. nu. 4.* Bellacomb.

174 Quæritur, an per lapſum anni dicatur deſerta appellatio, ita vt iudex indiſtinctè poſſit ſententiam exequi, ſi aliter nõ cõſtat ſibi de impedimento? Reſpon. quod non, ſed debet expectari, vt labatur ſecundus annus. Ita eſt tex. *in auth. ei qui appellat. C. de temp. appel. & in Clem. ſicut. de appel.* Hanc opinionem tenet expreſſe Barto. *in d. auth. ei qui, & in l. j. ff. nil. no. app. pend.* & Dec. poſt Abb. *in c. ex ratione. de appel.* Bald *in l. eos. C. eod. tit.* Et eam dicit eſſe communem Rober. Maran. *in Spe. par. 6. rubr. de app. nu.* 220 licet ipſe teneat contrarium, quod ſc. licet elapſo anno, ſi non conſtat de impedimento aliquo, poſſit ſtatim ſententiam exequi, parte tamen citata, *per d. cap. ſicut.* Cuius opinio mihi quoque ſatis probatur, atque puto quoq; id eſſe de mente Doct. qui tenent communem: quod licet debeat expectari lapſus biennij, ſi tamen velit, poſſit citare appellan. ad docendum de impedimento, & ſi non docuerit, ſententiam exequi. Mich. Graſſus.

175 Sed quæro, Nunquid ipſe appellans in primo anno debeat proteſtari de impedimento, ad hoc vt reſtituatur? Reſp. vera & communis concluſio eſt, quod quando ſtat per iudicem, tunc debet proteſtari. ita firmat Alex. *in conſ. 10. vol. 2.* & Doct. communiter *in d. c. ex ratione. & in l. properandum. §. ſin autẽ. C. de iudic.* licet tutius ſit, vt ſẽper proteſtetur, teſte Dec. *q. c. ex ratione.* Mich. Graſſus.

176 Quæro, an deſerta appellatione cenſeatur deſerta quoque nullitas cum appellatione ſimul in iudiciũ principaliter deducta? Reſpon. Variatum eſt ſententiis, nonnullis exiſtimãtibus deſerta appellatione non eſſe vlterius locum proſequẽdi nullitatem: hanc ſententiam tenet Innocen. *ca. ſæpè, de appellat.* Bald. *l. qui teſtamento. ff. de excuſat. tutor.* Salyce. *l. j. C.*

quando

quando prouo. non eſt neceſſ. Cuma.*l.ſi expreſſim.ff.de appel.* Aliis verò contrarium aſſerentibus, ex quo nullitas non reſtringitur his limitibus, quibus appellatio cẽſetur iure reſtricta, vt no. Bar. *l.quidã in ſuo,ff. de cõdit.inſtit.* Hãc ſententiam tenet Bar.*d.l.ſi ex preſſum.n.10.* & ibi Im.*n.16.* Abb.*c.dilecto.n.9.ubi Francus q.58. de appel.* Soc.*cõſ.10.col.fi.lib 4.* Et hac opinionem cum.eſſe firmat Dida. Couar.*pract.quaſt.c.25.* & tenet Ferrarienſis pract. *forma appel.à ſent. deſini.ver. & inquãtũ ſit aliqua.* M.Graſſus.

177 Appellatus nõ poteſt appellãtem inuitũ cogere ad proſequendum ſuã appellationem, niſi in vltimo menſe anni da ti ad proſequendũ, ſeu tale tempus ei diminuere, ſecundum Archid.*in c.Romana.§.qualiter.verſ porrò de appel.in 6.* Ioan. And.& Butrig.*in cap.oblata.extra eo.* & ibi Pan.*in penul.notab.* Spec.*eo.tit.§.nunc breuiter,verſ.itẽ pone,præfixus.aliàs in §.qualiter.circa* .Dom.de Rota *deciſ.290.in rubrica de appellationibus in nouis* [illegible]do.Prępoſitus *in c.perſonas.vlt.col.extra de appellationib.* [illegible] *Federic.conſ.* [illegible]3.licet Iac.Butrig.& Iac.de Beluiſ. quos refert & ſequitur Salt.*in auth.ei qui.C.de temp. appel.* teneat contrarium. Balb *deciſ.474.*

178 Sententia etiã criminalis reprobari poteſt per contumacem, qui eſt admiſſus ad nouas defenſiones per Principẽ, vt eſt communis opin.*q.94.verſ eſt etiam.* Idem Bonac.

179 Appellãs in cauſa criminali non poteſt ſuæ appellationi renunciare, vbi eſt quęſtio de morte naturali vel ciuili, vel de mẽbri mutilatione, & hoc ſiue appellatio ab ipſo cõdẽnato interpoſita ſit, ſiue à tertio pro ipſo cõdẽnato. Ang.*in tract. maleſi.verſ præſente dicto Caio.* Rebuſ.*in cõment.in conſtit.regias, in tract de appel.art.15.in glo.1.n.23.* cõtra Bar.*in l qui vltimo. in fi.ff.de pœnis.per l.non tantum.ff.de appellat.* non enim auditur perire volens.*d.l.nõ tantum.* in ciuili autẽ cauſa ante decẽ dies poteſt appellãs ſuę appellationi renũciare, etiã inuito appellato, cùm appellatus de regni cõſuetudine nõ iuuetur appellatione appellãtis. Rebu.*loco quo ſuprà in gl.2.nu.17.* poſt verò decem dies non poteſt renunciare inuito appellato. Bellac.

180 In cauſa appell.in curiis ſuprẽmis, vbi appellãs eſt contumax, & appellatus cõparet accuſans contumaciã, illi appellato datur congediũ contra appellãtem cõtumacem, ſaluo ſi cõpareat intra tempus ſtatutum: quo elapſo ſi nõ cõparuerit, expedietur ipſum cõgediũ per actuarium, ſeu graphariũ. per quod cõgedium declarabitur appellãs contumax, & dicetur bene iudicatum, & malè appellatũ, ipſum appellãtem in expenſis cõdemnãdo erga appellatum, & in emenda erga Regẽ. Audietur tamẽ ipſe appellãs ſi cõpareat antequã congedium expeditũ fuerit, & parti traditũ, refuſis expenſis. Ita Ioan.Imbertus *in ſua practica cauſarum forenſium in 2.lib.in capit.comme on pourra proceder à cõtumacier le deſaillãs ès cauſes d'appel.* Ide.

181 Iudex delegatus. Quãdo appellatũ eſt ab interlocutoria ante diffinitiuam, & iudex delegatus ad illam cauſam appellationis pronunciauit bene appellatum, & malè interlocutum, poterit ipſe iudex delegatus etiam de cauſa principali cognoſcere, ſicut poteſt ordinarius.*c.vt debitus.ext. de appel.* ſecundum Inn.*in d.cap.vt debitus.in gl.in verbo, alioquin.* Pan.Butr. & Hoſt.*ibi, Quam opinionem dicunt veriorem,* pro qua eſt gl.*in cap.fin.§.fin.2.q.6.* Et hanc ſequitur domi. Conſtantius de Bargis *in l.iudex.ff.de re iud.* quicquid contrà ſenſerint Vincen.ac Fed.de Sen.*in ſuis conſ.* vt refert Panorm.*in d. cap. vt debitus.* Secunda tamen opinio poſſet procedere, & ſaluari ſecundum Imol.*in d.l.iudex.* quando in commiſſione dixiſſet, Delego tibi cauſam appellationis tantùm, aliàs procederet, quod prius dictum eſt: ſecũdum præfatus doctor.& domi.Præpoſ.Mediolanenſ.Card. nunc, & epiſcopum Alexand.*in d.cap.vt debitus.* Balb.*deciſ.22.*

182 Attentata, & innouata pendente appellatione ante omnia reuocãda ſunt, *l. ex illo. & l.minimè.C.de appel.& l.1.ff.nil nouari appel.penden.& cap bona memoria, & cap. an ſit. de app.* & hæc regula videtur communis vtriuſque iuris, atteſtante Dec.*conſ.200 in caſu propoſito agam paucis.ſub n.1.* & Frãciſco Herculano *in tract.de attentatis appellatione pendente,cap.30.n.1.* & omnium latiſſimè D.meo Roberto Lãcelloto *in ſuo ſeri[?]lis tract.de attentatis, & innouatis in 2.par.c.2.de attent.appella.penden.nu.78.cum aliis ſeq.* qui licèt hunc citauerit locum, tamen (diuino afflante ſpiritu) tanquam fons legum vberrimus exornauit ita mirabiliter prẹſentem regulã, vt quilibet eius ſitim in ea facilè explere queat.

Item attentata pendente appellatione ſunt omnino reuocanda per iudicem ad quem, ſecũdum Ioan.andr.Gem.*nu.4.* Fran.*nu.2.* & alios cõmuniter *in c.nõ ſolum per text.ibi,de app.lib.6.* & D.Robertũ Lãcellotum *in d.tract.de attentatis, & innouatis in 3.par.c.27 de iudice, a quo, & per quem attentata reuocatur, nu.34.cum aliis ſeq.* qui etſi ibi [illegible] atteſtetur de communi opinione, allegétque benignè hũc eundem locum: nihilominus ipſam communẽ ſimiliter ex propria officina, & ex ſudore vultus ſui vtiliter in praxi declarat, & interpretatur.

Imò iudex à quo poſſet reuocare etiã, quę ab eodẽ, vel à partibus nouata fuerint appellatione pẽ[illegible].tex.eſt *in c cùm teneamur,de appel.* vbi Prep.& Dec.*in c ſ[illegible] itecundinem.eod tit.*

Item ampliatur etiã ſecundo præmiſſa regula, vt non modò reuocãda veniant ante omnia attentata poſt appellationem interpoſitã, ſed et á innouata ante appellatione, & poſt ſententiã, intra tamen tẽpus datũ ad appellandum. tex.eſt *in d c.non ſolum,* quẽ celebrat Pap.& cæteri omnes ibi, & ait eſſe incognitũ legiſtis Corſet.*in ſingul.in ver appellatio in prin.* idẽmque probat tex.*in l & poſt ff.de tranſactio.* gloſſ.*in l. ex iudiciorum ff.de accuſatio in ver ſequuta,* quã [illegible]ixerunt ſin[illegible]. Bald.*in c.quærentis de of[illegible] c.deleg.* Caſtr *in l.eius qui [illegible], & l. ſequenti ff.de te[illegible]tam.* & Alex.*in l.3 §.ſi [illegible]runs ff.de acq po[illegible]eſ.* [illegible] cã atteſtatur eſſe cunctis Doctorũ [illegible] receptã [illegible] hoc idem in mediũ expoſuit vberrim D.Robertus Lancellotus *in d.tract.de attentatis, & innouatis in 2.pars cap.11,de attentat.peden.tempore ad appelladũ,nu.14.cum cæteris ſeq.* vbi [illegible]liter allegat pręſentem locum munificè more ſuo, & illammet cõmunem illuſtrare conatur rationibus, & auth[illegible]ritat.b.

¶ Et hoc nõ caret ratione: cùm attentata pendente tempore ad appellãdũ ſint nulla.*d.c.nõ ſolum, & l.1.* & ibi no. Pa: *nihil nouari appel.penden* & Dec *in l.1.in prin.C.de bon poſſeſ.ſecundũ tab.* etiã ſi iudicialiter, & iudicis authoritate attẽ[illegible], vt aſſeruerũt plures Doct.quos refert Dec.*conſ.*[illegible] *circa pr.* & viam attentati exponit, id eſt nullitatis, Abb *in c.bona, nu.9.de appel.*

Imo etiam collatio facta infra tempus datum ad appellandum, & ſic intra decem dies poſt ſententiã priuaro[illegible], ſi potuit appellari, licet poſtea non appellatũ ſit, eſt nulla. ita [illegible] Paul.*deciſ.78.* Moheda.*deciſ.150.* & Ant.Aug.*deciſ.3.& 166*

Et hoc remedium attentatorum poteſt deduci etiam per viam exceptionis, & replicationis. Philipp.Fran.*in ca.dilecti, nu.9.de appellatio.* Sed hoc habet locum in cauſis ciuilibus, ſecus vero in criminalibus. nam infra decem dies exceſſos ad appellandum exequi ſententia capitalis per iudicem contra reum condemnatum poteſt, quando appellatum non eſt per ipſum reũ, ſecũdũ Bar.*in l.non tantùm ff. de appella.* & Gulielm. de Cu.Petr.& Bald.*in l.addictos C.de epiſco.audiẽ.* vbi Caſtren. ait ità ſeruari de conſuetudine, & apertius poſt alios ſignatos per eum præſtantiſſimus Dominus Follerius *in pract. crim.in ver.pœnis debitis feriantur,nu.5.*

Et idem videtur ſentire in banito, videlicet, quòd impunè infra tempus datum ad appellãdum interfici [illegible] poſſit, Spec.*in tit.de executio ſentẽtia,* Rom.Soc.& Ia[illegible]*in l.3.§.ſi ſeruus ff.de acqui.poſſeſ.* Bart.& Bal.*in l.addictos C.de appellatio.* & Marcus Antonius Blancus *in pract.crim.in rubr.incip.ignorantia an excuſet à delicto,nu.108.& 111.cum aliis ſequentib.* poſt alios congeſtos per eum, vbi recitat iſtam opinionem eſſe magis communem, & magis veram, & D.Lancellotus etiam *in d.c.tt.nu.21.* qui dum alioquin ibi allegaſſet locum hunc tanquam corruptum, & deprauatũ, & hęc deprauatio eius ſpiritũ turbaſſet, vt ceſſaret eius admiratio, huic errori potius alieno, quàm meo obuiare decreui: & addidi negatiuam, quę incuriosè tempore impreſſionis fuerat prætermiſſa.

Tertiò ampliatur, quòd attentata reuocanda ſunt, etiã deſerta cauſa appellationis, ordinariè tamẽ, & dato libello, ſecũdum Doct.*in c.cùm veniſſet, Francum in d.c.non ſolum. & in c.ſepè de appel.in 6.* Lapum *in allegatio* 1.& Rotam *deciſ.130 in nouis,* & Petrum de Benintendis *deciſ.40.num.3.* vbi prædicat iſtam eſſe communem opinionem, atque refert alios contrariæ opinionis authores.

¶ Et huic opinioni contra communẽ videlicet, vt appellatione deſerta non dicatur attentari, accedit etiam Card.Puteus *dec.1.tit.vt lite pendente nihil innouetur, & in deciſ.2.de appel.* vbi conſtanter firmare videtur, quod deſerta appellatione quis nõ attentet ingrediẽdo poſſeſſionẽ, ſed videatur nulliter agere. cęterùm in regno ſemper in praxi merito vidi obſeruari communem prædictam tanquam veriſſimã, & ſacroſanctiſſimam.

Quartò ampliatur, quod attentatorum reuocatio fieri debeat, etiam ſi obiiciatur appellanti notorius defectus iuris in negotio principali, etiam in cauſa quæ ſuper beneficio tractatur, ſecundum An. & Francum *in 7. differentia in d. c. bona memoria*, & Dec. *in cap. ex parte il 2. col. fi. de reſcrip.* per tex. *in cap. ſi conſtiterit. de accuſat.*

Vnde eadem ratione, imò fortiori idem concludunt, atque firmant ſcriben. omn. in rebus prophanis, & temporalibus, vt ſcribit Alex. *conſ. 99. vol. 5. nu. 9.* vbi apoſtilla meminit iſtã fore cõem opin. & diligentiſſimus D. Vrſillus cumulatiſſimè etiam *in add. Afflict. in deciſ. 98. nu. 3.* vbi hoc vtiliter ampliat.

¶ In contrariam vero partem inclinauit Afflict. poſt alios aggregatos per eum *in d. deciſio. 98 ſub n. 6. & in deciſ. 352.* qui d. in Curbiceruix, *ſub nu.* 5. quam quippè tanquam tutiorem in deciſiuis amplecti ſemper non erubeſcerem.

¶ Quia licèt aliter de iure ſtatutum ſit, vt oſtenſum eſt ex communi opinione antedicta, nihilominus ſacrum regiũ cõſiliũ Neap. recognoſcens quandoq; manifeſtiſſimas calũnias, atq; iniuſtitias poſtulantiũ ipſorũ attentatorũ reuocationem, fretũ regia poteſtate reuocare nõ ſolet in præſenti caſu attentata ipſa, prout euenerat in caſib. dictarum deciſio. 98. & 352.

Sed vbi hic tractaretur ſuper eccleſiaſtico beneficio, contrarium ſimiliter tenuere Rota *deciſ. 55. in nouis, & deciſ. 14. & deciſ. 348. in antiquis*, Oldr. *conſ.* 1. Imol. *in d. c. bona memoria col. 3.* & videtur verior opinio contra primam ſententiam Ant. & ſequacium ſuperius relatam.

¶ Cũ beneficium eccleſiaſticum poſſideri nequeat ſine canonica collatione, & neceſſarium ſit aliquo colore ſaltem canonici tituli poſſeſſionem iuſtificare, iuxta Gloſ. illam celebratiſſimam *in clem. vnica, de cauſa poſſ. & propriet.*

Quintò ampliatur etiam antedicta regula, quòd attentata veniunt in totum reuocanda, & purganda, nec ſufficit cedere, & deponere cum obligatione, ſed ſunt neceſſariò liquidanda. ita Ant. Auguſt. *deciſ. 3. &* 707.

Imò hoc intantũ procedit, vt attentata ipſa in primis, & ante omnia reuocanda, atque purganda ſimiliter veniant, etiam vſque ad minimum obolũ, antequam progrediatur ad rei iudicatæ anterioris in ſpolio executionem, ſecundum Rot. *deci. 2. de reſtit. ſpol. poſt medium*, & Ripam *in l. naturalem. §. nihil cõmune, nu. 50. ff. de acquir. poſſeſ.* per textum expreſſum *in c. non ſolum, de appel. lib.* 6. vbi diſponitur, quod innouata ita penitus reuocari debeant, vt nihil inde impurgatum remaneat.

Et hinc eſt quod appellatione pendẽte innouatio facta nõ ſolùm retractatur, atque reuocatur quo ad poſſeſſionem, ſed etiam quo ad fructus interim perceptos, *c. bona memoria.* & ibi Doct. & præſertim B. l. card. & Philipp. *de appel.* Franciſ. Herculanos *in tract. de attentatis appellatione pendente in tit. de attentatis reuocandis c. 3. nu. 12. & alijs ſeq.* & D. Robert. Lancellottus *in d. tract. de attentatis in 3. par. c. 31. de pœn. attẽtatorũ, nu. 20. cum cæteris ſeq.* vbi ponit hoc pro regula, cum aliquibus vtiliſſimis ampliationibus & limitationibus.

Et attentans ipſe poſt reuocationem attentatorum ad fructus prædictos ita duriter tenetur, quòd impẽſis propriis fructus perceptos per eum deferre obnoxius ſit ad domũ illius contra quẽ fuerit attentatum. ita Bald. firmat eleganter *in d. c. bona memoria*, & ibi etiã Franc. & Roin. *conſ. 75. nu. 4 vol. 5.*

Necnon innouatio facta circa acceſſoria, ſimiliter retractatur, cũ appellatio ſuſpendat negotium principale, & acceſſorium, *c. dilect.* & ibi Philip. & alij omnes *de appel.* & Rota *deciſ. 363.* ex hoc inſurrexit.

Sextò amplificatur eadem cõmunis regula; vt attentans cõdemnari debeat etiam in expenſis, etſi reuocentur attentata ex officio. ita Rota *deciſ. 1. aliàs 13. ſi iudex v. lit. penden. in nouis.* Lancellot. *in d. c. 31. nu. 112. & ſeq.* & Creſcen. *dec.* 180.

Siquidem ex mero officio ſuo iudex poteſt attentata reuocare, etiam, quod de intereſſe partis reuocationẽ petentis aliter nõ conſtaret, ſec. Rotã *deciſ. 4. vt lite penden. in nouis, & deciſ. 5. in antiquis eo. tit.* & Caſſadorum *deciſ. 3. de reſtit. ſpoliat.*

Septimò ampliatur itidem regula præmemorata, vt in cauſa etiam attentatorum procedi queat ſine alia cõmiſſione, ſi committatur cauſa ſuper beneficio, vel ſpolio, & incidentib. ita Mobeda. *deciſ.* 100.

Sed in Regno Neap. mos eſt iuri conſentaneus, in quo cõceduntur literæ inhibitoriales, cum expreſſo pœnali mãdato contra iudices à quibus, & partibus attentantibus reducendi omnia innouata, & attẽtata appellatione pendẽte, ad priſtinũ ſtatum ſuum, & ſic mediantib. ipſis literis impetratis inhibitorialibus in ſacro Regio concilio, in regia Camera ſummariæ, in magna curia vicariæ, & in omnibus prouinciarum ipſius regni regiis Audientiis, inprimis & ante omnia abſq; ſcrupulo aliquo vtcunque innouata poſt interpoſitam appellationem, ſeu infra tempus ad appellandum ſtatutũ à iure reuocantur, reducuntúrque ad priſtinum: & optimè quidẽ agũt iudices appellationis, quorum maieſtas attentando fuiſſet offenſa, ita exequi & prouidere. per textum *in cap. ſollicitudinem circa medium, ibi, nam ad officium eius, extra de appellat.*

Nam iudex poſtquam ſemel pronunciauit, ſiue malè, ſiue bene functus eſt officio ſuo, *l. iudex poſtquam. ff. de re iudicata.*

Et eo ipſo, quod ad ſuperiorem iudicem quis appellat, iuriſdictio nempè inferioris ſuſpenditur & ſilet, *c. venientes. de iureiur.* & notat Lapos *allegatione 2. ſub num.* 1. & Franc. *in c. ſi à iudice. poſt prin. de appel. lib. 6.*

¶ Et eo magis cũ ipſa appellatio in omnibus eximat appellantem, ſecundum Rotam *deciſ. 15. in antiquis. tit. de appel.*

¶ Et ſic ſuſpenſa, & ligata iuriſdictione iudicis à quo per appellationem. *c. dilectus filius. de reſcript.* vbi Butr. *in 2. notab.* appellatione pendente nihil poteſt per eũ innouari, & interim tenetur ab executione ſuperſedere, *l. j.* vbi glo. & Bar. *ff. nil noua. penden. appel.* & Iaſ. *conſ. 187 col. 7. volum. 2.*

Imo appellationis remedio extinguitur pronunciatum, *l. j. in fin. ff. ad Turpil. l. 4. ff. de pœ. contra. & l. fiet. ff. de his quis no. infa.* quia ſuſpenditur, vt ſupra concluſum extat. & quod appellatio de iure ciuili extinguat, de iure vero canonico ſuſpẽdat pronunciatum, fœcundè diſcurrit intelligẽtiſſimus D. Quintilianus Mandoſius *in tract. commiſſio. in commiſ. 20. q. 3.*

Vnde merito tunc nulla erit terminorum obſeruatio neceſſaria, cùm non requiratur modo aliquo libellus, nec litis conteſtatio in ipſa reuocatione attentatorum, ſecundum Bal. *col. 2.* & Saly. *col. 3. in l. appellatione C. de appellat.* glo. *in clem. 2. in prin. vt lit. penden. & in rub ff. de in integ.* Franc. *in d. c. dilectis. col. 2. de appell.* & Ioan. And. & alios communiter omnes *in c. cum teneamur. de appellat.*

Et licèt in curia Romana non ſoleant concedi literæ inhibitoriales, niſi eidem cõſtaret per exhibitionẽ ſententiæ, & appellationis, eſſe appellationem ipſam ad ſe deuolutã, atteſtãte Rota in deciſ. 11. fuit dubitatum in nouis, & Ioan. And. *in c. Romana. §. ſi verò. de appel. in 6.* dum ibi aſſeuerat cautos appellantes ſolitos eſſe ferre ſecum ſentẽtiam, & appellationẽ, quas oſtendunt iudici ad quem, vt appellationem ad eum deuolutam fore conſtet.

Tamen in regno Neapolit. in regiis tribunalibus concedi conſueuere literæ ipſæ inhibitoriales in forma à ſentẽtiis diffinitiuis ad ſimplicem ortum partis ſuccumbentis, nõ aliter per eam producta ſententia, & appellatione.

Octauò ampliatur quoque regula prædicta, vt nec contra commiſſionem attentatorum veniat iterũ citandus abſens, ſed ſolummodo procurator, vt per Card. Puteum *deciſ. 33. de iud. & deciſ. 20. vt lit. penden. nihil innouetur, & de attentatis.* Et poſſet procedi etiam per contradictas, vt per eundem ibi.

Nonò extendit vires ſuas regula prælibata, vt attentata etiã per actorem poſt commiſſionem per eum, impetratã veniãt reuocanda, vt *in clemen. 2. vt lite pendente*, & hoc fortius in actore, quàm in reo locum obtineret: prout ita deciſum extitit *in Rota deciſ. 75 in nouis.*

Decimo ampliatur etiam, vt attentati via ſimiliter cõpetat contra tertium, qui in re attentata ſucceſſit, vt explicãt & firmant Franc. & alij omnes *in c. vt teneamur*, & Dec. & cæteri *in c. bona. de appel.* & ſic appellatione pendente, facta innouatio reuocari debet, etiam per remedium attentati contra tertium poſſeſſorem in rem habentem titulũ, & bonam fidem. *c. ex parte. de teſt.* quod vtique procedit, locumq; obtinet etiã ſi ſucceſſor non habuerit cauſam à iudice, vel à partib. innouantibus, vt ibi ſingulariter notatur.

Poſtremò ampliatur memorata regula, vt attentata nullitate pendente reuocari ſimiliter debeant, ſecundum Abb. *in c. accedens, vt lite conteſt.* Bar. *in l. 1. col. 3. C. quando prouoc. non eſt neceſ.* Bal. *in auth. qua ſupplicatio in verſil. iuxta hoc formas. C. de preci. impera. offe. & in l. 3. col. fin. C. de app.* & Card. per textum *ibi clemen. 1. §. fin. de ſequeſtr. poſſ.* & Innoc. & Imol. *in cap. ex inſinuatione. extra de procurat.* Saly. *in l. j. C. ne liceat tertiò prouocare.* Paul. de Caſtr. & Alex. *in l. iiij. §. condemnatũ ff. de re iudic.* Couarruuias *in ſua pract. cap. 24. numero 6.* & Afflic. *deciſ. 98. pulchrum eſt dubium numero 4.* at licèt aliqui Doct. videantur inclinare in contrariam partem, tamen eorum opi-

niones

niones videtur ad facilem conſonantiam,& concordiam fæ dere diſtinctionis reducere Franc Herculanus *in d.tracta. de attentatis appellatione pendente,cap 30.nu.46.*

¶ Alias verò ampliationes circiter 219. ad eandem regulã vtiliter tradit Franc.Hercul. *in d.tract.de attentatis appellatione pendente cap.30.à n.3.vſq.ad nu* 219.*&* 21.alias fallentias facundè diſcuſsit,& reſoluit D. Rob. Lancellotus *in d.tract.de attentatis in 2.par c.12.in t.ampliat.cum alijs ſeq.*

183 Cæterum limitatur regula prædicta ampliata primo nõ procedere,vt attentata,& innouata reuocãda nõ ſint ante omnia in caſibus illis,in quibus appellatio iure nõ eſt admittenda,vt voluit Gloſ.communiter approbata *in d.c.non ſolum in verſ.caſibus,* Inn.*in c paſtoralis.nu.3.de offic.deleg* Bald.*in cap. ſancimus col.1.quo temp miles in vſibus feudorum,*& Petrus Dueñas *in reg.42.appellatione pendente nu.10.*

¶ Vbi ipſam cõmunem limitat,atque declarat,ac prælibatã regulã limitat quoque Corſetus *in ſing.incip.appellatio , ſi primo,n.7.caſibus,* & Soc.*in reg.*21.*&* *in* 23.alijs caſibus limitat Duennas *in d.reg.*42.per tota,atque limitat etiã.53.alijs modis Doct.Robertus Lancellotus *in d.2.par.c.12.limit.1. cũ cæteris ſeq &* *in* 228.limitat poſtremo Frãciſcus Herculanus *in d. tract.de attentatis appellatione pendente,c.31.nu.1.cum alijs omnibus ſequentibus.*

Secundò claudicat etiã eadem prælibata regula,vbicunque in cõmiſſione iudicis per principem foret appoſita clauſula procedendi appellatione remota,tũc quippè clauſula hęc facit,operatúrq; vt non poſſint geſta poſtea reuocari tanquã attentata , ſi appellatio friuola ſit ita Ant.Aug.*decis.3.&* 100. & Bellamet.*dec.*18.& *in c.paſtoralis,nu.6.de appel.*

Sed aduerte ne ignoremus principia,ſeu veri,neceſſariique termini præſentis regulæ,quòd hic ponendi,annectẽdíq.neceſſariò veniunt aliqui caſus,in quibus quis attentare,vel nõ attentare dicatur.Et primò nota,quòd quęlibet inhibitio Rotæ Romanæ ſpreta cauſat attentata,ſecundùm Fab. *dec.* 53.

Secundò lite pendente is dicitur innouare,& attentare qui ſua poſſeſſione alio modo,quàm antea vtendo , facit aliquid illicitũ,vel doloſum in præiudicium partis.Gloſ.eſt,cũ qua Canoniſtę omnes vnanimiter , & concorditer pertranſeunt *in c.non ſolum de appel.in 6.*

Tertiò non me pręterit , quòd Reſignatarios colitigãtis poſſeſſionem capiens ex titulo non apoſtolico videtur attentare,ita Ant.Auguſt.*dec.* 143.*&* 781. ſed ſurrogatus gratioſè non attentat modo aliquo,vt efficax huius veritatis teſtimonium eſt Moheda.*decis.*292.*&* 327.

Quartò poſſeſſio capta vigore ſẽtẽtię à qua appellatũ extat, dicitur attẽtata,& venit ſequeſtrãda,teſte Ant.Aug.*dec.*1.*&* 9.

Quintò ſi poſt tres ſententias ex quacunque commiſſione quamuis parti,non autem iudici inhibitum ſit,tamen ſi quid poſteà fiat,attentatur,ità Ant.Auguſt.*dec.3.&* 37 .&Card.Puteus *decis.2.in.vt lite pendente nihil innouetur, & de attentatis.*

Sextò attentata per non procuratorem debent reuocari ſtatim,quòd de eis habuerit notitiã principalis,ſecundũ Card. Puteum *decis.6.vt lite pendente nihil innouetur,& de attentatis,* & Peregri *decis.*91.

Imò,etiã inhibitio attẽtata per aſſectũ procuratorem inducit,& cauſat attentata,vt per Card.Puteum *decis.25.vt lite pendẽte nihil innouetur,&.de attentatis,* & Ant.Aug. *dec.3. &* 309.

Septimò aduerta etiã, quòd poſſeſſio capta vigore brachij ſecularis pẽdẽte lite ſuper reſtitutionem in integrũ gratioſa, non dicitur attentata,Ant.Aug.*decis.3.&* 738. Viuius *epi.*77.

184 Attentata poſt appellationem.Et ſi per cõparitionem coram iudice à quo poſt appellationem renunciatũ ſit appellationi,tamen iudex ad quem poterit de attẽtatis poſt appellationem cognoſcere in viam nullitatis,ſecũdùm Io.And.& Imo.*in c.cùm veniſſent.ſecundum vnum intellectum. extra de eo qui mitt. in poſſeſſ.*ſicut nec per deſertionem appellationis attentata poſt appellationem reconualeſcunt,Balb. *decis.*385.

185 Attẽtatorũ reuocationis via eſt magis priuilegiata quã ſit interdictũ poſſeſſoriũ recuperãdæ:quia per attẽtationẽ offenditur lex,pars,iudex.quontã licet exceptio q; notorius eſt defect⁹ proprietatis,obſtet agẽti recuperãdæ,ſecus tamẽ erit qũ quis petit reuocari attẽtata:quia nõ repelletur quamuis objiciatur q; notoriè cõſtet de nõ iure petẽtis.& in poſſeſſorio requiritur libellus,& litis cõteſtatio: ſecus in reuocatione attẽtatorũ:quia ſufficit quòd fiat officio iudicis,teſte Ale. *conſ.99.col.3.in prin.lib.*5.vbi docto.*in apoſt.*dicũt, quod opin. Alex.practicatur,& quòd non auditur allegãs nõ ius:imò etiã ſi attentãs vincat in principali, adhuc pro forma reuocantur attentata,quod etiã confirmat Dec.*conſ.*103. *col.1.in princ.* quem vide etiã *conſ.*200.Differentiã autem inter appellationem iudicialem & extraiudicialem in materia attentatorum, vide per Rol.*de ord.iudic.de appel.nu* 390.*& ſeq.*Et an attentata pendente cauſa nullitatis debeant reuocari,ſicut attentata pendente appellatione:dic vt per Caſt.*in l.4.§.condemnatum. ff de re iud.*vbi videtur tenere contra Bar.*in l.1.nu.18.C.quando prouoc.non eſt neceſſe.* Bellac.

186 Attentata poſt appellationem altero de duobus modis poſſunt reparari per iudicẽ ad quẽ: vno modo via ordinaria, proſequẽdo appellationẽ vnà cũ attẽtatorũ reparatione.Do. de S.Gem.*in c.nõ ſolũ in prin.n.3.de appel.in* 6.& eo caſu ſicuti inſimul concluſum fuit,ita & inſimul omnia terminari debẽt, niſi in libello dicatur,& petatur , quòd ante omnia petit ius ſibi fieri ſuper attẽtatis.Io.And.& de ſanct.Gem.*in d.c.nõ ſolũ.*tutius tamen eſt vt ſeparatim petatur attẽtatorũ reparatio antequã ad vlteriora procedatur:alioquin vtrũq.vna ſentẽtia terminãdum erit.Phi.Dec.*in c.conſuluit.de app.*Altero modo via extraordinaria,vt cùm petitur fieri reparatio attẽtatorũ pro exſequendo ſolum per implorationem officij iudicis reuocationẽ ipſorũ attẽtatorũ.& hæc via facilius expeditur & facilius appellãti ſuccurritur.Gemin.*loco quo ſuprà.*Pan.*in c.ex parte.2.n.9.de reſc.*& licet ad iudicem appellationis pertineat cognoſcere de viribus appellationis,tamẽ ratione acceſſorij ad ipsũ etiã pertinet cognoſcere de attẽtatis quæ poſt appellationẽ ſuperuenerũt,*d.c.nõ ſolum.per l.cum ex cauſa ff de appel.* Inn.*in c.dilecta.verſ.ſolue de excep.* & hoc modo procedendo non diſcuſſo articulo appellationis fieri debet attentatorum reparatio.Gem.*in d.c.nõ ſolum.*Decius *in d.c.conſuluit.*& quando proceditur per implorationem officij iudicis,qui petit reparationem attentatorum à diffinitiua, debet probare ſentẽtiã diffinitiuam & appellationem à diffinitiua, & attentata.Bal. *in l.appellatione.in princ. C.de appel.*& neque requiritur quòd deducatur iuſtitia appellationis Ioan.And.& Gem.*in d. c.nõ ſolum.*& his tribus probatis obtinebit,ſi ille appellãs veniat per implorationem officij iudicis. *Gem.ibi in prin.* Bellac.

187 Attẽtata poſt appellationẽ à diffinitiua etiã ante inhibitiones debẽt reparari per iudicẽ ad quẽ.*c.nõ ſolũ.de appel.in* 6.quod procedit vbi appellatio eſſet iuſta.quod ſi eſſet deſerta vel manifeſtè friuola,attẽtata nõ eſſent reparanda.Reb.*in conſti.reg.in tractatu de appell.art.19.in gl.2.nu.19.&* 20.Guid. Papæ *queſt.213.in fine.*idẽ Guid.Papę *conſ.4.nu.3.& conſ.69.n.* 12.Specul.*de appell.§.*2.& domini de Rota *deciſione 1.in nouis.* attentata verò facta à diffinitiua poſt inhibitiones debẽt indiſtinctè reparari.de Anch.

188 *in eo c nõ ſolũ.ver.ſi verò* ; attentata autem poſt appellationem ab interlocutoria,& poſt inhibitiones factas reparari debent.*d.c.nõ ſolum* facta autem ante inhibitiones poſt appellationem ab interlocutoria,tunc debent reparari vbi appellatio eſſet iuſta:quia ſi iniuſta,non eſſent reparãda ea attẽtata Rebuf.*in illis commentar.arti.pri.nu.*103.*& in tractatu de nouis nec.*Pan.*in c.ſuper queſtionum.§.ſi.nu.26.de offi.& poteſt. deleg.* quare ea attentata quæ facta ſunt ante inhibitiones ab interlocutoria an ſint reparanda an non , pendet à futuro euentu: quia ſi appellatio eſt iuſta,reuocabuntur:ſi verò iniuſta,non reuocabuntur.ita Pan.*ib.*Idem.

189 Expediti iuris eſt,attentata pendente appellatione eſſe reuocanda.*l.ex illo.l.minimè.C.de appell.*Sed quęro , nunquid etiã attentata non tantùm poſt appellationem propoſitam, ſed etiã ante ipſam , & poſt ſententiam intra tempus datum ad appellandum reuocanda ſint.Reſp.Receptior opinio eſt, quòd ſic,quã probat tex.*c.non ſolum.de appellat.in* 6.quem ibi tio.Franc.& Doct.communiter & tenet glo. *l. ex iudiciorum verbo ſecuta.ff.de accuſat.*quã ſequitur tãquã ſingularem Bald. *cap.querenti de off.deleg.* Et eam dicit eſſe communem Alex.*d.l.3.§ ſi ſeruus.ff.de acquir.poſſeſſ.*& tenet Paulus de Caſtr. *l.eius qui.§.ſi cui.de teſtam.* Bellacomb.

190 Attentata poſt appellationem iudicialem ſunt omnino reuocanda,poſt appellationem autem extraiudicialem, reuocantur ſolùm ea,quæ ſunt contra appellationem.Phil.Fran. *in c.1 in prin.extrà de appell.*Dec.*in c.bona.nu.18.de appel.*communem dicit. B. Villa.& Fichard.

191 Quæro,Vtrum reuocatio attentatorũ poſſit fieri,ſi appellãti objiciatur notorius defect⁹ iuris in principali cauſa?

Reſpon:

Reſp. Licet certum ſit in hac quæſtione varias eſſe ſententias, tamen obtinuit illorum ſententia qui volūt fieri reuocationem, vt firmat Alex. *conſ. 99 n. 9. & ibi in addit.* Et hæc [illegible] procedit quidē in prophanis. Dubium igitur eſt, an [illegible] etiam obtinere debeat in cauſa ſuper beneficio eccleſiæ [illegible] & [illegible] firmat Anton. de Butr. & Franc. *in c bone memoriæ. de appellat.* reuocationem admittendam eſſe, non obſtante hoc [illegible] Idem firmat Dec. *c. ex parte el 2. de reſcrip.* Verum frequenter [illegible] in cō trarium tenuit ſententia [illegible] *per gloſ in clement.* [illegible] *& propter et.* quæ vult neceſſarium [illegible] aliquo [illegible] tituli [illegible] nem iuſtificat. Hanc ſententiam tenet Rota *in deciſ. 55 in nouis, & dec. 14. dec. 348. in antiq.* Abb. *c. ex [illegible] de reſcr. [illegible]* hanc opin. gloſ. communē eſſe firmat [illegible] *conſ. [illegible]* Bellam. *conſ. 10.* Caſſio[illegible] *deciſ. 4. & [illegible] fol. 6.* tenet Or[illegible] *conſ. 1.* Et hanc poſteriore opinione [illegible] volunt procedere in prophanis, quo ad hoc vt non fiat reuocatio in [illegible] partis, ſed vt Iudex tem de qua controuerſia eſt, ſubijciat ſequeſtro: vt annotauit Matth. de Afflict. *in deciſ. 98. & 352.* Mich. Graſſus.

192 Quæro vlterius, quid dicendum ſit in his caſibus in quibus iure non conceditur appellatio. Reſp. Expeditum [illegible] reuocationē non conceſſi, ita eſt tex. expreſſus *c. non ſol. ibi gl. verb. caſib. communiter approbata de appel. lib. 6.* [illegible] ex quo colligitur quod appellatio non ſuſpendit effectum ſententiæ, &c. poteſt Iudex innouare. Innoc. *c. paſtoralis de eſſic. deleg.* Bal. *cap. ſanccimus. quo temp. miles. tot. tit.* A[illegible] *quor. appel. nō recip.* Robert. Marā. *de ordin. iud. par. 6. capit. de appellat. num. 172.* Mich. Graſſus.

193 Quæro, Nunquid pendente appellatione ab interlocutoria attentata ſint reuocāda? Reſp. Expeditum eſt per tex. *in ca. non ſolū de appel. in 6.* quo deciſum eſt attentata non reuocari antequam iuſtificata fuerit ipſa appellatio per probationem cauſæ. Et in hoc differt appellatio à diffinitiua ab appellatione ab interlocutoria: hęc enim ſtatim ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo prouocatur, abſque iuſtificatione cauſæ, ad effectum reuocandi attentata, illa vero minime. *Idem.*

194 Sed quæro, An probata cauſa vera appellationis ab interlocutoria ſuſpendatur iuriſdictio iudicis ad eſſe [illegible] reuocādi, etiā attentata ſuper negotio principali? Reſp. Aut interlocutoria, fuit lata in articulo non cōnexo principali quæſtioni, & nō ſuſpēditur iuriſdictio iudicis, quō ad principale negotiū, nec tenetur Iudex, à quo prouocatur eidē ſuperſedere: Aut interlocutoria fuit lata in articulo cōnexo cauſæ principali, & tunc ſuſpenditur iuriſ[illegible] etiā quo ad cauſā principalē, ita tenent Ant. de Butr Imol. & Dec. *c. ſuper eod. de appel. & c. ad hæc. el. [illegible] c. bona eod. 1.* vbi Doc. aſſerit hāc ſētētiā eſſe cōmunē. Licet cōtrariū quoque velit Panorm. *in prima parte diſtin* [illegible] ibi quoque appellationē habere effectū ſuſpenſiuū, quo ad negotium principale *d. c. ſuper eo.*

Limita præd[illegible] conclusione n quæ vult attentata pendēte appellatione ab interlocutoria non reuocari, donec cauſa probetur vt non [illegible] cedat quando innouata fiunt, poſtquām fuit iudici inhibitum per ſuperiorem. tex. eſt *in d. c. non ſolum.* quæ inhibitio tamen debet eſſe canonica, vt ſcilicet fiat præuia cauſæ cognitione, & parte ad hoc citata, ſecundum Innoc. & Felin. *in 4. cap. delellus. 2. de reſcript.* Specu. *tit. de appel. §. de officio, ver. ſed quæritur.* Domi. & Franc. *d. c. non ſolum* Rota *deciſ. 412. in nouis.* Hanc dicit eſſe communem ſententiam Alex. *l. Titius in fin. ff. ſol. matrim.* Mich. Graſſus.

195 Quæro, Vtrum attentata pendente appellatione extra iudicialiſ ſint reuocanda? Reſp. quod non, ſed pendent ex futuro euentu, quia reuocātur, cùm probata fuerit vera cauſa appellandi, ſicut in appellatione ab interlocutoria. *Ita* tenet gl. cōmuni interpretū cōſenſu probata, *d. c. nō ſolū.* & hā: ſententiā firmat Abb. *c. cū nobis de elect.* Franc Prepoſ. [illegible] dicit eā eſſe cōem, & cæter. *c. bone memoriæ. de appel.* Guido Papæ *conſ. 138.* licet Abb. & Doct. exiſtiment in appellatione extraiudiciali ad reuocationem attentatorum ſufficere, appellatum eſſe ex cauſa veriſimili & probabili. Michael Graſſus.

196 Appellans tutius facit litem ante c[illegible] attentatorū in cauſa appellationis petere reuocationem atte[illegible] [illegible] à quo poſt appellationem, ne aliàs [illegible] priuilegio attentati. ſecundū Specu. *tit. de* [illegible] *ſed pone, prem.* Archi. *in cap. non ſol* [illegible] *in 6.* [illegible] placet. Ioan. And. ibi: & P[illegible] de An[illegible] *c. cum inter de appella. recip.* & Do. de Rota *deciſio 6.* [illegible] *conſ.* [illegible] Præpoſ. *in c. delect. extrà de appel.* [illegible] iſtam ſecundam opinionem per quatuor fallentias notabiles. Nam attentato illicitè

probato, debet illud per iudicis appellationis merū officiū in priſtinum ſtatum reduci, ſecundum Ange. *vbi ſuprà* citatū & pendente iudicio ſuper huiuſmodi reuocatione non currit ſatale tempus, ſec. Do. de Rota *in nouis c. deciſ. 105.* [illegible] appellatio ante omnia ipſam reuocationem petere, vt. Balb. *deciſ. 47.*

197 Appellari ab executore non poteſt aliquo modo, vt *l. ab executore. C. quorum appella. nō recip.* & *in l. ab executore*, & ibi Bart. & de appel. in. & hoc ponit [illegible] ponit Soci. *in tracta. fallen. in reg. 29. & 5. limitationib.* & [illegible] Dec. [illegible] *in regul. 41. appellare ab executore perin ſiu nou c. [illegible] fallent.* [illegible] mita etiā ac[illegible] *in ſuo reperto. in v. appel. atio. ab executione, v. 1.* & M[illegible] *in tractatu iudiciorū in 6. par. 3. partis. in 2. actu. nu. 248.* & licet appellari nequeat ab executione, nihilominus à pronūciatione, ſententiáue iudicis de [illegible] appellatio permiſſa eſt, ſecundū gloſ. *art. laco.* [illegible] & Ang. *in d. [illegible] ab executione. vbi* atteſtatur [illegible] practica ſerua[illegible] & ſequitur ibidem Salice. exprimens iſtā eſſe cōem opin. & Lanfranc. *in c. quoniam contra. de probatio in c. 10. de interlocutoriis, & appellatio. ſub nu. 60.* & ſententia hoc inherēt quoque [illegible] & Ray. *in d. l. ab executore*, & Specul *in tit. de appellatio. [illegible] quib. v. 5.* Bar. *in l. ſi ex exceptione. ſ. huic aut. c. in ſi § quod met. cauſ.* Abb. *in c. quod ad conſultationē, de re iudi.* [illegible] *conſ. 5.* [illegible] *in princ.* & Auguſtinus Perous. *9. 131. Iaſo pluribus ſententiis conformibus nu. 3.* & Iaſ[illegible] *deciſ. 341. executor recuſari.* In contrariā vero partem, videlicet quod à ſententia de exequendo appellari nō poſſit, inclinauere Odofred. Cyn. Bart. [illegible] morem ſuis in ſibi contrarius. Bal. & Imol. *in d. l. ab executore.* Gui. de Suz. & Fulgo *in d. l. ab executore.* Alex. *conſ. 95. col. 2. vol. 2.* & D. [illegible] *& nouis, num. 6. de appell.* & [illegible] *or. conſ. 71. nu. 20. vol.* in quibus locis [illegible] inuentur iſtam eſſe magis cōem ſententiam. Cæterùm ex [illegible] iſtorum opinio ne reſideo cum prima glo. aliorūq; opi[illegible] ne, quæ reàlitere communis eſt, ſeruaturq; in praxi, teſte Lafranc. loco de quo ſupra, & Alex. *conſ 113. col. ſi. vol 5.* & ita concluſum, obtinuitque Florentię Syluefter Aldobrandi. prout ipſe teſtatur *in addit. Deciy in d. c. nouis in litera A.*

Idem appellari non poteſt à futuro grauamine, & appellatio taliter interpoſita valet, ſi non admittātur exceptiones, vel ſimilia, ex nunc, & cętera appell. quia nondum illato grauamine, non licet appellare: & quamuis contrarium videatur tenere Panor. *in c. ſignificauerunt de teſti* tamen veritas eſt, & communis opinio contra eum, vt per Doct. *in c. 2. vt lit. non conteſt.* & teſtatur per Corne. *conſ. 80. vol. 1.* Vbi an, & quando etiam cenſeatur appellationi renunciatum,

Et an à ſuperſeſſione in cauſa poſſit appellari.

Et an à ſormatione proceſſus, & inquiſitionis planum facit. Viuius *opinio. 54.*

198 Appellari ab arbitrio & ſi iure ciuili nequeat, tamē & eodem iure ab arbitris ex neceſſitate lectis, & ab omnibus generaliter arbitris iure canonum appellari licebit, illud cōmune ait Iaſſ. *c. deciſio 467.* hoc atteſtatur receptum Alex. *in l. nemo poteſt num. 21. ff. de leg. lib. 3.* E. Suarez.

199 Appellari retract. [illegible] poterit ex omni cauſa quæ ſufficiēs eſſet ad appellandum, & in his caſib. literę cauſæ [illegible] inſeri poterunt, & hoc ſerue debent denegari. Spec. *in tit. de ſenten §. fin. ver. item retrāllabitur. per c. vt debitum bonos. de appe. in.* ita Rebu. *in eo tra. lat. de lite cau. in p.*

200 Poſſides certa quē eſt [illegible] ſententia. & appellauit, non dicitur innouate, ſi [illegible] ſeſſione [illegible] Ioan. And. *in [illegible] ſolum. de appel. in 6.* [illegible] *ap. pedi. prin.* A[illegible] *in l. et omnes ff. de app reci.* Domi. Præpoſ. *in c. cum tenea mus. in prin. extra de app* per illū text. [illegible] extra vt lite pendente. *c. cum perſona. §. pe de priuileg. in 6.* Balb. *dec. 4*[illegible]

201 In cauſa appellationis iuris [illegible] antequā ſit in cauſa [illegible] concluſum nō pōtſ fieri recouentio, ſcū facta no fuerit in cauſa principali: quia [illegible] excluditur per litis cōteſtationē in primo iudicio, [illegible] poteſt amplius repręſentari in cauſa appell[illegible] *d. 12 decis.* & ibi laſo. *C. de proc.* & eſt dec[illegible] [illegible] Th[illegible] *dec. 95.* & ibi Aufre. & Bal. *in l. per hanc. C. de tempo. appellatione.* Vea[illegible]

202 Appellatio. Iudici ſubiicere queſtionib. & tormētis reū legitimè conuictū, ad effectum, vt Reus confiteatur ore proprio delictum, ac appareat verè conuictum, & confeſſum, & tandem appellare nequeat, ſibi licitum non eſt aliquo modo, ſecundum Angel. & Ioannem Igneum *in l. & ſi certus. ff. ad Sylla.* Auguſt. *criminer. in addit. ad Angel. in tract. de ma leſic. in ver. fama publica.* Andreas de Iſernia *in conſtitutionibus Neap. in tit. de homic. & damnis clandeſtinis, numero 33.* [illegible]

rum

ſum quidē opinio cōmunis eſt, vt fatentur eã amplectendo Marſ. *in l. 1. nu. 2. ff. de quaeſt. in conſ. 51. nu 51. & in practica crim. §. nunc videnda, nu. 25.* & Carrerius *in pract. crim. in prin. n.* 188. & eidē ſententiæ videtur inhærere Bald. *in l. qui ſententiã. C. de pœn.* vt recenſuit Cur. *in tract. de indicus, & tortura q. 5. n. 16.* In cōtrariã verò partē, videlicet quod iudex cō uictum plenis probationibus torquere poſſit, vt habita confeſſione oris ſui appellatio admittēda nō ſit, facere valeat, & ſibi licitū permiſſumq. ſit: inclinauit Bal. titubãter *in l. obſeruare, nu. 9. C. quor. appel. nō recip. & in l. 1. n. 9. C. de iura calu.* & Grã. *in voto primo.* Sed opinio iſtorū falſa eſt, imò manifeſtè iniqua cēſetur, nã tormentis locus nō eſt, vbi delictū aliis probationibus apparet. Ceterùm tūc demū iudices iis vtijtebent, cū in aliis probationibus crimē nō probatur. tex. eſt *in l. diuus Pius, & l. edictū, ff. de quaeſt. & c. illi qui 5. q. 5.* Glo. *in ſumma, 15. q. 6.* & hoc voluerūt Doct. omnes cōmuniter vtriuſq; cēſuræ, præſertimq; Gandinus *in tract. maleſi. rubr. de quaeſt. in prin.* Aret. *in tract. maleficiorū, in verſ. fama publica, q. 2.* Pau. *in l ſi quis in hoc, C. de epiſc. & cler.* Albe. *in l 2. C. quorū appell. nō recip.* Fran. Brunus *in tract. de indicus, & tortura q 5. verſ. 6.* & Carrerius *in pract. cri. in prin. n. 188.* Sed bene verū eſt poſſe per iudicē torqueri cōuictū teſtibus, ad detegēdus ſocios, & participes criminis in caſibus in quibus poteſt interrogari de ſociis criminis ſecundum omnes Doct. præcitatos: & ita quotidie obſeruatur in pract. F. Viuius *opin. 56.*

203 A iuramēto neceſſarij delatiuue, quo nō cōtinetur ſimul vel abſolutio, vel cōdēnatio, appellare nō licet, cū talis ſententia ſit ſolūmodo interlo. ex qua nec actio, nec exceptio poſſit oriri, ſed adhuc diffinitiua expectetur. Ita poſt Bar. Anteſignanū tenent Alex. Salic. Raph. Fulg. Iaſ. multos ibi alios allegãs & cōmuniter doct. *in l actio. ff. de in lit. iur.* & Inn. *c. fin. in fi. eod. tit.* cū quo ibidē cæteri canoniſtæ, Ioan. Andr. Ant. Butr. Hoſt. Card. Alex. Ioan. de Ana. & Ioan. de Imo. tranſeunt. I. Fich.

204 Quæro, Vtrū à iuramento in litē appellare permiſſum ſit? Reſp. quòd nō. ita tenet Bar. *in l. actionib. ff. de in lit. iur.* quē ſequūtur ibi Doct. cōmuniter, teſte *ibi* Iaſ. *in fi.* qui tamē dicit id procedere de Iure ciuili, ſecùs de iure canonico. Eandem ſentētiã firmat Inno. An. de Butr. & Imol. *in c. ſi ext. quod met. cau.* Robert. Maran. *in Spec. part. 6. Rubr. de appel. nu. 339.* Mich. Graſſus.

205 Appellare nō poteſt verus cōtumax, ſiue ſit procurator, ſiue principalis. *l. ex cōſenſu. §. fi. ff de appel. & l. poſt edictū. §. fi.* vbi Bal. & Caſtr. *ff. de iud.* Gra. *conſ. 100. n 9. lib. 1.* Quæ cōcluſio procedit indiſtincte ſiue fuerit cōtumax ad proceſſū agitandū, ſiue ad ſentētiã audiendam. Gra. *d. conſ. nu. 10.* Vezinus.

206 Appellatio ſtatuto tolli nequit, vt cōmune eſſe ait Ant. Nicel. *in concor. gl. 6. in fi.* quod & de inferiorū ſtatutis exaudiēdū, aſſerit cōmune Rip. *in c. 1. nu. 45. de reſcript.* & denique conſuetudine atque vſu generali antiquatum atteſtatur Iulius Clarus *in pract. §. vlt. quaeſt. 94. verſ. caeterum.* E. Suarez.

207 Appellatio executionem, vel exequendi mandatum nō remoratur. commune ait Alc. *in l. 1. §. ſi quis ita ff de verb. obl.* E. Suarez.

208 Quero, An in appellatione cauſæ grauaminis ſint exprimende in ſpecie, vel ſufficiat generaliter fieri eius mētionē? Reſp. ſecundū cōmunem & receptam Doct. ſententiã, quòd in appellatione à ſententia definitiua nō requiritur cauſę expreſſio, ſed ſufficit, q appellãs generaliter dicat ſe eſſe grauatum. Ita probat tex. *in d. l. 2. C. de appel.* & tenet gl. & Doct. *ca. cùm in eccleſia. ext. eod. tit.* Secùs in appellatione ab interlocutoria, quia expreſsè & ſpecialiter ſunt nominãdæ cauſæ grauaminis, aliàs nō valet. tex. eſt expreſſus *in c. vt debitus. ibi, corã eodem iudice cauſa probabili appel. expoſita. ext. de appel.* quã opinionem ibi cōmuniter ſequi firmat Rober. Maran. *in Spec. par. 6. Rub. de appel. nu. 141.* Eãdem opinionem tenet Gemin. per tex. *ibi, c. cordi nobis. de appel. lib. 6.* Abb. & Doct. *d. c. cùm in eccleſia.* Soc. *conſ. 45. vol. 1.* Bal. *in l. minorib. C. de his quib. vt indi.* & probat tex. *in cle. appellanti.* & ibi Doct. *de appel* Ferra. *pract. for. appel. ab interl. verb. cauſis & rationibus.* Mich Graſſus.

209 Appellatio non poteſt tolli per ſtatutum. Ant. Nice. *in concord. gl. concor. 6. in fi.* communem dicit.

Intellige in ſtatuto inferiorum. Io. de Ripa. *in c. 1. num. 45. de reſcript.* communem dicit. B. Villal. & Bonac.

210 Appellationē ſi tollat ſtatutum, illud quidem valet, nō tamē à tali ſtatuto ſupplicationis vel querelæ recurſus tollitur, cùm ſint diuerſa remedia, vt dictū eſt *in ver. appellare nō licet.* Appellatio enim arguit iniquitatem vel imperitiã iudicantis. *l. 1. ff. de appel.* ſupplicatio verò vel querela reſpicit præiudicij erroris vel aduerſarij circumuentionem. *l. præfectus etiam prætorio ff de minorib.* Bald. *in l. fi. §. fi. C. de temp. ap* Hyp. de Marſ. *in ſua pract. crim. §. opportunè. n. 53 mihi ver. vltra prædicta.* Et hanc Doct. communem opi. eſſe inquit Phil. Dec. *in conſ. 533 nu. 2.* Quam tamen latiùs explicat Rol. à Valle *in conſ. 38. nu. 7. 8. 9. & 10. in 2. Tom. conſ.* Kirchouius.

211 Statutū remouens appellationē à ſententia in dubio intelligitur remouere à diffinitiua, nō ab interlocutoria, ſecundum Pan. *in c paſtoralis. extr. de appel.* & ibi Io. Prep. cū appellatione ſententiæ in dubio, intelligatur de diffinitiua, ſecun. gl. *in l. 1. C. ſenten. reſcin. non poſ. in c. cum olim. de teſtib.* faciunt tradita per Bald. *in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc* Balb. *deciſ. 481.*

De temporibus & reparat. appel &c.

TITVLVS XXII.

Appellationis tempora à iure communi ſtatuta ſeruanda ſunt, etiam in cauſis feud. cum. Clarus. *§ feudum. q. 91.* P Fich.

2 Appellatio non debet pronuntiari deſerta per iudicem à quo ex ſolo lapſu anni, ſed requiritur quòd labatur biennium. Maran *nu 220.* magis communem dicit ex Bar *in auth. ei qui. appel. C. de tempor. appel.* B. Villal.

3 Appellationi perſequendæ preſcriptū biennij à iure tēpus, nec expreſſus partiū cōſenſus amplīabit, ac proferet, vt commune aiūt Dec. *in auth. ſi tamē. nu. 33 & ſeq. C. de temp. ap.* Marã. *de iud. 6. par. 3. par. in actu. 2 à n 25.* Nic. Ant. Grana ad Veſt. *lib. 6. c. vlt. nu. 42.* nec aliter bienniū ad appellationē proſequēdã cōceditur, quàm ſi in primo anno diligentiã à ſe adhibitã fuiſſe appellãs probauerit. commune ponit idem vir elegantioris doctrinæ Nicol. Ant. Grana. *vbi ſuprà ad Veſtrium lib. 2. c. 5 nu 7.* E. Suarez.

4 Appellationis proſequendæ tempus à iure ſtatutū, nō poteſt de cōſenſu partiū, etiã expreſſo prorogari, maxime ſecundū Bar. *in auth ſi tamen. C. de temp. app.* Abb. *in c. ex ratione, de appellatio.* vbi Dec. *nu. 33. & ſeq.* aſſeuerat iſtã eſſe cōmunē opinionem: idemq. vidit, firmatq; gl. Bar. & cæteri *in l. properandum. C. de iudic.* Ioan. And. *in add. Spec. in tit. de appellat. §. nunc breuiter. verſ. licet autē.* Rom. *conſ. 174 in fi.* Alex. *conſ. 24 circa fi. vol. 4.* Matth. *ſingu. 24* & ſententiã iſtã pariter ſcribit communem eſſe Maran *in tract. de iud. in 6. part. 3 in ſecundo actu. nu. 225. cum aliis ſeq.* vbi, malè diſputãdo poſt alios multos ſignatos per eum ſuſtinet contrariam partem. & Lanfran. *in c. quoniam contr. de probat in c. 10 de interlocutoriis, & appellatio. n 52.* F. Viuius *opin. 58.*

5 Appellationis proſequendæ terminus vltra bienniū, an partes prorogare vel abbreuiare poſſint? Dic, quòd expreſsè non poſſunt, ſecundū cōmunem, tacitè verò ſic: vt puta, ſi cauſam cōpromitterent, per Doc. *in l properandum. in princ. C. de iudi.* Rom *conſ. 174.* Boer. *q. 283.* Rob. *de ord. iud. par. 6. ver appellatio. n. 225.* Quã concl. intellige in tempore proſequendæ appellationis, ſecus in tēpore appellãdi intra decendiū, teſte Rob. *vbi ſuprà, n 230* quæ prorogatio nec etiã iuramēto facta valeret, quia ſoli principi ſpectat eam facere, ſecundum Cap. *deciſ. tt. 165. 206.* Boër. *q. 248.* Guid. Pap. *q. 38. in fin.* Vezinus.

6 Appellatio. Terminus 10. dierum ad appellandū etiã partium voluntate, & iudicis conſenſu prorogari non poteſt, teſte Bald. *in auth ei qui. col. 5. verſ. quaero nunquid. C. de temp appell. in auth hodie. C. de appell.* vbi quòd ſi ſententia ex partium cōſenſu in cauſa appellat. poſt 10. dies interpoſitę proferatur, eſt nulla, ſecundum Doc. *in l. 2. ff. de re iud.* Abb. *conſ. 77. lib. 2.* Fel. *in c. pe. col. 5. de iud* ratio eſt, quia terminus decē dierum ad appellandum, à lege præfigitur: qui terminus, quãdo datur à lege, ſiue ſine iudicis miniſterio, ſiue cū eo, à iudice prorogari, aut abbreuiari nequit etiam ex cauſa, niſi aliter à lege expreſſum reperiatur, iuxta tradita per Iaſ. & alios *in l. qui pro tribunali, num. 22. ff. de re iud.* vbi dicunt communem opin. Qui terminus 10. dierum currit à die ſcientię, alias enim ſi per annū & vltra quis ſtetiſſet abſque ſcientia vel notitia, ei non eſſet præcluſa via, iuxta glo. *in c. ab eo de appe. in 6.* Doc. *in auth. hodie. C. eod* Alex *conſ. 89. num. 11. num. 2 conſil. 169 col. vlt in fin. lib. 2.* Aym. *conſ. 66 de quo,* & à quo tempore decendium ad appellandum currere incipiat, dic, vt per Miſing. *centur 2. obſer. 2.* Bellacomb

7. Appel.

7 Appellans, ſi die aſſignata per iudicem à quo ad audiendã reſponſionem ſuper admiſſione vel reiectione appellationis nõ cõparuerit: dic, quòd appellatio dicitur deſerta, per text. *in Clem. quamuis rigor. §. verum. de app.* teſte Oſaſc. *deciſ. 7. poſt nu. 3.* declarando vt ibi per eum, ſecundum quam vltimam rigoroſam opi. dicit fuiſſe iudicatum per Senatum. Et an cẽſeatur deſerta appellatio per lapſum primi fatalis, licèt appellans & appellatus cauſam proſecuti ſint: & intra ſecundum fatale iudex appellationis ſententiam protulerit? & dic quòd non, ſecundum Oſaſc. *deciſ. 28. poſt n. 4.* licet *n. 13.* loquendo in terminis iuris communis putet contrariam opi. veriorem, per tex. *in l. fin. §. illud. C. de temp. appel. in clem. ſicut. de appel.* Idem.

8 Apppellãti certũ terminum iudex ſtatuere poteſt ad recipiẽdum apoſtolos, & terminũ iuris abbreuiare, adeò quòd ſi die præſtituta apoſtolos non receperit, vel petierit & proteſtatus fuerit, appellatio erit deſerta, non aliàs expectato lapſu 30. dierũ, cũ iudex à quo, hũc terminũ moderari poſſit, *Clem. quãuis. de appel.* Ægid. *concl.* 152. & ſic ſtat cõcl. iudicẽ abbreuiare poſſe terminũ iuris ad recipiẽdũ apoſtolos. Quid dicẽdum, an poſſit iudex à quo appellãti terminũ ad proſequẽdũ appellationẽ præfigere? & dic quòd ſic, eodẽ cõtextu, ſed nõ ex interuallo, de quo vide Doct. *in cap. cùm ſit Romana. 1. ſupr. de appel.* text. & glo. *in l. præſes. §. 1.* vbi Bart. *ff. eod. tit. in l. 1. de libel. dimiſ.* Franc. *in c. perſonas. de app.* Quibus adde, quòd appellatio remanet deſerta, ſi intra terminũ à iudice præfixũ ad eam proſequendã aliquid nõ ſit quod à deſertione excuſet. *c. perſonas.* vbi Docto. *extr. de appell.* & vide Fed. de Sen. *conſ. 27.* Idem.

9 Annus qui datur, & ex cauſa bienniũ ad proſequendũ appellationẽ, dicitur ad inchoãdũ proceſſum, & appellationem exercenda. Guid. Papæ *conſ. 73. in princ.* commun. dicit. B. Vill.

Etiam idem Guid. *in ſing. 215. primũ fatale*, vbi etia de tertio anno, & Franc. Marc. *in deciſ. 1184. n. 26. & ſeq.* Et an & quando concedatur ſecundus & tertius annus, aliqua per M. Anto. Bard. *in tract. de temp. vtil. & contin. in cap. 6. per totum.* I. Fich.

in concord. cum *l. 3. tit. 16. lib. 3. ord.* Et nota circa iſtam l. quòd ſi poſt terminum iſtius legis ſententia proferatur pro appellante, eſt ipſo iure nulla, ſecũdum *Bal. in l. ſupernacuam. C. de temp. in integr. reſtit. n. 3.* quem refert gl. *in l. 8. tit. 19. par. 6.* Et nota etiam *circa d. l. in fi. v. y ſi por culpa del, &c. ſintare de lo librar pague las coſtas y daños a las partes*, quod verbũ eſt intelligendũ, ſi cũ inſtantia partis, & proteſtatione neceſſaria poſt cõcluſum in cauſa petatur à partibus: aliàs ſententia remanet deſerta. de quo vide Philip. Franc. *in c. ex ratione. 1. de appellat.* & Præpoſit. *num. 36.* & vide quæ habes *infrà in verbo, inſtantia.* & vide etiam *in verbo, Appellatio, n. 23.* vbi tractatur de impedimentis, quæ impediunt appellationem proſequi. I. Fich.

11 Appellans quid probare debeat, vt ei biennium ad proſequendam appellationem concedatur: vide Doct. *in c. ex ratione, de appel. in auth. ei qui offeratur. C. de temp. appel.* & dic nõ aliter appellanti ad proſequendam appellationem biennium concedi debere, niſi in primo anno diligentiam à ſe adhibitã fuiſſe probauerit, ſi verò iudex in culpa fuerit quin cauſa finiatur: tunc neceſſariam eſſe proteſtationem, aliàs in iudice negligentia nõ præſumitur, teſte Alex. *conſ. 64. lib. 1. 64. lib. 6.* Afflict. *deciſ. 11. col. fin.* Felyn. *in c. cauſam. de probat.* quo caſu, nec ſemel tantum proteſtari ſufficit: niſi cùm nil in cauſa aliud remaneat, quàm pronunciatum dicere, ex not. per Parid. de Syndic. *verſ. inſtantia. verſ. dicit conſtitutio. in fin.* qua in re dixerunt aliqui per Rotam determinatum fuiſſe: ſufficere loco proteſtationis impedimentum probare, vt teſtis eſt Gomes. *Reg. de annal. poſſeſ. quæſtio. 76.* Quibus adde quæ ſcribit Oſaſc. *deciſ. 12. n. 6. & ſeq.* vbi poſt plura concludit vnicam proteſtationem ſeu interpellationem ſufficere, declarando tamen vt ibi per eum, pro quo vide cautel. quam tradit Rol. *de ord. iudi. c. 54. n. 230.* & quæ ponit Felyn. *in c. ex literis. col. 6. ante nu. 9. de conſtit.* Bellac.

12 Appellandũ eſt in ſcriptis ab interlocutoria de iure Cano. & ciuili iuxta veriorem ſententiam, teſte Oſaſc. *deciſ. 6. n. 5.* vbi dicit, quòd ſi aliquis fuerit primò grauatus & appellauit in ſcriptis, deinde iterato grauatus appellat & dicat, appello prout in ſcriptura primæ appellationis quã produco, & peto actis inſeri, nõ dicetur appellaſſe in ſcriptis propter formam quæ requiritur in appellatione, ex no. per *Fely. in c. inter cæteras. col. 2. de re iudicat.* & ideo cùm quæſtio eſſet in facto in cauſa appellat. in qua deerat appellatio, allegabatur ab aduocato in hæc verba, ſi quis apud Acta prouocan. cẽſet, debet dicere, appello, & id ſufficit, tum ex forma iuris communis *l. 2. ff. de appell.* tum etiam ex forma Ducal. decr. patriæ Subalpinæ, quæ forma ad vnguem ſeruanda eſt. *l. cum y. §. ſi Prætor. ff. de tranſ.* Neoiz. *conſ. 77. nu. 2.* Deci. *conſ. 36. n. 5.* alias nihil agitur. Deci. *conſ. 532. n. 5.* & hìc nulla legitur appellatio: ergo pro non appellante eſt pronunciandus, nec proſunt illa verba relatiua ad ſcedulam, quia in forma non admittitur æquipollens. *l. qui per ſalutem, de iureiur.* Quinimò illud clarum eſt in iure, quod quando requiritur appellatio ſcripta cum inſertione cauſarũ: Si quis ſemel appellauerit à cap. 2. grauamine non poteſt dicere, appello ex cauſis in eadem ſcedula ſupra producta. Fel. *in c. cum venerabilis. col. 15. extra de excep.* Alex. *conſ. 126. num. 11. lib. 6.* Oſaſc. *d. deci. 6. n. 6. & ſeq.* Quibus adde, quòd licet quando appellatur ab interlocutoria debeant cauſæ grauaminum nominatim exprimi, quòd ſi appellans eas exprimat per relationem ad aliud, ſatis eſt, ſecũdum Alex. *conſ. 80. col. 4. in princ. n. 9. lib. 1. & d. conſ. 126. lib. 6.* Idem.

13 Cõdemnatus ab eo iudice, à cuius ſententia appellari nõ poteſt, temporis quadrimeſtris beneficio nõ gaudet, *per §. aliud. in auth. vt ſponſa. largi.* vnde ſumitur *auth. quæ ſupplicatio. C. de preci. Impe. offer.* & ſecundum Nicel. *in l. y. ff. de re iud.* Idẽ ſecũdum eum ibi, in appellante, qui appellationem deſeruit, per glo. *in verbo, executioni mandabitur, in l. y. C. de tempo. appel.* facit *l. nonnullis. in verbo, mox. C. de app.* Balb. *deciſ. 433.*

14 Cõdẽnatus in cauſis ciuilib. & ſi quadrimeſtre tẽpus ad ſoluẽdũ impetret, vt eſt com. reſolutio contra Accur. *in l. debitorib. ff. de re iudi.* de qua præter illic ſcribẽtes atteſtatur Iacobin. *in l. ſi debitori. n. 18. ff. de iudi.* Fel. *in c. quærẽti. de officio deleg.* Boer. *deciſ. 45.* Græcus Harmenop. *lib. 1. tit. 4.* Iac. Cuiacius vir multæ eruditionis, ac doctrinę, *lib. 3. obſeruat. c. 39.* tamẽ cõdemnatus in criminalib. ſtatim ſoluere cogetur. in id .n. frequẽter fuiſſe doct. memorã. Boſſius *in prac. tit. de ſenten. n. 100.* Iulius Clarus *in pract. §. vlt. q. 95. in prin.* Viuius *lib. 2. opi. 57.* E. Suarez.

15 Quæro, vtrũ in cauſa appellationis poſſint de nouo teſtes produci ſuper iiſdẽ articulis? Reſp. in hoc articulo magnus eſt doctorum vtriuſque iuris canonici & ciuilis, pro duplici ſententia rationes varias adducentium, conflictus. Namq. communis canoniſtarum opinio eſt, quod teſtes produci poſſint ſuper nouis articulis deſcẽdentib. à veterib. nõ aũt ſuper iiſdẽ, vel directò cõtrariis propter timorẽ ſubornationis. Ita eſt tex. *in clem. 2. ext. de teſtib.* Hanc opi. tenẽt Abb. & Fel. *c. fraternitatis.* & ibi Maria. Soc. *art. 6. & 9. ext. de teſtib.* Barba. *d. clem. 2.* vbi de cõmuni teſtantur. Et eã ſequitur Bar. *in l. per hãc n. 4. C. de tẽpo. appel.* idẽ Bar. *in auth. at qui ſemel. C. de prob.* Alex. cõſulẽdo *in coſ. 58. vol. 2. & cõſ. 84. n. 4.* & cõcludũt prædicti doct. deciſionẽ *d. cle. 2.* in vtroq; foro obſeruandam eſſe propter generalitatem rationis eius. Et maximè, cùm hic articulus de iure ciuili ſit dubius, quo caſu canonib. ſi in iis expreſſè ſtatutũ eſt, ſtandũ eſſe in vtroq. foro, communiter traditum eſt.

Cõtrariam opinionẽ, quod ſ. diſpoſitio *d. cle. 2.* nõ habeat locũ in foro ciuili, tenent doct. ciuilis ſcientiæ, poſt gl. *in d. l. per hãc. & d. auth. at qui ſemel. verb. productione.* vbi dicit ſic de cõſuetudine ſeruari. gloſ. *c. fraternitatis. verbo, nouis.* quę dicit ita ſeruari in foro ſeculari. Eandẽ opi. tenet Spec. *tit. de teſte. §. ſa. tis vtiliter. ver. 12.* Lanfr. *d. ca. quoniã. verb. teſtiũ. pract.* Papi. *for. opp. coteſt. verb. ſuntq. publicati.* Brunat. *in inſtit. rer. iudi. rub. de prouoc. & appel. n. 36.* Cy. Ral. Ang. & doct. cõmuniter *d. l. per hac.* Curt. *l. admonẽdi. n. 35. & ſeq. ff. de iureiur.* Vbi indubitãter aſſerit hãc eſſe cõmunẽ opin. & ita iudicari in ſacro imperiali cõſ. firmat Mynſing. *in obſer. cẽtu. 1. obſer. 41.* Mich. Graſſus.

16 Appellans finito tẽpore proſequitur. Licet finito tempore inſtantiæ cauſæ appellationis, non poſſint partes procedere coram iudice ad quem, *clemen. ſi appellationem, de appellat.* tamẽ appellatio ante tale tempus finitum proſequẽte poterit appellans etiã proſequi & finire, etiam finito tali tẽpore, ſecundùm Roma. & Nicel. *l. 2. ff. de re iudica. per cap. 2. de reſcrip.* Do. Anto. de Butri. *in cap. ſæpe. extrà de appella.* & tunc appellans ex perſona appellati proſequẽtis, cõſequitur quod non haberet ex ſua, ſecundùm Butri. vbi ſuprà, & Panorm. *in cap. ex parte in 2. col. de reſcrip.* Do. Præpoſi. *in cap. perſonas. in vlti. col. extrà de appellat. argum. l. petenda. C. de tempo. in integ. reſtitu. petend. & l. ſi poſt mortem. §. fin. ff. de bono. poſſeſ. contra tabu.* & eius quod vult Innocen. *in cap. ex conqueſtione. extrà de reſtitut. ſpoli.* Plus dixit Roman. *in dicta l. 2.* quòd appellans ex perſona ſua poterit perſequi, & finire poſt tale tempus finitum, quando eo durante incipit proſequi. Et

clemen.

clemen. prædicta. ſecundùm enim debet intelligi, quando ante tale tempus proſequendæ finitum, & eo durante nullus cōparuit. Et pro hac opinione quā ſequitur Nicel. *in d.l.2.* facit *C. de temp. appella. ante. et qui. verſ. neutro.* dum dicit, neutro occurrente ſententia firma permanet. Balb. *deciſ.* 473.

17 Pars cōdemnata volēs poſt decenniū reducere laudū ad arbitriū boni viri: an cōtineatur ſub ſtatuto de cauſa reductionis ad arb. boni viri? & dic quòd ſic, quia regula, nō valētia agere ſeu reductionē nō petere, terminus non currit, locū habet; niſi pars cōdēnata dederit ſibi caſum impotentiæ, aut nō volendi reducere, tunc.n. impotentia tanquam ſua culpa cauſata ei non prodeſt, quum terminus currat: ita Rom. *conſ.* 9. vbi cōcludit partem cōdemnatā ſtatuti termino obſtad. reductionem petere non poſſe, ex quo dedit ſibi caſum impotentiæ, aut intra dictum tempus nō valendi reducere. quā concl. declara, vt latius per eum, *d. conſ* vbi dicit, partem condemnatam à reductione exclusam eſſe, quia poſt latum laudū terminum petiit ad ſatisfaciendum cōtentis in laudo. ex no. per Bal *in l. ad ſolution.em. C. de re iud.* Bellac.

18 Reductio intra quātū tēpus peti debeat? & dic, vt per Ro. *conſ* 27. *col.* 2. vbi inquit, audictū fuit, q; vt arbitratores declarare debeāt: & tūc eorū declaratio reduci poteſt ad arbitriū boni viri, dū tamē reducatur dictū laudū intra decendiū, *ex no. per pract. Pap. for. lib. ex cōpromiſſo. verſ. nec reductio. num.* 8.

Contrarium tenet Oldr. *conſ.* 156. 4 *dub.* Bar. *in l ſocietatē. §. arbitrorū ff. pro ſoc.* Bald. *in l. fi. col.* 5. *verſ. quæro vſq. ad quod tēpus. de contrah. emp.* Ang. *conſ.* 315. *Fel. in c. quoniā contra. col.* 19. *verſ. verum o, l. de probat.* & hāc cōmunē dicit Ioan. de Ana. *conſ.* 39. *col. pe. ad fi. conſ.* 587. *in p.* Rob *de ord. iud. vlt par.* 2. *Actu. n.* 122. & magis comunē refert Soc. *cōſ.* 220. *col.* 3. *lib.* 2. Afflict. *dec.* 132. & quā cōm. opin. quòd peti poſſit ea reductio vſq. ad 30. ann. intellige, & declara, vt per Alex. *d. conſ.* 95. *lib.* 2. *conſ.* 183. *n.* 3. *lib.* 6. vbi doct. *in Apoſtil.* Dec. *d. conſ.* 39. *col. pen. circa fi.* dummodo intra annū pars ſit cōqueſta. Fel. *in c. quod cōſultationē. col. fi. in fi. de re iud.* De quo, & quis adeūdus ſit iudex in tali reductione: vide Rob. *d. tract. cap.* 54. *nu.* 126. *& ſeq.* vbi concludit quòd ordinarius. Idem.

19 Appellationis proſequendæ terminus nō currit pendente cōpromiſſo, nec agēti ſuper attētatis, teſte Anch. *conſ.* 284. Rot. *dec.* 7. *de appel.* vel ſi appellās ſit Infirmus, aliáſve impeditus, qui ſi per teſtes impedimentū probare nequit, ſtabitur eius iuramēto, ſecūdū Rot *dec.* 25. *eo. ti. de appel.* Quod autem dicitur de cōpromiſſo limita, habere locū quādo in arbitros eſſet cōpromiſſū, ſecus ſi in arbitratores, tunc.n. cōpromiſſo nō obſtante currunt tēpora appellationis. Anch. *d. conſ.* 284. quod verò de attētatis dicitur, intellige procedere niſi ob ca lūniā attentata propoſita fuiſſent, ex no. per Abb. & Fel. *in c. ex ratione de appel.* Alex. *cōſ.* 43. *lib.* 3. vbi q; cauſæ inſtātia labitur quādo ob calumniam ſuper nullitate actorum agitur. Idem.

20 Tempus appellationis ſuſpenſum. Per cōpromiſſum factū in arbitratorē ſuſpenditur tēpus appellationis proſequendæ, ſicut & in arbitrū, ſecundùm Rom. & Nicel. *in l.* 2 *ff. de re iud. per clem. quādiu. de appel. & in auth. ſi tamen. C. ſi temp. appel.* & quia eadem eſt ratio in vtroq. licet Petr. de Anch. *conſ.* 274. determinauerit cōtrarium, cuius opinionem ipſe Rom. vbi ſuprà pluribus motiuis confutat. Balb. *deciſ.* 479.

21 Tempus appellādi currit minori, ſi fuit defenſus, & tutor eius vel curator interfuit ſententię, & ita ſecundū Bar. *in l. fi. C. ſi aduer. rem. iud.* procedit glo. *ibi, & in §. pupillus. in auth. de hære. & falc.* quæ allegat caſum de hoc *in §.* 1. *in auth. de appel. & intra quæ tēpora.* Secus ſi fuit indefenſus, & tūc procedat opi. Iac. Butr. qui tenuit tempus ipſo iure nō currere, *per legē fina. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio nō eſt neceſſaria.* Habebit tamen primo caſu remediū reſtitutionis in integrū ad totam cauſam ſeu ad appellandum, ſecundùm doct. *in d. l. fin. C. ſi aduerſ. rem iudic.* Balb. *deciſ.* 319.

22 Minori currit tempus ad appel. vel proſequendum appellationem, ad confectionem inuentarij, & in præſcrip. ſtatutaria. Iaſ. *in l. properan. § alio proculdubio. C. de iud.* Vezinus.

23 Appellatione vſo, & illam proſequi principis cauſa impedito, nō currit primi anni tempus, vt commune ait Dec. *in c. ex ratione. nu.* 6. *de appel.* at ſi iudicis inferioris ratione fuerit impeditus, cōcedetur illi alter annus, vt cōmune aſſerit & idem Decius & eodem in loco *nu.* 7. nec ea in ſpecie impedimentum, aut impedientem atteſtari opus erit, vt commune fatur Cagnol. *in l. in omnibus. nu.* 15. *ff. de reg. iur.* E. Suarez.

24 Contumacia expreſſa & doloſa procuratoris in veniēdo, aut appellando, nō tollit beneficiū appellādi principali infra decē dies poſt ſcientiā, ſecundum Bar. Sandit. & Cato. *in l.* 1. *§. ſi procurator ff. ſi quis in ius vo. nō obtem.* Bar. & An. Nicellum *in l.* 1. *§. ff quando appel. ſit.* Nam dolus procuratoris colludētis domino non nocet. *ff. de excep. do. l. ſi procurator.* Licet contrà ſenſerit Inn. *in c.* 1. *extrà vt lite non conteſt.* Balb. *deciſ.* 397.

25 Grauamen quando eſt ſucceſſiuum, vt quando quis detinetur continuè in carceribus, tempus appellandi nunquā currit, cùm ſemper grauetur. Bal. *in l.* 2. *C. de epiſ aud.* Iaſ. *in l. Prætor ait. §. ſi aliquando. nu.* 9. *ff. de noui ope. nun.* per textum *in cap. ex parte* 1. *de appella.* Vezinus.

26 Appellationis interpoſitæ apoſtolos, ſeu dimiſſorios libellos intra triginta dies à ſcientia ſententiæ latæ numerandos peti oportet. communiter aiunt Marant. *in praxi* 6. *part. ter. appellatio. nu.* 209. Nicolaus Ant. Grauat ad Veltrium *lib.* 7. *c.* 3. *nu.* 65. E. Suarez.

27 Apoſtoli aſſignati. Aſſignatus recipere Apoſtolos ſuper appellatione intra certos dies, nō tenetur omni die illorū dierū cōparere: ſed ſufficit ſi cōpareat vna ex ipſis diebus, & repetat Apoſtolos, ſecūdū gl *in verb. infrà in cl.* 2. *de app.* D. Prep. *in c. perſonas. col.* 7. *exe. eod.* nec etiā in termino per ipſum iudicem prorogato ad idem, ſecūdum do. de Rota *deciſ.* 410. *in nouiſ.* Balb. *deci.* 203.

28 Tēpus 30. dierū petēdorū apoſtolorū, currit ſcienti latā ſententiā, ſtatim à tēpore ſcientiæ. Magis cō. nunis, & æqua eſt opi. ſecun. Maran *in ſpec. in* 6 *par iud. nu.* 290. I Fichard.

29 Supplicationis inſtantia regulatur ſecundum inſtantiam appellationis. ita voluit gl. *in l. vnica. in verb poſt ſucceſſionem iudicis. circ. fin. C. de ſen. præfecti prætorio.* & ibi hoc annotarunt Bal. *num.* 2. Sal. *num.* 5. & idem Sal. *in l. fin. §. quis conſentaneum, nume.* 5. *C. de tempor. & repara. appella.* Bal. *in tract. ſtatu. in verb. ſtatuere. ſtatutary. numer.* 6. *ver. ſtatutum quod permittit recurſo contra aliquam ſententiam, ille recurſus debet regulari ſecundum quod regularetur appellatio, quantum ad tempus exercitij & terminationis eius.* Hyp. de Marſ. *ſing.* 88. & Nicol. Boer *in ſuis deciſ. q.* 247. *num.* 9. *in fi.* Licet autem Lanfr. de Orian. poſt Spec. aliter de iure reſponderit, *in tract. de arbit. in vlt. par q.* 2. *num.* 53. com. opi. eſſe contra allegatā gl. *in d. l.* 1. Quod inſtātia ſupplicationis duret tanto tēpore, quanto durat cauſa principalis: tamen pulchre conſulendo ſcribit, primum ſententiam communiori voto approbatam eſſe, per rationes & authoritates doct. ibi adductas. Rol. à Valle *in conſ.* 94. *nu.* 22. *cum ſeq. in* 1. *to. conſ.* Kirchouius.

30 Dies aſſignationis termini, non cōputatur in termino, ſecundum magis communem per Iaſ. *in l.* 1. *col. pen. ver. pro clara. ff. ſi quis cautionib.* Guid. Pap. *q.* 270. De quo vide quæ ſcribit Seb. Vant. *de nullit. c.* 9. *nu* 150. Bal. *in l. eos. §. ſin autem. C. de appell.* quid quando vltima dies termini cadit in diem feriatam? & dic, quòd debemus inſpicere præcedentem non feriatam non ſequentem, & ſic comparere eo die, ſecundum. Caſt. *in l.* 2. *num.* 2. *mem.* 6. *C. de temp. appel.* vbi *num.* 3. quòd quando quis comparet vltima die termini, nō eſt neceſſaria partis citatio: ſecus ſi intra terminum. Prędictam autem concl. dé citatione, vt quis cōpareat tali die, & ſic de termino in quo: vel intra talem diem, & ſic de termino intra quē, & dies vltima reperitur feriata, declara, vt per Caſt. *ibi d. l.* 2. *in fi.* vbi ſi dicatur, compareas intra 10. dies, & vltima dies ſit feriata: debes comparere die pręcedenti non feriata. ex iuribus ibi allegatis. Veziuus.

31 Dies aſſignata per iudicem ad aliquid agendum in iudicio, tota cedit: & ſic iudex vſque ad vltimam horam diei iudicialis expectare debet, teſte Bartol. *in l. liber homo. §. decem. ff. de verb. obl.* Quid quando dies termini cadit in diem feriatā? Quid de vltima die inſtantiæ, & quando iuriſdictio delegati expirat in die feriata? dic vt per Bar. *in l.* 2. *C. de tempor appellat.* Idem.

32 Bannitus non poteſt impunè offendi infra tempus datū ad appellandum, vt eſt communis opi. de qua Bened. de Vad. foro Sempron. *in repet. Felt. verſ. reus damnatus ad mortem.* vbi dicit hanc veram & communem opin. & ſi ſtatuto bannitus poſſet offendi. non poteſt offendi pater à filio. Bald. *in l. libertus. in fin. ff. de ſtat. hom.* ſed mulier prægnans benę poteſt offendi d. ſtatuto. Bal. *in l. Imperator. ff. de ſtat. hom.* ſi ſit bannita. Bonacoſ.

Quando

Quando prouocare non eſt neceſſe, & à quo appellandum non ſit.

TITVLVS XXIII.

DEfenſor qui non ad plenam cauſam, ſed tantùm allegandam cauſam abſentiæ admittitur, & inde atque procurator ad certum tantùm actum datus, non tenetur appellare. *l. liberto. §. ff. de neg. geſt. ſecundum Bar. in l. innitus. C. de procurat. l. maritus. C. eod. & c. nō inuiſtè, & ibid.* Goff. Io. An. Ancr. & poſt eos D. Ant. ita communiter teneri refert Bened. capr. *reg. 65. num. 17. & ſeq.*

2 Ab inſinuatione donationis non appellatur. nō. n. poſſunt conſanguinei donantis à tali inſinuatione appellare propterea quod nō grauantur: & ſic ceſſat appellatio. *l. 1. ff. de appellat.* Rebuff. *in coment. in conſtit. reg. in tract. de don. art. 1. in gloſ. nu. 11.*

3 Sententia lata contra ſtatutū particulare loci eſt nulla, ſec. Bald. *in l. 2. c. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Bart. *in l. cùm prolatis. ff. de re iud.* dummodo ſit incluſum in volumine ſtatutorum: alias ſecus. idem Guido de Suſa. *in ſuis quæſtionibus ſtatutorum in 3. col.* & Fel. *in cap. 1. ext. de re iud.* Balb. *deciſ. 166.*

4 Appellatus inuito appellāte poteſt vti appellatione ipſius appellantis, & eam proſequi. *cap. 1. de appel. in 6. l. fi. n. c. quando prouoc. non eſt neceſ.* Bar. *in l. ſi quis libellos. C. de appell.* Alex. *conſ. 36. num. 15 in 4. vol.*

5 Appellationi aduerſarij aduerſarius adhærreſcere poterit, dūmodo intra decē dies id agat, quòd ſcilicet communis vtriq; parti habeatur. commune ponit amicus noſter Nicolaus Antonius Grauat. ad Veſtrium *lib. 7. cap. num. 49.* E. Suarez.

6 Appellari an poſſit à ſentētia iudicis recurſus? & dic quòd non, ſecundū Rom. *conſ 27. col. 2. conſi. 261. in princ.* Abb. *in cap. venerabilis. num. 40. de naeccur. conſil 2. col. 2. conſil. 38. col. 2. lib. 1.* Pract. Pap. *for. lib ad eoprom. ſum. verſi. nec reductio. col. ſi.* & hęc opin. verior exiſtimatur, licet aliqui cōtrarium voluerint, vt Baptiſta à S. Blaſio *trac. de arb q. pen.* Diſtingue tamen, vt per Rom. *d. conſ. 261. col. 2. verſic. tertia fuit.* vbi alle. Bald. *in l. vnica. C. de his quæ pæn. no.* quòd aut iudex recurſus grauat in modico: & tunc ab eius ſententia non appellatur, aut enormiter, & ſecus. quam opin. ſequitur Rom. *ibi* & inde Alex. *conſ. 106. nu. 6. nu. 15 lib. 3.* Boer. *q. 284. col. 9. & ſeq.* Socin. *Reg. 24. appellatio. 15. fall.* De quo vide etiam Bald. *in Rubr. C. de appell. verſi. Sed nunquid tute Cane.* Rom. *d. conſ 27. verſ. aut dictum fuit quòd vt arbitrator quòd appellari non poſſit.* Nam aut arbitrator lædit in modico, & eius ſententiæ ſtandum eſt, aut enormiter lędit, & tunc nō appellātur, ſed petitur reductio ad arbitriū boni viri. ſequitur Rom. *conſ. 265.* Iaſ. *in l. nemo pōt 1. lect. nu. 65. de leg. 1.* & eſt cōmunis opin. per Abb. *conſ. 77. col. vlt. lib. 2. in fi. de appell. col. 22. num. 101.* cuius dicta tranſcribit Soc. *Reg. 24. appellat. 11. fall.* Vezinus.

Quorum appellationes non recipiantur.

TITVLVS XXIIII.

SI iudex ad quē abſque cognitione ſaltem ſummaria appellationē ſtatim recipiat, pōt ab eo appellari, & fortius ſi cōcedat inhibitorias, ſecundū Bar. *in l. 1. in fi. C. quorū appel.* facit *cap. Romana. §. ſi verò vocatus. de appell. in 6.* & quod not. Spec. *eod. tit. §. de officio. verſi. ſed quæritur.* Niſi ipſi iudici conſtarat per exhibitionē ſentētiæ & appellationis, eſſe appellationē ad ſe deuolutā ſecūdū dom. de Rota *in nouiſ. dec. 11. incip. fuit dubitatū.* quod eſt de mēte Io. And. *in d. §. ſi verò.* dū dicit, ꝙ cauti appellātes portant ſecū ſentētiam & appellationē, quas oſtendunt iudici ad quē cōſtet appellationē ad eum deuolutam. Bald. *deciſ. 466.*

2 Appellatio à reformatione. Si ſtatuto loci, vt eſt in Cherio, caueatur, quòd qui ſemel à ſententia appellauit, nō poſſit iterum appellare, & lata ſententia à qua fuit appellatū, iudex appellationis pronunciauerit ſentētiam nullam, & etiam illam reformauit, à tali reformatione iterū poterit appellari: quia dictum ſtatutum loquens de ſentēria debet intelligi de valida, non de nulla, quæ non eſt ſententia. *l. 4. §. condemnatū. ff. de re iud.* ſecundū Cun. & Nicel. *ibi.* facit quod tradit Barto. *in l. 3. §. 1. ff. quod vi aut clam.* Balb. *deciſ 472.*

3 Iudex, vel ſimilis officialis cōdēnatus in ſyndicatu ob dolum commiſſum intuitu officij, non poteſt appellare, vt per Iac. Butr. Cyn. & Bar. & alios communiter *in l. nullb. C. quorum appell.* & Spec. *in §. in quibus. in tit. de appellatio.* & in Regno etiam ſententia promulgata cōtra officialem in ſyndicatu habet executionem paratam, & ob appellationē non retardatur exequutio ipſius ſentētiæ, præſtita cautione de reſtituēdo in caſu retractationis per eum in cuius fauorem ſententia præmemorata exequuta fuerit, vt eſt text. *in pragmatica 38. Regiæ dignitati.* Sed vbicunque officialis iſte eſſet iniuſte cōdemnatus in ſyndicatu de cōmiſſis, vel omiſſis in adminiſtratione officij, poteſt ſupplicare ad ſuperiores. & ſupplicatio nō erit ſibi prohibita, ſicut appellatio. *l. ſi. C. vt lite pendent. auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. Imperat. offeren.* cum ibi not. per Doct. & ita ſeruatur in praxi in terra eccleſię, vt refert Grāmati. alios citans *in deciſ. 35. nu. 4.* Viuius *opin. 423.* & Balb. *deciſ. 468.*

4 Appellare cōfeſſus & cōuictus non poteſt. *2. quæ. 6. c. ſunt quorum. l. 2. C. quorum appellat. non recip.* idque procedit non tantùm in ciuilibus, ſed etiam in criminalib. iux. not. *in glo. d. l. 2.* & ita communiter teneri refert Bene. Capra. *in tractatione notarij, poſt reg. 65 poſita 4. memb. nu. 113* niſi allegaret aliquam iuſtam cauſam contra ipſam confeſſionē & probationem, quo caſu in arbitrio iudicis relinquitur an deferatur appellationi, vel procedatur ad executionem. glo. *d. l. 2. & in lege abſtinendum. C. quorum appellat. non recipiuntur.* Ben. Capr.

5. Appellans confeſſus ſponte, etiā ſi teſtibus conuictus nō ſit, nec in ciuilibus, nec in criminalibus regulariter auditur, & ſic ad appellandū nō admittitur aliquo modo. text. eſt *in c. cum ſpeciali. §. porro, & in c. Romana. §. ſi autem. de appellatio. in 6.* vbi Io. And. Domi. Francus, Abb. & cæteri cōmuniter *in d. §. porrò*, Capella Toloſana, & ibi Aufre. *nu. 176.* Corn. *conſil. 159. num. 2. vol. 1.* quorum ſententia communis eſt, de cōſuetudine quoque obſeruatur, teſte Catterio *in pract. crim. in prin. num 17.* In contrariam verò partem inclinauere gl. *in d. §. porrò*, & plerique alij tenentes admittendam eſſe appellationem eius, qui ex propria tantum confeſſione damnatus fuerit: ſed opinio hæc procederet, iudicio meo, ſi cauſa iuſta expreſſim fuerit in appellatione dicta, tūc enim eſt admittēda appellatio, gl. eſt *in d. §. ſi autem. in ver. mandetur.* eum qua tranſeunt ibi omnes, & Dec. *in ca. 3. & in c. conſuluit. in 1. de appellat.* notat Bar. *in l. à ſententia. ff. de appel.* Cuman. *conſ 60.* & Lanfran. *in clemen. diſpendioſam. de iudic.* Vbi verò error, ſeu alia iuſta cauſa in appellatione nō allegaretur, tūc quippè procederet prima opinio cōmunis, & iudex non obſtante appellatione ſimpliciter interpoſita, ſentētiam exequi poſſet, vt clarius, & latius proſequitur Follerius *in pract. crim. in ver. pœnis debitis ſeruantur. ſub n. 6.*

Et quamuis confeſſus appellare nequeat, tamen confeſſus ipſe poſſet dubio procul opponere de nullitate proceſſus. ita Ang. *in l. ſi vacantia. col. 10. verſ. de vno artic. C. de bonis vacan. lib. x.* & licèt Bar. *in l. ſi confeſſus. de cuſto. reo.* & Bal. *in l. mercalē. de condi. ob tur. cau. & in l. 2. C. de re iudi. & in l. quod mulier. ſoluto matri.* ſentiant contrarium, nihilominus in regno ſemper vidimus obſeruari opin. Ang. tāquam tutiſſimā, & veriſſimā.

Necnon confeſſus valeret quoque opponere de iniuſtitia manifeſtiſſima proceſſus, quæ quidem iniuſtitia euidēs æquiparatur nullitati, *c. inter cæteras de ſenten. & re iudi.* vbi etiam Abb. Fely. & cæteri omnes, Bald *in l. 1. C. quæ ſententia reſcin. nō poſſ.* Paul. de Caſt. *in l ſerno inuito. §. tum Prætor ad Treb.* Imol. & Fely. *n. 40. in c. quoniam contra de probat.* Alex. *conſ. 77. num. 3. vol. 3. & conſ. 39 n. 25. vol. 6.* Afflict. *deciſ. 39. n. 5.* Peruſi. *in c. dilecto. q. 55. de appel.* Alciat. *in tract. de præſump. regul 3. præſump. 9. n. 25.* & Dec. *conſ. 8. n. 5.*

Et de hoc mirandum quippe non eſſet, ſiquidem, vbicunque iniuſtitia foret notoria, tunc abſque dubio aliquo recederetur à regula iuris communis, ita Dec. fœcunde *in l. vt vim, n. 26. ff. de iuſt. & iur.*

Imo concludo, quod ab omnium ſententia etiam Principis appellari poſſet, vbicunque ſententia ipſa contineret manifeſtam iniquitatem, ſecundum Peruſi *in rub. col. 3. de appellat.*

Imò etiam aduerte, quòd ſententia notoriè iniqua, eſt ſimiliter nulla, textus eſt *in d. c. inter cæteras.*

Et denique ſententia ipſa manifeſtiſſimè iniqua nunquam tranſit in rem iudicatam, ſecūdum Abb. *in c. ex borea. de re iud.* Autri. *in c. ſuam. de pœnis.* Card. *in clem. 1. §. pen. de foro competen. & in clem. 2. §. rurſus. de re iudi.* Marſ. *in pract. crim in §. ordino, n. 15.* & Iaſ. *in l. de periurio. de iu. lis. iur.*

Et hinc eſt, quod ſi reus confiteretur in iudicio ſe Titium occidiſſe, nō poſſet vtique tūc vllo modo ad pœnam mortis condemnari, niſi de corpore occiſi conſtaret, vt firmat Ang. *in l. certum. in prin. de confeſ.* & Bal. *in c. at ſi clerici. de iudi.* & iſto nempe caſu ſi condamnaretur cōfeſſus ex allegatis, & ex notoria iniuſtitia, poſſet appellare. Viuius *opin. 51.*

6 Appella

6 Appellationi in cauſa criminali non eſt deferendũ,quãdo reus cõfeſſus & cõuictus eſt,idq; nõ ſolum in quinque illis criminibus,nẽpè homicidij,veneficij,adulterij, maleficij, & viæ publicæ,de quibus Docto.cõmuniter cõcordant *in l. y. C. quor.appell.non recip.* vt atteſtatur Igneus *in l. & ſi certus.in prin nu.10.ff.ad Syllean.* ſed etiã generaliter in omnibus aliis:vt atteſtatur Imola *in l.fi.§.iuſſus.nu 8 ff.de appellat.* Butrig. *in trac. de notorio.art.4.nu.*56.Duenas *regul.*156.*in fin.*Dec. *in c.cũ ſpecialis,§.porrò.nu.*4.*de app.*Et licet reus fuerit cõfeſſus tãtùm,& nõ cõuictus,nihilominus ſi cõfeſſionẽ illã nõ reuocauerit, nõ defertur appellationi,ſed poteſt iuſtè morte tradi.com.dicit Didacus *in quæſt.*23 *ver.*2.*concl.*Bald *in l.*1.*nu.*10. *verſ. interdum autẽ.C.ne ex delict.defunct.*quẽ refert Aug.*ad Ang.de maleſi.in verb.preſente Caio.nu.*21.& Apoſtil.*ad deciſ.Toloſa.*176.& hoc procedit tã de iure ciuili quàm canonico.commu. atteſtatur Boſſ.*in tit.de appel.nu.*27.Bald.tamẽ *in l y.C.quorũ appel.nõ recip.nu.*11.dicit quod ad hoc vt poſſit reijci appellatio, requiratur vtrunq;,vt ſcilicet cõfeſſus & conuictus ſit,& hãc dicit com. opin. Antonius Gomeſ.*ra.*13.*delict.nu.*31.etiam ſi ageretur de crimine læſæ maieſtatis.refert Suarez *in ſuis repet.nu.*5. *in fin.* Clar.*d.lib* 5.*§.fin.q.*94.*in princ.* P.Fichard.& Bonac.

7 Cõfeſſus & conuictus non appellat.Nam quando reus eſt ſpontè confeſſus & conuictus,vel delictum eſt notoriũ, poteſt iudex ſententiã exequi,appellatione interpoſita non obſtante,& ſi aliter facit peccat.Et ita eſt commu. opin. de qua Rolan.à Valle *in conſ.*73.*nu.*26.vide omnino Petr.Duen.*regu.*156.Clar.*q.*66. *Bonacoſſ.*

8 Quæro,an ſpontè confeſſus audiatur appellãs?Reſp.quòd non; ita probat tex.*in l.obſeruare curabit.C.quo appel.non recip.* Et hanc opin.tenet gl.*cap.quicunque.*2.*q.*6.*cap.cum ſpecialis.§. porrò.de appel.in* 6.Et ibi tenet Abb.*nu.*5.Præpoſ.*nu.*7.Franc. *nu.*5.Eandem opin.firmat Bart.*in l. creditor §.iuſſus.nu.*2.*ff de appel.*Rom.*ſing.*625.Et eam dicit eſſe communem Anto. de But.*in tract.de notorio.art.*4.*num.*56. Mich.Graſſus.

9 Sed quæro,an hoc tantummodò habeat locum in criminibus *in d.l.obſeruare.*enumeratis?Reſp.Diuerſæ ſunt ſententiæ. Nam Cy.*in d.l.* exiſtimat quòd ſic, & dicit hanc ſententiam ſibi videri æquiorem,& eã magis ſibi placere,dicit Alb. *ibi,nu.*2.& ante eos tenuit Azo *in ſum illius tit.*& eam dicit de rigore iuris veram Imo.*in d.§.iuſſus.num.*8.

Contrariam tamen ſententiam dicit communem idẽ Ant. de But.*in d tract.de notor.art.*4.*nu.*56.Eandem dicit eſſe communem Ioan.de Imo,*d.§.iuſſus.* Idem.

10 Appellatio in notoriis.Licet in notoriis nõ admittatur appellatio in criminalib.*c.cùm ſit Romana.c.peruenit.& c.conſuluit.extrà de appell.*illud limitatur,niſi quãdo tale notoriũ haberet aliquas probabiles excuſationes, vt poteſt habere, iuxta not.*in c.*1.*de offic.delega.in* 6.& per Inn.*in c.veſtra.de cohabit.cler.& mul.*vt quia ille,qui interfecit hominem in conſpectu populi,dicit ſe feciſſe ad ſui defenſionem,vel quòd erat bannitus,quem ex forma ſtatuti licebat occidere:quia tũc debet admitti eius appellatio,ſecund.Panorm.& Do. Pippo. *in d.c.conſuluit.* Nicel.*in l.creditor.§.iuſſus.ff.eo.* & notatur in iuribus prædictis. Balb.*deciſ.*450.

11 Carcerãdus nõ appellat,ſi ſe ad carceres videt duci.com. eſt opin.Clar.*§.fina.quæſt.*46.*verſ.ſed quid.* Bonacoſſ.

12 Appellatio recepta.Et ſi appellatio admitti nõ debuerit, vel ſuper ea procedi,quia ſentẽtia tráſierat in rẽ iud. vel alio reſpectu erat exequẽda:ſi tamẽ de facto fuit recepta per iudicẽ ad quẽ,& corã eo eſt per partes proceſſum in cauſa ipſius appellationis, poterit ipſe iudex cognoſcere & pronuntiare ſuper ipſa appellatione,& de iuſtitia ſententiæ,ſecund.Inno. ſingulariter *in c.cùm dilecta.extr.de reſcript.in c.cùm Bertoldus. ext.de re iud.*quẽ ſequuntur Ant.& Imo.*in d.c.cùm dilecta.* Panorm.*in c.cùm contingat.extrà,de offic.deleg.in* 2.*col.*Bald.*in l.liberas.§.verum ff.de offic.præſid.* Rom.*in l.admonendi:verſ.*9. *fallit.ff.de iureiu.*Felyn. *in c.a.inter cæteras.ext.de re iud.* Item ſi fuerit per iudicem admiſſa probatio,quæ nõ debebat admitti parte tacente,nec contradicente, putà quia poſt dilationẽ ad probandum,vel contra iuramentum, aut formam ſtatuti, tamen valebit probatio,ſecund.Bald.*in l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cert.pet.*& ibi d.Alex.*in* 3.*col.* Bald.& Sal.*in l.fi.C. de non nu.pec.*Bart.*in l.inter ſtipulantem.§.j.ff.de verb.obli.*Panorm. *in d.cap.cùm contingat.* Balb.*deciſ.*244.

13 Appellatio cui negata. Manifeſtè cõuictus non appellat, ſecũd.gl.& Bart.*in l.addictos.C.de appel.*in notoriis enim nõ admittitur appellatio.*c.Romana.§.ſin autem.de appel. in* 6.vult Bal.*in l.y.circ med.C.quorũ app.*Secus in nõ manifeſtè cõuicto, vel in cõfeſſo tantum,quia poteſt appellare, ſi in appellatione dicat ſe cõfeſſũ per errorẽ,vel aliã cauſã legitimã contra cõfeſſionẽ alleget,ſecund.Ioã.Andr.*in d.c.Romana.*Angel.& Alb. *in d.l.y.*eſt de mẽte gl.*in verbo,vel alio modo.in c.cùm ſpecialis.§. porrò.de appel.*Bart.*in l.creditor.§.iuſſus.ff.eod.* Balb.*deciſ.*462.

14 Ab omiſſa expen.condenatione poteſt appellari,ſecund. Ang.& Im.*in l.fi.§.fi.ff.de appell.* niſi victus appellauerit:quia tunc victor non poteſt appellare,propter omiſſam condẽnationẽ expen.cũ in cauſa appellationis ſui aduerſarij poſſit proſequi grauamẽ expen.*l.fina.C.quorũ appell.*quod non procederet,quãdo iudex à quo abſoluiſſet victũ ab expenſis,& quãdo victus tantum appellat in partibus contra ſe facientibus:nam tunc victor debet appellare reſpectu expen.nec procedit *d l. fina.*ſecund.Inno.& Fel.*in c.ſignificauerunt.extrà de except.* Panorm.*in c.cùm Ioannes,col.vlt extrà de fide inſtr.*primum etiam tenent Domini de Rota *in nouiſ deciſ.*356. Balb *deciſ.*458.

15 Quæro,An poſſit appellari à ſententia de exequẽdo?Reſp. in hac q.Bart.ſibi contrarius eſt.Nãq; *in l.ab executione. C. quo. app.nõ recip.* exiſtimat appellationẽ admittendã eſſe.At diuerſum ſentit *in l.ab executore,ff.de appell.* quod ſcilicet appellari nõ poſſit.Hãc dicit eſſe comm.Corn.*in conſ.*71.*vol.*3. & ita firmat vt verã *deciſ.Neap.*34 Ant.Capi.Grat.*cõſ.*16.*vol* 2. Ruin.*cõſ.*80.*vol.*5.Eandẽ dicit eſſe comm.Alex.*in cõſ.*95.*vol.*2.& firmat Specu.*tit.de exec.ſent.§.pen.verſ ſed ſecundum.* Mich.Graſſus.

16 Quæro,Si partes conſentiant,vt iudex ſententiam ferat ſecundũ conſiliũ ſapientis,an nihilominus permiſſa ſit appellatio?Reſp.quòd ſic,ita tenet *Bar.in l.ſi conuenerit.ff de re iud.* & ibi Alex.dicit hanc eſſe comm.opin.& tenet idẽ *Bart.in l. ex cõſenſu.ff.de appell.*Solus enim conſenſus nõ tollit remediũ appellationis, niſi expreſſa interueniret renunciatio. Idem.

17 Appellans conuictus,ſimul & confeſſus tam in criminalibus,quam in ciuilibus non auditur, nec à iudice,qui ſententiam pronũciauit,nec ab eo,ad quem pronunciatũ eſt,*l.*2.& ibi Gloſ.*Bart.*& omnes.*C.quorũ appellat.nõ recip. Aret.in tract.maleficiorũ in ver.præſente caio,*Glo.*Abb.nu.*5.*Præpoſ.nu.*7.Francus *nu.*5.& cæteri *in c.cum ſpecialis.§.porrò.de appel.*vbi D.c in mediũ retulit illam eſſe com.opin.cui accedunt etiã Dyn. *Bart.*Imol.& *Aret.*qui pariter dicunt communẽ fore *in l. creditor,§.iuſſus.ff.de appel.*Affred.*deciſ.*451.& cumulatiſſime tradit Carreri *in pract.crim in princ.*& ponit pro regula cũ octuliuit.*Petr.*Duennas *in reg.*156.conuictus legitimis probationibus,& ſequitur *Boſſius* quoq; *in ſua pract.in tit.de app n.*27.

Sed opinio hæc communis de plano nẽpè procederet, locúmq; obtineret in atrocioribus criminibus,tũc enim Reus voce propria ſpontè confeſſus,& teſtibus plenè conuictus appellans non audiretur,verum poſt latam ſentẽtiam incontinenti,& immediatè fieret quippè executio,*vt d.l.y.C.quorum app.nõ recip.& l.ſi.C.de cuſto.reo.& l.cuſtodias ff. de pæ. iudic.*

Imo ſi Reus ipſe poſt ſententiam latam vellet incontinenti appellare,nõ vtique auditur vllo modo,atque eius appellatio tanquam calumnioſa penitus reijceretur,vt diſponitur *in d.l.y.*vbi determinatur,quod homicida,veneficus,maleficus, adulter,& is qui manifeſtam violentiam intuliſſe probatur, ſi voce vtique propria confeſſus ſit ſpontè crimen,& teſtibus plenè conuictus reperitur,non auditur appellans,præſertimque in caſibus,& criminibus expreſſis.

Et aduerte vtiliter hic,quod hoc ampliat Glo.& Bal.*in præcitata l.y.*procedere etiã in aliis minoribus criminibus extra illa quæ ſunt ibi expreſſa,vt Reus appellare tunc non poſſit, & ſi fortè appellauerit,non erit minimum audiendus. & licet *in præmemorata l.y.*Iac.But.ſentiat contrarium,tamen Bal.ibi accuratiſſime tollit omnia eius fundamenta.

Cæterùm illa comm.opin.ita explanata procederet equidẽ duobus concurrentibus,vt appellandi remediũ tollatur. primum itaque erit,quod Reus ſit teſtibus plenè conuictus,qui luce clariorem probationem oſtendant.ſecundum verò erit, quòd ſpontè,ſuaptéq; natura idem Reus abſque impedimento aliquo cõfeſſus fuerit.iſtis enim,vel ipſorum altero deficiẽte,nõ denegatur vllo pacto appellatio, vt firmat Gl. Bal.& alij vnanimiter,& cõcorditer omnes *in allegata l.y.* Viu.*opi.*50

18 Appellari nequit à ſententia interlocutoria de iure ciuili, ſecund.Bart.Paul.Caſtr.cæteróſq; cõmuniter per tex.ibi *in l. y ff de appell.recs.*Gl.Bar.& Ang.*in l.fi.C.de ſent.& interlo.omnium iud.*Bart.& Bald.*in l.y.C.de epiſc.audiẽt* Maſant.*in tract.*

*iudiciorum in 6.par.3.part.actu.2.nu.*292.& Ioan.de Amicis *cõſ.* 128.*nu.*2.vbi explanat iſtam eſſe commu. opin.legiſtarum, & ponit hoc pro regula cum tribus limitationibus Lanfran. *in cap.quoniam contra.de probat.in cap.*10.*de interlocutoriis. & appellat.nu.*68.& Petr.Duennes *cum* 14 *fallentiis in regula* 52.appellari à ſententia interlocutoria,& cum vna limitatione Ferrarié.*in ſua pract.Papienſi in forma appellat.ab interlo.in §.fuiſſe.*

Cæterùm eandem regulam limito vltra alios etiam, quod appellare ſimiliter liceat à ſententia abſolutoria ab obſeruatione iudicij,quia non,eſt mera interlocutoria,ſed mixta,ita Creſcen.*deciſ.*182.& Gom.*deciſ.*1.*&* 83.

Et deciſionẽ hanc iudicio meo crederẽ poſſe de plano procedere,vbicunque per ipſam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij imponeretur perpetuum ſilentium,tunc enim illa haberet dubio procul vim diffinitiuẽ,ſecundũ Bald.*in auth qui ſemel.col.*4.*in caſu illius authent.*C.*quomodo,& quando iudex.*

Nec obtinere poſſet etiam locum in caſu Bart.*in l.Titia.ff. de accuſ.*& Iaſ.*col.pen.in l.properandum.§.& ſi quidem.*C.*de iudic.*aſſerentium reum ſoluentem debitum,pendente iudicio, non abſolui tunc diffinitiuè, ſed nempè abſolui ab obſeruatione iudicij,quæ abſolutio habebit vim diffinitiuæ.

Et denique procedere quoq; poſſet in aliis caſibus poſitis, & expreſſis per Philip.*in c.cum ceſſante col.fin.de appell.*vbi explicat quando huiuſmodi abſolutoria poſſit eſſe diffinitiua.

In cæteris autem omnibus caſibus generaliter,& indiſtinctè procedi vllatenus nõ poſſe,hac ratione ſuadeo, & demõſtro:nam regulariter abſolutoria ipſa ab obſeruatione iudicij dicitur interlocutoria,cùm non diffiniat negotium principale,ſecundum Bald.*in d.l.properandum §.& ſi quidem, & in d. auth.qui ſemel col.fin.*& Glo.*in l.& hoc nũ ff.ſi ſer.vend.* Io. de Imo.& alios *in cap.examinata de iud.*

Et Spec.*de offi.iudi.§.de ſeruit.ver.quid ſi opponens,*vbi concludit, quod ſi reus abſoluitur ab obſeruatione iudicij propter ineptam actionem propoſitam contra eum,quod tunc abſolutoria ipſa ſententia dicitur interlocutoria.

De iure verò canonico contrarium ſancitum reperitur,appellatúrq; ab interlocutoria,vt voluit Bart.*in l.j.§.ſi.ff.à quib. appel.non licet.*Berous *in quæſt.familiaribus q.*52.*nu.*9. Maranta *vbi ſuprà,*& omnes canoniſtæ communiter *in cap.ſicut Romana.de reſcript.*vbi Ripa *num.*20.*cum aliis ſeq.*indicat iſtam eſſe canoniſtarum opinionem.

Imò appellari ab interlocutoria ad ſummũ etiam pontificẽ poteſt,*cap.de appellationib.de appell.*Ioan.Crot.*cõſ.*87.*n.*14.

Necnon ab interlocutoria Vicarij appellari poteſt ad Epiſcopum,ita Card.Puteus *deciſ.*15.*de appel.*

Et ſimiliter ab interlocutoriis Vicarij foranei ad Epiſcopum,vel Archiepiſcopum appellare licet,ſecundùm Modea. *deciſ.*133.& Gom.*deciſ.*j.*&* 27.

Sed retenta prima opinione de iure ciuili aduerte,ꝙ appellari minime debet,ac permittitur ab interlocutoria quotieſcunque grauamen illatum per appellationẽ à diffinitiua reparari poſſet,vt firmauerunt Cy.Paul.Caſtr.& cæteri omnes *in l.poſt ſententiam.*C.*de ſent.& interloc.omn.iud.*Bald.Ang.Salyc.Paul.Caſt.Fulgoſ.Iaſ.& omnes *in l.arbitrio ff.qui ſatiſd.cogan.*aaa.Imol.Paul.Caſtr.aliiq; omnes cõcorditer *in d.l. q. de appel.recip.*& Io.de Amicis *in d.conſ.*128.*n.*4.*& ſeq.* vbi ita cõſuluit,nũciauitq; iſtorũ opinionẽ cõmunẽ eſſe,ac nullũ profectò habere contradictorẽ.tamẽ reperio Petrum de Beninteodis *deciſ.* 40.ſimul cum Bald.aliiſq; ſignatis per eum aſſerere,& concludere expreſsè contrarium. Viuius *opin.*52.

19 Appellari nõ poteſt à ſententia arbitri,nec reclamari,nec reduci ad boni viri arbitrium de iure ciuili,etiam in caſibus, in quibus oritur actio ex cõpromiſſo: & ſic ab arbitris ipſis, qui compromiſſo iure perfecto,& partium voluntate adeuntur appellari non poteſt.*l.j.*C.*de arbitr.*vbi Bald.& Imol.Areti.Alex.*nu.*19.Iaſ.*nu.*56.*in j.lectura,*cęterique omnes *in l. nemo poteſt ff.de leg.*j.qui ad lucem adducũt iſtam eſſe communem opinionem contra Bart.ibi contrarium aſſeuerantem,& Maranta etiam *in tract.iudiciorum in 6.par.in cap.de appel. numer.* 259.*fol paruo* 184.

¶ Imò generaliter traditum eſt à iudicibus, quos cõmunis conſenſus elegerit prouocari non poſſe,*cap.a iudicibus* 2.*q.*6.

¶ Et appellatio à ſententia arbitri ideò non valet, quia nõ eſt ſententia,ex quo ex ea non naſcitur actio in factũ, Cardi. *in clem.j.q.*7.*de appell.*

Sed limitatur primò hæc communis ſententia non procedere de iure canonico,nã eo iure à ſententia arbitri licet appellare,ſecundũ Gloſ.*in d.c.iudicibus,*Hoſt.& Ant *in c.quintanallis.de iureiur.*Anch *in clem. ſæpe de verb. ſign.* Gloſ. Hoſt. Io. And.& Abb.*in c.*2.*de arb.*Bal.& Sal.*in d.l.j.*& Alex. cum aliis multis aggregatis per eum *in d.l.nemo poteſt,nu.*21. vbi prodidit iſtã eſſe commun.opin.atque in practica obſeruari.

Limitatur etiã ſecũdò non habere locũ in ſententia arbitrorũ iuris,electorũq;ex forma,ac neceſſitate legis,pręcepto iudicis,vel ſtatuti inter cõiunctos,à qua poteſt appellari,ſecũdũ Gl.& Doct.& Alex.*in l.arbitrio in v. appellare.ff. qui ſatiſd.cog.* Bar.*in l.j.*C.*de nouo codice componendo,& in l.fi in* 11.*not.*C.*de iud.* Io.de Imol.*in l.*1.*circa fi.ff ſol.matrim.*Paul.Caſtr.*in l.à diuo Pio in princ.ff.de re iud.*Ant.*in d.c.quintanallis,*Oldra.*conſ.*16. Domi.de ſancto Gem.*in c.ab arbitro q.*6.*de offic.deleg.*Ang.*in l.apertiſſimi.*C.*de iud.*Maranta.*in loco prælocato,nu.* 261. *& ſeq.*vbi docet practicam Regni Neapo.circa hoc,& huic opinioni inhęret etiam Iaffred.*in deciſ.*467. vbi narrauit, ità per Doct. communiter teneri.

¶ *Aliàs* vero limitationes vtiliſſimas ponit & diſcurrit Bertachi.*in ſua repert.in v.appellatio ab arbitro,*vel à ſẽtẽtia arbitri iuris nõ valet,& Io.Thi.Lingonẽſis *in ſcholiis ibi* Viui⁹.*opi.*53.

20 *A*ppellari licet non poſſit ab executione *l.ab executione. C.quorum appellationes.l.ab executore ff.de app.*illud tamẽ fallit in ſententia lata de exequẽdo vel nõ exequẽdo. *Ita voluit gl.in verb.ab executione in d.l.ab executione.* Et huius gl. ſententiam cõem eſſe,& ſeruari inquiũt Lanfran.de Oria.*in repet.c. quoniã.c.*10. *de interloc.& appel.nu* 60.*v. poterit tamen appellari.* & Barth. Soc. *in tract.fallen regul* 24.*incip. appellatio in qualibet cauſa permiſſa eſt n.*2.*ver fallit in executione.*Sed cõtrariã ſententiam,ſcilicet,appellari a ſententia executionis, ſiue de exequendo,non licere.multi alij Doct.eamq;magis communem opinionẽ eſſe voluerunt, Alex.de Imo.*in.conſ.*95.*nu.*4.*v.quod autem à ſententia in* 2 *lib.conſ.*Petr .Phil.Corn.*in con.*71.*nu.* 20. *in fi.in* 1.*vol.conſ.*Phil.Dec.*in cap.nouit.num.*4 *extrà, de appel.* Rol.à Valle.*in .conſ.*43.*nu* 5.*in* 1.*tom.conſi.* Kirchou.

21 Appellare non licet à ſententia principis,Senatus,vel Pręfecti prætorio.*l.j.ff.à quibus appel.nõ licet.l. præfecti.ff.de minor.* Guido Papa *in ſuis deciſ.q.*50.Supplicare & reclamare tamen ab ea licebit.*l ſi quis aduerſus.auth.qua ſupplicatio.C.de.precib. Imp.off.*Hypp.de Marſ.*in ſing.*647.*gl.in v.ſupplicauit:* & Doct. *in.cap.ex literis.* 11.*de reſt. in integr.* Propterea inquit ibi Abb. quod in omni materia legis,re ſcripti, vel inſtrumenti, vbi non liceret appellare, ſemper ſit licitũ ſupplicare, cũ ſint diuerſa remedia appellatio & ſupplicatio. Et hanc cõem opio. eſſe Doct.inquiũt Phil.Dec.*in l.fina.nu.*50.*C.de edict. diui Adriani tollen.*& Rol.à Valle *in conſ.*94.*nu.*4.*in* j.*tom.* Kirchouius.

22 A ſententia in poſſeſſorio lata,nõ appellatur,cõmuo.dic. Alc.*conſ.* 386.*in prin.* Et idem eſſe dicendum de quolibet articulo in cauſa poſſeſſorij occurrenti.In fine tamẽ eiuſdem cõſ. dicit quod poſſet hoc caſu dici de nullitate.Et quod ita concludant omnes *in l.*1.*C.ſi de momen.poſſeſ.* Vezinus.

23 A ſententia lata ſuper mero poſſeſſorio,de iure ciuili indiſtinctè non appellatur.eſt cõmunis opin. *cont.* Bart. & Ang. ſec. Deci.*in conſ.*28.*vol.*j.& ſec. Alex.*conſ* 2.*in.fi.vol.*3.

*F*allit,ſi iudex appellationem admiſerit, quia poterit ſeus obtinere,ſec. Alex.*ibidem.* M. Chætian.

24 Appellatio. Licet regula ſit,quòd iure ciuili ab interlocutoria nõ appelletur,teſte Bar.*in l pe.C.quor.appel.in l.* 2. *&* 3. *ff.de app.recip.*ſecus tamẽ eſt iure can.*c.vt debitus.*vbi Dec. 4. not.& *c.ſuper eo* 2.*in* 2.*not de app.*Ang.*conſ.* 107.115.Guid. Papa.*q.*36.*nu* 72.85.Quæ quidẽ Reg de iure ciuili perpetua non eſt,teſte eodem Guid.*q.*10.*&* 75.pręſertim quãdo appellatur à carcere vel tortura quando grauamen eſt irreparabile.*d.l.*2. *de appel.recip.*not.Docto.*in l quod iuſſit.ff.de re iud.* Itẽ quando interlocutoria negotij ſubſtantiam tangit: vt putà,ſi quis minor aut maior pronuncietur,aut prodigus aliàſue inhabilis,*l.intra vtile ff de minor. Dec.in l.in eum bonis ff.de verb.obl.*Itẽ admittitur appellatio quando interlocutoria lata eſt ſuper legitimatione perſonæ,ex not.per Iaſ.*in l.arbitro. col* 3. *ff. qui ſatiſd.cog.*Bal.*in marg.verſ appellatio.q.*8. Rurſus quãdo iudex pronunciat probationes aut teſtes admittẽdos nõ eſſe,ſecundum Corn.*conſ.*35.*in prin.lib.*j.Item quãdo interlocutoria executionem inferetur,veluti ſi partes ad arbitros eligẽdos cogerentur,Barb.*conſ.*305.*col.pen.lib.*3. ſimiliter quãdo quis ſe iudicem competentem vel incompetentẽ pronũciat. *c. ſignificantibus.de off deleg.* Abb.*in c.ſuper eo.*1.*not.de appel.* Saly. *in l. pen.*

l.pen.C.quor.appel.Guid.Pap.quæſt.10.Miſing.cent.3 obſer.35. Iaſ.in d.l.quod iuſſu.num 25.26. .ibi dicit eſſe communem opio. quam limitant, locum habere in iudice deleg.ſecus in ordinario,coi hanc interlocutoriam reuocare permittitur,ex docto Bald.in l.ſi præſes.1.oppoſ.C.quomodo & quando iud.ſed quia dubia eſt hæc limita. vide Fel.in d. cap.ſignificantibus. & Iaſ. d. l. quod iuſſit.vbi in 1. & 2.col.10. ponit fall.10 quib. interlocutoria reuocari non poteſt. Item quando ſentẽtia interlocutoria fertur ab obſeruatione iudicij:nã & ſi ſit interlocutoria,reuocari tamen non poteſt,cum habeat vim diffinitiuę,ſecundum communem per Didac.Reſol.lib.1.cap 1.nu.8.& illis fermè casib. appellare in ſcriptis & cauſas exprimere oportet, ea Gui. vbi ſuprà, nec viua voce ab interlocutoria appellare licet vti in diffinitiua,ſecundum communem per Corn.conſi.95.lib.4. ex Bartol.& aliis in l.litigatoribus.C.de appel. Sed an appellans à ſimplici interlocutoria de nullitate agere poſſit? vide Guid. Pap.quæſt.436.n.80.Pract.Pap.for.appel.ab.interlocutoria,verſ. fuiſſe. Verùm hæc appellatio ab interlocutoria regulatur ex primis actis,non autẽ ex nouis cognoſcitur, an iuſte vel ne interpoſita fuerit,Clem.appellanti.de appel.Bartol.in l.an præter.nu.4.ff.de min.Afflict.deciſ.79.hæc tamen Reg.plures recipit exceptiones per Doct.in d.Clem appellãti.Soc.Reg.22. Oldrad.conſi.130.nu.13.Rom.ſing.278.Quibus adde,quod generalis appellatio ab interlocutoria non admittitur, Clem.appellanti.de appel.ſed grauamina cauſæ exprimi debent, alias appellatio nullius eſſet efficaciæ.ca.cordi nobis.de appel.in 6.Bar. in l.4.ff.de appel.recip.& hoc regulare eſt,teſte Franc.in cap. 3. & c.vt debitæ. quæſt.14.extrà de appel. vbi quatuor docet fall. inter quas illa eſt,quando interlocutoria habet vim diffinitiuæ,quòd tunc cauſæ expreſſio nõ requiritur,ex not.per Dec. ibi in fin. Fel.in cap. quod ad conſultationẽ. de re iud. Rationem autẽ cur cauſæ ſint exprimẽdæ,vide apud Ro.cõſ.324. Bellac.

25 Et licet appellans à certo grauamine ſoleat in libello appellationis addere generalem clauſulam,& à quocunque grauamine ex actis reſultante: non tamen auditur niſi ſuper expreſſo. & quãuis alia videãtur expreſſa ſaltẽ per relationẽ ad acta:hæc tamẽ relatiua expreſſio nõ eſt à lege recepta,ſecũdũ Frãc.in cap.cõſuluit.col.2.de appella.Soc.conſ.45.col.4.lib.1.Idẽ.

26 Cauſæ autem appel. & grauaminum in libello ſunt exprimendæ,aliàs appellatio eſt nulla. quæ concl. fallit in caſu Bald.in l.minorib.C. de his quib. vt indig. & in l.per hanc. C. de temp.appel.Franc.d.cap.vt debitæ.quæſt.11. Idem.

27 Appellatio ratione præſentis temporis habita ſententiã, extinguit,ac futuri temporis iuſpectione eã modo ſuſpendit, vt frequenti doctorum calculo receptum ait Ant.de Trem. ad Bonacur.in pract.except.in rubr.de imp.exec.num.1. F. Suar.

28 Cognitio ſummaria. Non admiſſa appellatione à iudice à quo,iudex ad quem ſummariè habet cognoſcere, an fuerit admittenda,ſecundùm Hoſtien.& Innoc.in cap paſtoralis. extrà de offic.deleg. Bartol.in l.ei cuius.aliàs,ſciendum.ff.de appella. recip.Imò etiam parte abſente poteſt procedi ad talem cognitionem,ſecundùm Innoc. vbi ſuprà in gloſ.ſuſpendatur. ad fin. & gloſ.in l.1.C. quorum appel. quæ videtur dicere requiri plenã probationem.Intelligitur de plena probatione, quo ad ſummariam cognitionem, nõ autem quo ad ordinariam, ſeu quo ad ordinem iudicij,ſecundũ Bartol.vbi ſuprà.Balb.deciſ. 444.

29 Quæro,Verùm clauſula appellatione remota,quæ in delegationibus ſolet adſcribi,obtineat ſaltem quo ad litigãtes, actorem ſcilicet & reum, an verò etiam quo ad tertiũ? Reſp. Receptior & communior eſt ſententia appellationẽ permitti tertio, non obſtante dicta clauſula.ita tenẽt Abb.Bald.Fel.& Deci. in cap. ſuper eo.ext. de offic. deleg.Fran.in cap. paſtoralis. quæſt.7.de appel. Bart.l.2.§.interdum.ff.a quib.appel.non liceat.n. 4.Bald.l.cum filius.ff.de milit.teſt. Fel.cap.venien.2.n.5.de teſtib. cap.qualiter.1.n.13.de accuſat.Iaſ.à diuo Pio.§.ſi ſuper rebus.ff.de re iud. Corſ.in ſing.verb.clauſula.1. Et hanc dicit eſſe communem opinionem Curt.iunior.conſ.179. num.6. Vant. de nullitatib.quis poſſit dicere de nullitate.numero 15. Mich.Graff.

30 Perpetuare. Per litigium ineptum coram iudice competente,vel aptum coram incompetente,non perpetuantur iura litigantis:no.Angel.& docto.in l.ei cuius.in verſic plenè. ff. de appel.recip. per ea quæ habentur in l.accuſatorum. ff ad l. Iul. de adul.in auth.offeratur.C.de lit.conteſt.in l.interrogatam. C. de lib. cauſa.ſuper quo tamen diſtingue, vt per Bart.in d.l. accuſatorum. Balb.deciſ.160.

Si vnus ex pluribus appellauerit.

TITVLVS XXV.

APpellatio interpoſita per vnum ex condemnatis,non ſuſpendit quo ad alios. quod intelligitur niſi omniũ eadem eſſet cauſa defenſionis. glo.1. & 2.C. ſi vnus ex plur.appella. Bal.ibi in rubr.& Iaſ.in l.minoribus.C.de his quibus vt indign. Bellac.

a Condemnatio plurium. Vbi plures eadem ſententia ſunt condemnati in cauſa ciuili, licet eadem ſit cauſa defenſionis omnibus, tamen appellatio & victoria vnius qui appellauit, non prodeſt cæteris,qui tacitè vel expreſsè acquieuerũt ſentẽtiæ.eſt notabilis limitatio, quæ ſumitur ex gloſ.in l.3.§. penult.in vltima ſolutio.ff.de appellat.ad l.1.& 2.C.ſi vnus ex plurib. nam acquieſcendo ſententiæ videtur à remedio appellationis recedere.l.tale.§.qui prouocauit.& ibi gloſ ff.de pact.tenet Fel. in c.cum ſuper.ſecunda col.extrà de re iudic. Balb.deciſ.460.

3 Conſors eiuſdem litis pro cõſorte agere poteſt.Fel.in cap. cum M.Ferrar.col.3.de conſtit.Et hoc poteſt pro ſcientib. vel ignorantib.ſecus eis inuitis. l.ſi petiter. vbi gloſ. & doct.ff. de iudic.Et ad l.1. C.de conſort. eiuſd.lit. adde l.1.& 2.C.ſi vnus ex plurib.appel.& facit l.ex parte ff ſamil.erciſc. Boërius conſil 45. Bellac.

Si pendente appellatione mors interuenerit.

TITVLVS XXVI.

APpellatione interpoſita, ſi moritur reus antequam damnetur,non conſiſcantur eius bona,ſecus ſi ſit damnatus antequam moriatur, vt eſt communis opinio Suarez verſic.appellatione.nume.228. Bonacoſſ.

a Bannitus pendente appellatione a ſentẽtia banni,non poteſt impunè offendi.communem dicit Socin.in l.3.§.ſi ſeruus. verſi in.prima concluſio.ff de acquir.poſſeſ.& Iaſ.ibidem. Imò nec eo quoque tempore infra quod appellare licet offendi poteſt. commun.dicit Blanc.in pract.crim.nu.108.& ſeq. Apoſtil. ad Fel.in cap quærenti.num.2. de offic.deleg. Clar.d §. homicidium. verſic.ſucceſſiuè. P. Fichard.

Si de momentanea poſſeſſione fuerit appellatio.

TITVLVS XXVII.

APpellatio admittitur in omnibus poſſeſſoriis,ſecundum communem Docto.ſentẽtiam, de iure canonico,per text.in Clem. vnica, & ibi Card. in 1.oppoſi. de cauſ.poſſeſ.& propr.Frid.Senen.in conſ.76.incip. Domino adiutore.Alex.de Imo.in conſi.99.verſi.& præſuppono primò in 5.vol.conſi. Sed de iure ciuili ſecundum communem opin. ſecùs l.vnica.C.ſi de moment.poſ.fuer.appel.cap.ex quæſtione ext. de reſtit.ſpol.Iaſ.in conſi.60.nu.5.1.vol.& conſi.187.in 2.vol.Phil. Dec.in l.1.nume.6.C.de bono.poſſeſ.ſecundum tab.& Roland. à Valle,in conſ.38.num.13.in 2.Tom. Kirchou.

a Appellatio vbi ex natura cauſæ in poſſeſſorio eſt prohibita,pariter etiam prohibita videtur ſupplicatio.Ioan. de Imo. in conſ.142.Phil.Dec.in l.fin.n.50.C.de edict.diui Adria.tol. Nã non poteſt appellari in cauſa poſſeſſorij,quia prẽiudiciũ reparari poteſt in petitorio. & iſta ratio etiã militat in ſupplicatione.licet Paul.de Caſtr.in d.l.fina.n.16 contrariã ſentẽtiam ſequatur;pręcedentẽ tamen obſeruandã eſſe inquit Phil.Dec. in d.n.50. Nam qui non poteſt appellare à ſentẽtia quę tranſiuit in rem iudicatam, pariter aduerſus eam ſupplicare non poteſt, cùm in vanum impetratum videatur, quicquid dicatur contra ſententiam quę tranſiuit in rem iudicatam. l.fina. vbi gloſ. & docto.C.ne lite pend. Hanc tamen opinionẽ tanquam magis approbatam ſequitur Roland. à Valle, in conſil. 38.verſi.quibus tamen non obſtantibus.nume.10. cum ſeq.2. Tom. Kirchouius.

3 Appellari poteſt à ſententia lata in poſſeſſione,in quo etiã tractatur de amiſſione proprietatis,aut de pœna,vt in remedio l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.ſeu alicuius ſtatuti imponentis pœnam in caſu poſſeſſorio vltra reſtitutionẽ poſſeſſionis aut ſatiſdationem de non turbando de cętero,vt eſt communiter per iſtam patriam,etiam de iure ciuili, ſecundùm gloſſ. communiter approbatam in l. momentanea.C.vnde vi. ad fin. & hoc quantum concernit proprietatem vel pœnam : in ea

quod poſſeſſionem concernit, non poteſt appellari, ſecūdùm Cyn. in l. j. C. ſi de moment. poſſeſ. fuer. appella. in l incerti. C. de interdict. per dictam l. j. & l. quiſquis. C. quorum appel. cum gl. ibi in verbo, mutantur. & ſecundum eam in eadem ſententia fuerunt Pileus, & Petr. non poterit tamē de iure ciuili in tali cauſa appellari ab interlocutoria lata ante diffinitiua: quia cùm à diffinitiua poſſit appellari, poterit illud grauamē in ea reparari, iuxta doctrinā Bartol. in l. ij. ff. de appel. recipr. Balb. deciſ. 477.

4 Appellatio ſi eſt lata ſuper poſſeſſorio, cùm de mero poſſeſſorio agatur, non admittitur. l. vnica. C ſi de moment. poſſeſ. fuerit appella. Phil. Dec. in conſi. 26. & in l. j. nu. 6. de bon. poſſeſ. ſec. tab. & in l. fin. nu. 49 C. de edict. diui Adria. tollen. id q; procedere in omni poſſeſſorio ſcribit Maranta in tract. de ord. iud. part. 6. tit. de appel. nu. 294. verſ. 16. limita. addens tamen communem concluſionem eſſe, quod intelligatur ad effectum retardādæ executionis. Sed cùm ſatis abundè cum multis adductis authoritatibus à Franciſ. Viuio, in lib. vij. commun. opi. in verſic. appellatio, & D. Fichard. in addit. commun. opin. Baptiſt. à Villalobos, in verſicu. appellatur. nume. 131. ſcriptum ſit, nihil aliud addo, niſi quod hanc concluſionem plenius explicarint recentiores Didac. in ſuis pract. quæſtio. ca. 23. nume. 8 & Octauian. Cacheran. in deciſ. ſenat. Pedemont. deciſ. 25. licet Moder. Pariſ. illam ſententiam poſt alios multos Docto. cùm non ſit iure prohibitum, ne à ſentētia lata ſuper poſſeſſorio appelletur, d. l. 1. ibi. Et ſi appellatio interpoſita fuerit, tamen lata ſententia ſortitur effectum, retinendam eſſe voluerit, & hanc veritatem eſſe addiderit in addit. ad con. Decy, in d. conſ. 28. in verb. permiſſa. allegans conſilium elegans, & illam materiam bene explicans. Iaſ. in conſ. 188. incip. redemptoris noſtri. in 2. volum. Kirchouius.

5 Quæro, An appellare permiſſum ſit à ſententia lata ſuper poſſeſſorio? Reſpon. quod non, ita probat tex. in l. j. C. ſi de momen. poſſeſſ. fuer. appel. & cap. fina. §. de poſſeſſione. 2. quæſt. 6. ſiue ſit poſſeſſorium adipiſcendæ, ſiue retinendæ, ſiue recuperādæ. text. eſt in cap. ex conqueſtione. de reſtitu. ſpoliat. & tenet Barto. in l. ij. nu 3. ff. de appel. recip. Hanc opinionem dicit eſſe veram, & communem Auguſt. Bero. quæſt. 52. nume. 8. Tiraq. in tract. de morte. 6. part. declarat. 6. n. 5. Vant in tract. de nullit. rubr. 4. nu. 34. Catel. Cotta in memorab. iuris verb. appellara. Socy. reg. 18.

Hanc communem concluſionem limita procedere, vt non poſſit appellari ad effectum retardādæ executionis: ſecùs quò ad deuoluendum negotium coram iudice ad quem, & ita intelligi debet text. d. l. j. prout ibi not. Bart. & Bald. licet cōtrarium velit Dec. in conſil. 28. Hanc dicit eſſe magis communem opinionē Rober. Marant. in Spec. par 6. Rubr. de appellat. n. 294. & tenet Matthæ. de Affl. vbi dicit ita iudicatū. in deciſ. 77. nu. 8.

Prædicta omnia limita procedere in cauſis modici præiudicij, námque ibi non ſuſpenditur executio, ſecus vbi maximum vertitur præiudicium. Ita ſentit Bartol. in l. ij. ff. de appellat. recip. Dec. in conſil. 28. Angel. & Docto. dicta l. j. C. ſi de moment. poſſ. Vbi communiter Docto. fundant ſe in modicitate præiudicij, quia ſcilicet ſententia ſuper poſſeſſorio parit modicum præiudicium, ex quo grauamen poteſt reparari ſuper petitorio. & hæc opinio eſt æquiſſima. ita firmat Maran. d. Specu. par. 6. Rubr. de appel. nume. 301. Mich. Graſſus.

6 Appellatio admittenda non eſt à ſententia lata ſuper iudicio poſſeſſorio adipiſcendæ, quoad effectum ſuſpenſionis, l. vnica. C. ſi de moment. poſſeſ. fuerit appella. ſed admitti debet quoad cauſæ deuolutionem, ſecundum Bartol. in l. ij. ff. de appel. recip. numero 6. Angel. conſil. 107. Panorm. in cap. cum ad ſedem. de reſtitu. ſpoliat. nume. 30. Specu. in titul. de appel. §. in quibus. verſicu. ſexto non appellatur. Aufreri. in Capella Tholoſana deciſio. vltima, Bald. in lege ij. numero 22. C. de epiſcop. audien. Archid. in cap. de poſſeſſione 2. quæſt. 6. Cyn. Bartol. Bald. Ang. Alberic. & alios omnes in d. l. vnica, Corn. conſilio 190. volum 1. Deci. conſil. 28. Ripam in cap. ſæpè, numero 3. de reſtit. ſpoliator. & Pariſ. conſil. 108. nume. 20. volum. 1. & opinionem iſtam in practica receptam eſſe meminit Afflict. deciſ. 269. & in lib. conſtitutio. regni in titulo de probat. in appellationibus in rubrica iuriſperitorum colum. 3. & communem ait Maranta in tract. iudiciorum in 6. par. cap. de appellatione, nume. 294. & Pariſi. in dicto conſi. 108. nume. 20. & procedit de iure ciuili, ſecundum omnes præmemoratos Doct. & ponit pro regula cum viginti limitationibus. Ioan. Anton. de Nigris ſuper capitulis regni in cap. 6. incip. ſubditorum, à nume. 106. vſque ad nume. 127. & communem exprimit poſt alios aggregatos per eum, & ponit etiam pro regula cum quinque limitationibus Petr. Duennas in regula 44. apellare à ſentētia ſuper poſſeſſorio, Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. vij. titu. de appellatione, apoſtolis, ac eiuſdem appellationis proſecutione, colum. 5. verſicu. addo alios caſus. Octauianus Cacheranus deciſione 25. mortuo inteſtato. ſub nume. 9. cum aliis ſeq. & Vrſillus in addit. Afflict. in deciſio. 269.

¶ De iure verò canonico a ſententia lata in poſſeſſorio poteſt appellari, & admittitur appellatio quo ad vtrunque effectum ſuſpenſionis, & deuolutionis, clement. 1. & ibi Gloſ. Cardin. & omnes alij Canoniſtæ de ſequeſtr. poſ. & fruct. Gloſ. in d. cap. cùm ad ſedem, Bald. conſ. 126. volum. 3. Specu. & Ioan. And. in addit. in titu. de appellat. §. 2. verſicu. ſexto. Federic. de Senis conſ. 77. & iſta eſt communis opinio, teſte Abb. in dicto capit. cùm ad ſedem, Dec. in dicta conſ. 28. Ripa in dicto capit. ſæpe, nu. 3. Ioan. Anton. de Nigris cum aliis fertiliter congeſtis per eum in dicto cap. ſubditorum, ſub nume 106. Neguſ. in tract. de pignoribus in 8. par. in primo membro, num. 3. & Hieron. Grato in conſilio vltimo, requiſitus, nume. 9. cum aliis ſeq. volu. 2. vbi ita conſuluit, & Cæſare Contardo in repetit. l. vni. C. ſi de momentanea poſſeſ fuer. appel. in 3. limit. vbi etiam hanc opinionem communem de iure cannnico ampliat, & limitat.

¶ Sed prima opinio negatiua de iure ciuili videtur magis communis, & magis tuta, vt ad lucem adducunt Rola. à Valle conſilio 38. nume. 13. & conſil 77. nume. 9. 14. & ſeq. volum. 2. Hierony. Gabriellius conſ. 35. Terentius, nu. 1. & ſeq. volu. 1. & Petr. de Benintendis deciſ. 17. vbi poſt longam diſceptationem fatetur ita deciſum in Rota Bononienſi, & in Rota Romana, ſic ſæpiſſimè concluſum ſimiliter extitiſſe, refert Horatius Mandoſius in addit. Romani, conſi. 324. in litera A. vbi annectit etiam hoc ſeruari hodie in omnibus terris eccleſiæ propter conſtitutionem Aegidianam.

¶ Siquidem Aegid. Card. Marchiæ legatus ſtatuit, in poſſeſſoriis nō licere appellare, reducēdo ius canonicū ad ius ciuile. Vnde ſummi Pontifices non ſunt dedignati, ſecūdū veritatem temporū imitari Imperatorū iura, vt à ſententia lata in terris eccleſiæ in poſſeſſorio ſuper re prophana propter ipſam Aegidianam, & in aliis de iure ciuili minimè appelletur, etiam ſi condēnetur reus in fructibus, & expenſis. ita Creſcē. deciſ. 120.

¶ Sed iſta ampliatio non videtur tuta, nā licèt in cauſa momētaneæ poſſeſſionis appellādū non ſit, nihilominus hoc verum foret, quando de poſſeſſione ipſa iudicaretur: ſecus autem ſi condemnaretur quis ad intereſſe ratione poſſeſſionis non reſtitutæ, ſeu turbatæ, vt firmat Bart. in l. heredit. §. iuſſus. ff. de appellat. cui accedit ibi Alexan. in apoſtil. ad eundem Bar. & Ioan. de Amicis, conſ. 148. & ità iudicauit Sacrum conſiliū Neapol. teſte Afflicto deciſ. 77. fuit ſatis excitatum, ſub n. 8. & ſeq.

¶ Quia quo ad iſta acceſſoria, & ſic quo ad condemnationē fructuum, & expēſarum, & intereſſe, valet appellatio etiam de iure ciuili, atque ſuſpenditur executio, ſecundum Bald. col. 11. & alios omnes in l. j. C. ſi de moment. poſſeſ. fue. appel. & Bart. in dicta l. heredit. §. iuſſus in fi. Rolan. à Valle, conſil. 77. nu. 13. volum. 2. & Virginium de Boccatiis in conſtitutione Aegidiana, num. 113. cum aliis ſeq. & Hierony. Gabriellium in d. conſ. 35. ſub nume. 1. & ſeq. Et ita ſolent obſeruare DD. de Rota Roma. qui conſueuere admittere appellationem quo ad fructus, & expenſas in iudicio ipſo poſſeſſorio, & illam denegare quo ad poſſeſſionem, atteſtante Anton. Auguſt. in repert. ſub §. 1. de appel. prohibita. Sed hoc quippè non procederet in fructibus pendentibus, nā fructus pendentes tempore ſententiæ habentur pro parte rei, & ſoli, vt explicat, & concludit Hier. Gabriellius in dicto conſil. 35. ſub nume. 1. & ſeq. & conſequenter tunc executio, non obſtante appellatione, in iudicio prædicto poſſeſſorio, relaxatur in re ſpoliata, & in fructibus ipſis pendentibus, ſecundum Anto. Auguſt. in loco præcitato, & Afflict. in d. deciſ. 77. in fine.

¶ Cæterùm opinio præmemorata communis ita ampliata, claudicat primò non habere locum, vbicunque aliquid contineretur in ſententia, propter quod liceat appellare, tunc profectò nō foret locus Aegidianæ, ità Car. Put. deciſ. 7. de Aegid. Secundò etiam coarctatur eadem opinio, vt non defendatur quis, aut tueatur clipeo Aegidianę, ſi ſentētia reuocari queat ex eiſdem actis, ſecundum Card. Puteum deciſ. 4. de Aegidia. & Virginium de Boccatiis in conſtitutione Aegidiana, nume. 139. cū aliis ſeq. vbi quàmplurima non minorē diffundit in perſcrutāda veritate prædictarum deciſionum.

¶ Et hinc eſt, quòd vbicunque in Sacro conſilio Neap. cauſa reuidetur ex eiſdem actis, nunquàm ſacrum Cōſilium prędictum declarat appellationem deſertam, ſed procedit ad expeditionem

editionẽ cauſæ, nõ obſtãte appellationis deſertione, pronũtiãtq; benè, vel malè iudicatũ, teſte Afflicto *deciſ.79. in cauſa appellationis, & deciſ.243.* Nardus, *ſub nu.4. & ſeq.* Et hinc facilè colligitur falſum fore quod aſſeruere Gozad. *conſ.50. nu.4.* & Aufrer. *in d. cappella Tholoſana deci. vltima,* & Petr. de Benintẽdis *deciſ.79. nu.1.6. & ſeq.* cõſtãter affirmantes iure canonico appellationẽ à ſentẽtia lata in iudicio poſſeſſorio nõ habere effectum ſuſpenſiuum, ſed deuolutiuum tantum, quia contrarium probatur *in d. clem. vnica, ſeu prima,* vbi Imol. *col. fin.* poſt Lapum hoc ipſum aſſeuerant, & Gratus *in d. conſ. vlt. nu.16. cum alijs ſeq.* vbi ita cõſuluit: nec Doct. ab eis citati hoc voluerunt, nec probauerunt quod ipſis adſcribitur; alioquin nulla foret differẽtia inter ius canonicum & ciuile: quam tamen omnes conſtituerunt, & præſertim Ioan. Coral. *in l. naturaliter. §. nihil commune, num.8. ff. de acquir. poſſeſ.*

Itẽ à ſententia lata ſuper dote appellari nequit, quò ad effectũ retardãdi ipſius ſententiæ executionẽ, ſiue mulier agat pro dote, ſeu vir ad dotẽ promiſſã pro ſuſtinẽdis matrimonij oneribus. & ſic ſentẽtia ipſa dotis in fauorẽ mulieris, vel viri promulgata habet paratã executionẽ, ſecund. *Bal.* Nouel. fœcũdè *in tract. de dote in 9 par. priuil.7.* Affl. *deciſ.271 ſub nu.1. verſ. itẽ & in dote,* & Vrſil. *in add. ibi, ſub nu.3.* & Ioan. Lupi *in repet. cap per veſtras. §.15. nu.5. & ſeq. de donat. inter vir. & vxo.* & ita obtinui in facto de menſe Octobris 1573. in cauſa propria, mota, & agitata cõtra magnificũ Iacobũ Caſella, corã D. Ioãne Baptiſta Marchesio de Ciuitate Ducali meritiſſ. tũc auditore ſereniſſ. Margaritæ de Auſtria, & iudice ſecũdarũ cauſarũ ciuitatis noſtræ, iuriſperitiſſimo, & ſũmo ingenio prędito.

Et ratio antedictę opinionis aſſignari poſſet iſta: nã in cauſa dotis, quæ pia eſt, proceditur ſũmariè, & de plano, & in ea termini, atque dilationes abbreuiari, & coarctari debent per iudicẽ, vt celeriter terminari queat, ſecund. Rom. *in auth. ſimiliter in 9. ſpecial. C. ad legem Falcid.* Bal. & Salyc. *in l. vlt. C. de ſentent. quæ ſine certa quant.* Imol. *in l.1. per text. ibi. ff. de re iud.* Barbat. *conſ.87. propè eſt dominus col.5. vol.4.* Calca. *conſ.13. pro parte negatiua col.4.* Bertrand. *conſ.244. viſo proceſſu, nu.12. lib.1.* Corn. *conſ.151. ſub nu.9. volu.1.* Gloſ. Bartol. & omnes alios cõcorditer *in l.1. ff. ſol. matr.* Bertran. *conſ.94. relictũ in piã cauſam. nu.11. volu.1. primæ partis,* & Cephalũ *conſ.213. nu.19. volu.2.* & iſta eſt cõmunis opinio, atteſtãte Marino Freccia *in tracta. de repræſentatione inſtrumenti ſecundum formam ritus magnæ curiæ vicariæ in 12. par. quæſt.2. num.10.* Ripa *in d. l.1. ſol. matr. num.44.* & Ioan. Lupi *in d. §.15. num.6.*

Et quamuis dilationes, vt ſuprà in cauſa dotis coarctari debeant, nihilominus quantum ad libellum, & alia ſubſtantialia iudicij, debet ordinatè procedi: vt firmauere Bar. *in l. ſi cõſtãte. quæſt.6. tertiæ partis. ff. ſol. matr.* Bald. Angel. & Franciſ. Aret. *in d. l.1. eod. tit.* Bal. *in l. ſi. per text. ibi. C. de dot. promiſ.* & Tiraq. *in tracta. de vtroque retract. §.1. gloſ.14. num.98.* licet ſuper hoc diſtinguat Ripa *in d. l.1. ſub nu.44.*

Secundò eadem opinio poſſet comprobari, quia in cauſa ipſa dotis proceditur etiam die feriata, vt cõcedunt *B*ald. Angel. Imo. Paul. Caſtr. & Franc. Aret. & Rip. *in d. l.1. num.46.* vbi ſimiliter Alex. *col.3.* videtur ſuper hoc diſtinguere.

Tertiò roboratur ſentẽtia prędicta, nã cauſa dotis eſt magis fauorabilis, quàm cauſa alimentorũ, ſecund. Abb. *conſ.115.* & Cyn. *in l. non omnis. C. de adminiſt. tut.* & quòd dotis cauſa ſit fauorabilior, quàm cauſa alimentorum, vel ſaltẽ æquè fauorabilis, firmauerũt etiã Bartol. & Bald. *in l. legatũ. C. de cõd. inſer.*

Et hinc eſt, quòd quẽadmodũ nõ appellatur à ſentẽtia ſuper dote ſoluẽda, lata, quo ad effectum ſuſpenſiuum, ita etiã per appellationẽ nõ impeditur, ac retardatur executio ſententiæ latę ſuper ſolutione futurorũ alimentorum. Et ſic cauſa alimẽtorum miſerabilium perſonarum appellabilis eſt reſpectu futurorum alimẽtorum, quo ad effectum prædictum ſuſpenſiuum, ſecund. Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de appel. verſ. in quibus. ſuper ver. aliorum,* Bart. *in tract. de alimentis, nu.47.* Aret. *conſil.97. col.3.* Bald. *in l. ſi inſtituta. §. inofficioſo, num.2. ff. de inoffic. teſt.* Bal. Nouel. *in tract. de dot. 7. ſpeciali, in 9. par.* Iaſ. & Dec *in l. de alimẽtis. C. de tranſact.* Tiraq. *de priuil. piæ cauſæ, priuil.153.* & Alber. *in l. pen. in fin. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iuris,* vbi in medium expoſuit iſtam eſſe magis commu. opin. & ità iudicauit in facti contingentia Rota Roma. atteſtante Caputaqueuſe *deciſ.118. lib.1.*

¶ Et iſthæc cõmunis ſentẽtia procedit quippè de plano, vbicunque ageretur de alimentis futuris, non autẽ de alimentis præteritis, vt hoc vnanimiter omnes præmemorati Doctores expreſſè concedunt.

Et licet validiſſimum ſit argumẽtum de dote ad alimenta, niſi contrarium expreſsè à iure caueatur, iuxta notata *in l. ob æs C. de præd. minor.* nihilominus maior ratio eſt dotis, quàm alimentorum, vt concedunt Cyn. *in l.1. C. de alien. liber.* Abb. *in c. peruenit. extr. de arbitr.* Alex. *in l. Centurio. col.11 ff. de vulga. & pup.* Nicol. Euerar. *in ſua Centuria loco 29.*

Quartò ſuſtinenda eſt eadẽ opinio, quia dos ipſa onera matrimonij ſuſtinerę debet, *l. dotis fructus. ff de iur. dot. & l. pro oneribus. C. eod. tit.* cum vulgarib. & quamuis aliqui plebeij, & ruſtici expellant à domo vxores, ob non ſolutionẽ dotis promiſſæ debito congruo tẽpore, tamen melius, iuſtius, & honeſtius eſſet præſtare alimenta intuitu pietatis vxoribus, *iuxta l. Neſennius de neg. geſt* & interim agere pro dote promiſſa, & procurare ſententiam proferri in eorum fauorem, cùm ſtatim, non obſtante appellatione executioni demandari poſſit.

Quintò fulciri poſſet, quòd cauſa dotis dicitur pia verè, & propriè, & ſimpliciter, ſecund. Bald. *in l.1. col.16. C. de ſacroſa. eccle.* & Ioan. Bapt. de ſancto Blaſio *in tract. de priui. dot. in priuilegio 206.* & propterea ibi infert de legato dotis, falcidiã detrahi non debere, tanquã de legato ad piam cauſam, *auth. ſimiliter. C. ad leg. Falcid.* & hoc idem videtur firmare etiam Bal. *in l. cum is. §. ſi mulier. de condit. & demonſtr.* vbi infert, legatũ pro virginibus maritandis dici pium, & nõ pati falcidiã, & cauſam dotis eſſe cauſam piam, voluit etiam Soc. *conſ.291. col.6. vol.1.* & Hiero. Alban. *conſ.39. magnificè, & illuſtris domine, num.2.* & eſt text. *in c. donare in tit. qualiter olim feud. alie. poſ.* æquiparans dotẽ, & piã cauſam, & multa alia congerit ad hanc rẽ Nicol. Euerard. *in locis legalib. in loco de dote ad piã cauſam.* ſed Dec. *conſil.72.* aſſerit cõtrariũ, quod hoc procedat largè, & impropriè: niſi quãdo detur dos pro paupere puella, ſeu pro ea, quę quãuis pauper nõ ſit, tamẽ eius dignitate inſpecta, nõ poteſt nubere pari: Et ſic ob paupertatẽ cauſa dotis pia dicitur, *vt l. cum his. §. ſi in ea. ff. de condic. indeb.* quẽ text. ita cõmuniter interpretãtur, & intelligũt ſcribẽ. præſertimq; *Iaſ. ibi,* Rom. *in d. auth. ſimiliter col.3.* Ioã. Campegius *in tract. de dote, in 9. q. prima par.* Dec. *cõſ.120. & pro tenus, n.4.* Bal. Nouel. *in trac. de dote in 5 par. princip. n.2.* & Boer. *deciſ.94.* & tex. eſt, & Ripa *in d. l.1. ſub n.46.*

Sextò facit ad corroborationem opinionis prædictæ, nam cauſa dotis, & cauſa ſtudij æquiparantur, ſecundum Bar. Alex. *Iaſ. num.3.* & alios omnes *in d. l.1.*

Et quẽadmodũ in cauſa dotis nõ appellatur ad effectum retardandi executionem ſententiæ, ita etiam à ſententia lata in cauſa ſtudiorum appellari nequit, vt voluit eleganter Natta *conſ.210. legatum factum per nobilem, num.8. & ſeq. vol.1.*

¶ Septimo ad cõfirmationẽ eiuſdẽ opinionis cõgruẽter adduci poſſet, quòd licet ſuper re pręſenti eſſet opiniones hinc inde, prout nõ ſunt, nihilominus in dubio amplectẽda venit opinio prælibata, quæ fauet doti: & eo magis, cùm non appareat cõmuniter reprobata, & ſic In dubio pro cauſa dotis eſt iudicandum, quamuis pro ea eſſent pauciores opin. docto. ſecundùm Abb. *in cap fina. de re iud.* Soc. *conſ.111. in fin vol.3.* Cephalum *conſ.298. nu 19 vol.2.* Bart. *in d. l.1. ſol. matrim. nu.4.* cum quo omnes communiter tranſeunt, teſte Iaſ. *ibi, ſub nu.1.* & Imol. *col.4.* & quòd iſta ſit comm. opin. aperit Neguſantius *in tract. de pign. in 4. membro, 11. par. num 11.*

Alios verò caſus, in quibus appellatio iure prohibeatur, & omnes ipſos caſus, in quib⁹ nõ liceat appellare, poterit lector colligere ex Spec. qui cõplures ponit *in tit. de appel §. in quib⁹,* & Ferrariẽ. *in ſua pract. Papiẽſi in forma appellationis à ſententia diffinitiua in princ. nu.9.* Lãfrã. *in repet. c. quoniã contra de probat. in c.10. de interloc. & appel. nu.60.* Soc. *in tract. fallẽtiarũ reg. 24. per totã,* Nicellus *in cõcordia gloſſarũ. cõcordia 6.* Marſil. *in l. vnica. nu.156. cũ alijs ſeq. C. de raptu virginũ,* Marãta *in tract. de iudicijs in 6. par. c. de appellatione, nu.269.* & Doct. omnes *in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. deleg. in c. nõ ſolũ de appel. in 6 & in c. qua fronte de appel.* Gloſ *ſumma 11. q.6.* & Bertachinus *in ſuo repertorio in ver appellatio à ſententia poſſeſſoria realiter non valet,* & Virginius de Boccatijs *in conſtitutione Ægidiana, num.190. vſque ad numerum 210.* vbi recenſuit decem & ſeptem caſus, in quibus appellare licet. Viuius *opin.57.*

7 Cauſa dicitur magna, vel modica ſecũdũ qualitatẽ perſonarũ inter quas ventilatur, vt per Bar. & alios communiter *in l. admonẽdi ff de iureiur. & in l. in bona fides. C. eod. tit.* & Cennimſtas *in c. fin. ext. de iureiur* & ratio aſſignatur iſthæc, quia inter

aliquos cauſa decẽ librarũ erit magna, inter aliquos verò negoriũ cẽtũ florenorũ eſſet paruũ, vt notat Scribẽtes poſt Gloſ. *in l. ſed & ſi ſuſceperit. §. j. ff. de iudicijs,* vbi Gloſ. *in ver. modica* ponit exẽplũ in comitiſſa Matilda, dicẽte, aliquãtulũ terrę donó illi Eccleſię: quę tamẽ in effectu donabat 30. millia iugera terrę in territorio Cremonẽſi. & gloſ. hęc cõ. approbatur, teſte Ioan. Lupi. *in cap. per veſtras, de donat. inter vir. & uxo. in rubr. §. 11. num. 12.*

Et licèt cõtentio eſſet de re magna: tamen, ſi ea, de poſſeſſione, nõ de proprietate cõtẽderetur, eo caſu profectò nõ diceretur cauſa magna. *l. j. C. ſi de moment. poſſeſ. & l. momentanea. C. qui legit. perſo. non habent ſtan. in iud.* ſecundũ doctrinã Ioan. Aud. *in cap. ex inſinuatione. ext. de procu.* cõmuniter approbatã per doct. Bar. & alios *in d. l. admonendi,* quamuis conetur ibi Curt. per plures rationes ſuadere contrarium, & malè.

Et in materia quæ dicatur cauſa magna, vel parua, poſuimus ſuprà etiam, *in opin. 61. Arbitrio iudicis,* & vide Ant. Corſet. latiſſimè declarantem *in tract. de minimis vol. 2. n. 9. fol. 87.*

Vbi etiam ponit, quòd cauſa vnius bouis, imo vnius porcelli in ruſtico, eſt magna cauſa: quia tenuis homo porcellum ſuum, ſicut oculum cuſtodit, ſecundum Gloſ. *in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. præſid.*

Et etiam leuis occaſio, interdum eſſe videtur magni ponderis. ita Bald. *in c. per tuas col. 2. de probat.* Viuius *opin.* 89.

Cauſæ minimæ quæ dicentur, relinquuntur arbitrio iudicis. Iaſ. *in l. imperium. num. 3a ff. de iuriſd. omn. iud.* communem dicit. B. Villal. & E. Suarez.

8 Appellatur de iure canonico à poſſeſſorio, nõ autẽ de iure ciuili. Curt. iun. *cõſ.* 168. nu. 39. comm. dicit Ripa *c. 1. nu. 3. de reſti. ſpol.* quam intellige quòd non appellatur, id eſt, appellatio executionem non impedit: tamen bene procedit appellatio. Ioan. Cor. *in l naturaliter. §. nihil commune. num. 8. ff. de acquir. poſſeſ. in ante lud. repet. Tholoſ.* B. Vill. & Vezinus, & Suarez.

9 Bart. *in l. y. ff. de appel. recip. dix. q.* etiã de iure ciuili à poſſeſſorio appellatur quamuis executione ſentẽtia mittatur. Quæ opio. cõmuniter nõ tenetur, vt per Bald. *in l. y. C. de epiſc. audiẽt.* gloſ. & Bart. Cyn. & Bal. *in l. 1. C. ſi de momẽt. poſſeſ. fuer. app.* Idẽ.

De iure regio ſi ſunt duæ conformes ſententiæ in iudicio poſſeſſorio, non appellatur, *lib. 18. in ord. de Madrid.*

Idẽ dicit Maranta *in ſuo Speculo par. 6. verſ. ſecũdus actus principalis. nu. 294.* vbi etiam dicit magis cõmunem eſſe, vt limitetur illud, appellare non poſſe in poſſeſſorio, &c. quo ad effectum retardandæ executionis. Appellatio enim procedit quidẽ, & operatur, vt cauſa deuoluatur ad ſuperiurẽ, ſed interim executio latæ ſententiæ nõ impeditur. Et ſubiungit ita ſeruari in practica. Nec enim verũ eſt ſimpliciter, cauſã poſſeſſorij eſſe modici præiudicij, maximè quando agitur de perdenda poſſeſſione, vt pulchrè declarat Ioan. Coraſ. *in l. naturaliter. §. nihil commune. nu. 26. ff. de acquir. poſſeſ.* Et plenius atque notabilius Maran. *in d. verſ. ſecundus actus. num. 301.* I. Fich.

Ne liceat in vna eadémque cauſa tertiò prouoc. &c.

TITVLVS XXVIII.

CLEMENTINA, vt calumniis, de re iudic. Et ſic ſtatutum prohibens appellari, vel de nullitate dici vbi ſunt ſententiæ conformes, nõ procedit, quando nullitas ſententiarum eſſet euidens per actorum inſpectionem vel aliter, ſecũdum Bald. & Salic. *in l. 1. C. ne lic. ter. prouoc.* Bald. *in l. ſi vnus. § pactus ne peteret. ff. de pact.* Card. *in clem. 1 de ſequeſtr. poſſeſ. circa pen. & vlt. col.* Ang. *conſ. 172. incip. in nomine Domini, in facto proponitur.* Alex. *conſ. 77. in 2. vol. in 5. col. in ver. & inſuper.* Oldr. *conſ.* 106. Cun. *in l. 1. in prin. ff. de oper. noui nuncia. & in d. §. condemnatum.* eſt text. *in cap. inter cæteras. extrà de re iud.* & ibi Fel. *in cap. per tuas. extra de ſent.* excom. & gloſ. *in verbo, poſt appellationem, in cap. ex conqueſtione extra de reſtit. ſpol.* Innoc. *in cap. cum in iure. extrà de offic. deleg.* do. Alex. *in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de operis noui nunc.* do. Præpoſ. *in cap. dilecto. col. 402. extrà de apell.* Non procedit etiã dicta Clemen. ſecundùm Card. *ibi, quando executio ſententiarum eſſet irretractabilis.* Item nec quando victor paſſus eſſet cognoſci de nullitate per victum oppoſita, ſecundùm do. Alex. *conſil. 218. incipiente, in cauſa & lite vertente coram reuerendo. col. vlt.* ad quod vide Fely. *in cap. inter monaſterium. col. 16. extrà de re iudi.* Item nec babet locum d. Clem. & tale ſtatutum, quo ad præiudicium tertij, ſecundùm Cardin. *ibi. in 4. q.* & Burrig. *conſ.* 18. vt refert & ſequitur dom. Præpoſ. *in cap. paſtoralis. col. 6. extra de appel.* item nec per tale ſtatutum cenſetur remotum remedium reſtitutionis in integrum ad uerſus ſentẽtias, quaſi competat iure extraordinario, niſi id etiam in ſtatuto ſpecialiter exprimatur, ſecundũ gl. & *Bal. in l. poſtquam lit. verſi. ſecundò opponitur. C. de pact. in l. j. C. ſi de moment. poſſ.* Cyn. & vulg. *in l. 1. C. quando Imperator inter pupillum & viduam.* Balb. *deciſ.* 471.

a Fatale tertiũ etſi de iure nulli cõpetat, tamẽ pauperi impedito appellationis cauſã in primo & ſecundo, fatali ſequi, & terminare paupertatis intuitu, indulgetur implorata reſtitutione in integrũ ex generali clauſula prætoris, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. cõem eſſe teſtatur Dec. *cõſ.* 436. & refert & ſequitur corn. Benincaſ. *in tract. de paup. 9. 6. Speciali. 3. n. 18.* I. Fich.

Qui bonis cedere poſſunt.

TITVLVS XXIX.

CEdere volens bonis condemnatus ad pecuniã ſoluendam ex actione iniuriarũ contra ipſum interrata, non debet admitti ipſe reus ad dictũ beneficium ceſſionis bonorũ: ſed iſthęc pœna debet cõuerti in corporalẽ, vt per docto. *in l. 1. qui bonis ced. poſſunt.* per Zaſium *in §. fina. ſub n. 5. & ſeq. Inſtit. de actio.* & luculenter per Nattam *conſ. 361. nu. 9. vol. 2.* & per Couarruuias *in tract. variarũ reſolutionum, lib. y. cap. 1. nu. 8.* & iſta concluſio videtur probari per text. expreſſum *in l. ſed & ſi vnius. §. ſi ante. ff. de iniurijs,* vbi ſeruus fuerat cõdẽnatus ad certam pœnã actione iniuriarum, dominus poterat ſoluendo redimere ſeruũ vnũ ab iniuria: & nihilominus tradidit illũ ſeruũ verberandũ, & fuit liberatus. Et hoc ſimiliter procedit de plano, ſi antedictus cõdẽnatus nõ poſſet tota ſummã ſoluere, ſuper qua extiterat cõdẽnatus excepto vno denario, ſec. cõem opin. omniũ docto. quam ſequitur, commendat, & citat Gomeſius *in §. pœnales. nu. 38. Inſtit. de actio. &* Boẽr. *deciſ. 349. num.* 8. Viuius. *opin.* 91.

a Cedẽs bonis etiã ſi renuntiauerit beneficio ceſſionis, carcerari non poteſt, *l. j. C. qui bonis ced. poſſ.* prout voluit glo. cõmuniter approbata, *in cap. lator. de pign.* quia huius beneficio ſecundũ benigniorem, & magis cõem doctorũ ſententiã renonciari non poteſt, vtcunque cõtraria opinio videatur de iure verior. Specul. *in tit. de renunciatione & concluſ. §. 1. v. item eſt beneficium.* quare etiã ſecundũ Flor. *in d. cap. lator.* magis cõmunis erit ſequẽda, quã tenuit Richard. Malũ. vt refert & ſequitur Bart. *in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matrim.* & Bald. *d. l. j.* quod verũ eſt, niſi cedens diſſipaſſet omnia bona in fraudem, aut ſciens ſe nõ ſoluẽdo debitũ contraxiſſet, quia tũc tenet renũtiatio, vt refert ibid. ex Bart. Bened. Capra. *reg. 75. n. 26. & 29.*

Cedentis confeſſio ſeu liberatio facta poſt ceſſionem, non nocet ceſſionario, ſecundũ veriorem ſententiam per Oſaſc. *deciſ.* 45. ſed diſtingue, vt latius per eum *ibi, poſt num. 4. verſi. ego tamen.* Bellac.

3 Cedẽti bonis, nec veſtes neceſſariæ, nec artis inſtrumẽta, quibus victum comparat, auferri poſſunt. cõmu. ponit Did. à Couartu. *lib. y. reſolut. cap. 1. nu. 5. ad fi.* cui adde Fab. *in §. vlt. nu. 10. Inſtit. de act.* quę tamen ab illius hærede poſteà extorqueri poterunt, vt decernit Bald. frequentius receptus *in l. j. nu.* 29. *C. de iur. fiſc. lib. x.* E. Suarez, & Don. à Fena.

4 Ceſſio. Ei qui habet beneficiũ, ne conueniatur vltrà quàm facere poteſt, eſt dimittendũ tantũ de ſuo patrimonio, quod eius fructus illũ poſſint ſuſtentare, per caſũ ſingularem cum Barto. *in l. qui bonis. ff. de ceſſio. bonor.* Balb. *deciſ.* 174.

5 Ceſſio alicuius debiti magni ſi facta ſit, requiritur inſinuatio, ſicut in donatione ſimplici. commune dicit Clarus Sen. *§. donatio. quæſt. 16. verſic. Idemque.* P. Fich.

6 Ceſſio ex cauſa donationis non inſinuata, eſt nulla. Curt. iun. *conſ. 126. nu. 14.* communem dicit. B. Villal. & Vezinus, & Don. à Fina.

7 Ceſſio quãdo non eſt facta ex cauſa oneroſa, exceptio quę obſtaret cedenti, indiſtinctè obſtat ceſſionario. Eſt cõmunis opinio ſecundum Alex. *in l. ſi cum dotem. §. ſi patri. ff. ſol. matr.* & Dec. *in conſ. 59. licet in cauſa. circa finem.* Matt. Chærian. & Don. à Fina.

8 Ceſſio donationis cauſa facta, ſi ſummam quingentorum aureorum exceſſerit, non minus inſinuatione egebit, quàm quęlibet donatio. commune ait Curt. iunior. *conſ. 126. ad fin.* E. Suarez.

9 Ceſſio

9 Ceſſio bonorum in criminalibus fieri non poteſt. Sed qui non poteſt ſoluere, luat in corpus. cõmunis eſt. Cæpolla *conſ. crim.9.num.3.* Bonacoſſa.

10 Ceſſio facta per laicum clerico, præſumitur in dubio eſſe ſimulata, ſecund. gloſ. *in cap.2. extra, de alien.iud.mu. cauſa fac.* quam ibi ſequitur Io. And. dũ in quadam apoſtilla ſuper text. ſe refert ad eam. Idem firmant Petr. Cy. & Bald. *in l. qui ſtipendia. C. de procu.* Licet Panor. *in d. cap.2.* diſtinguat, an ceſſio ſit ex titulo oneroſo, an lucratiuo. Sed gloſ. prędicta loquitur indiſtinctè, quam ſequitur Spec. *in tit. de ceſſio. actio. §. 1. verſ. 4. præſumitur.* Hoſti. *in ſumma de alie. iudi. §. an actio. verſ. ită præſumitur.* Vbi ex conſuetudine clerici trahũt laicos in foro ſuo, vt eſt communiter, ſecus ſi coram iudice laici. Balb. *dec.*87.

11 Ceſſioni bonorũ nec cũ iureiurando vtiliter renũciatur, quippè quia in id ſecquẽtius itũ à doctoribus author eſt Alciat. *in c. cũ cõtingat n.69. de iureiur.* E. Suarez, & Don. à Fina.

12 Ceſſioni bonorũ locus nõ eſt, cùm bona à debitore fraude alienata reuocari nequeunt, vt commune autumo ex Iaſ. *in §. vlt. nu.6. & 18. Inſtit. de actio.* Fel. *num.67.* Dec. *nu.3. in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtit.* Segura *in vol. repet.* Tiraq. *in l. ſi vnquã. verſ. bona. nu.50. C. de reuoc. don.* Nec cùm creditor iuri renunciat, quod habet debitorem in carcerem detrudendi, vt communiter ponit Viuius *opinione* 91. Nec cùm debitor bonorum ſuorũ partẽ detexit, partem dolo texiſſe, ac celaſſe probatur, vt aſſerit commune idem Viuius *opin.92.* Nec cùm quis ob iniuriam in pecuniariã pœnam multatur, cõmune inſit Did. à Couarru. *lib.3. reſolut. cap.1. nu.8.* Nec generaliter in obligationibus ex crimine deſcendentibus, vt frequenter placitum affirmarit Alber. *in rubr. nu.14. C. qui bon. ced.* Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q.95. verſ. ſed pone.* E. Suarez, & Don. à Fina.

13 Ceſſioni bonorũ renuntiari non poteſt. Bal. poſt Richardum Malumb. *in l. alia. §. eleganter. ff. ſol. matr.* & ibi Bart. Cyn. teſte Bal. *in l.1. C. qui bonis cedere poſſ.* & ibi Sal. *canon. in cap. Odoardus. ext. de ſolu.* Iaco. de Beluiſo, *in auth. de fideiuſ. §. quod autem.* Licet Iaco. de Arena, & Angel. *in dicto §. elegãter.* tenuerint cõtrarium. Quorũ opinio ſecundũ Bartol. vbi ſuprà procedere poſſet in duobus caſibus, ſcilicet quando tẽpore cõtractus debitor ſciebat ſe nõ eſſe ſoluẽdo, per *l. pen.* vbi caſus notabilis. *ff. de iure dot.* Et quando debitor in fraudẽ creditorum diſſipaſſet bona. *l. fin. in fi. ff. de his quæ in fraudẽ credit.* Et generaliter vbicunque debitum deſcendit ex delicto, vel dolo, ſecundum *canon. in cap. olim, el 2. de reſtu. ſpoliat.* teſte Panorm. *in d. cap. Odoardus.* vbi dicit hoc ſentire gloſſ. Balb. *deciſ.*4.

14 Ceſſionis inſtrumentũ, ſi dicat ex cauſa donationis, pro bene meritis & ſeruitiis, an ceſſionarius debeat probare merita? Dic ꝙ non, quia in inſtrumento ceſſionis requiritur titulus, qui ibi eſt titulus donationis, & ideo nõ requiritur probatio meritorum, ſecundum Bald. *in l.3. col.3. circ. fin. C. ne lic. pot.* vbi quot modis ceſſio impugnari poſſit, ſed an cedens contra debitorem ceſſum agere poſſit: & ad quẽ ſpectet ceſſi nominis periculũ? dic vt per Oſaſc. *deciſ.62.* & an ceſſio iuriũ duobus fieri poſſit? diſtingue vt per eundem *deciſ.63.* Bellac.

15 Ceſſionarius agẽs ſuo nomine, nõ tenetur à principio facere fidẽ de ceſſione. Cõmuniter ita teneri dicit Ale. *in l. Ariſt. ff. de acqu. hered.* refert Dec. *cõſ.311. n.1.* B. Villal. & Don. à Fina.

16 Ceſſionarius dicitur propriè eſſe creditor, ſecundum Iac. Butr. *in l. 1. ff. ſi cert. peta.* quem ſequuntur cõmuniter doct. ibi: de hac commu. opin. meminit Socin. *conſ.27. nu.7. vol.2.* & ita conſuluit Roman. *conſ.142. quòd ceſſionarius. in princ. & conſil.* 202. non eſt dubium mouentur præfati docto. ad ſic concludẽdũ per *l.3. C. de donat.* vbi appellatur debitor ceſſionarij ille, cui nomen ceſſum fuit. Similiter facit, quia priuilegia cõceſſa principali, cócedũtur etiã ceſſionario. *l.3. in fi. C. de priui. fiſci.* & ceſſionarius ipſe dicitur dominus, vt per Bald. *in l. cos. §. fin. C. de appellationib.* & ad hoc etiã facit, quod ſcribit Bald. *in l. ſi ſic. ff. de leg.* j. vt tradit ibi Alex. Iſtã cõmunẽ ſequitur, eitátq; Dec. *1. lect. in fi. & 2. lect. nu.99.* Niger *in d. l. j. ff. ſi cert. pet. circa fi.* quam latè vẽtilat Veronẽ. *in l. ſi reduceres. q.4. ff. de verb. ſign. aliàs C. de pignor.* & latiſſimè diſputabat ad vtrãque partẽ Præceptor meus acutiſſimus Raynaldus Rodulphus Peruſinus, dũ interpretabatur *d. l. j.* vbi aſſerebat iſtã cõmune nõ carere difficultate, propter quãplurima in cõtrariũ allegata per docto. paſſim, quæ omnia more ſuo ſubtiliter, & doctè fœdere diſtinctionis cõcordare conabatur, prout etiã cõcordat Alciat. Bologuetus, & cæteri Mod. *ibi circa fi.* Iſta autẽ cõmunis interpretatur nõ procedere, quãdo principalis creditor eſſet excõmunicatus, & alij cederet ſuam actionem: tunc enim exceptio excommunicationis cedenti obſtat, ſed non obſtant ceſſionario, vt pulchrè deducit, & concludit Ant. Galeſius *in tract. de formulis obligationis cameralis forum. de perſona petente executionem, nu.3. & ſeq.* F. Viuius *opin.*92.

17 Ceſſionarius intentãs directã, debet ante lit. conte. fidẽ facere de ceſſione, quia videtur agere procuratorio nomine alterius, hoc ideo ante omnia tenetur perſonã ſuã legitimare. Secus ſi vtilẽ, quia nomine proprio agit, licet petitio originẽ ſumat ex perſona cedẽtis. Ideo tunc ceſſio reſpicit iuſtitiã cauſæ, nõ legitimationẽ perſonæ. Et ſufficit fidẽ facere de ceſſione poſt lit. cõteſt. & in tẽpore probatorio, ſecund. Bar. Bal. & Sali. *in l. qui ſtipendia. C. de procu.* & ipſum Bar. poſt Iac. But. *in l. j. C. de act. & oblig. in quæſt. fi.* licet Bal. *in d. l. qui ſtipendia. in fi. cõmũis*, videatur tenere eſſe dãdã copiã ceſſionis cõuẽto ante lit. cõte. quã lo in libello de ea fit mẽtio, niſi iuret ſe tũc non poſſe edere. Quando autem intelligatur intentaſſe directã, & quãdo vtilem, declarant Bar. Bal. & Sal. *vbi ſup.* Et opinio Bal. nũc relata poſſet procedere, quando fit in libello mentio ceſſionis limitatiue, ſeu relatiue, & ſe ad eam referendo: ſecus ſi ſimpliciter aſſertiue, per theoricam Bart. *in l. edita. C. de edend.* Balb. *deciſ.*45.

18 Si ceſſionarius nõ ſeruet cedenti cõuenta & promiſſa, poteſt cedens reuocare ceſſionem, & actionibus prioribus experiri, & rem ceſſam vendicare, etiamſi interceſſerit vnus de tribus caſibus, de quibus *in l.3. C. de noua.* ſecund. Bal. Sali. & do. Ambro. *in l. pacto ſucceſſorum. per illum text. C. de pact.* Ad idem videtur caſus *in l. j. C. de dona. quæ ſub modo. in l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. in cap. peruenit. el.2. ext. de iurein.* & eſt limitatio ad *d. l. iij.* Balb. *deciſ.*176.

19 Ceſſionarius intentare poteſt nomine cedentis etiam directas ad ſui fauorem ſecundum communem per Butſ. *cõſ. 55. num.25. lib. j.* Bouſc.

20 Ceſſionarius vt fantur interpretes propriè creditor dicitur, vt cõmune aſſerũt Dec. *lec. j. in fi.* Niger *circa fi.* Rodulphus. & Bolug. *ad finẽ in l. j. ff. ſi certũ petat.* late Viuius *lib. j. opin.*34. quocirca prærogatiuis, ac priuilegiis omnibus inſtrumenti, quod illi ceſsũ eſt, fruetur. cõmune ait latè idem Viuius *lib. ij. opin.*266. nõ tamen iis potietur prærogatiuis, quæ cedenti ipſi cõpetũt, vt cõm. aſſero ex *Bald. l. per diuerſas. nu.21. C. mand.* Alex. *in l. ſi poſt diuortiũ. ff. ſoluto matri.* Iac. à ſanct. Geor. *in l. vna, nu.39. C. ne liceat poten.* quibus addo tex. *in l. ex plurib. ff. de adminiſt. tuto.* Nec itẽ iis quę ipſi inerent ceſſionario aliàs cõpeterẽt ratione fori, vt cõmune ponũt Guid. Pap. *deciſ.*273. Iaffred. *in prin. eiuſ. deciſ.*87. niſi ſi is qui ceſſit, eſſet patẽs, vt receptũ innouit Rebuſ. *in priuil. ſchol.*177. *li. ij. trac.* E. Suar. & Don. à Fina.

21 Debitor qui negaſſet debitũ, & per ſententiam condemnatus fuiſſet, & poſtquam eſt condemnatus confiteretur debitũ, non debet ad ceſſionẽ bonorũ admitti. gloſ. *in l. j. in verb. iudicati. C. qui bo. cedere poſſ.* Bal. *ibid. ver. ſed hic quæritur. nu. j.* Ang. Aret. *in §. fin. ver. quæro quid ſi à principio negauit. nu.5.* Iaſ. *nu.16. ver.7 ſuprà ſcripta regula. Inſt. de act.* & Bart. Soc. *in tract. Fallẽt. in verb. cedẽs bonis. nu.16. ver. fallit quãdo debitor à principio negaſſet debitũ.* Sed alij cõtrariã ſententiã tãquã magis communiter approbatã ſequũtur. Salicet. *in d. l. j. ver. cõtrariũ videtur verius. nu.3.* & ante illũ Bar. *in l. pen. nu. j. ver. alius modus agnoſcẽdi eſt in iudicio, vt cõfitẽdo in iudicio, vel patiẽdo ſe cõdẽnari. ff. de ceſſ. bo.* & in hãc ſententiã iudicatũ eſſe in cõſ. Neap. refert Matth. de Affl. *in deciſ. ſacri conſ. Neap. deciſ.379. nu.4.* ſequũtur & alij Philip. Dec. *in l. nemo ex his. nu.7.* & Hieron. Cagnol. *nu.7. ver. pariter debitor.* vbi & ipſe addit hãc cõmunem eſſe. *ff. de reg. iur.* Licet autẽ hãc deciſionẽ falſam eſſe, nec iure probari Muder. Pariſ. voluerit *in d. l. nemo ex his. ver. deciſio. & in j. par. Cõment. in conſuet. Pariſ. §.30. n.5.* & ibi ipſe multos caſus in quib. negans puniatur, recenſet, vti ſi vaſallus negauerit patronũ, ſi fideiuſſor negauerit ſe fideiuſſiſſe, itẽ ſi debitor negauerit ſcripturã eſſe de manu ſua: & ſi quis negauerit ſe ſociũ eſſe, nec non hæres, qui negauerit rem legatam eſſe hęreditariam, & ſimiliter ſi negauerit fideicõmiſſum, vel rem eſſe hæreditariã: præterea ſi filiusfamiliàs negauerit ſe eſſe in poteſtate patris. Et conuentus reali negauerit ſe poſſidere, &c. & eius generis plures, de quib. mentionẽ facit Gul. Mayneri. *in d. l. nemo ex his*: Tamen ſententia Bartoli, Saliceti & Decij, communiori calculo approbatur. Ita conſulendo ſcribit Rol. à Valle, *in conſ.7.* vbi ille in vtramque partem de hac deciſione diſputat. *in ij. Tomo conſ.* Kirchouius.

22 Condemnatus in pœnam pecuniariam, ſi non habet vnde ſoluat, petente illo, in cuius fauorem eſt condemnatus: debet luere pœnam in corpore. idem communem dicit.

De iure Regio debitor cedit bonis, & ponitur in manu creditoris, vt illi ſeruiat per tẽpus debiti, vt in l.y.tit.8.lib.3. For. ll. & l.5.tit.13.li.5.ord. vbi reformatur ll. For. & l.4.tit.5.par. & ſi ſunt alij creditores, ille cui traditur tenetur ligare eũ cũ circulo ſericeo groſſo vt digitũ, & debitor tenetur portare eum ſuper lorã veſtimẽti, vt habetur in pragma.82. Idẽ videtur faciẽdũ in pœna pecuniaria imponẽda propter delictũ. vt eſt l. cv.ſtyli. quã legẽ intellige in pecunia applicãda parti ex furto, vt fuit determinatũ in curia Vallis Oleti. anno Domini 1538. nõ tamẽ in alijs delictis. Poterit tamẽ iudex moderare pœnã, ſi eſt pauper. per l.3 tit.22.par.5. quã intellige in mulcta, ſecus in pœna, vt per Iaſ. in l. ſi quis nu.28. ff. de iuriſ. omn. iud. vbi de hac mater. vide Panor. in c. niſi ſpecialis. de off. deleg. quod intellige niſi pœnalia ſtatuta loco pœnę vt in habẽte monetas falſas: quia ſi nõ habet cẽtũ marabetinos, erit in vinculis per annũ l.y.li.3.tit.10. For. ll. Cõdẽnatus in expẽſis litis, debet carcerari ſi nõ habet vnde ſoluat l.xcix. & clxviij. ſtyl. niſi aliàs erit ſalariũ aduocati quod remittitur amore Dei, ſi nõ habet vnde ſoluat. Nota quòd ſicut creditor tenetur præſtare alimenta carcerato, ita & ceſſionarius. Segu. in l. ſi ex legati. num. 94. ff. de verb. oblig. B. Villal.

23 Debitor nõ poteſt cedere bonis, quãdo creditor renũciat iuri illũ carcerari faciendi, ſecundũ doctrinã Bal. in l.j. nu. 17. C. qui bon. ced. poſſ. cõmuniter receptam, ac approbatam à Scriben. ibi, quam ſequuntur etiam Io. Faber. & Iaſ. in §. fi. nu.17. Inſtit. de act. & de iſta comm. opin. atteſtantur omnes Doctores in prænotatis locis. Et ratio huiuſcemodi cõmunis ſententię aſſignatur iſthæc per Bal. in d. l.j. quia ratio carceris ceſſat, qua ceſſante beneficium bonis cedendi, ceſſare debet.

Itẽ ceſſiones bonorũ cõceſſæ in Regno etiã cũ regia decretatione, non admittuntur, ſi debita contracta appareat infrà annum, vt diſponitur in pragmatica 2. Regni de ceſſione bonorũ, cit. incip. Per quanto ſiamo informati, che molte perſone.

Similitérq; ceſſiones, & moratorię iã impetratę, quã impetrãdę per inquilinos, colonos, ſeu cenſuarios, & alios debitores Neapolitanorũ in Sacro Regio Collaterali Cõcilio Neap. non admittuntur aliquo modo contra Neapolitanos ipſos, vt in pragmatica j. de Ceſſione bonorũ, ex ordiente Regẽte gli Magnifici Eletti di queſta Citta di Napoli. Viu. opi.180. & Don. à Fin.

24 Debitor cedẽs bonis nõ poteſt carcerari, l.j. C. qui bon. ced. poſſũt gl. in c. lator. de pig. q̃ cõmuniter approbatã refert Bened. Capr. reg.75.n.26. cui beneficio iuxta benigniore & magis cõmunem vt ibid. n.29. idẽ Capra aſſerit, renuntiari non poteſt.

25 Debitor obligãs ſe ad carceres, renũcians ceſſioni bonorũ, eſt cõtra bonos mores talis obligatio. Alcia. in c. cũ cõtingat. de iureiur. nu 69. com. dicit. Bonacoſ. & Vrainus, & Tuzanus.

Additio. Hoc quòd debitor per obligationis renuntiationem, & pactum non poſſit cedere bonis, cùm ſit contra bonos mores, limita in pluribus caſibus, vt per Soc. in tract. fallent. in Fallen. 342. pactum. I. Fich.

26 Quæro, an debitor admittẽdus ſit ad beneficiũ ceſſionis bonorũ, qui habuit dilationẽ quinquennalem? Reſp. gl. in l. cũ ſoluto. in fi. C. qui bon. ced. poſ. tenet q̃ nõ. Hãc glo. ſequitur Cyn. & Bart. Ang. d. l. fin. Vitalis in clauſ. ſuæ char.193. Et eam communiter ſequi omnes Doct. in d. l. cum ſoluto. & l. alia. §. elegãter. ff. ſol. matr. affirmant Matth. de Afflict. deciſ. Neap.378.n.2. Præterquam in eo, quod dicit, quòd tunc debitor creditoribus datur lacerandus, námq; in hoc gl. illa cõmuniter dãnatur, vt ibi per eum. Mich. Graſſus, & I. Fichar. & Don. à Fina.

27 Quæro, Si debitor negat debitũ, & creditor probauit, ac lata eſt ſententia, an poſt ſententiã debitor poſſit cedere bonis? Reſp. gloſ. in l.j. verb. iudicati. C. qui bonis ced. poſ. tenet, q̃ poſt ſententiã debitor detruditur in carcerem, ſi non appellauit. Hanc ſequitur Aret. in §. fi. Inſt. de act. vbi dicit, debitorẽ poſſe bonis cedere, ſi à ſententia ſit appellatum, ergò ſecus ſi non appellauit. contrariam opinionem, quòd videlicet etiam poſt ſententiam admittatur ad beneficiũ ceſſionis bonorum condemnatus, videtur tenere Bar. in l. pen. ff. qui bonis ced. poſ. & ibi Ang. qui dicit, ante debitũ liquidatum non auditur volens cedere bonis, ſed liquidare per agnitionem factã in iudicio, vel extra, vel per ſententiam. Idem tenet Cyn. d. l j. & Azo. in ſum. eod. tit. Eandem opinionem expreſsè tenet Sal. d. l.j. ver. iuxta hoc moneo aliqua dubia. Lud. Gomeſ. in gloſ. ad reg. Cancellariæ. in reg. de ſubro. colliti g. q. j. ver. & iſta quæ dicta ſunt. & eam tenet Alber. de Roſa d. l.j. dicens communiter per omnes reprobari opinionem gl. ibi tenentis cõtrarium. Vide ſuprà. §. debitor qui negaſſet. Mich. Graſſus.

28 Debitor ceſſionis bonorum beneficio redditur indignus indicans partem bonorum, & partem occultans, ſecũdum gl. & Bar. in l. pen. ff. de ceſſ. bon. Bald. & alios doct. communiter in l.j. C. eod. tit. Ang. & Iaſ. in §. fi. Inſtit. de act. Vnde ſi iſte debitor fuerit conuictus quòd partem bonorũ nõ indicaſſet ex malignitate, & dolo, tunc (vt ſuperius deduximus) eſt repellendus omni modo ab huiuſmodi beneficio ceſſionis bonorum. tex. eſt in l. fi. ff. quæ in fraud. cred. ſecundum lecturam Bart. communiter approbatam ibi, & idẽ tenet Bart. & alij Doctores in l. alia. § eleganter. ff. ſol. matrim. & Bald. in l.j. C. qui bon. ced. poſſ. quos Doctores referunt, & ſequũtur Alex. & Paul. de Caſtr. in d. §. eleganter. Et hoc idem repetitur ſancitum de iure regni in Pragmatica incip. Don Petrus de Tolleto Marchio Villafrancha, vbi habetur, quod volens cedere bonis, debet omnia bona ſua, & iura indicare, & in actis inſinuare creditoribus inſtãtibus, & debitam quantitatẽ ipſorum iuriũ, & bonorũ profiteri, vbi Io. Franciſ. Scalionus apoſtillans dictam pragmaticã. nu.2. & 4. declarat hanc materiam. Et in tantum hoc procedit, quòd ſi cedens bonis reſeruaſſet ſibi vnũ denarium, ceſſio ipſa non valeret, prout ſcribit Bald. in l. fina. col.2. v. quæro quid ſi cedens bonis. C. qui bon. ced. poſſ. Sed vbicunque debitor errore, ſeu bona fide non indicaſſet bona omnia ſua creditoribus, vel modica eſſet res, quæ ita fuit demonſtrata, non perdit propterea beneficium ob hoc ceſſionis bonorum, ſecundum Bald. in l. fi. §. cùm igitur. C. de iure deliberan. F. Viuius opin.181.

29 Cedẽs bonis ſufficit quòd eos creditores faciat citari qui iam cũ eo litigant, & nihilominus talis ceſſio alijs creditoribus etiam non vocatis nocebit, dummodo cedens eiſdẽ non vocatis debitum fateatur. Sali. in l.j. C. qui bon. ced. poſſ. Guid. Pap. conſ.124. nu 8. Bellac.

30 Ceſſione bonorũ quis à debito liberatur, l.j. & per tot. tit. C. qui bon. ced. poſſ. Fallit in 4. caſib. vt Bened. Capram concluſ. 78.n.22. Fallit vt no. Ant. de Tremul. in addit. ad practicã Vbert. de Bona. in tit. de imp. exe. nu.10. v. fecerit ceſſionẽ. Fallit in 8. caſib. vt per Soc. reg.20. & reg.46. Ampliat in 3. caſ. & fallit in 28. fallit in 15. caſib. quos not. Vigel. in commento 2. anni cap. 22. fol.408. Fallit in 8. caſib. vt per eundem, in com.7. anni. cap. 30. fol.168. Don. à Fina.

31 Non valet pactũ quod debitor carceratus nõ poſſit bonis cedere. hæc eſt communis opinio, de qua per doct. in l. obligatione, ff. de pigno. Fallit in 4. caſib. vt per Ripam, in l. obligatione, ff. de pign. numero 30. fallit in 14. caſib. ſecundum Soc. reg.279. Don. à Fina.

32 Cedens bonis non liberatur obligatione naturali, nec ciuili, ſed cõpetit exceptio. Ant. de Tremo. in additio. ad bona in pract. exceptio. rubr. de Imper. excep. quæ cõtra reſp. nu.10. in v. fecerit. cõem dicit. E. Suarez, Villalob. & Vean⁹, & Dõ. à Fina.

Nota iſtam cõmunem ad intellectum l.j. tit.5. part.5. & vide in verbo condemnatus. B. Villal.

33 Cedens non poteſt eſſe teſtis pro ceſſionario: communẽ dicit Lanfranc. in repet. cap. quoniam. in verſ. teſtium depoſitiones. de probat. I. Fich. Don. à Fina.

34 Ceſſio regulariter permittitur l.y. C. ne liceat potenti. Fallit in 12. caſib. quos not. Anton. de Tremul. in addit. ad practi. Vbert. de Bona. in tit. de imped. execu. nu.10. v. fecerit ceſſionem: fallit vt per Aluiſ. de Alber. ſing.88. fallit in 9. caſib. vt per Soc. reg.48. & in l. ſi cuique. C. ne liceat. vbi etiam Iaſ. vide Theſau. recept. ſentent. in litera C. concluſio.72. Don. à Fina.

35 Cedens bonis non tenetur niſi in quantum facere poteſt, vt Inſtit. de act. §. eum quoque. Fallit in 4. caſibus. vt per Soc. in tract. fallent. reg.47. Idem.

36 Cedere actiones potentioribus nõ licet, vt in rubr. ff. de alien. iud. mut. cauſa fact. & per totum tit. C. ne liceat potent. Ampliatur in 6. caſib. & limitatur in 10. à Petr. Duen. reg.88. Ampliatur in 3. caſi. & limitatur in 4. ſecundum Iaſ. in l. 1. C. ne liceat potent. videas Soc. reg.88. Idem.

37 Ceſſio bonorum non habet locum vbi ex delicto imponitur pœna pecuniaria. l. ſi quis id q. ff. de iuriſdictio. Fallit in quatuor caſib. vt per Iaſo. in dicta l. ſi quis id quod. Idem.

38 Ceſſio poſt litem conteſtatam fieri non poteſt: vt multoties deciſum fuiſſe refert Rebuſ. comment. in conſtit. reg. in tractatu de ceſſio. actio. in gloſ.4. in fi. Bellac.

39 Debitoc

39 Debitor fiſci, vel communitatis, admittitur ad ceſſionē bonorum per caſum *in §. item ſi quis. Inſti. de ſociet.* iuncta ibi gloſ. vult Angel. *in l. j. ff. qui bon. ced. poſ. per l. nemo. C. de exac. trib. lib.* 10. niſi ſit debitor propter munera, ſeu onera ciuilia, *per l. propter honorem. C. de ceſſ. bo.* licet Bar. *in d. l. 1.* indiſtinctè teneat non admitti. Balb. *deciſ.* 187.

40 Debitor ex delicto non poteſt cedere bonis: ſed tunc locum habet regula, qui non habet in ære, luat in corpore. Sali. *in l. j. C. qui bonis cedere poſ.* & hanc communem opin. eſſe ſequendam aſſerit Cępol. *in ſuis conſiliis. conſ.* 9. Vezinus.

41 Ius redimendi an cedi poſſit, vtramque partem eleganter explicat Rol. à Val. *in conſ. 82. in 2. conſ.* ex cuius explicatione ſatis liquet. *nu. 14. cum ſeq.* id cedi poſſe, vbi ipſe quoque & alia quæ cedi poſſint, recenſet. Kirchouius.

De bonis authoritate iudicum poſſidendis ſeu venundandis.

TITVLVS XXX.

IVdex ſi dedit licentiam intrandi in poſſeſſionem propria authoritate, intelligitur, niſi habeat reſiſtentiam. Iaſ. *in l. iuſtè poſſidet. nu. 13. de acq. poſ.* communem dicit. Villalob.

2 Miſſio in poſſeſſionē ex primo decreto eſt mixti Imperij, Iaſ. *in l. poſſideri. §. genera. nu. 14. ff. de acq. poſ.* com. dicit. Villa.

3 Miſſio in poſſeſſionem ex primo decreto facta vni ex creditorib. ex cauſa onerosa, prodeſt omnib. aliis creditoribus, ex cauſa ſimiliter oneroſa: ſi tamen cauſa eſt lucratiua, vno immiſſo, non dicuntur alij immiſſi. An. de Fan. *de pig. & hypoth. in 3 par. mem. 2. nu. 10. reſtrictione ſexta.* com. dicit. Is. Villal.

4 Miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, nō dicitur poſſeſſor, ſed detentor. idē Fa. *in d. mem. 2. nu.* 6. com. dicit. Idem.

Fallit in reali: quia miſſus in poſſeſſionē ex 1. decreto poſſidet ante annum reuocabiliter tantum: poſt annum autem it reuocabiliter. Iaſ. *in d. l. poſſideri. § genera nu.* 20. com. dicit, ſed dictus Fa. ibi dicit, quòd ſecundum communem opi. canoniſtarum ante annum eſt detentor: & poſt annum, verus poſſeſſor: legiſtę tamen tenent prout Iaſ. dicit. com. & Fan. concludit tenendum cum legiſtis *ibi in ver. quòd immiſſo.*

Fallit ſecundò, in miſſo in poſſeſſionem ex 1. decreto, quādo creditor eſt præſens per actionem hypothecariā: cùm dicatur actio realis quia poſſidet. Iaſ. *in d. §. genera. num.* 24. & Fanus *nu.* 8. communem dicunt. Idem.

5 Iuſſio de Mittendo in poſſeſſionem ex 1. decreto, quando creditor eſt præſens per biennium: ſi tamen eſt abſens, durat per quadriennium. Ant. de Fan. *ibi in 3. part. mem. 2. nu.* 3. communem dicit. Idem.

Additio. in materia miſſionis in poſſeſſionē dicit *Bar. in l. à diuo Pio. §. ſuper reb. nn. 1 ff. de re iud.* quòd miſſus in poſſeſſio. ex re iudicata, ſtatim efficitur merus poſſeſſor, & ſic quòd ex 1. decreto poſſidet. Quæ opi. nō ſeruatur, vt dicit Bal. *in l. ordo nu. 16. C. de exec. rei iud. per l. 3. §. genera ff. de acq. poſ* cū aliis per eū alleg. vnde talis miſſus nō dicitur poſſeſſor, ſed detētor, ve teſtatur de cōmuni opi. Neguſ. *in tra de pig. par. 3. mem. 2. nu.* 6. Intelligas tamē vt ibi per eum *in nu ſequentibus.* I. Fichard.

6 Iudex ad hoc vt ad primum, & ſecundum decretum peruenire poſſit, neceſſe eſt, quòd ſe latitet reus, *l. cùm proponas, C. de bonis autho. iud. poſ.*

Fallit in 3. caſi. vt per Soc. *reg. 195. & in reg. 33. in addi.* & quatuor requiruntur ad hoc, vt poſſit deueniri ad ſecundum decretum: quæ omnia limitat Fel. *in c. conſultationib. de offi. deleg. num.* 9. Don. à Fina.

Miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto, non poſſidet. hanc dicit eſſe com. opi. Ant. de Fano *in tract. de pig. & hypoth. mem. 2. nn.* 6.

Fallit in 2. caſib. vt per Baptiſt. à Villal. *conc. 106. in litera M.* Don. à Fina.

Cōtumacia procuratoris nō nocet domino, quoad ſecūdum decretū. no. *in l. omnibus. §. ſi procurator, ff ſi quis ius dicenti.* fallit in 3. caſi. vt per Soc. *in d. §. ſi procurator, nn.* 7. Don. à Fina.

7 Poſſeſſio data vigore ſecundi decreti, reuocatur data ſatiſdatione. Iaſ. *in l. properandum. §. ſi autem reus. C. de iud. num.* 8. comm. dicit. Villal.

8 Iudex poteſt facere quòd pars intret in poſſeſſionē propria auctoritate. Tiraq. *de conſtit. poſſ. par. 3. lib. xiiij. nu. 13.* com. dicit ex Bat. *in l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſ.* Idem.

9 Iudex poteſt moderari tempus anni datum ei, cōtra quem eſt facta miſſio ex primo decreto ad recuperandum poſſeſſionem abbreuiando, ſecundum Roma. & Nicel. *in l. 2. ff. de re iu.* per caſum iuncta gloſ. *in verbo, niſi intra certum tempus. in l. à quo fundus. ff. de dam. infect.* item augendo eundem Rom. *vbi ſuprà per c. cum veniſſent. extrà, de eo qui mitt. in poſſeſſ. cau. rei ſeru.* quem textum dicit ad hoc ſingularem Balb. *deciſ.* 427.

10 Creditor qui fundus ſui debitoris per decretum iudicis fuit adiudicatus & venditus, tenebitur ſtare colono vel inquilino, eo quia talis venditio ita facta à iudice eſt neceſſaria: & ſucceſſor neceſſarius tenetur ſtare colono. *l. ſi filio. §. ſi vir ff. ſo. matr.* Bar. *in l. in venditione. §. 1. ff. de bonis auth. iud. poſſ.* Iaſ. *in l. diuortio, in prin. nu. 34. & 35. ff. ſol. matr.* Bellac.

11 Citatio partis licet quādo is qui propria auctoritate poſſeſſionē ingredi poteſt, petit ſimpliciter ſibi dari familiā à iudice, ad ſcādalū euitandū nō requiratur: tamē quādo petit ex vrbanitate ſibi dari licentiā ingrediendi, tūc requiritur citatio. Eſt magis cōmunis opinio ſecundū Alex. *in conſ. 131. in cauſa & lite. verſiculo, ſecundò præſuppono. vol.* 4. Ratio eſt in prōptu. Nā ex quo quis eligit via iudicij, videtur meticuloſus, & ad viā facti redire non poteſt. *l. de pupillo. §. meminiſſe. de oper. non. nunc.* ſec. Bald. *in l. y. v. decimò quarto. C. de ſer. & aq.* Sequitur Alex. *in cōſ. 130 in caſu. in prin. verſ & ſic ex iſto infertur. vol.* 4. Et inde colligi poteſt, deterioris aliquanto ſi re conditionis, qui potius eligit viam iuris quàm facti. quod nota perpetuo. M. Chærian.

12 Iudex tenetur mittere in poſſeſſionē hæredē ſimpliciter oſtendentē ei teſtamentū, faciens mentionē expreſſe de eius inſtitutione, & ſic ſufficit hæredi oſtendere teſtamentū: & eo oſtenſo, iudex debet eū mittere in poſſeſſionē hęreditatis, ita colligitur *ex l. fi. C. de edic. diui Adria. tollend.* & hoc nō habet difficultatē aliquā, vt dicunt Doct. ibi, & Alex. *conſ. 101. nn. 9. lib. 1.* Dec. *conſ.* 84. Gozad. *conſ. 21. n.* 6. imò omnes ſcrib. cōcludūt quod ſufficit oſtendere ſimpliciter teſtamentū, & dicere eſſe illū nominatū in teſtamento, nec aliæ probationes requirūtur, vt per Doct. communiter in pręcitatis locis. Viuius.

13 Miſſio in poſſeſſionem propter contumaciam, nō ſolùm non habet locum in beneficio obtinendo, ſed nec etiam in obtento, Io. de Selua. *in tract. beneficij. part. 1. q. 5. n. 1.* cōmunem dicit. B. Villal. & Vezinus.

14 In actione perſonali reus vſq. ad 30. an. poteſt petere reuocationē tenutæ ex primo decreto, quando vult reficere actori expenſas, & ſatisdare de iudicio ſiſti, ſecundum formam *aut. & qui iurat. C. de bon. aut iud poſ.* eſt com. opi. ſec. Alex. *in conſ. 205. viſa dicta. circa med. vol.* 7. M. Chærian.

15 Decretum non valet, ſiue primum, ſiue ſecundum, ſi cōcedatur pro debito partim falſo. no. doct. *in l. certi condictio. §. quoniam igitur. ff. ſi cert. pet.*

Fallit in 4. caſibus, vt per Soc. *in d. §. quoniam igitur. nu.* 29. Don. à Fina.

In ſecundo decreto reus reuertens non auditur aliquo modo. fallit in 2. caſibus, ſecundum Fel. *in c. conſultationib. de offic. & poteſt. iud. delegat. num.* 7. Idem.

16 Intentans vnum remedium executiuum, poteſt & aliud intentare donec ſibi ſatisfiat. *Bar. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex in ne.* Bald. *in l. qui legat. C. vt. in poſſeſſ. lega. & in l. vnica. C. de prob. ſequeſtra. pecu.* vbi dicit quòd contra cōtumaces poteſt quis vti miſſione in poſſeſſionē, & inſimul aliis remediis. Bald. *in l. creditor ff ſi cert. pet.* vbi inquit, quòd inhærens pignori poteſt implorare perſonæ captiuā ad hoc vt debitor cogatur ſatisfacere, nō quidē propter fugam, quia iā propter pignus ſecurus eſt, ſed vt debitor preſſus citius ſatisfaciat. & licèt quis fecerit ponere debitorē in carcere, poterit adhuc implorare bonorū miſſionē ex primo decreto & ex ſecundo. *d. l. conſentaneum.* Iaſon. *in l. omnibus n. 23. ff ſi quis ius dicenti non obtemp. & in l. nulli. numer.* 8. *C. de iudiciis.*

17 Excuſſio contra alienata bona ceſſat, vbi emptores ſciebant fideicommiſſi ſubſtantiam, ſecundum communem per Burſat. *conſ. 48. num. 9. lib.* 1. Bonac.

18 Cognati præferuntur extraneo tantundē offerenti in vēditione bonorum debitoris: cōmunem dicit Tiraq. poſt plurima allegata, *in præfat. lib. j. de Retract. nu* 42. et quòd multi ex pręallegatis ab eo Doct. eam ſimiliter affirmant eſſe communem. I. Fich.

19 Venalia cum legato rerum, ſeu bonorum generali, tum obligatione vel tacita vel expreſſa bonorū, rerumve generali

comprehenduntur. vt commune interpretum placitum diligenter recenſet doctor meus Arius Pio. *in rub. part. 1. num. 49. & num. 96. C. de bon. mat.* E. Suarca.

De priuilegijs fiſci.

TITVLVS XXXI.

Fiſcus alicui ſuccedens debebit vti eo iure quo is vti debuiſſet is cui ſuccedit. *l. non intelligitur. §. ſi poſteriori. ff. de iure fiſci.* Rebuff. *in tracta. nouis. in octaua quaſi num.* 14. Vezinus.

2 Alienata in fraudē fiſci, & ante delictum poſſunt præſcribi: fiſcus ſi poſt. vt eſt communis opinio. Soarez *verſic. alienata. num.* 162. Bonacoſſ.

3 Alienata poſt delictum, fiſcus reuocare poteſt, *l. poſt contractū,* vbi no. *ff. de donat.* Fallit in 2. caſib. vt per Paul. de Mōte Pico, *in d. l. poſt contractum. num.* 20. Don. à Fina.

4 Sententia lata contra fiſcum abſente aduocato fiſcali eſt nulla, nedum in cauſa ſtatus, ſed etiam in alijs ſecun. *gl. not. in l. fiſcus. ff. de iure fiſc.* Balb. *deciſ.* 267.

5 Debitor debitoris fiſci poteſt fauore fiſci cōpelli ad ſoluendum pendente dilatione ſibi competente, per caſum ſingularem ſecundū Roma. *in l. j. C. de condi. ex lege,* tenet dominus Nicel. *in l. 2. ff. de re iud.* & hoc facta diſcuſſione principalis *per l. non prius C. quando fiſ. vel priua.* Faib. *deciſ.* 418.

6 Ius adeundi hæreditatē, ſi aliqua ſit delata delinquēti tēpore cōfiſcationis, ſi tale ſit, quin extraneos tranſeat, & in fiſcū trāſit, ſecus ſi neque ad extraneos heredes trāſire poſſet, vt eſt commun. opin. Clar. *q. 78. verſ. ſæpe contingit.* Bonacoſſ.

7 Bona relicta nō capaci fiſco applicatur. *l. nō intelligitur. ff. de iure fiſci.* & hoc in pœnā eius qui accōmodauit tacitā fidem nō capaci. quando verò bona palā relinquūtur incapaci in teſtamēto, tale relictū nō valet, & remanet penes eū qui relinquit. *l. non ambigitur §. 1. ff. de iure fiſci.* & quādo bona indigno relinquūtur, ſiue tacite ſiue expreſſe, ea bona fiſco applicātur. *tots ti. de his qui. vt indig.* Bart. *in l. 1. de delat.* & ſpurij cōputātur inter incapaces, & non inter eos qui sūt indigni. Bar. *ibi.* Idē.

8 Procurator fiſci, ſi aliquid vendat, non poteſt habere fidē de pretio. Iaſo. *in l. qua acta. ff. de ſſ. pror.* Caſ. *nu.* 18. Villal. & Mat Cherian.

9 Fiſco applicatur quod ab indigno aufertur. *l. Papin. §. meminiſſe. de inof. teſt.*

Fallit in 3. caſib. vt per Cag. *ibi num.* 1.

Fallit in 2. caſibus vt per Iaſ. *in l. 1. C. de his quibus vt indig.* Don. à Fina.

10 Fiſcus non tenetur cauere nec ſatiſdare, cùm ſemper ille ſit ſoluendo, & ſic idoneus. *l. 2. ff. de fundo dotali. l. 1. ff. vt lega. vel fidei. nomine caueatur.* ſed nec nuda cautione. Bar. *ibi.* Ciuitas autem ſeu reſpublica non tenetur ſatiſdare pro rebus publicis. Solet enim in illis caſibus remitti ſatiſdatio. tenetur tamē repromittere, id eſt, debet promittere nuda cautione. *l. ſi quando. §. pia. ff. vt in poſſ. legato.* & ſic notandū eſt quod priuatus ſatiſdat, ciuitas repromittit, fiſcus autem nihil facit. *d. l. ſi quando.* Iaſ. *in l. inter omnes. ff. qui ſatiſda. cogan. nu.* 7.

11 Nūtiis principis nō creditur ſine literis, & ipſis volentib. aliorū bona capere, quilibet cuius intereſt poteſt de facto reſiſtere. *l. prohibitum. C. de iu. fi. lib.* 2. Fac. quod vult Fede. *in conſ.* 251. Vezinus.

12 Pronunciandum eſt contra fiſcum in dubio, quādo fiſc⁹ agit ea cauſa lucratiua concernente delictum, vt eſt cōmunis opi. de qua Phœbeus *inter conſ. crim. conſ. vlt. nu.* 3. Bonacoſſ.

De priuilegijs dotis.

TITVLVS XXXII.

Dotis cauſa & præſtatio, itē reſtitutio, fauorabilis eſt ratione publicæ vtilitatis; vt inquit Iuriſcōſultus *in l 1. ff. ſol. mat.* & ibi doc. cōmuniter, teſte Iaſ. *ibi.* Hinc priuilegiū dotis, q pater cōpellitur per iudicē, dotare filiam ſuam ſecundum vires ſui patrimonij. vt eſt text. expreſſus *l. qui liberos. xix. ff. de ritu nupt.* M. Graſſus.

2 Sed quæro, nūquid pater teneatur dotare filiā diuitē? Reſp. doc. in hac q. ſententiis variant. Vna eſt illorū, q pater tenetur dotare filiā de ſuo proprio patrimonio, quis filia ſit diues, & habeat bona propria. ſ. materna. De hoc eſt text. expreſſus *in l. ſi. C. de dot. promiſ.* & ibi eam ſententiam amplectuntur Bal. & Ang. Alex. *in l. mulier. 1. §. cum proponeretur. ff. ad Treb.* Ang. *auth res quæ. C. commu. de legat.* Et dicit Iaſ. *in l. 1. ff. ſol. mat.* quod videtur iſta eſſe communis opinio. *num.* 25.

Alia eſt opinio Bart. *in d. §. cùm proponeretur.* quod ſi filia diues eſt, pater non tenetur eam dotare: ex quo pater non iure obligationis aſtrictus eſt ad dotandā filiam, ſed officio iudicis tantum, quod in æquitate conſiſtit, æquitas autem ceſſat, quando filia eſt diues, & habet vnde ſe poſſit dotare. Hāc opinionem dicit eſſe veriorem Iaſ. *vbi ſ.* ſecundum quam, ſi caſus contingeret, vellet iudicare. M. Graſſus.

3 Quæro, an auus patern⁹ teneatur dotare neptē? Reſp. quod ſic. ita tenet Sal. *d. l. ſi.* poſt Bart. *in l. 1.* vbi Iaſ. *nu.* 26. dicit, quod iſta ſit cōmunis opin. & quod omnes doct. ita tenēt. intellige tamē hāc cōem, vt nō procedat eo caſu, quo pater eſt diues, quia tenetur filiam de ſuo dotare. ita tenet Bald. *in d. auth. res quæ.* quē ſequūtur ibi Albe. de Roſat. Salyc. & Fulgoſ. Eandem opin. tenet Rom. & Alex. *in d. l. 1. ff. ſol. matr.* Franc. Aret. *cōſ.* 17. *incip. conſideratis diligentiſſimè.* & dicit Iaſ. *d. l. j. nu.* 26. quod iſta eſt clara & indubitata concluſio. Vide Viuiū *op.* 75. M. Graſs⁹.

Itē limita, in patre inope, & matre diuite, quia mater tenetur dotare filiā. ita tenent Cyn. & Dyo. Bart. Bal. Albe. de Roſat. & Fulg. *d. auth. res quæ.* Raphs. Cuma *l. à filia. ff. ad Treb.* vbi dicit, quod iſta eſt cōmunis opin. licet cōtrariū teneat Angel. & Salyc. *d. auth. res quæ.* Raph. Cuma. & Alex. *d. l. 1. ff. ſol. matr.* Idem.

4 Quæro, an frater teneatur dotare ſororem? Reſp. verior doct. ſententia eſt, quod ſic, dūmodo ex eodē patre nata ſit, ſecus ſi ſit vterina. ita tenet gl. *l. nō omnis. C. de adminiſt. tut.* quā gl. ibi ſequūtur Cyn. & Bart. Bald. *l. ſi. C. de dot. promiſ.* Abb. *in coſ.* 12. *in c. q) vt clare materiā videat,* & quòd ab iſta nemo eſt qui diſcrepet, dicit Iaſ. *d. l. 1. n.* 29. Vide Viuiū *opin.* 340. M. Graſs⁹.

5 Quæro, Si filia nubat ſine voluntate patris, an nihilominus pater cogatur filiam dotare? Reſp. recepta & communis opi. Scribentium eſt, quod ſecūdum iura Canonica pater tenetur dotare filiam etiam ſi nubat ſine voluntate ipſius, dummodò digno nubat. ita tenet gl. *c. cum cauſa, ext. de raptor.* Et eam ſequitur ibi Arch. Eandē tenet Bald. *l. ſi pater. C. de ſpon.* Ab. *d. c. cum cauſa.* Alex. *conſ. 97. incip. principalis dubitatio. vol.* 1. Nec obſtat text. *in auth. ſed ſi poſt C. de inoff. teſt.* quem ibi ad hoc no. Paul. de Caſtr. ex quo enim pater ſecundū tex. ibi, poteſt exhęredare filiam, quę nubit ſine eius conſenſu ante annum 25. multò magis nō cogitur eam dotare. Namq; illa auth. de iure Canonico correcta eſt, ſecundū cōmunē & receptam Doct. ſententiam, vt firmat Ab. *in cap. 1. de deſponſatio. impub.* Hanc opinionem dicit cōmuniter receptam Iaſo *l. 2. §. quod ſi in patris. nu. 28 ff. ſolu. matr.* M. Graſſus.

6 Dos eſt magis priuilegiata, quàm fiſcus. Alci. *de præſumpt. reg. 3 præſumpt. 23. num. 4.* & Goza. *conſ. 97. num.* 12. communem dicit. Villalob. & Vezinus.

7 Dotis cauſa eſt adeò priuilegiata, quòd in omni diſpoſitione quamuis generali, maximè prohibitiua, ſemper excepta dicitur, ſecundum communem per Burſat. *conſ. 56. n. 1. lib. j.* poſt Neuizan. *conſ. 76. nu.* 16. Cęphal. *conſ. 13. num.* 43. eundem Burſ. *conſ. 32. num. 11. & 27. & conſ. 120. eodem lib.*

8 Dos confeſſata poſt lapſum tempus, habet omnia & quæcunq; priuilegia quæ habet vera dos & numerata, & ea eſt vera & communis opinio, quam tenet Barto. *in l. aſſiduis. C. qui potio.* Feli. *in c. ſi cautio. de fide inſtru.* Rube. Alexādri *conſ. 78. n.* 9. & eſt ita cōmunis opinio, quòd confeſſio dotis de recepto probat numerationē. Bart. *in l. ſi ita ſtipulatus. § Chryſogonus. ff. de verb. oblig.* Alexandri *in eo conſ.* Et hoc dum tamē ſit elapsū tēpus intra quod exceptio dotis non numeratæ poſſit opponi. Cæpola *conſ. 12. nu.* 5. ita vt mulier quę habet inſtrumentum dotis confeſſatę, poterit agere contra tertios poſſeſſores bonorum mariti, ſicuti ſi inſtrumentum contineret veram numerationem. Iaſ. *in l. duobus. in prin. nu. 8. ff. de iureiur.* Bellon.

9 Alienari prohibita poſſunt dari ex cauſa dotis. Petr. Raue. *in Alpha. aure. in verſ. Alienatis.* communem dicit.

Reſtringe hanc communem quod poteſt dari deſcendentibus tantūm: Idem ibi communem dicit & Coua. *in ſuis reſolut. lib. 3. c. 6. nu.* 10. vide alios idem dicentes, & amplia d. communem etiam ad dotem reſtituendam, etiam poſt appoſitum grauamen. Anania. *conſ.* 61, & Socin. *conſ. 23. in propoſita conſultatione. vol.* 3. & Rube. *conſ. 78. nu. j.* communē dicit. & Coua. *in verbo, quartò magis.* communem dicit.

Cōcordat cū l. 4. tit. 7. *part.* 3. Quam legem intellige cum reſtrictione prædicta: & limita communem legē ſi cum prohibitione hominis concurreret prohibitio legis, vt per Ant.

Corſ. *in notabili. in verbo, prohibito*, & vide Boer. *deciſ.* 129 *parte*. 1. *num*. 5. B. Villal.

10 Quæro, an priuilegia ratione dotis concesſa, competant etiã mulieri ſterili? Reſp. videtur dicendum quod nõ, ex quo dotis cauſa priuilegiata eſt fauore Reip. qui fauor verſatur circa ſobolẽ procreanda, ſecundum communem doc. ſententiã *in l. j. ff. ſol. matr.* Vnde ceſſante cauſa, ceſſare debet effectus.

Contraria tamen opinio communiter recepta eſt, quod ſcilicet mulier ſterilis gaudeat priuilegio dotis propter alias rationes. ita tenet Bar. *d. l.* & ſequitur ibi *Iaſ.* qui dicit, quòd omnes doct. cum deciſione Bar. tranſeant, & eam opinionem tenet Bald. *d. l. auth. res quæ*. M. Graſſus.

11 Vxor quæ habet bona mariti obligata pro ſua dote, marito mortuo poteſt propria authoritate inhabitare domum, quã inhabitabat viuente marito iure familiaritatis, & tãquã vxor: & hoc vſq. ad ſolutionem ſuæ dotis. Bal. *in l. ſub prætextu. C. commu.* Bal. *in l. pignoris. C. de pig. actio.* Decius *conſ.* 400. *n.* 5. & licet aliàs creditor non poſſit ſine pacto aut decreto iudicis hypothecam inuadere, *per eum l. pignoris*. tamẽ ſi creditor reperiatur in bonis obligatis, poterit ea bona pro ſuo debito, & vſq. ad debiti exſolutionẽ retinere. Bal. *in ea l. pignoris*. Bel.

12 Pater nõ tenetur dotẽ, aut alimenta dare filiæ, filiiſue diuitibus, & qui habẽt vnde ſe alere, aut dotare poſſent: ſecũdum Bar. *in l. ſi quis liberis. ff. de liber. agnoſ. & in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad Treb.* Dec. Cagn. & alios *in l. iura ſanguinis. ff. de reg. iur.* Bar. Caſtren. & reliquos *in l. Titio centũ. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſt.* Soc. *in l. j. ff. ſol. matr.* Iaſ. *in §. fuerat, n.* 108. *Inſtit. de act.* Corſi. *in repet. l. qui liberos n.* 53 *ff. de rit. nupt.* Io. Lupi *in cap. per veſtras. 3. not. §.* 14. *de don. inter vir. & vxo.* & Alciat. *in tract. de præſumpt. reg.* 1 *præſumpt.* 26. *nu* 3.

13 ¶ In cõtrariã verò partẽ, quod pater teneatur aſſignare dotẽ filiæ etiã diuiti, inclinatũr gloſ. & cõmuniter omnes *in l. j. C. de dotis promiſ. & in d. l. j. ff. ſol. matr.* vbi Ruin. *nu.* 48. *cum aliis ſeq.* Herculanus *n.* 31. & Ripa *n.* 54. tenent, & ſequuntur iſtam opinionẽ, & aiunt cõmunem eſſe aduerſus Bar. & in effectu cũ ipſa cõmuni tanquã veriſſima ſentiendũ eſt, & in actu practico ab ea diſcedere fatuum, & periculoſum eſſet.

Et aduerte, quod ſicut pater filiam nuptã dotare tenetur, ita filiã etiàm monaſterium, & religionem ingreſſam: ſecundùm Bar. *in l. j. §. ſi parens. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſ.* Et Alex. cum aliis relatis per eum *conſ.* 139. *vol.* 2. *n.* 7. Viuius *opi.* 587.

14 Pater cogitur iure actionis dotare filiã, ſecũdùm magis communem opinionem: quã ſequũtur, & citant Cur. *in auth. res quæ. n.* 25. *C. communia de legat.* Iol. *in auth. præterea. nu.* 8. *C. vnde vir, & vxor.* Soc. *in tract. fallentiarum in reg.* 282. *in* 4. *fallent.* Ripa *in l. j. nu.* 55. *ff. ſol. matr.* & Couarruuias *in epit. de ma in* 4. *part.* 2. *partis cap.* 3. *§.* 8. *nu.* 7. *fol. paru.* 60.

¶ Contrariã verò opinionem, videlicèt, quòd pater iudicis officio teneatur dotare filiã: ſequuti ſunt gl. *in l. ſi ſocer. ff. ſol. matr.* & Pau. Caſtren. & Alex. *ibi*, Albericus *in l. fi. C. de dotis promiſ.* & Illuſtris D. Afflict. *in conſtit. in aliquibus n.* 73. *lib. iij. rub.* 23. & iſta eſt cõmunis ſentẽtia: ſecũdũ Benedict. *in c. Raynutius in verſ. dotem quã ei dederat. nu.* 24. *teſta.* & Coraſi. *in repet. l. qui liberos. nu.* 95. *ff. de ritu. nupt.* & in effectu iſta eſt veritas.

Quæ quidem ampliatur etiam, vt filia ipſa quantumcunque nupta ſit ſine dote, poſſit tamen implorare officiũ iudicis, vt à patre congruè dotetur: ſecundùm gl. *in l. obligamur. §. lege. ff. de act. & obl. & in c. in raptoribus.* 36 *q.* 1. Bal. Imo. Raph. Rom. & alios omnes *in d. l. j ff. ſol. mat.* & Soc. *conſ.* 57. *in cauſa reſtitutionis. col.* 2. *vol.* 4. vbi docet iſtã eſſe cõmunem opinionẽ. & ſequitur etiã Alex. *conſ.* 56. *nu.* 5. *vol.* 4. Soc. *conſ.* 80. *præſens. col. fi. vol.* 4. & Io. Lupi *in c. per veſtras.* 3. *not. §.* 11. *de donat. inter vir. & vxor.* quoniã pater non liberatur ex eo, quod maritata eſt filia, non promiſſa dote, ab illa obligatione dandi dotẽ. de qua per *l. qui liberos. ff. de ritu nupt. & d. l. obligamur.* vt per Alex. *conſ.* 169. *viſis inſtrumentis. nu.* 3. *vol.* 7. Iaſ. *in §. fuerat. nu.* 97. *Inſtit. de actio. & in addit. ad deciſ. Tholoſan.* 289.

Et quamuis prælibata communis opinio habeat locum, atque procedat, quando mulier maritata ſit viuente eius patre, nulla habita mentione dotis: nihilominus hoc ampliat etiã Socin. *in d. conſil.* 80. & Ioan. Lupi *vbi ſuprà*, procedere quoque in marito vxorem ducente abſque dote mortuo patre ipſius vxoris: ſed talis opinio mihi non placet, præſertim in muliere, quæ patrem nõ habeat, à quo ſibi dos debeatur. Nam eo quòd ſit decens & honeſtũ matrimonium habere dotem, non competit actio, vel ius dotem petendi. nec tacitè videtur ſenſum de dote inter partes. quia imò videtur placuiſſe contrarium, ex quo matrimonium contraxerant ſine dote, de quo certe coniunxiſſent, ſi cum dote matrimonium eſſe voluiſſent & poſſibile eſt, quòd maritus libenter eam duxerit abſque vllius dotis ſpe. Et conſtitutio dotis eſt conditio extrinſeca matrimonij: ſed conditiones extrinſecæ non intelliguntur, niſi exprimuntur. *l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus ff. de verbo. oblig.* ideo teneo contra Socin. *in d. conſi.* 80. quod maritus non poſſit vxorem compellere ad conſtituendam dotem.

Ampliatur etiam ſecundò prælibata communis in principio poſita, quòd ſi filia quæ poterat petere ſe dotari, & hoc nõ fecit, nihilominus hæres ipſius filiæ poterit hoc petere: ſecundùm Alex. *cõſ.* 169. *n.* 4. *vol.* 7. & alleg. Bald. *in d. auth. res quæ.* qui pro hoc allegat Glo. & licet Ruin. videatur determinare contrariũ, tamen in deciſiuis noli aliter recedere ab ipſa opinione Alex. tanquam tutiſſima, & in iure veriſſima. Viuius *opin.* 188.

15 Actio dotis competens mulieri, conſtante matrimonio marito vergente ad inopiam, cùm tutamento pro ipſam mulierem alteri cedi non poteſt. ſecundũ *Bal.* & Saly. *in l. j. C. de priu. dotis.* & Iaſ. cum aliis relatis per eum, *in l. ſi conſtante ff. ſol. matr.* Cur. ſen. *conſil* 57. *per totũ*, vbi refert alios doctores contrariæ opinionis, tollitq; omnia obſtacula. & ſequitur etiam Soc. iun. conſulendo *conſil.* 55. *num.* 11. *vol.* 2. vbi iſtam opinionẽ æquiorem communioremque vocat. F. Viuius *opin.* 10.

16 Dos cõfeſſata non habet priuilegia dotis. glo. *in l. aſsiduis. C. qui pot. in pig.* Tiraq. *de vtroque retract. tit.* 2. *§.* 4. *glo.* 6. *num.* 1. & an locum habeat, quando non poteſt opponi exceptio non numeratæ dotis propter lapſum temporis? & dic quod affirmatiuam tenet Rom. *conſil.* 445. *num.* 10. Felin. *in cap. ſi cautio. poſt num.* 84. *verſ. fallit vltimò. de fide inſtru.* Negatiuam verò ſuſtinet Bald. *conſil.* 456. 1. *dub. lib.* j. Matheſ. *ſing.* 193. poſt Bart. *d. l. aſsiduis.* Alex. *conſil.* 90. *num.* 5. *lib.* 3. *conſil.* 97. *num.* 2. *lib.* vj. Gozad. *conſil.* 42. *poſt num.* 13 *Boer. q.* 330. *col.* 2. Quæ poſterior opin. videtur communis per Rubæum Alexan. *conſi.* 78. *num* 9. Aym. *conſi.* 40. *nu.* 6. quibus adde, quod ſtãte renũtiatione primam opin. ſequitur *Iaſ. conſ.* 32. *lib.* 3. vbi dicit magis communem. quid quando dubitatur an maritus confeſſus fuerit ſpe futuræ numerationis, an verò animo donandi? & dic, quòd ſi coniuges ſunt pares; quòd tũc confeſſio facta præſumitur animo donandi. ea not. per doct. *in l. ſi voluntate. C. de dotis promiſ. per text. in l. qui teſtamentum. ff. de prob. n. l. cùm quis decedens. de legat.* 3. Alex. *conſ.* 26. *nu.* 3. *lib.* ij. 145. *n.* 9. *lib.* vj. Soc. *conſ.* 82. *lib.* iij. & magis cõmunẽ dicit Alex. *conſ.* 45. *n.* 6. *lib.* j. Soc. *conſ.* 61. *nu* 3. *conſ.* 66. *n.* 16. *lib.* 1. Rub. Alex. *cõſ.* 78 *n.* 2. Grat. *reſpõ.* 36. *li.* 1. Quicquid dixerit Alex. *cõſ.* 142 *nu.* 5. *lib.* v. Rom. *d. conſ* 445. *nu.* 7. Alex. *in l. diuortio. ff. ſol. mat.* Non tamẽ recedendũ eſt a communi, quæ multo magis procederet, ſi in inſtrumẽto dotis cõfeſſatæ renunciatũ ſit exceptioni nõ nu. dotis. Quo caſu nec diſſentit Alex. *d. l. diuortio. & conſ.* 142. *col.* 2. quē ſequitur Rub. *conſ.* 119. licet Aym. dubitet *conſ.* 40. de quo vide quæ ſcribit Bal. *nouel. de dote, par.* 10. *nu.* 7. *& ſeq.* Iaſ. & alij *d. l. diuortio.* Camp. *q. de dote, par.* 1. *q.* 52. Nat. *conſ.* 438. *col.* 2 *circa fi.* vbi quod dos cõfeſſata habet priuilegia dotis datæ, quãdo maritus renũciauit excep. nõ num. dotis, vel ſunt lapſa tẽpora eã opponẽdi. pro qua vide Alex. *conſ.* 90. *lib.* iij. vbi in apoſtil. pulchrè Boer. *q.* 330. 2 *par.* Alex. *conſ.* 148. *lib.* v. vbi apoſtil. ponunt limit. ad Reg. *in materia excep. nõ num. dotis.* de qua exceptione vide quæ no. Rom. *conſ.* 44. Accedit in materia quod cõfeſſio mariti de dote recepta cõſtãte matrimonio nõ valet, nec præiudicat creditoribus, ſecũdũ Alex. *conſ.* 142. *lib.* v. vbi apoſtil. dicunt talẽ cõfeſſionẽ æquipollere veræ ſolutioni, ex Ay. *conſ.* 40. qui tenet cõtra Alex. *d. conſ.* quinimò cõfeſſionem mariti de dote recepta præiudicare etiã creditoribus; quãdo mulier agit hypothecaria cõtra tertios poſſeſſores lapſo tempore opponendi excep. nõ num. dotis. & hãc dicit eſſe cõmunẽ, quã ſequitur Nat. *d. conſ.* 438. *col.* 2. *in fi. & col. pen. nu.* 10. vbi quod cõfeſſio mariti dicentis ſe pauperẽ & inopẽ; ad effectũ vt vxor cõſtan. matrimonio ſuas dotes repetere poſſit, nõ præiudicat creditoribus. idẽ Ay. *conſ.* 44. vbi etiã docet praxim allegan. fraudẽ pro creditoribus. In materia autem prædictæ confeſſionis, vide quæ ſcribunt Alex. *conſ.* 148. *lib.* v. *conſ.* 45. *nu.* 6 *lib.* j. *Imbert. in enchirid. iur. gal. verſ. confeſſio.* Rol. *conſ.* 31. *nu.* 40. *conſ.* 85 *n.* 42. *conſ.* 92. *nu.* 20. *lib.* 3. Ruin. *conſ.* 32. *col.* 3. *lib.* 4. *conſ.* 132. *col.* 4 *eod.* Nat. *conſ.* 28. 316. Fel. *in cap. ſi cautio. col.* 18. *de fid. inſtr.* Viui. commun. opin. 146. Aym. *d. conſ.* 40. *col.* 2. *&* 3. vbi plura *de §. aliud quoque in auth. de æqual. dot. conſ.* 198. *col.* 2. *in fin.* Afflict. *deciſion.* 402.

col. 4. Alex. *conſ. 123. lib. vj.* Rom. *conſ. 44. 445. nu. 5. & ſeq.* vbi diſtinguit tres caſus, quod aliquando ſit confeſſio ante matrimonium, aliquando conſtante matrimonio, aliquando *in vlt. vol.* declara, vt latius per eum ibi, & per Villalo. *inter com. opin. lib. ver. dos confeſſata.* Bellac.

17 Dos prohibita alienatione per teſtatorē poteſt conſtitui ex illis bonis, quorū alienatio eſt prohibita. quia *auth. res quæ. C. communia de legatis.* loquēs in prohibitione tacita, etiam locū habet in expreſſa, quādo expreſsè eſſet prohibitū alienare bona. ita Bart. poſt Iac. de Aren. voluit *in l. filius familias. §. diui. n. 10.* vbi ipſe allegat *l. mulier. §. cū proponeretur ff. ad Treb. & d. auth. res quæ. C. communia de legat.* Bald. *in l. voluntas. nu. 5.* & Salyc. *n. 6. C. de fideic.* & idē Salyc. *in l. fi. ver. quæro an prohibitus alienare poſſit in dotē dare.* Dic quod ſic, ſi non haberet aliundè. *n. 4. C. de reb. alie. non alie.* Paul. de Caſtr. *in conſ. 13.* ſec. veterem impreſſionē. Alex. de Imol. *in conſ. 56. nu. 3. in j. lib.* Ludouic. de Gozadin. *in conſ. 97. n. 9.* Et hanc Doct. cōem ſententiā eſſe dicunt Phil. Dec. *in conſ. 519. n. 3. v. ſed breuiter.* In cōtrariū eſt cōmunis opin. Ferdinand. Loazes, *in d. l. filiusfamilias. §. diui. n. 135.* & Ioan. Crottus. *ibid. n. 47.* vbi ipſe *n. 44.* illā quæſtionem incipit diſputare. Licet autē multi Doct. contrariā ſententiā amplexi fuerint. *Bal. in c. 1. §. donare. nu. 2. tit. qualiter feudū alienari poſſit. in vſib. feudor.* Iaſ. *in d. auth. res quæ n. 25. v. ſed cōtra cōmunē ſententiā ego adduco forte fundamētū,* &c. tamē prior ſententia, quod prohibitio alienationis licet validè facta non impediat rē prohibitam dari in cauſā dotis, vel donationem propter nuptias, cōmuniori calculo probatur, vt in vtrāq; partē eruditè diſputat Mariā. Socyn. iun. *in d. §. diui v. capio ſecūdā quæſt. n. 174. cū ſeq.* q̄ tamē cōcluſionē in eo caſu nō procedere Doc. aſſerūt, quādo filia aliundè haberet, vnde ſe poſſet congruè dotare de bonis ſuis, tūc nō habebit locū diſpoſitio *d. auth. res quæ. vt eſt tex. in § ſi vero in auth. de reſtit. colla.* 8. Salic. *in d. l. fi. d. nu. 4. C. de reb. alien. non alien. & in d. l. voluntas. num. 5. C. de fideicom.* & Rol. à Valle, *in conſ. 85 nu 9. cū ſeq.* vbi ipſe *nu. 23.* conſulēdo ſcribit, cōem opin. doc. eſſe, quod diſpoſitio *d. auth. res quæ.* non habet locū, quando teſtator expreſsè prohibuiſſet alienationem bonorū ſuorū, etiam ex cauſa dotis. *in 1. Tom. conſ.* Licet Iaſo. voluerit patrē nō poſſe expreſsè prohibere, ne *ſæpedicta auth. res quæ.* locū habeat. Quia cum ſit debitor dotis vel donationis propter nuptias, non debet eſſe in poteſtate teſtatoris tollere obligationē. *l. ſicut. C. de actio. & oblig.* item quæ ſunt adducta fauore publico, non poſſunt tolli vel mutari ex diſpoſitione teſtatoris. *l. quod de bonis. §. fin. ff. ad l. Falc. in d. auth. res quæ nu. 32. v. 13.* limita iſtam auth. non habere locum quando pater in teſtamento prohibuiſſet in indiuiduo alienationem. Kirchouius.

18 Dotis cauſa à generali diſpoſitione nō cōprehenditur, vt cōmune dicit Neguzant *de pignor. 1. part. 8. part. princ. num. 3. ad finem.* Minorum bona etiam nullo decreto iudicis inſerto obligat, quemadmodum receptum pronūciāt Cur. iun. *cōſ. 198. n. 2.* Fanus *de pign. 2. part. membr. 4. n. 79.* cū aliis quæ Viui⁹ *lib. j. opin.* 209. Et fiſco antefertur. cōmune ait Alciat. *de præſumpt. reg. 3. præſumpt. 41. n. 4.* Gozad. *conſ. 97. nn. 2.* Tametſi creditoribus expreſsā hypothecā antiquiorē habētib. poſtponatur. cōmune fatetur Rip. *in l. quæſitū. nu. 7. ff. de priuil. credit.* Io. Cora. *in l. qui liberos. nu. 128. ff. de ritu nupt.* quib. et à tūc poſtponetur, cū expreſsā quoq; hypothecā ipſa habuerit, ſed poſteriorē, vt cōmune ponit Rip. *n. 2. Io. Crot. n. 69. in l. 1. ſol. matr.* Et ſi contrariū vtraque in ſpecie multi probabiliter aſſeruerint, quos referunt ſuperius relati, & magna cōtentione non de nihilo probāt Ant. Coſta. *de dotib. c. 7. à nu. 6.* Balduin. Iac. Cuiac. *Inſt. de actio. ver. in hypotheca.* fauētque illis & Græcorū auctoritas, teſte Harmenop. *lib. j. tit. 13. cum ſeq. & lib. 3. tit. 3.* & praxis generalis optima rerū magiſtra, quā atteſtatur Fab. *in § fuerat. nu. 6. Inſtit. de actio.* Hāc autē tacitā hypothecā dotis cauſa ab eo tēpore ſortitur, à quo dicta, ac promiſſa eſt, nō à quo etiā ſoluta eſt. vt cōmune dicūt Boer. *dec. 331. n. 1.* Neguzan. *de pign. 2. par. princ. 4. membr. n. 14.* Viuius *lib. j. opin.* 210. illud tamē perpetuo memineris, quod ſi fuerit dos extraneo reſtituēda, nec tacitam hypothecā, nec prælationē, nec aliquā aliā prærogatiuam hebet. commune ponit Paul. Caſtr. *in l. a. num. 9. ff. ſol. matr.* Quin & tunc eius actio ſtricti iuris eſt. commune ait Rip. *in l. j. nu. 23. & in l. 2. in princ. num. 33. ff. eſſ. ea. tit.* & annuam dilationem patietur, quemadmodum cùm mulieri ipſi reſtituenda eſt, tametſi extraneus ſtipulatione conſtituenda. commune ſcribit Paul. *in d. l. y. nu. 10. & num. 11. ſoluto matrimonio.*

& ſemper mariti hæres fructus intra id tēporis perceptos lucriſaciet. commune affirmat Viuius *lib. 1. opin.* 149. E. Suarez.

Dotis fauore bona emphyt. & eccleſiaſtica veniunt in generali obligatione. ſecundum communem per Butſat. *conſil. 32. num. 10. num. 27. conſil. 120. num. 22. lib. j.* Bonac.

De hac materia vide ſuperius lib. 5. tit. de iure dotium, &c.

De reuocandis his quæ in fraudem creditorum alienata ſunt.

TITVLVS XXXIII.

Debitor in præiudicium & detrimentum creditorū nihil de debito poterit diſponere. *Bald.* & Rimi nald. *l. debitorum. C. de pactis.* Veainus.

2 Alienatio præſumitur facta in fraudem fiſci, ſi quis ante maleficium vendit omnia bona ſua, etiā ſi ex interuallo fiat delictum. Ita tamen, quod adſit tempore delicti alienationis cauſa, ex quo poſtea delictū ſecutū fuit, vt eſt communis opinio *Boſſi. tit. de bonorū publica nu. 45.* idem ſi fiat donatio bonorum clam. vt eſt com. opin. *ibi num. 51.* Bonacoſſ.

3 Creditoris in præiudicium alienatio bonorū non poteſt per teſtatorem prohiberi. *l. creditoris arbitrio ff. de diſtract. pignor.* & ideo non poterit impedire teſtator, quin creditores exactionem faciant in bonis ipſius teſtatoris. Bal. *in l. rem quā. in fi. C. ſi aduer. vend.* Bellac.

4 Reuocatoria nō poteſt agi cōtra tertiū poſſeſſorē habētē rem alienatam in fraudē, niſi principalis antea excutiatur. Iaſ. *in §. item ſi quis. de actio. num. 67.* communē dicit. Villalob.

Limita, ſi notoriè cōſtat, nulla bona habere alienantē. idem *ibi nu.* 98. communem dicit, & ponit alias ſepte limitationes. Idem.

5 Debitor Titij cōſtituēs ſe precario nomine ipſius omnia ſua bona poſſidere, ſi poſtea aliquid ex ipſis bonis alienaret, poſſet quippè petere creditor prædictus, aduenīēte caſu obligationis, huiuſmodi bona alienata ab illo qui illa emit: nec requireretur quod fiat excuſſio contra principalē, & ſic alienata per debitorem, qui conſtituerat ſe omnia bona ſua poſſidere nomine precario creditoris: certū eſt poſſe per creditorem reuocari, eueniēte caſu obligationis, nulla facta excuſſione in bonis ipſius debitoris, ſecundum Bald. & Angel. *in l. fin. C. de acq. poſſ.* Ang. Imol. Roma. & *Alex. in l. exitus controuerſia, ff. de acq. poſſ.* Francum, *in diſputat. paſtory, dubio 1. nu.* 40. Corn. *conſ. 85 nu. 3. vol. 4.* Afflict. *dec. 139. nu. 6.* Dec. *in l. fi. §. fi. n. 28. ff. ſi cert. petat.* Ruinū *conſ. 130. n. 8. vol. 1. & conſ. 172. n. 3. & ſeq. vol. 4.* Gozad. *conſ. 42. n. 12.* Marſil. *ſingul.* 158. Cagn. *in proœmio digeſtorū, n. 211.* Tiraq. *in tract. de iure conſtitu. part. 1. n. 58.* Rip. *in rub. ff. de interd. n. 14.* Gratū *conſ. 42. n. 15. vol. 2.* Bel. *cōſ. 34. n. 7. conſ. 44. in fi.* Pariſ. *conſ. 103. n. 8. vol. 3.* Capiciū *dec 54. n. 1.* Gram. *dec. 103. n. 106.* Marantam, *in tract. iudiciorū, in 1. part. diſt. 7. n. 51.* Boer. *decſ. 112. n. 12. & decſ. 200. n. 8.* & Rol. à Valle *conſ. 79. n. 33. vol. 1.* In contrariam vero partem, videlicet, quod neceſſaria ſit ipſius debitoris excuſſio, inclinauerūt Aret. ritubantet *conſ. 127. n. 3.* & Barb. *conſ. 28. vol. 1.* Sed quicquid Doct. hi ſuadeant, variis & diuerſis ambagibus, ob hoc igitur non recedendū reor in iudicando conſulendóque à prima ſentētia quæ cōmunis eſt, atque veriſſima redditur per fundamenta, rationéſque non parui quidem momenti allegatas per præcitatos Doct. omnes. F. Viuius. *opin.* 188.

6 Creditor ex merciū venditione, cæteris creditoribus in illiſmet mercibus iam traditis nō præfertur. commune teſtantur vterque Imol. *in l. ſi cum dotem. §. vlt. ff. ſolut. matr.* Fan. *de pign. part. 5. membr. 2. nu. 8.* Atoplia ad mutui creditorem, iuxta eundem Fan. *eo. lib. 2. part. memb. 1. num. 13. l. quidam fundū. ff. de in rem verſ.* Iaſo. *in l. creditor. ff ſi cert. pet.* Excipe ſi pecunia ad rei illius emptionē mutuo data eſt. commune teſtatur, & idem Fan. & *eo. memb. num. 8.* Iaſ. *d. l. creditor.* & tunc præferetur aliis creditoribus habentib. expreſſam hypothecam. Iaſo. *in l. quis Romæ. §. 1. nu. 2. ff. de verb. oblig.* Excipe rurſus in re ex ſacri, vel pij alicuius loci pecuniis empta. commune ſcribit Rip. *in l. S. C. num. 6. ff. in quibus cauſ. pign. vel hypot.* E. Suarez.

Creditor poſterior præfertur dotis confeſſioni, quam fraude factam, aliqua conſtet coniectura, vt eſt receptum placitū *in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nupt. de q;* *Alexand. ad Bart. in l. j. num. 11. C. de iur. fiſ. lib. x.* Roger. *de dote. §. 5. num 3⁰.* Iaſo. *in §. item ſi quis in fraudem, numero 20. Inſtit. de actio.*

conſtitue

conſtare poteſt. E.Suarez.

7 Creditor quilibet nō per viā agendi,ſed excipiendi cōpſ-rēt pro iure ſuæ prioris hypothecæ ad impediendū aliū creditorem:poteſt hoc facere etiā ſi prius nō obtinuiſſet ſententiā contra ſuū principalem debitorē,& exiſtentem ſoluendo:& ſic nōdum facta aliqua diſcuſſione in bonis dictis debitoris, dūmodo doceat de ſuo credito,& potiori hypotheca. *l.à diuo Pio.§.ſed illud.ff.de re iudic.*quē §.declarat Na.*conſ.309.col.2.&* 3 & cōcluſionem prædictā cōfirmat.& ſic in executione comparens creditor,poteſt docendo de proprietate ſuę hypothecæ conſequi ſibi aſſignari bona retinenda loco pignoris.

11 Nouum opus ſi denuntietur, ſuperſedetur per tres menſes etiam ſi offeratur ſatiſdatio: cùm denuntians dicit, hodie conſtat, hodie agatur, Iaſ. in l. hoc edicto. n. 19 ff. de noui ope. nun. com. dicit, licet ipſe teneat quòd indiſtinctè, ſiue dicat, ſiue non, debet per tres menſes ſuperſedere. Iidem.

13 Nũtiatio ſi fieret in loco, vbi nemo penitus reperiatur valet, & tenet abſque dubio aliquo, & dominus non teneretur ad aliquid, niſi poſt eius ſcientia, ſec. gl. cõmuniter ab omnibus approbata, in verſ. factũ. in l. de pupillo. §. nuntiationẽ. & ibi Iaſ. ff. de noui ope. nun. cũ qua cõcurrunt ibi Paul. Caſt. & Roma. in lect. & etiã in addi. ſuis nouis. Pau. Caſt. in l. j. §. nuntiatio eod. tit. & quãuis Alex. in d. §. nuntiatione. dubitet de veritate memoratæ gloſſæ, aſſerens paſſum eſſe dubiũ, nihilominus com. opin eſt cum ipſa gloſſa, à qua in actu practico, ſecundũ eum tutum non foret recedere, & ſic effectualiter cũ ea reſidet. F. Viuius opin. 553.

14 Nũtiatio fieri permittitur aduerſus abſentes, etiã inuitos, & ignorãtes, tex. eſt in l. j. §. nũtiatio. in ſi. ff. de nou. ope. nun. & ipſa nũtiatio facta cõtra abſentes, ſeu ignorantes valet, & ligat eos, quoad effectũ patiẽtiæ præſtãdæ per eos in demolitione faciẽdæ: nihilominus ratione ignorãtiæ & abſentiæ eis in hoc ſubuenitur, vt demoliri facere expẽſis ſuis propriis nõ teneãtur, ſed expẽſis ipſius nuntiãtis, ſi vellet opus demoliri, vt ſentiũt gl. Bar. Ang. Paul. Caſt. Raph. Imo. Rom. Ale. & reliqui omnes. & vt ita dixerim totus mũdus, in d. §. nũtiatio. F. Viui⁹ opin. 552.

15 Nuntiatus ceſſans. Licet nũtiatus ſatiſdederit de opere demoliendo, ſi nuntiãs non acceptauit, ſed dixit, paratus ſum de iuribus meis deducere, & probare per modo cõſtat, modo agatur, nõ poteſt ipſe nũtiatus proſequi in opere, ſed debet ceſſare per tres meſes: aliàs iniuſtè ædificat, & interim ædificatũ eſt demoliendũ: caſus eſt in ca. ſignificantib. iuncta gl in verbo, incontinenti. & in verbo, interloquendo & in cap. ſi. ext. de ope no. nun. vbi circa hæc glo. loquitur magiſtraliter, & in l. j. C. eod. tit. aliàs eſt l. ſi. C. de ædific. priua. vbi etiam gl. in verbo. impedimentum. quod eſt ad limitationem & intellectum iuriũ dicentium nuntiatum poſt accuſationem poſſe licitè ædificare. Balb. deciſ. 496.

16 Nuntiatio noui operis facta per eum qui ius non habet ligat. Iaſ, notabiliter in l. j. in 1. col. ff. de ope. no. nun. Adeò quod ædificatũ debet demoliri. d. l. j. in prin. & in §. ſed & ſi is & in l. prætor ait. in prin. eod. tit. & in cap. 2 extra eo. Iaſ. in d. l. j. in prin.

Limita niſi eſſet certum nuntiantem nullum ius habere. Iaſ. ibi in 2. col. & latius in 5. col. vbi allegatur Bar. in conſ. 64. Alex. in 3. vol. conſ. 107. in ſi. Balb. in 4. vol. conſ. 52. in 3. col.

Limita etiam niſi periculum eſſet in mora. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. eod. tit. vbi gl. quæ declarat quando dicatur periculum in mora.

Limita quoque niſi nuntians ſit ſuper iure prin. litem conteſtatus. ita Iaſ. vbi ſuprà, in 2. col. al. Bal. in 1. par. conſi. 113. Et adducit ſimile de ſpoliato qui non eſt reſtituendus, ſi litem ſuper prin. conteſtatur cap. 1. de reſt. ſpol.

Limita pariter niſi ædificans fuiſſet admiſſus ad proban. de iure ſuo de quo conſtaret. quod Iaſon 4. mediis confirmat. faciunt quæ latè accumulaui in tract. ſta. ſtatuta. Sub. tub. actor. forenſis.

Limita inſuper niſi nũtiãs ſit excõmunicat⁹. Iaſ. in d. l. j. in 3. col.

Limita prætereà, niſi nuntiatio fieret ſeorſum ab opere, putà ad domum nuntiati. d. l. de pupillo. §. nuntiationem. Iaſ. vbi ſupra, in 3. col. ibi Addito limitatur etiam, &c.

Limita demum, niſi nuntianti grande ſit damnum & modicum eius qui nuntiat. Iaſ in d. l. de pupillo. §. ſi quis riuos. in fin & in l. quæ ratione in 6. col ff. de flu. Cochet.

17 In nuntiatione debet nuntians dicere cauſam: quia ædificet in ſolo ſuo vel à ſe poſſeſſo, vel contra ſeruitutem domui debitam. in cuius quaſi poſ. eſt, aliàs poſſet ſperni. Bar. in d. l. j. in 7. quæſt. & in d. conſ. 64. de quo tamen latius per Iaſ. ibi in 7. & 8. col & per Alex. ibi. Idem.

18 Præſtita ſatiſdatione ſit remiſſio nuntiationis: & ædificans poteſt in ædificando procedere. l. prætor. §. deinde. & §. ſeq. & l. de pupillo. §. ſi cui ff. ea.

Limita niſi nuntians cui offertur ſatiſd. dicat, hodie conſtat, hodie agatur: quia tunc differtur ædificium per tres menſes, ſec. Iaſ. in d. l. j in 11. col. al. gl. in l. j. C. de oper. no. nun. & alia multa. Imò tenet quòd licet illa verba non dicantur, debeat tamen differri per tres menſes, etiam quamuis data fuerit ſatiſdatio de opere demoliendo. Idem.

19 Nuntiatio fieri debet in opere, & ſic in reipſa. d. §. nuntiationem. vbi doct. maximè Iaſ. in 1. col.

An ædificatum tam iuſtè quàm iniuſtè, ſpreta nuntiatione debeat demoliri. Iaſ. in l. ſtip. ff ea.

Hæres nũtiantis non tenetur ad impẽſam demolitionis. Iaſ. in l. pen ff. ea.

Limitat Iaſ. in ſucceſſore prælati.

20 Nuntiatio eſt in rem, ideo afſic. ſucceſſorem etiam ſingularem. l. fi. vbi Iaſ. ff. eo. Idem.

21 De viribus præcepti in hac materia nũciationis noui operis, vide Bar. cõſ. 80. aliquas differẽtias inter interdictũ no. ope. nun. & quod vi aut clam, vide per Alex. in l. j. §. hoc autem edictum ff. eo. in 1. col. Idem.

22 Procurator nuntians nouum opus, debet facere mentionem ſui officij, id eſt, dicere, vti procurator. Bar. Alex. & doct. in d. §. nunciatio. in 3 col. Idem.

23 Nuciatio no. oper. poteſt fieri die feriata in honorẽ Dei. l. j. §. nun. & ibi doct. max. Alex. de oper. no. nun. idẽ Alex. in l. de pupillo. §. nuntiationẽ. col. 2. eo. tit. Quãdo dominus ignorauit nũciatione, & operarij proſequuti ſunt in opere, debet demolitio fieri ſumptibus operariorũ. Alex. in d. §. nunciationẽ in 3. col. De proteſtatione. vide Alex. in d. l. de pup. §. ſi quis ipſi pretori.

Et in h. com. ponit, an ſufficiat probare fuiſſe factam proteſtationem coram vno. Idem.

24 Per nunciationem factam ſolo verbo perditur poſſ. d. l. de pupillo. §. meminiſſe. & ibi Alex. in prin. com. Idem.

25 Nuntiatio debet fieri impersonaliter, ad hoc vt liget quoſcũque. Alex. in d. §. meminiſſe in 1. col. Ang. in §. præterea. in 6. col. de actio. Idem.

26 Morte nunciantis extinguitur nunciatio. l. non ſolum, §. morte. ff. de no. oper. nunc.

Fallit in 3. caſib. quos not. Ant. Rub. in d. §. morte. nu. 22. Don. à Fina.

27 Núcianti hæres non tenetur ad impenſas reſtaurationis operis, quia in tali reſtitutione verſatur pœna, & in pœna hęres non ſuccedit, l. pen. ff. eo. l. j. ff. de priuat. delict.

Fallit in 3. caſib. quos not. Ant. Rub. in d. §. morte. Don. à Fin.

28 Proteſtationi inhibitorię ne fiat illud ad quod tenetur, nõ eſt parendum, niſi veritas cauſæ oſtendatur per inſtrumẽtum: quod nõ requiritur, ſi proteſtatio fit authoritate iudicis, quia ei eſt parendum. Ripa ibi nu. 153. com. dicit. Idem.

Proteſtatio poteſt fieri vbicunque, etiam in eccleſia. Rip. n. 144. com. dicit. Villal.

29 Proteſtatio ſimpliciter facta intantum in actu operatur, quo tunc vel ſtatim explicatur: vt tradit Bart. in l. non ſolum §. morte in princ. ff. de noui op. nun. & in l. ſiẽ quia. §. final. de pact. in l. qui in aliena §. fi. de acq. here. & in l. Titia §. pen. de verb. obl. & in l. pacta nouiſſima. vbi etiam Salic. C. de pac. per textũ in l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locat. ſecundum vnum intellectum gloſ. tamen ibi ſic narrat ſic: propoſitum in mente retẽtum nihil operatur, & patientia pro conſenſu habetur, per text. in l. per retentionem. cum gloſ. verbo rata. C. de vſur. idem tenent Ant. & Im. in cap. cum M. de conſti. Et licet concluſ. hæc multipliciter limitetur ac in certis caſib. locum non habeat, inter quos eſt, vbicũque proteſtatio fit in actu qui à ſolius proteſtantis pendet voluntate, quoniam tunc trahitur ad actum etiam poſteà & ex interuallo ſequutum, vt Bart. & Angel. voluere in d. l. pacta nouiſſima C. de pact. communis doct. eſt op. vt proteſtatio ſimpliciter facta in actu, ſiue ab vnius ſiue plurium voluntate dependeat, nihil operetur niſi in actu, qui tunc, vel incontinẽti explicatur: vt rectè ſcribit Felin. d. cap. cum M. de conſtitu. quoniam, inquit ipſe, nulla ſaltem bona inter iſtos caſus reddi poteſt diuerſitatis ratio, niſi dicere velimus, quod quando ſumus in actu à plurium voluntate dependente, ad hoc vt operetur, proteſtatio fieri debet coram altero, vel vno ex illis à quorũ volũtate actus ille dependet, vt ibi per Fel. quia hac in materia proteſtationis multa ſcripſit tũc quãdo proteſtatio fit, vel fieri dubitatur propter metũ illius cum quo quis nollet cõtrahere, vel inuitus contrahit. putà cum Tyranno. F. Turzan.

30 Actus ipſi proteſtationi contrarius nõ tollit proteſtationem, imò proteſtatio facit vt ille actus nihil valeat. doct. ff. de noui oper. nuntiat. l. non ſolum. §. morte.

Fallit in 4. caſib. quos no. Ant. Rub. in d. §. morte, nu. 37. cõtrariam regulam, ſcilicet, quòd proteſtatio tollatur per actum ei contrarium, ponunt doc. in ca. cum M. Ferrar. de conſt. vbi Fel. eam ampliat in vno caſu, & limitat in 6. col. 24. & ſeq.

Fallit in 3. caſib. vt per Rip. in d. cap. cum M. de conſt. nu. 83. & vbi proteſtatio eſt contraria facto, ſi ſit contẽporanea cum ipſo facto, valet proteſtatio, & vitiatur actus.

Fallit in 6. caſib. quos not. Anton. Rub. in d. §. morte, num. 45. ver. alia colligitur concluſio

Fallit etiam proteſtationem declaratoria, quæ tollitur per actum contrarium.

Fallit in 2. caſib. vt per Hotam. Det. in d. §. n. 17. Don. à Fina.

31 Vbi actus geritur cum alio, iſto caſu videtur à proteſtatione receſſum. doc. in d. §. morte. 3

Fallit in 2. caſib. vt per Ant. Rub. in d. §. nu. 39. Idem.

32 Vbi actus poteſt multipliciter intelligi, declaratur per proteſtationem præcedentẽ. Ampliatur & limitatur ab Ant. Rub. in d. §. morte, n. 39. ver. tertia colligitur concl. Idem.

33 In illis caſib. in quibus proteſtatio fieri debet parti, requiritur eius conſenſus. Bart. in d. §. morte.

Ampliatur & limitatur per Ant. Rub. in d. §. nu. 43.

Fallit in 11. caſib. vt per Præpoſ. in cap. ſolicitudinem, col. 19. de appellat.

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. reg. 79. in addit.

Fallit in multis caſib. vt per Ripam in d. cap. cum M. nu. 12.

Fallit in 5. caſib. vt per Fel in d. cap. nu. 52. Idem.

34 In proteſtatione non ſufficit tacitus conſenſus. doct. in d. §. morte.

Fallit in multis caſib. vt per Ant. Rub in d. §. vbi vide caſus in quibus expreſſus, vel tacitus conſenſus requiritur, nu. 23.

Fallit in 5. caſi. vt per Felyn. in d. cap. cũ M. de cõſtu. col. 15. Idẽ.

35 Proteſtatio regulariter non debet fieri in ſcriptis, d. §. morte. fallit in 5. caſib. vt per Ant. Rub. in d. § nu. 50. ver. alia eſt cõcl. fallit in 5. caſib. vt per Iaſ ibi nu 21.

Fallit in 5. caſib. vt per Fel. in ca. cum M. Ferrar. de conſtu. ver. circa tertiam. videas Ant de Tremul. in addit. ad pract. Vber. de Bonſc. in tit. de recuſatio. Idem.

36 Emphyteuta ſi alienat, & proteſtatur ſe alienare rem emphyteuticam, ſaluo, & reſeruato conſenſu domini, talis proteſtatio non releuat. fallit in 3. caſib. vt per Ant. Rub. in d. §. n. 55. fallit in 2. caſ. vt per Rip. in ca. cum M. n. 80. de conſt. Do. à Fina.

37 Proteſtatio debet fieri illi cuius intereſt, l. ſi mandaſſem. ff. mand. cap. ex parte decan. de reſ.

Fallit in 9. caſib. vt per Soc. reg. 80. fallit in 3. caſ. vt per Fel. in d. cap. cum M. de conſtit. nu. 49. Don. à Fina.

38 Operarij excuſantur fabricando vel operãdo aliquid in re alterius ex mandato conducentis. gl. l. in rem. §. tignum. in fi. ff. de rei vendicat. quam in hoc communiter approbari dicit Socin. conſ. 4. n. 23. lib. 4 & Iaſ. in l. de pupillo. §. nunciationẽ. n. 7. ff. de nou. oper. nunciat. hanc etiam communẽ dicit Boſſ. in tit. de mandat. ad homicid. num. 12. ſi tamen illis eſſet facta denũciatio ſiue proteſtatio, vt ab opere deſiſterent, eo caſu non excuſarentur. communem dicit Deci. in l. velle non creditur. numer. 3. ff. de regul. iur. ſimiliter non eſſent excuſandi ſi de nocte acceſſiſſent ad laborandum, vel actum clandeſtinè feciſſent. commun. atteſtatur Plott. in repe. l. ſi quando. num. 790. Clarus d. §. fin. quæſt. 60. ver. ſolet dubitari. circa prin. P. Fichard.

39 Operarij, ſeu laboratores, vt ſaatur interpretes, quibus ritè denuntiatur, ne agrum colant, ſi aliter fecerunt, & ad omne damnum, & ad pœnam tenebuntur. communem pronunciat Dec. in l. velle. nu. 3. ff. de reg. iur. F. Suarez.

40 Procurator proteſtari poteſt nomine domini, nec requiritur ſpeciale mandatum. Bar. in l. j. ff. de lib. agno.

Fallit vt per Fel. in cap. cum M. de conſti. col. 21. vbi Rip. limitat in 2. caſib. nu. 136. Don. à Fina.

41 Proteſtatio cõtra ſubſtantiã actus nõ valet. fallit in 3. caſi. vt per Felyn. in d. cap. cum M. de conſt. num. 79. Don. à Fina.

42 Proteſtans ſuæ proteſtationi renuntiare poteſt, cap. præſentium. de teſtib.

Fallit in 4. caſib. vt per Soc. reg. 327. Don. à Fina.

43 In actu pendente à volũtate duorum, requiritur quòd proteſtatio innoteſcat parti, & conſentiat expreſsè, vel tacitè. doc. in l. nõ ſolum, §. morte. ff. de no. ope. nun. fallit in 10. caſib. vt per Io. Bolog. in d. §. morte. nu. 78.

Fallit in 2. caſi. vt per Frã. Cur. in l. pacta nouiß. n. 29. C. de pact.

Fallit in 4. caſib. vt per Ant. Rub. in d. §. morte, nu. 40.

Fallit in multis caſib. vt per Rip. in cap. cum M. Ferrarienſis. de conſtit. nu. 106. Don. à Fina.

44 Proteſtatio ſi præcedat actum, qui dependet à ſola volũtate proteſtantis, non videtur deſerta. Secus tamen, ſi dependeat cum volũtate tertij. Ant. Gom. in l. xlv. tau. nu. 44. com. dicit ex Bar. in l. non ſolum. §. morte. ff. de no. ope. nun. Villal.

45 Vbi ſcientia procuratoris nocet domino, proteſtatio inhibitoria poteſt fieri procuratori. doc. in l. non ſolum. §. morte. ff. de nou. oper. nuntiat.

Fallit in 2. caſib. vt per Ant. Rub. in d. §. nu. 72.

Fallit in 3. caſib. vt per Horm. Det ibi. nu. 24.

Fallit

Fallit in 3.caſib.vt per Fel.*in c.cum M.de conſt.num.*59. Don. à Fina.

46 Proteſtatio inhibitoria debet fieri ante actũ celebratũ. Fallit in 2.caſib.vt per Anto.Rub.*in d.§.morte,num.*72.*verſ. vltima ſit concluſio.* Idem.

47 Proteſtationi inhibitoriæ ne fiat id,quod à lege eſt permiſſum,parendum eſt.

Fallit in 4.caſib.vt per Ant.Rub.*in d.§. morte,num.*72. *verſ. circa ſecundum membrum.* Idem.

48 Simplex proteſtatio inhibitoria nõ cõſtituit aliquem in mala fide.fallit in multis caſib.quos no.Rub.*in d.§.morte,numero* 73. Idem.

49 Proteſtatio incitatoria extraiudicialis, non conſtituit proteſtatum in mora.

Ampliatur & limitatur,vt per Ant.Rub.*vbi ſupr,nu.*87. Idẽ.

50 Vbi talis proteſtatio incitatoria ſit in damnũ illius,qui nec præciſè,nec accuſatiuè tenetur, iſto caſu nullꝰ eſt momenti. Fallit in 4.caſib.vt per Ant. Rub.*in d.§.morte,num.*88. *verſ. quarta ſit concluſio.* Idem.

51 Vbi quis tractat de amittendo lucrũ,& ſumus in legatis, fideicommiſſis particularibus,in iſto caſu proteſtatio incitatoria conſtituit eum in mora,vt lucrum perdat.fallit in 2.caſib.vt per Ant.Rub.*in d.§.num.*90. Idem.

52 Proteſtatio certificatoria non interrumpit præſcriptionem.fallit in 7.caſib.vt per Ant.Rub.*in d.§.nu.*98. Idem.

53 Proteſtatio contraria actui qui geritur, nihil releuat.*ca. ſolicitudinem.in fi.de appell.*

Fallit in 3.caſ.vt per *Iaſ.in l.ſi extraneus,ff.de acq.hered.nu.*6. fallit in 3.caſib.vt per Fel.*in c.cum M.de conſti.col.*24. Idem.

54 Quero,nũquid in ſolo proprio liceat ędificare caſtrũ.vel fortaliſiũ?habetur per Inn.*in c.Piſanis.de reſti.ſpol.* & per Iaſ. & nouiſſimos *in l.ex hoc iure.in j.col.cum ſeq.ff.de iuſti.& iure.* & cõcludũt ꝙ ſic,niſi fiat ad æmulationẽ alteriꝰ,ad quod Iaſ. adduc.multa not. Addo Ludo.Ro.*in cõſ.*52.vbi dicit,ꝙ licet in ſuo ædificari permittatur,tamẽ fallit ſi fiat animo alteri nocendi.

Addo etiã Fel.*in c.cum aſſeſſiſſent.in vlt.col.de conſti. & in cap. conſuluit. de iud.* in quibus locis vult,quòd poſſit caſtrũ reædificari,niſi fiat in alterius iniuriã.Habetur etiã de materia per Iaſ.*in l.ij.C.ne fiſ.vel res publica.& in l.de pupillo.§.meminiſſe. in vlt.col.ff.de ope.no.nun. & in l.quominus.in* 5.*col.ff.de flu.* Bellac.

55 No.quod in re mea poſſum ædificare & operari,licet vſus alterius incommodetur.*Ita Iaſ.in d.l.quominus.in* 16.*col.*al. Bar.*ibi in ij.queſt.in fin.*vbi dicit,quòd ſi ædificium vicini,per meum non deſtruitur,nec in ſe incommodatur,quamuis vicinus minus percipiet ex agro ſuo, & ſic minus lucretur, de hoc non eſt curandum. Idem.

56 Ad idẽ al.Bal.*in l.vnica.in* 13.*opp.C.de ſent.quæ pro eo.* vbi dicit,quòd ſi molẽdinũ inferius eſt prius ædificatũ, nõ poteſt ædificari aliud ſuperius per quod auferatur inferiori cõmodũ naturale,id eſt,commodum aquæ , quæ eſt cõmunis,vel publica:ſed bene poteſt auferri commodum concurſus molentium. Al.etiam Bal.*in* 2.*vol.conſ.*129.*incip.quatuor ſunt.* vbi dicit,quòd ſi tu habes domũ, vel hoſpitium., ex quo multa lucraris,& ego facio aliud hoſpitium iuxta te,tamen nihil immitto in tuo,licet poſtea pauciores homines veniant ad tuũ hoſpitiũ,per hoc tamen nõ habes ius prohibendi. & ſic dicit ipſe,vnus Cerdo non prohibet alium:nec vnus miles obſtat quin etiam alius ſtipendia quærat : quia dona ingenij & fortunę omnibus patent,& omnibus ſunt communia. fac.quod fortius vult idem Iaſ.*in d.l.quominus.in* 7.*col.ibi,quintò principaliter.*& Ang.*in l.quidam.§.fi.ff.ad Treb.*

Addo fortius,quòd in re propria poteſt ędificari,etiã ſi ſeruitus viæ debeatur alteri,dũmodo via nõ impediatur.ita Soc. *in j.parte.conſ.*105.*& ſequenti*,& latius *in conſ.*141.in quibus locis allegat *l.ſi eo loco.ff.ſi ſeruus.vend.*& alia multa. Idem.

57 In cõmuni autem,an liceat aliquid facere,per quod vſus alterius incommodetur:Vide Pau.de Caſt.*in* 2.*vol.conſ.*196.& *Iaſ.in d.l.ex hoc iure.in* 2.*col.* & *in l.j.in fin.C.qui te.fa.poſſunt.* & *in l.ius autem.in* 4.*col.ff.de iuſt.& iur.* in quibus locis dicit de duobus fratribus habentibus caſtrum commune, vt vnus expulſus non poſſit ad æmulationem alterius vendere partem ſuam.& idem dicit de fratribus habentibus turrim communem, quæ pro parte erat lignea , vt vnus non poſſet formam veterem immutare,alio inuito.

Addo Bal.*in j.part.conſ.*215.& *in* 3.*parte.conſ.*152.in,quibus locis vult, quòd in re cõmuni nõ poſſit inuito ſocio quid fieri cõtra veterẽ formã.& ꝙ melior ſit cõditio prohibẽtis in propria autẽ poſſit ędificari,dũmodo nõ ſit ad alteriꝰ ęmulationẽ.

Et quod ad ęmulat.nõ poſſit,tenet etiã Hyp.*ſing.*154. Idem.

58 Vnum etiam addo,quòd in dubio non præſumitur quis facere ad æmulationem alterius. ita notabiliter vult *Iaſ.in d. l.ex hoc iure.in* 9.*col.*allegat *Bal.in l.item lapilli.in* 2.*col.ff.de rerũ diuiſ.* & idem vult ipſe *Iaſ in d.l.quominus in princ.* 7.*col.* vbi etiã al.gl.Bar.& doct.*in l.fluminum.§.fi.ff.de dam.infec.*& Imo. *in l.ſi in meo.de aqua plu.ar.*fac.quod vult Cor. *in* 4. *vol. conſil.* 282.*ver.tamen his.*Ang.*Inſti.de l.fu.cap.tol.in fi.*

Vide tamen Alex.*in* 2.*vol.conſ.*174.*ibi,tertiò probatur.* Lud. Rom. *conſ.*52.*in fin.*

59 Quid ſi caſtrum,vel aliud ædificiũ ſit per ſententiam vel pactum dirutum,an poſſit reædificari?Bal.*in j.part.conſ.*65. determinat quòd non.addo Iaſ.*in l.Nam & poſtea.§.ſi petitor. in* 2.*col.ff.de iureiur.*vbi al.multa,quæ omitto.& Phi.*in c.cõmiſſa. §.porrò.de elect.in* 6.& *in c.j.§.& quia.de vſu.in* 6.vide Alex.*in l.j.§.ſi quis ædificium.de oper.no.nunc.*

Et in materia,an prohibitus facere,prohibeatur reficere.vide Iaſ.*in d.l.ius autẽ.in* 3.*col.* & *in d.l.quominus.in* 12.*col.*vbi dicit quòd non.al.multa iura. vide ibi per eum.Panot. *in ca per tuas de dona.*

An autem muri poſſint fieri circa oppidum ſine licentia principis.vide Bar.*in l.opus nouum.ff.de oper.publ.* Idem.

60 Cauſa in nunciatione appoſita,in interdicto demolitorio probari non debet.com.eſt opin.vt dicit Io. Bolog.*in l.*1. *ff.de non.oper.nunciatio.*vbi limitat in 3.caſib *num.*96.

Fallit in 6.caſib.quos no. Iaſ.*in l.j.nu.*3.*ff.de non.oper.*fallit in 3.caſib.quos no.Plot.*in rep.l.ſi quando,C.vnde vi.nu.*121. Ampliatur,& limitatur per Viu.*in ſuis cõcl.ver.nunc.* Don.à Fina.

61 Nuncians qui poſſidet,non habet neceſſe adire iudicem nec in nunciatione,nec in proſequutione:hic regulam ponit Ruyn.& eam limitat in 3.caſib. *in l.j §.nunciatio. ff. de non. op. nunc.num.*17. Idem.

62 Quis non poteſt tollere propria authoritate opus factũ? *l.de pupillo.§.opus,ff.de no.oper.*hanc regulam facit Bart. *in l.*2. *§.nunc.ff.de non.oper.nunc.*

Fallit vt per Ruy.*in d.§.nunciat.nu.*27.vbi Iaſ.facit regulam cõtrariã,etiã cũ limitat in 3.caſib.& vbi nũciatio eſt facta per eũ modũ,per quẽ poſſeſſio nõ admittitur , poſsũ propria authoritate ædificatũ in fundo à me poſſeſſo,tollere. fallit in 4. quos not. Horma.Dec. *in l.j.§.nunciatio,ff.de no.op.nun.num.*4. Don.à.Fina.

63 Expreſſi & taciti,an ſit par virtus? Barb.*in* 2.*vol.conſ.*40. *in* 6.& 7.*col.*doc.maximè Iaſ.*in l.cũ quid.ff.ſi cer pet.*faciũt quę habẽtur per eũdẽ Iaſ.*in l.ſtip.§.habet.in j.col.ff de oper.non.nun.* fac.etiã quod vult Bal.*in l.cũ te.C.quod met.cauſa.* In contrariũ faciũt quæ habẽtur per eũdẽ Iaſ.*in l.*3.*§.fi.in prin.ff.de cõd.cauſ. dat.*vbi ponit exẽpla ꝙ multa poſsũ aliquo tacente,quæ non poſsũ eo expreſsè cõtradicẽte. Et iſtã regulã, ꝙ ſit par virtus taciti & expreſſi,limitat Alex.*cõſ.*59.*vol.*3.*& in l,j.in prin.ff.de ver.obl.*& Iaſ.*in l.cũ ex filio.§.filio impuberi.ff.de vulg.& pup.*Bel.

64 Expreſſo vitiato nõ vitiatur tacitũ,quãdo nõ eſt par ratio vitiãdi.Alex.*in l.j.§.nũciatio.col.*9 *ff.de oper.non.nũciat.* Idẽ.

65 Expreſſum ſi vitietur,& quod verbis enunciatur,& quod euidentibus ſignis colligitur.commu.dicit Iaſ. *in l.præter aut, nu* 5 *ff.de noui oper. nunciat.* Villal.*in ſua collect.* E.Suar.

66 Expreſſum ſi vitietur,tum demum id,quod tacitè eo cõtinetur,labẽ ac vitium facit,cùm vel nõ æquè principale eſt, vel cõſiſtere per ſeipſum nequit:ſed ſic ad illum eſt affectum, vt pars aliqua ſubiecta,aut conſequutio,aut appendix, commune effert Ant.Gomez. *de teſtam.c.*3.*num.*3.*in prin.& in verſ. nec obſtat.& nu.*31.*verſ.ſecundò facit.* E.Suarez.

67 Excõmunicatus nõ poteſt nuntiare nouum opus. *Iaſ.in d.l.j.in* 3.*col.* & *in d.l.de pupil §.ſeruo in fi.de oper noui nũt.* Vez.

68 Nouum non dicitur aliquid poſt annum.Pan. *in cap.fin. de priuil.* Et quid dicatur nouum,vide Card.*in clem. fin. in* 9. *quæſt.de pœnis.* Vide etiam Alex.*in rub.de oper.no.nun.col.*14. *circa fin.* E.Suarez.

De operibus publicis.

TITVLVS VII.

ADminiſtratori reipublicæ conuenit,ne ædificia ſuæ adminiſtrationis pereant ruina. Cur.iun.*conſ.*19.*nu.* 8.communem dicit. Villal. & Vearnus,

Cócor.cum hac cõmuni l.23.de correctoriis. Et nota ꝙ in tátum eſt vera hęc cõmunis, quòd ſi alij ſint officiales ſubalterni ad illud opus peragẽdũ, quòd ſi principalis ex cauſa hac puniatur, nõ poteſt petere ab aliis ſubalternis. idẽ Cur.iun.*d. cõſ.19.n.* 8.comm.dicit. Et nota aliud, quòd opus publicum ſir matur per quindecim annos, & ſi poſt perit, nõ dicitur periiſſe ex defectu magiſtri operis. *l.21.tit.32.par.3.* B. Villalob.

2 Adminiſtratores omnes poſſunt trangere tẽ ſeruátes, & aliquid erogátes. cõmune inquit Arius Pinel. præclarus iuris & interpres & reſpõſor, *in l.1.3.par.n.36.C.de bon.mat.* E.Suar.

3 Adminiſtratores publi. liquidum debitum nequeũt pacto remittere, & ſi nõ curátia & negligẽdo, poſſint. vt cõm. profitetur *Iaſ. in l.præſes.nu.15.C.de traſac.* E.Suarez. & Villalob.

4 Adminiſtratores tenentur ad damnum contingens, ſi aggreſſi ſunt negotia inſolita, etiam ſi ex fortuito caſu contingat. Cur.iun.*conſ.19.num.2.*com.dicit.

Concor.*cum l.xxxiiij.tit.7.par.5.*

Amplia in tantum hanc communem eſſe veram, quod non recompenſantur lucra cum damnis, quando aggreſſi ſunt inſolita. *I*dem. Iun.*ibid.*com. dicit.

Per iſtam & præcedentem comm. ampliantur. *ll.27.& 29. tit.12.par.5.* *B.*Villal. Suarez, & *V*eximus.

5 Ædificia publica ne labaſcant, operam debet nauare Reipublicę adminiſtrator.com.ait Cur.iun.*cõſ.16 n.13.*E.Suarez.

6 Murorum ciuitatis vel vrbis reparatio, de iure pertinet ad incolas, & non ad dominum loci, & refici debent muri expenſis ciuium pro viribus ſingulorum. *l.omnes prouinciarum. & l.turres. C.de oper.publ.*eſt quidem verum, quod etiam hi qui habitant extra muros, dum tamen habitant infra barritoria, vel mandamentum illius loci, tenentur ad talem contributionem. Io. And.*in addi. ad Spec. in tit.de cenſi.§. nunc videndum.*& cùm ea murorum refectio ſpectet ad conſules, & non ad dominum loci, ſequetur cuſtodiam clauium villæ non ad dominum loci, ſed ad conſules ipſius villæ ſpectare. *d. l. turres.*Gui.Pap.*conſ.1.num.7.* *B*onacoſſ.

De pignoribus & hypothecis.

TITVLVS VIII.

HYPOTHECA retrotrahitur ad diem contractus, vbi purificatur conditio mixta, nec in alium ſit res tranſlata, ſecundum communem per Burſ. *conſ.45. nu.4.lib.3.* Actio realis hypothecaria etiá contra tertium poſſeſſorem dirigitur. *l.fundus.§.in rei vendicatione.ff. de pignor.* Dec.*conſ.645.num.3.* Bonacoſſ.

2 Hypotheca tacita in re empta ex pecunia mutuo data, ſolum pupillo acquiratur, ex magis communi per Burſ.*conſ.56. poſt num.13.lib.1.*vbi plura de hypotheca tacita. Idem.

3 Hypothecarię præſcribitur 10.ann. inter pręſentes, 20.inter abſentes *cum titulo l.1.& 2.C.ſi aduerſ.credit.l.fin.C.de act. & oblig.*Sine titulo autem tertius poſſeſſor præſcribit 30. annis, & ipſe debitor 40. *l.cũ notiſſimi.C.de præſcript.30. annor.* & iſta pręſcriptio contra hypothecariam currit etiá ante factã diſcuſſionem bonorum, teſte Crauet. qui communem refert *conſ.148.col.2.*& in tertio poſſeſſore quòd hypothecariá competentẽ creditori ſpatio lõgi temporis pręſcribat, not. Nat. *conſ.230.*vbi ponit caſum notab. pro quo vide per Alex.*conſil. 58.lib.5.& conſ.51.eod.*Roland.*conſ.79.nu.7.& ſeq.lib.*1. *I*dem.

4 Inter perſonalẽ & hypothecariá non eſt ordo, quádo debitor poſſidet: ſed quando poſſidet extraneus eſt ordo, quia prius excuſſio fieri debet, teſte Bald.*in l.perſecutione. C.de pignor.*vbi quòd illud quod dicitur in auth. hoc ſi debitor. quòd prius debet fieri excuſſio principalis, quã deueniatur ad hypothecariã contra extraneos poſſeſſores: verũ eſt, niſi debitor poſt obligationem bonorũ cõſtituiſſet ſe nomine creditoria poſſidere illa bona obligata, quia tunc non requiritur excuſſio principalis. ita not. Doct.*in l.fi.C.de acquir.poſſeſſ. & in apoſtil.ad Bald.in d.l.perſecutione.*& vide quæ ſcribit Bald.*in l. diſtractus.C.de pignor.& in d.l.perſecutione.* Idem.

5 Hypothecariæ actioni præſcriptio opponi poteſt, nõ obſtante *auth.malæ fidei poſſeſſor.C.de præſcript. long. tempor.* quæ nõ procedit in hypothecaria, teſte Nat.*conſ.253.col.fi.* pro quo vide quæ ponit Alex.*conſ.220.num.2.lib.6.* Idem.

6 Pignus, & hypotheca quantum ad actionem nõ differũt, *§.item Seruiana, Inſt.de actio.*

Fallit in 3. caſib. quos notaui *in d.§. item Seruiana.* Dun.à Fina.

7 Creditor qui accepit pro pignore rẽ fortè ſubtractã, tenetur domino eam reſtituere ſine pretio, *arg.l.in ciuil, ff. de fur.*

*F*allit vt no. Marſ. *in ſing.13.* Don.à Fina.

8 Agenti hypothecaria incumbit onus probandi tria, debitum ſcilicet ſubeſſe, Rem hypothecatá, & in bonis debitoris tunc fuiſſe cum hypotheca fuit cõtracta. *l.ante omnia.ff.de prob.* Et ita vult Bal.*in 1.parte conſ. 39.& in 3.parte.conſ.36.* Soc. *in 3. parte.conſ.134.*

Amplia, & intellige, quod debet probari debitum ſpecificè quid & quantũ. ita in terminis Alex. *in 5.vol.conſ.108. in 1. col.*

Addit Flor.*in d.l.*ante omnia quartum ſcilicet, quod debitor fuerit in mora ſoluendi. all.*l.ſi debitor.C.de pig.*

Addit quintum ſcilicet, excuſſionem fuiſſe factã contra debitorem.*auth.hoc ſi debitor.*C.*de pig.* *B*ellacuſſ.

9. Hypotheca, an probetur per apocham debitoris non ſubſcriptam teſtibus. Paul. de Caſtr.*in 3.vol.conſ.134.incip.in cauſa ſer. Ludouici.repetito in 1.vol.conſ.393.aliàs* 395. tenet quod nõ.

Et illud conſ. refert licet alio nu. Soc.*in 2.part.conſ.*198.vbi in fi. conſilij videtur illud impugnare.

Apocha tribus teſtibus ſubſcripta probat hypothecam. Ita Bal.*in 3.parte,conſ.*162. imò plus dicit ipſe Bal. *in d. 3. parte, conſ.170. in 2.col.*quòd licet non ſit teſtibus ſubſcripta, dummodo ſit vera, probat hypothecam. *Idem.*

10 Dum tamen quæritur quid oporteat probare agentem hypothecaria? dic latius, quòd gl.*in d. §. item Seruiana*, dicit quòd oportet creditorem probare de dominio debitoris.

Glo. verò *in l.cum res.C.ſi res alie.pig. da. ſit.* dicit, quod ſuffic. probare quod debitor tempore obl.& hypo. bona fide poſſidebat illam rem.

Glo. autem *in l.rem alienam.ff. de pig.act.* dicit, quòd eſt neceſſe probare de titulo & poſſ. debitoris cum bona fide.

Text. verò *in l.& qua nondum. §.quod dicitur.ff.de pig.* dicit, quòd eſt neceſſe probare quod res obligata tempore obli. erat in bonis debitoris.

Tu autẽ cõclude, quòd aut creditor agit hypothecaria contra debitorem, & tũc ſuffic. probare, quòd debitor poſſidebat tempore hypothecę. *l.ſi inter colonum. §.1.ff.de pig.* & eſt ratio quia non poteſt refricare quæſtionem dominij ratione mendacij & doli.

Iſtud tamẽ limita in ſpeciali hypotheca, ſed in generali bene poſſet debitor allegare, quod res pro qua agit hypothecaria, non eſt ſua, ſed eſt talis perſonę: & debet illã perſoná nominare. & hoc quádo colligit fructus nomine illius perſonę. nã hoc caſu nõ conuincitur de mẽdacio, nec poteſt opponi de dolo cõtra eũ, & ſic ceſſat ratio *d.§.1.* hanc limitationem ponit Sal.*in d.l.cum res.* Et ita vult Iaſ.*in d.§.item Seruiana.in 15.col.*

Et idẽ ſi agatur cõtra hęredẽ debitoris: quia cẽſetur eadem perſona. vt *in auth.de iure iurando.à morien.præſt.* Idem.

11 Si autẽ agatur hypothecaria cõtra tertiũ poſſeſſorẽ, tunc ſi habet causá à debitore. cy. *in d.l. cũ res.* diſtinguit an habeat causá lucratiuá, an vero onerosá, primo caſu dicit ſufficere probare de poſſeſſione debitoris cũ bona fide. ſecũdo vero caſu oportet probare nedũ de poſſeſſione debitoria cũ bona fide, ſed etiá de titu. *Bar.* autẽ *in d.l.rẽ alienã.* nõ habita deſtinctione inter titulũ onerosũ & lucratiuũ, dicit, ꝙ hoc caſu, quãdo agitur contra tertiũ poſſeſſorẽ, habentẽ causá à debitore, oportet probare de titulo, & bona fide debitoris: Vel ſaltem probare de dominio directo vel vtili ipſi⁹ debitoris in directa actione hypothecaria. & iſta ſententia Bar. ſeruaretur in practica, vt puto.

Sed Bar. de Sal.*in d.l.cũ res*, dicit, ꝙ hoc caſu quãdo agitur hypothecaria cõtra tertiũ habẽtẽ causá à debitore, ſufficit probare ꝙ debitor tẽpore hypothecę poſſidebat illã rẽ bona fide mouetur, quia ſi agens probet de tit. ipſius tertij poſſeſſoris, ſiue per inſtrumẽtũ, ſiue per teſtes, ſiue per cõfeſſionẽ ipſius rei conuenti, apparet iudici, quod ille tertius poſſeſſor recepit rẽ à debitore, vt propriam ipſius debitoris: vnde ſicut debitor non poteſt excipere, nec refricare quæſtionẽ dominij, ne conuincatur de mendacio. *d.l.rem alienam. in fin.* ita etiam iſte tertius poſſeſſor non debet poſſe excipere.

Secũdo mouetur Sal. quia ſi oporteret probare de titolo debitoris, daretur materia creditoribus inueſtigãdi titulos alienos, ſcilicet, eorum quibus volunt mutuare pecunias ſub hypotheca, contra *l.2.C.quando & quib.4.pars deb.lib.x.*

Tertio mouetur, quia ſuffic. probare præſumptiuè, id quod eſt fundamentũ intentionis agent. *l. ſiue poſſidetis.C. de prob.*

Aliàs in quæſtione facti vidi practicari opin. Sali. & ſecundum illam lata fuit ſententia Idem.

12 Si vero agitur contra tertium poſſeſſorem non habentẽ

cauſam

cauſam à debitore, tunc oportet agenteio probare de dominio debitoris, vel quaſi:putà quod ipſe debitor tẽpore hypothecę poſſidebat cũ tit.& bona fide.& ita vult Bar.de Sali.*in d. l.cũ res*.adde Pau.de Caſt.*in* 2.*vol.cõſ*.276.Alex. *in* 2.*vol cõſ*.98.

Adde etiam in hac mareria conſilium Alex.*in* 2.*vol. cõſ*.137. *cum conſ.ſeq*.quod eſt Ang.Are.quæ conſilia ſunt contraria.

Vide etiam lariſſimè Iaſ.*in d.* §.*item Seruiana.col*.14.*cum multis ſeq*.vbi dicit,quòd in actu practico, & quando agitur contra principalem debitorem,debet deduci & allegari de dominio.& hoc ante Iaſ.voluit ibi Ang.*in* 3.*col.*

Adde quòd præmiſſa procedunt,quando agitur hypothecaria,ſed ſi ageretur interdicto Saluiano, ſufficeret probare, quòd debitor tẽpore obligationis poſſidebat,ſecundũ Bar. *in d.l rem alienam.* & Sali. *in d l.cum res*.de quo per Ang.Are.*in d.* §.*item Seruiana circa col*.5.& Alex.*in* 5.*vol.conſ*.70.

Subiungit Alex.*in d.conſil.* 70. quòd adhuc magis vtile erit intentare ad recuperãdam poſſeſſionem rerum ſibi hypothecatarum remedium.*l.fi.C.de acquir.poſſ.* quia tunc non poteſt opponi de excuſſione non facta.al.Iac. Bu.& Angel. *in d.l. fin. cum alijs per eum adductis ibi,& in conſ.*73.*in eod.*5.*vol.* Idem.

13 Legatarius agens hypothecaria ratione legati habet ſolum neceſſe probare rem proceſſiſſe à teſtatore. Iaſ.*in l.*1.*col.* 4.*ibi* 3 *no.C.com.de leg.* Vezinus.

14 Actioni hypothecariæ ſine titulo & bona fide,præſcribitur annis 40.*l.cũ notiſſimi.in princip. C.de præſcript*.40.*ann. l.* 7. *C.de luit.pign.*& ita vult Raph.Fulgoſ.*in conſil.* 84.*incip. Bonacurſius*.Paul.de Caſt.*in* 2.*vol.conſil.*117.*in fi.* Panor.*in* 2.*part.conſ.* 14. Idem.

15 Cum titulo verò & bona fide,præſcribitur 10. annis. *l.*1. *&* 7.*& ibi not.C.ſi aduer.cred gl.in fi.C.de præſcrip.long.temp.ſuper verb.vel creditorem.& in d.l.cũ notiſſimi,in gl*.2.Pau.de Caſt. *in d.conſ*.117.Pan.*in d.conſ*.14.Fran.Crem.*ſign*.61.

Et quod contra hypo. præſcribatur,tenet Alex. *in* 2.*vol.cõſ.* 126.*& in* 5.*vol.conſ*.100.& Iaſ.*in d.* §.*item Seruiana.in* 26.*col.*

Præſuppoſito quòd præſcribatur hypothecaria,vt ſuprà:tamen creditor agere poterit ex remedio *l.fi.C.de acq.poſ.infrà* 30.*ann*.Fran.Crem.*d.ſing*.61. Vezinus.

16 Ad interrumpendũ præſcriptionẽ quæ currit cõtra hypo. requiritur litis cõte.*l. mora litis. C.de rei vẽd. l.nec bona.C. de præſcr. lon. temp.l.*7.§.*pe ff.pro emp.*plenè Bar.& doct.*in l. fi.in prin.ff.de eo per quẽ fac.erit*.Alex.*in d.cõſ*.100.*in* 5.*vol.*Vezinus.

17 An re empta de pecunia per me mutuata,pręferat omnib. Bar.*in l.ſi cum dotem.*§.*fin ff.ſol mat.*& ibi Alex.*in* 3.*col.*dicit cõmuniter doc.concludere quòd non,per *l.procuratoris.* §.*planè. &* §.*ſed & ſi deds.ver.& ſi quidem ff.de trib.& per l.quidam fundum.ff de in rem verſo.cum alijs allegatis ibi per eum.*

Fac.quod in venditore fructuum vult Card.*in clem.*1.*verſ.fi. in* 3.*quæſt.de rebus ecc.non alie.*

Limita,niſi pec.mutuata fuiſſet expreſsè ad rem emendam, vel merces comparandas,&c.quia tunc mutuans in illis præfertur cæteris cred.perſonali agentib.*l.quod quis.cũ gloſ.cõmuniter approb.ff.de priuil.cre.*Lud.Ro.*cõſ.* 40.*in fi.*Cæpo.*cau.* 124. Lud.*ſing*.169. Ang.*in* §.2.*Inſtit. quod cũ eo.*Fortius dicit gloſ. no.*in auth.quo iure C.qui pot.in pig.ha.* quòd talis mutuãs expreſsè ad merces cõparãdas,habet in eis tacitã hypothecam.ita vult Alex.*in d.*§.*fi.*Addo Cãpez.*in trac de dote.in* 4. *par. quæſt*.8. & Iaſ.*in l.creditor ff.ſi cer.pe.*Lud.*ſing* 569.Vide *ſuprà lib.*7. *tit.de reuoc.hæc quæ in fraud.credit.*§.*creditor ex mercium.* Vezinus.

18 Non poteſt agi ad pretiũ in actione hypo.quia in ea pretiũ non ſuccedit loco rei,non re perempta vel præſcripta.gl. & doc.*in l.*1.*ff.de diſtr. pig.* quã pro ſingulari ſequitur Bal. *in l. qui à debitore,in pr.ff.quæ in frau. cred.* & ita vult Alex.*in* 5. *vol. conſ.*70.*& conſ*.108.Iaſ.*in d.*§.*itẽ Seruiana.in fi.*6.*col.& in l item quia.in* 5.*col.ff.de pac.& in l.ſi cum ſeruum.in fi.ff ſi cert.pe.*

Limita niſi mulier conſentiat alienationi bonorum ſibi hypothecatorum, quia poterit agere hypothecaria pro pretio. Ita notab.vult Alex.*in* 2.*vol.conſ*.4.*in* 4.*col.* Bellac.

19 In hypotheca generali non venit feudum.ſecundum Bal. *in cap.imperialem.in tit.de prohi. alie.feu.* per Frede. quia propter pœna priuationis nõ eſt verisimile,quòd quis in ſpecie eſſet obligaturus.*l. obligatione generali. ff.de pig. l.*1. & quod ibi vult Bal. C. *quæ res pig.oblig. poſſ.*& ita vult Spe. *in ti.de pig.*§.1.*ver. pen.*& Alex.*in l.ſi conſtante.in* 12.*col.ff.ſol.ma.* & eſt tex.*in cap. in generali.in ti.ſi de feu.defun.fue.contro* addo Alex.*in* 2.*vol. conſi.* 16.*& in* 4 *vol.conſil*.2.Fel.*in cap. quæ in eccleſiarum.in* 30.*col. de conſti*.Barb.*in* 1.*vol.conſ*. 43.*in* 26.*col.*&latè *in* 2.*vol.conſ*.11. *in* 9. *&* 10.*col.*Lud.Ro.*conſ*.166.Soc.*in* 1.*part.conſil.* 19.*col*.5.Dec.*cõſ.* 139.*in fi.* Idem.

20 An generali obligatione non videtur quis obligaſſe rem prohibitam alienari ſub pœna.Bar. *in l.codicill.*§.*inſtitute.ff.de leg.*2.Bal.*in l.volũtas.C.de fideic.*Ang.*in auth.de reſtit.* & ea quę par. in prin. vbi dicit, quòd in generali obligatione non dicitur quis obligaſſe bona liuellaria,vel alia bona reſtitutioni ſubiecta. per illum tex.faciunt not.per Alex. *in d.l.ſi conſtante. in* 12.*&* 13.*col.& in* 2.*vol.conſ*.16. & quæ vult Iaſ.*in l fi.in* 27. *col. C.de iu.emph.*an veniant lecti, & ſupellectilia?Bal. quòd non, *in l.*1.*C.quæ res pign.oblig.poſſunt.*

Limita præmiſſa quando obligans non haberet alia bona, quia tunc veniunt in obligatione.hypo.Marſ.*in l.*1.§.*ſi ſeruus. ff de quæſt.in* 1.*col.* Idem

21 An autem in hypo.generali veniant merces venales?Lud. Ro.*in d.l.ſi conſtãte.*tenet quòd non,*per l debitor.ff.de pig. arg. l.ex facto.la grand.cum ſimil ff.de hered.inſtit.cum alijs alleg.* per Alex.*in d.l.ſi conſtante.*

Contrarium tamen tenet ibi Alex.al. Bal.*in l.cum tabernam. ff.de pig.& in rub.C.de verb.ſig.in* 4.*quæſt.*

De quo vide Iaſ.*in l.*1.*C. de verb ſig.&* in §. *item Seruiana .in* 7.*col.Inſti.de act.*& Bal.*in l.vbi adhuc.C.de iu.do.in* 5.*col.ver ſed pone maritus*. Bellac.

22 In generali hypo.bonorum mariti,non veniunt bona dotalia. Alex.*in d.l.ſi conſtante.*§.*ſi maritus.ff.ſol.mat.*

In generali oblig. bonorũ venit etiã nomẽ debitoris.*Pau.* de Caſt.*in* 2.*vol.conſ.* 395.*incip.notan.* 1.*ad euidentiam.* Bellac.

23 An melioramẽta facta poſt hypothecã,ſint pariter hypothecata.Iaſ. *in l.creditor.ff.ſi cert.pet.* dicit quòd ſic. *per l. ſi fundus.*§.2.*ff.de pigno.*Quod intelligit procedere,quando ille qui hypothecauit,eſt ille qui meliorauit.Sed ſi alius fecit melioramẽta,forte alius ad quẽ res peruenit,tũc melioramẽta nõ eſſet obligata.*l fi.*& ibi Bar.*C.de præd.& omnib.re.nauic.lib.*xi.& ſequitur *Paul*.de Caſt.*in l ſi conuenerit.*§.*ſi fundus.ff.de pig.act.*

Habẽs hypothecariã habet ius offerẽdi.Bal.*in* 1.*par.conſ*.182.

Et in materia,vide eundem Bal.*in* 1.*part.conſi*.307. Idem.

Creditor ſi vẽdat rem hypo.an tollatur hypo. vide Lu. Ro. *conſil*.140.

24 An per ſententiam in hypo.tollatur actio perſonalis cõtra debitorem prin.*Panor.in* 2.*part.conſ*.72.*in fi.*dicit quod nõ. fac.text.*in l.*1. *C.ſi aduer.cred.* vbi habetur,quod creditori cui obijcitur præſcrip. remanet perſonalis actio ſalua cõtra debitorem.& ita per illum tex.dicit Alex.*in* 5.*vol.conſ* 58. *I*dem.

25 Quid ſi pro pace facta ſub pœna non frangenda hypothecẽtur bona,& ante pacem ruptam aliquia alienet,an poſſeſſor poſſit conueniri hypo.vide not.Dy.qui dicit quòd ſic.*in conſ*.4.

26 Inuecta in domo conducta an ſint pro penſione tacitè obligata?vide Iaſ.*in* §.*item Seruiana.in* 3.*col.*Inſti.*de act.& in l.item quia.ff.de pac.& concl.*eſt quòd ſic.per gl *in d.*§.*item Seruiana.in verb.quis.quæ eſt* 2.

27 Et quæ requirãtur ad hoc,vt alia inuecta ſint obligata,vide not.per Iaſ.*in d.l.itẽ quia.*vide etiã Ang.*in d.*§.*itẽ.Seruiana.*

28 Hypothecaria agere poteſt anterior cõtra aliũ poſteriorẽ creditorem,cui res in ſolutũ deliberata fuit: quia tunc res trãſiuit cũ onere hypo.Ale.*in* 5.*vol.cõſ*.106.*in* 2.*col.& in* 2.*dub.*

29 Hypothecaria quæ alicui competebat extinguitur, ſi illa res detur ei in ſolutum , & competit ſola actio ex empto pro euict.*Alex.in d.conſ*.106.*in fi.* Idem.

30 Hypotheca extinguitur,nouato debito prin.Bolog.*in cõſ.* 59.*in* 2.*col.*al.tex.*in l.nouatione. C.de nouat.*& Bal. *in l.aliam. ff. eod.tit.* Idem.

31 Et ſi renouatur per gratiam,attendi.vltimũ tempus *Phi. in cap quamuis.in* 2.*not.de reſcr in* 6. Vezin.

32 Hypothecata cenſentur,bona tutoris,curatoris,& huiuſmodi Barb.*in* 3.*vol.conſ* 91.*in* 1.*col.* Idem.

33 Hypotheca trahitur ad bona futura ſiue expreſſa,ſiue tacita.Lud.*ſing*.146.Bal.*in l.fi.C.quæ res pig.obl.poſſ.* Idem.

34 Hypo.contrahitur per pactum quod liceat ingredi rem. Franc.Cremenſis *ſing*.2.

Si hypothecaui tibi omnia bona mea , deinde tua voluntate accedente,alieno vnã re,ſi res illa reuertatur poſtea ad me,nõ eſt amplius ſubiecta dictę hypoth cæ. Alex.*in l.ſtip.hoc modo concepta.in* 8.*col.de verb.obl al.l.ſi C.de remiſ pig.* Idem.

35 Habens anteriorem hypo.generalem præfertur habẽti poſteriorem ſpecialem.Lud.Ro *conſ*.240.*in* 2.*dubio.* Idem.

36 Hyp.non tollitur per particularem ſolutionem.*l.quãdiu.*

*C.de diſtrac.pigno.*cum aliis al.per Lu.Ro.*conſ.*276.*in* 1.*col.*

Si obligo bona mea duobus priuatis diuerſ.temporibus,an in poſtea quęſitis pręferatur prior creditor. Ang.*§. item Serniana.in* 6.*col.inſtu. de actio.*tenet quòd ſic. Idem.

37 In tacita hypo.veniunt pręſentia & futura.Bal.*in l.hac edictali §.his illud in verbo,habituræ. C.de ſec.nupt.*Lud.*ſing.*146. Idem.Bal.*in l.vbi adhuc.in vlt.col.C.de iu.dot.* Idem.

38 Hypothecata intelliguntur bona per licentiam datam de ingred.authoritate propria.Bal.*in l.creditores.C.de pign.*

39 Hypothecaria agere non prohibetur,qui actionem perſonalem intentauit.Bal.*in l.quamuis.C.de pigno.* Idem.

40 Hypotheca expreſſa,ſi non eſt in poteſtate debitoris recipere pecuniá,incipit à tẽpore promiſſionis: ſi tamẽ erat in ſua poteſtate,à tẽpore ſolutionis,*per l.1.ff.qui po.in pig.habeantur.*quã legẽ intellige generaliter in omni creditore & nõ in ſola dote.Ant.de Fã.*de pig.in* 2.*par.mẽ.*4.*n.*78.cõ.dicit.B.Vil.

41 Hypotheca tacita in dote incipit a die promiſſionis:ſi poſteà ſequatur traditio.*Idem ibi nu.*80.comm.dicit. Idem

42 Hipotheca tacita generalis,quã mulier habeat pro dote, non præiudicatur, ſi mulier habeat pro dote ſpeciale pignus: ſed concurrunt ambæ cum mulier non poſſit facere ius dotis deterius. Ant.de Fan.*in* 4.*mem.*7.*par.nu.*83.com. dicit. Idem.

Amplia in inquilino,qui prouiſus eſt de ſpeciali hypotheca alicuiꝰ rei cõductoris:nã per hãc nõ tollitur hypotheca generalis de rebus inuectis in domo cõducta.Idem *ibi n.*89. com. dicit. Idem.

89 Hypotheca generalis, quam habet mulier pro dote, eſt ita efficax,quòd præfertur aliis creditoribus habẽtibus etiam tacitam hypothecam,idem *nu.*93.comm.dicit.

Amplia iſtam communem ad matrimonium putatiuũ cũ bona fide contractum,idem *ibi nu.*103.com.dicit. Idem.

Nota quòd licet iſta hypoteca tranſeat ad filios, eiuſdem matrimonij, non tamen ad filios alterius matrimonij, idem *ibi nu.*95.com.dicit. Idem.

44 Hypothecæ generali ſubiiciũtur merces vęnales.Cro.*in l.ſi conſtãte.ſolut.mat.*dicit com.& Iaſ.*in l.qui Romæ.§.Callimachus.de verb.oblig.* Idem.

45 Hypotheca tacita in bonis tutoris,vel curatoris,& eorũ fideiuſſoris incipit tẽpore,quo incipit eſſe tutor, nõ tẽpore, quo incipit malè adminiſtrare.Neguſan. *in tract.de pig. in* 4. *mem.*2.*part.principalis,n.*12.vbi dicit com.& tenendã. Idem.

46 Hypotheca,ſiue tacita,ſiue expreſſa in contractibus conditionalib. retrotrahitur ad diem contractus. Hanc com.& magis veram inquit Neguſ.de Fan.*in tract.de pignor.in* 1.*mẽb.* 5.*part.princ.nu.*24. Idem.

47 Hypotheca expreſſa anterior præualet hypothecæ tacitę pro dote cùm ſit poſterior:idem *ibi nu.*98.com.dicit. Idem.

48 Hypotheca tacita pro dote competẽs nõ præfertur priori expreſſæ.communem dicit ex Iaſ. Gomeſio, Zaſio & aliis Did.*li.*1.*varia.reſolut.cap.*7.*in* 3.*concluſ.*Sed bene præfertur expreſſæ poſteriori, vt *ibi in* 4.*concluſ.* Expreſſa quoque hypotheca pro dote nequaquam præfertur expreſſæ priori. communẽ dicunt Soc.Ripa,Fauenſis,Iaſ.& Coraſ.ſecundùm Didac.*in d.cap.*7.*in* 5.*conſ.* I.Fich.

Amplia quòd hypotheca expreſſa anterior præfertur hypothecæ etiam expreſſę pro dote.Idem *ibi nu.*100.& 102.comm. dicit.B.Villal.

46 Hypotheca,quã habet locans in rebus illatis, & inuectis in domo cõducta,nõ ſolũ habet locũ quando pro mercede in genere facta fuit locatio, ſed etſi facta fuerit pro certa mercede in ſpecie Ant.*de pig.in* 4.*mem.* 4.*par.nu.*137.comm.dicit.

Fallit in bonis alienis inuectis,ac illatis,quis nõ inducitur tacita hypotheca,niſi dominus ſciat,& taceat: quia tunc bene inducitur.Idem *ibi nu.*152.comm.dicit. Idem.

50 Hypotheca pro legatis, licet conſtituatur in bonis teſtatoris, non tamen in legatis.Idem *ibi nu.*158.com.dicit.Idem.

Fallit,niſi à teſtatore remittatur, quia tunc non inducitur idem *ibi nu.*162.com.dicit. Idem.

51 Hyppotheca generalis omniũ bonorũ cõprehẽdit tã pręſẽtia quã futura,& nomina debitorũ.Idẽ *ibi n.*165.cõ.dic.Idẽ.

52 Hypotheca ad hoc quòd poſſit intentari contra tertios, poſſeſſores,requiritur quòd fiat excuſſio in bonis principalis & quòd ſit pronuntiatum per iudicẽ legitimè excuſſum.idem 8.*par.mem.*1.*nu.*12.com.dicit.

Item requiritur citatio poſſeſſorum,& fideiuſſorum, idem *ibi num.*12.communem dicit.

Amplia etſi hypotheca ſit expreſſa.Ant.deFan.*de pig.*8.*par.mem.*1.*nume.*31.communem dicit.

Amplia ſecundò,etſi pro dote.idem *ibi nu.*23. com dicit.

Amplia etſi bona eſſent confiſcata: quia prius fiſcus debet excuti,idem *ibi num.*15.

Fallit, quãdo actualiter fuit pignus traditũ creditori, nã ſi poſtea cadat à poſſeſſione,vel detẽtatione, poteſt vendicari à poſſeſſore ſine excuſſione,Idẽ *ibi n.*8.com.dicit. Idem Villal.

53 Si in generali bonorum hypotheca apponatur conſtitutum,operatur,vt hypotheca extẽdatur etiam quo ad bona futura,ſic inquiunt Sal.& Bar.*in l.fina.C.quæ res pign. obl.poſſ.* & conſuluit Bart.*conſi.*76.punctus talis eſt,pater filio ſuo emancipato eámq; Fanen.*in ſuo tracta.de pign.& hypot.*2.*membro poſt principiũ.*tanquã com.ſecutus eſt ſententiã. F. Turzan.

54 Res ſpeciali,vel generali hypothe.ſuppoſita, ſi in cõtractu cui adiicitur,nõ ſit pacto expreſſo dictæ rei alienatio prohibita, ſi alienetur,valet alienatio, habebit tamen ille cui res hypothecata fuit retentionẽ,& ea vti poterit pro pœna,& intereſſe,ſeu ipſam pœnã loco dicti intereſſe, quouſque de illo ſibi ſatisfiat,conſequetur:tradunt Barto.& alij *in l.ſi non fortẽ.§ ſi centũ.ff.de cõdi.indeb.*& Neguſ. qui ſic cõmuniter à Doct. cõcludi aſſerit *in tract.ſuo de pign.& hypoth.parte* 2.F.Turzan.

55 Hypotheca bonorum generalis cum clauſula conſtituti, ad bona futura dilatatur.commune inſiunt Fanen. *de pign.* & qui eum laudat Turzan. *opin.*146. E.Suarez.

56 Hypotheca prior præſentium,& futurorũ bonorum,tacita vel expreſſa,potior atque antiquior habetur quàm hypotheca æquè generalis,ſed poſterior etiã in iis bonis,quę poſt vtranque obligationem quæruntur.commune ponit Neguſ. *de pig.*2.*memb.*5.*part.princ.num.*4.*C.qui potior.in pign.hab.& in l.licet.nume.*4.*eod tit.*ac Ioan.Crot.*in rep.legis* 1.*num.*72.*ff.ſol. matr.*de nihilo reincitentur. Idem.

57 Hypotheca cuiuſuis priuati prior ſeu tacita,ſeu expreſſa ſit,potior & dignior erit, quàm poſterior fiſci tum tacita, tũ expreſſa hypotheca.vt cenſent Accurſ.Dyn.Alb.ac Bart.*nu.*1. *in l.ſi is qui.ff. de iur.fiſ.* & cũ quàmultis receptũ ponit Did. à Couar.*lib.*1.*reſol.cap.*16.Idémq; ius erit in tacita atque expreſſa dotis hypotheca.vt com.autumant Neguſ.*de pign. memb.*1. 4 *part.nu.*100.*& num.*102 Rip.*in l.quæſitum.num.*7.*ff.de priuil. credit.*Ioan.Coraſ.*in l.qui liberos.nume.*118.*ff.de rit.nupt.*quãuis contrarium hac in ſecunda ſpecie verius ſit. Idem.

58 Hypotheca in iis bonis poſita,quæ diſpoſitione *l.ij. C.de reſcin.vend.*reuocantur,non ob eam reſtitutionem extinguetur.commune ait Boẽr.*deciſ.*181.*nume.*10.tametſi contrarium verius,& receptius ſit,vt aſſerit Soc.Nep.*conſil.*119.*num.*16.*li. ij.*ac defendit rectè Arius Pinel.*ad illam l.ij.C.de reſcind.vend. part.*2.*cap.*3.*num.*11.*cum ſeq.* Idem.

59 Hypotheca tum generalis, tum ſpecialis alienationẽ rei illa conſtrictæ non impedit.vt frequẽter placitũ affirmat Neguſ.*de pig.part.*2. Idem.

60 Hypothecæ argumentũ ad rei totius alienationem non procederet.vt communiter ab interpretib.definitũ ſcribit Arius Pin.*in l.ij.par.*1.*num.*19.*C.de reſcind.vend.* E. Suarez.

61 Hypothecæ priuilegium,cuius *in l.aſſiduus. C. qui potiores in pig.hab.*fit mẽtio,nõ ſolùm pro dote dats,ſed etiã pro dote cõfeſſata,cõpetit.*Bar.in d.l.aſſiduus.n.*11.Alex.de Imo.*in cõſ.*123.*n.*4.*in* 6.*vol.cõſ.* Et hanc cõmunem eſſe ſententiã liquet ex dictis Matth.de Afflict.*in dec.ſacri conſil.Neap.deciſ.* 402. Refert quoque Rol.à Valle,*in cõſ.*17.*n.*10.*in* 1.*tom.cõſ.*Kirchouius.

62 Hypothecaria actio inter pręſentes 10.annis,inter abſentes 20.annis,ſecundùm ſententiã cõmuniter approbatã præſcribitur.*l.*1.*& ibi gl.in verb.diuturnum.& in verb.incumbant.& l.ij.C.ſi aduerſus creditorẽ præſcriptio opponatur.*glo.*in l.cum notiſſimi.in verb.ſpatiu.C.de præſcript.*30.*vel* 40. *annorum.* Alex. de Imo.*in conſ.*58.*nu.*9.*in lib.v.in conſ.*83.*nu.*10. *&* 220.*lib.ij. conſ.* Hanc eſſe Doct.communẽ opin.inquit,referẽte Rol.à Valle, *in conſ.*79.*nu.*7.*in* 1.*to.*Pariſ.*in conſ.*50.*in* 1.*vol.conſil.*Quæ tamẽ recipit aliquot limitationes & declarationes,vti ſatis eruditè Rol.latè poſt alios,Balb.*in tract.de præſcrip.in quarta par.prin. in §.3.principaliter quæro.num.*6.*ver.ſexta concluſ in* 8 *vol. tract.* Socin.iun.*in conſil.*17.*in* 2.*volum.*& Cranet.*in conſi.*148. *nume.* 6.*in* 1.*par. con. in dicto conſilio* 79. conſulendo ſcribit. De hac Dec.etiam facit mentionem Bernhar.Vuurmbſer. *in practica obſer.lib.*1.*tit.de præſcrip.cap.*2.*incip. præſcriptio contra hypothecariam.* Kirchouius.

63 Hypothecam anterioꝛem habet mulier,& præfertur pro

dote

dote ſua habenti quocunq; ſpecia'e,ratione rei ſuę, ſeu quòd rei ipſa ematur de pecunia propria, ſecundum communem opi.per Burſ.*conſ*.56.13.*lib*.j. Bonacoſſ.

64 Hypothecaria pro alimentis in bonis viri ſol.ma.nō datur,ſecūdū cōmunē per *Burſ.conſ*.120.*n*.40.*li*.j.vbi inter alios allegat Rom.*conſ*.454.*n*.28.Abb.*cōſ*.43.*lib*.2.Aliud.concludēs idem Burſ.in alimentis conſtāte matrimonio, quæ alimenta priuilegiū hypothecæ in bonis viri ſicut dotem ipſam habere ex magis communi concludit *d.conſ.num*.38. Idem.

65 Hypotheca tacita.legalis,non euaneſcit per expreſſam ſubſecutam,iux.communem per *Bur.conſ*.120.*n*.29.*lib*.j. poſt Boer.*quæſt*.332. Idem.

66 Hypothecare poteſt emphyteuta rem emphyteuticam etiam ſine conſenſu domini.com.dicit Clarus *in §.dona.q*.18. P.Eichard.

67 Qui prior eſt tempore in pignore potior eſt iure, *c.qui prior, de reg.iuris,in* 6.

Ampliatur in 13.caſib.& limitatur in 16.per Ripam *in l.priuilegia,ff.de priuil.credit.nu*.3. fallit in 8.caſibus vt per An.del Bene.Veronenſis *ſing*.20. *Don.à Fin.*

68 Creditor rem ſibi hypothecatā pro ſui iuris conſeruatione propria authoritate apprehendere & retinere poteſt,ſi tamen ab alio non ſit occupata, ſecundum communem per Burſ.*conſ*.8.*nu*.15.*lib*.1.poſt Alex.*in*.j.*C.de repud.hered.*

69 Fructus & cōmoda rei pignoratæ ſortē extendūt.*l.j.C.de pig.act.*fallit in 2.caſib.vt per Rom.*ſing*. 329. *&* 542.fallit in 5. caſib.vt per Nige.*tract.de pigno.in.5.membro 5.part.principalis.* Don.à *Fin.*

70 Res empta ex pecunia alterius,non eſt illi tacite hypothecata,*l.quamuis.C.de pigno.*

Fallit in 8.caſib.quos no.Ripa.*in d.l.Senatus conſulto,ff.in quibus cauſis,nu*.11. Don.à *Fin.*

71 Socius non poteſt pignori dare partem conſocij ,no.*in l.coniunctio generalis ,ff.de pigno.*

Fallit in 3.caſib.quos no.Rip.*in d.l.conuentio,n*.16.Do.à *Fi.*

72 Mutuās ad refectionē ędificiorū habet tacitā hypothecā in ipſis ędificiis priuilegiatū,*l.Senatuſcōſulto,ff.in quibus cauſis*, fallit in 8.caſi.quos no.Rip.*in d.l.Senatuſcōſulto,n*.6. Do.à *Fi.*

73 Quæro,an creditor agens hypothecaria aduerſus tertiū poſſeſſorem,debeat probare de dominio,vel quaſi,debitoris: An verò ſufficiat probare poſſeſſionē rei obligatæ fuiſſe penes debitorē tempore obligationis? Reſp. magna eſt varietas gloſſarum & Doc.in hac quæſtione,in qua & ipſe Bar.contra morē ſuū ſibi cōtrarius eſt,vt latè pro vtraq.parte refert authoritates Matt.de Affl.*dec*.283 *n*.6.Sed melius diſtinguitur ſecundū Doct.aut tertius poſſeſſor habet cauſam lucratiuā à debitore,& ſufficit probare poſſeſſionē rei obligatæ fuiſſe penes debitorē tempore obligationis.Ita tenent *Bar.& Bal.l.de reb.C.de don.ante nup.*Cy.*Bar.*Iac.*But.l.cùm res.C.de res aliena pig.data.* Floriā *l.ante omnia.ff.de probat.*Ang.*inter conſ.*Alex.*conſ*.138.*lib*.2. Matt.de Affl.*dec*.37.*n*.5.*Fab.§.itē Seruiana.n*.15.*Iaſ.nu*.89.Mol. Pariſ.*in conſuet.Pariſien.§*.80.*& in addit.ad Alex.cōſ*.115.*lib*.6.Et hāc dicit eſſe veriorē & cōmuniorē D.& præceptor meus Lud.Schrader.*d.§.itē Seruiana*.Quāuis dubitet *Alex.d.conſ*.115.Et cōtrariū,ſed malè tenēt Bar.*d.l.rē alienā ff.de pig.act*.Ang.*d.§.itē Seruiana.nu*.8.*prac*.Papiē.ſor. *act. hypo. verb. ex memoratis*. Quæ concluſio tamen procedit

74 † quādo tertius vult vti adminiculo ex perſona debitoris,eiuſdémq; authoris ſui,aliàs creditor agēs tenetur probare debitorē habuiſſe dominiū,vel quaſi Spec.*§*.1.*n*.29.*de obl. & ſol.*Bald.*d.l.de rebus*.Iaſ.*d.§.item Seruiana.n.* 89. aut tertius poſſeſſor habet titulo oneroſo, & tenetur creditor probare dominiū,vel quaſi debitoris,ita tenēt.*Iac*.de Aren.Cy.Bar.& Ang.*d.l.cùm res.Iaſ.d.§.item Seruiana.n*.89.prac.Pap.*d. verb. ex memoratis*.Bar.*d.l.rē alienā.n*.6.Et hæc eſt cōmunior & verior,vt firmat Schrader.*d.§.itē Seruiana.*Licet contrariū velit Salie.*d.l.cùm res*.!Ang.*conſ*.138.*n*.1.*inter conſ*.Alex.*lib*.2.'

Aut tertius poſſeſſor nullā habet cauſā à debitore,& tunc creditor tenetur probare debitorem habuiſſe rei petitę quaſi dominiū , videlicet rē petitā bona fide & iuſto titulo poſſediſſe , ita tenet.gl.*d.l.ante omnia*.Dy.*d.§.itē Seruiana*.ibi *Fab.nu*.14.Ang.8.*Iaſ*.89. vbi dicit,in hoc neminē diſcrepare. Cy. Bar.*d.l.cum res*.Alex.*conſ*.87.*nu*.4.*lib*.7.Ang.*d.conſ*.138. Affl. *dec*.40.prac.Pap. *d.verb.ex memoratis*.Schrader.*d.§.item Seruiana*. com.dicit. Mich.Graſſus.

75 Quæro,An in generali obligatione omniū bonorū veniāt bona emphyteutica? Reſp. Licet Lud.Ro.*in l.ſi cōſtante. in pri. ff.ſol.mat*.exiſtimet ꝙ nō obligentur bona emphyteutica: tamen cōtraria ſententia crebriori calculo recepta eſt,quā tenet ibi *Bar.* ꝙ ſcilicet ſub generali omniū bonorū hypotheca veniūt quoq; bona emphyteutica, vt firmat ibi *Alex.*Eādem dicit eſſe cōmunem Matt.de Affl.*in dec*.191.*n*.3.M.Graſſus.

76 Pignus ſi tāto obligetur precio,vt nulla ſolutionis ſpes ſit,potius alienatū quàm pignoratū cenſebitur: cōmunē dic. Soc.*in l.j.§.per ſerua.ff.de acq.poſ.*qui eū laudat *Fanen.de pig. par.3.mem.3.n*.10.Quin & cū pro ſumma ipſius valorē ęquāti pignoratur,alienati loco habetur,ac ſi alioquin alienati prohibitum ſit,eā ob cauſam pœnis alienationi impoſitis locus fiet.cō.dicit An.Gome.*de teſtam.c.vlt.nu*.39. E.Muſcu.

77 *F*ructus rei in vim hypothecę captæ, durant debitoris quouſque executio & adiudicatio fuerit fac.Boer.*dec*. 45.*n*.11. Bellacomb.

78 Pignus minus idoneū ſi quis acceperit, vel pignus operoſum iam aliàs acceptum cum alio viliſſimi precij pignore commutauerit,non opem vllam illi feret.*l.ſec.C. de reſcind. venditio*.vt frequenter placitum diſertis literis prodit doctor meus Arius Pinel.*ad illam eandem l.par*.2.*c*.1.*nu*.20. E.Suarez.

79 *P*ignoratus equus præſumitur ſumptib.creditoris alimētatus.Alc.*de præſum.reg*.1 *præſumpt*.50.*in fi*.com.dicit. Villal.

80 Pactū legis commiſſorię in pignoribus reprobatum eſt *tote titulo de lege commiſſoria.C.*ſuſtinetur tamen illud pactum ſi fiat ſub hac forma , ſi pecunia non fuerit exoluta infra tale tempus,talis res erit creditoris ſub iuſto pretio,ſicut per aliquos erit æſtimatum.*l.ſi fundus.§.fi.ff.de pig*.Guid.Pap.*conſil*. 79.*in prin.Alex.conſ*.178.*vol*.7. Bellac.

81 Libri non veniunt in tacita hypotheca.*Iaſ. in §.item Seruiana.in* 10.*col.inſti.de act.* Vcainus.

82 Bona mariti nō ſunt tacitè hypothecata pro alimētis vxoris.Rom.*conſ*.454.*nu*.28.communem dicit. B.Villalob.

83 Mulieres dotium hypothecis renūciare nequeunt,ſi alia viris bona non ſupperant ex quib.dotes ſeruari poſſint.commune aiunt Pau.*in l.Manna.§.fundus,n*.8.*ſol.mat*.Pan.*in c.peruenit.nu*.2.*de emp.& vend.* E.Suarez.

84 Actio hypothecaria tacita quæ cōpetit mulieri pro dote,non tollitur per expreſſam poſteà ſecutam.Boer. *dec*.332. *nu*.1.communem dicit.

85 Actio hypothecaria cedi poteſt debitori, Boër.*dec*.335.*n* 3.communem dicit,vbi concluditur poſſe cedi extraneo,contra Bar.*in l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſoribus.* Villalob.

86 Pactum ꝙ debitor prius mittatur in carcerem,quàm in bonis executio fiat, non valet.Rip.*in l.obligatione.nu*. 24.*ff.de pign.* communem dicit. Villal.

Amplia ad pactū ꝙ creditor poſſit detinere debitorē propria authoritate,non valet.idem Rip.*ibi n*.21.com.dic. Villa.

87 Creditor ſoluto debito retinens & celās pignus,tenetur furti,*l.ſi quis vxori.§.cum creditorem.ff.de furt.* Bellon.

88 Per ſpecialem hypothecam non tollitur generalis hypotheca ſi ex ſpeciali non ſit plenè creditori ſatisfactum,*l. quāuis.C.de pig*.Boër.*dec*.309.*n*.2.& vbi primus creditor habet ſolā generalem hypothecā,ſecūdus verò creditor habet ſpecialem& generalem,primus eſt ſemper potior.*l.2.ff.qui potiores in pig.hab.*& Salie.*in l* 2.*nu*.1.*&* 2.*de pig.* Bellacomb.

89 Actiones,& iura non ſolùm ſub expreſſa,ſed & ſub tacita bonorum hypotheca intelliguntur obligata,vt frequentibus doctorum ſuffragiis exceptum inquiunt Dec.*conſ*.349.*n*. 10.Neguzan.*de pig.4.mem.2.par*.165. Suerez.

90 Adiudicatio pignoris,vel cuiuſlibet alterius rei debitoris fortunis facta iudicialiter(vt doctorū ore loquar)nō periclitatur conſtitutione. *l. 2.C.de reſcin.vendit.* vt commune affirmat Reb.*in 2.Tom.ad leges Gallic.tract.de reſcin.contract.n*. 41.Arius Pin.*in eand.l.prim.par.c.4.nu*.10. E. Suarez.

In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacite contrahatur.

TITVLVS IX.

COducēs minor 25.annis domū, inferenſq; poſtea in eam etiā res ſuas,tunc bona huiuſmodi inuecta non erūt tacite hypothecata pro penſione domus.ſecundum gl.Bar.*Fulgo*.& Salyc.*in l.itē quia*

ff.de pactis, Din. *§.itē Serviana. Inſti.de act.* Imo.& Cuma. *in l. ſi cōſtante, in princ. ff ſoluto matrimonio*, iſta eſt cōmunis opinio. In cōtrariā verò partem, videlicet, vt bona ipſius minoris illata in domo, ſeu fundo cōducto abſq. tutoris, vel curatoris authoritatē, cenſeatur tacitè obligata pro penſione, inclinauere, & optimis quidē rationib. Bal. Ang. Pau. Caſt. & cæteri, *in d.l.ītē quia*. Bal. *in l.vnica. §.& vt plenius. C. de rei vxor. act.* Negulantius de Fano, *in trac. de pig. in ſecūda par. mem. 4. n. 154.* Faber, Are. Nico. de Neap. Iaſ. cū alijs citatis per eū, *n.56.* Gomez. remiſſiuè *ſub nu. 25.* & Bellon. *n. 31. in d. §. itē Serviana.* vbi firmat hanc communem ſententiam fore cōtra gl. prædictā, & in effectu iudicio meo veriſſima, & communis apparet, atque ab ea, tanquam tutiſſima in actu practico diſcedere fatuum eſſet. F. Viuius *opin.133.*

2 Quęro, an creditor qui ad merces cōparādas, vel alias res emedas, pecuniā mutuò dedit, in mercibus vel rebus ex hac pecunia emptis, tacitā cōſequatur hypothecā? Reſp. gl. *in auth. quo iure. verbo, perſonali. C. qui pot. in pig.* tenēt q ſic. & hāc opinionē tenet Alex. *l. ſi cum dotē. §. fi. n. 5. ff. ſol. ma.* Iaſ. *l. creditor. ff. ſi cer. pet.* Sed in hoc Doct. magis cōmuniter contrariā tenent ſententiā: vt teſtatur D. Couar. *varia. reſolut. c. 7. nu. 3.* excepto pupillo, qui in rebus ex pecunia ſua ad hoc mutuò data emptis, tacitā habet hypothecā. gl. *l. idémq.* ibi Bar. *ff. qui pot. in pig.* Neguſa. *in trac. de pig. 2 par. prin. 4. mem. n. 16.* Mich. Graſſus.

Quæ res pignori obligari poſſunt, vel non: qualiter pignus contrahatur.

TITVLVS X.

QVæro, Vtrum beneficium *l. fi. C. de acq. poſſ.* cōpetat etiam creditori ſuper illis rebus, quæ debitor poſt cōſtitutū poſſeſſorium acquiſiuit? Reſp. quòd ſic, & iſta eſt crebrior & receptior Doctorū ſententia, quòd in tali conſtitutione precarij veniāt quoq. bona futura. ita firmat Bart. *l. fi. per illū text. C. quæ res pig. obl. poſſunt.* & ibi Iac. But. & Sal. Ang. *in conſ. 68. inci. viſis inſtrumētis.* Ang. *in l. 1. in prin. ff de pig.* Matth. de Afflict. *in dec. 37. nu. 3. & 4.* Eādē tenent Io. de Imo. & Rom. *in l. ſtipulatio hoc modo cōcepta. ff. de ver. obl. per l. quāuis. de precar.* Alex. de Imo. *l. poſſideri. §. incertā. ff. de acq. poſſ.* vbi reſpōdet ad cōtraria. Et hāc eſſe magis cōmunē cum multis adductis, firmat And. Tiraq. *in trac. de iur. cōſti. poſ. 2. par.* Fran. Rip. *l. cōuentio generalis. n. 4. & 5. ff de pig.* Licet contrarium velit gl. *l. 2. C. de acq. poſſ.* Ang. *l. quædam mulier. ff. de rei vendica.* & plures allegati per Alex. *d. §. incertam* Mich. Graſſus.

Qui potiores in pignore habeantur.

TITVLVS XI.

MVlier in repetitione ſuę dotis præfertur creditoribus mariti habentibus tacitas hypothecas, nō autem præfertur habentibus expreſſas. gl. & Ang. *in §. fuerat. Inſtit. de act.* gl. *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. habean.* & ibi Bar. Bal. & Salicet. & loquit ibi Bar. hāc opinionē cōſuetudine approbari: & quā vt cōmunem ſequitur Iaſ. *in d. § fuerat, n. 73.* & hoc procedit in dote realiter marito exſoluta, & in dote etiā cōfeſſata, vt ibi per *Iaſ. n. 74.* quando eſt renūtiatū exceptioni dotis nō numeratę: vel lapſum eſt tēpus ad eā exceptionē proponendā *l. fi. cū auth. ibi poſita. C. de dote cau.* his n. caſibus mulier habet intētionē fundatā quantū ad dotis petitionē, vt ſibi cōpetat priuilegiū tacitæ hypothecæ. Bar. *in d. l. aſſiduis.* quod procedit reſpectu mariti, & hæredum eius, quibus nocebit ea mariti facta cōfeſſio de dote recepta, ſed nō nocet creditoribus mariti, quibus nocet vera dotis numeratio. Iaſ. *in §. fuerat. nu. 86.* & gloſ. *in d. l. aſſiduis.* quod tamē intellige, cùm mulier conuenerit cum creditoribus mariti probantibus actualē numerationē factā fuiſſe marito: ſecus ſi illi creditores ſolùm habeant confeſſionē mariti de recepto, ſicut & ipſa mulier. nam tūc illis mulier eſſet preferēda, vt ibi per *Iaſ. nu. 91.* verùm licèt ea ſimplex mariti cōfeſſio de dote recepta nō præiudicet creditoribus, nec illa habeat priuilegium tacitæ hypothecę veræ dotis: tamen ſi vltra ſimplicē eam confeſſionem appareret aliqua alia indicia, ſeu coniecturę dotis datę & ſolutæ, ex talibus indicijs confeſſio ea adiuuaretur. Curt. iun. *conſ. 69. nu. 3.* Bellac.

2 Mulier priorem hypothecam habens præfertur pro dote ſua habenti ſpecialē ratione rei ſuę, ſeu quòd res ipſa ematur ex propria pecunia, ſecundū communem per Burſat. *conſ. 56. num. 13. lib. 1.* vbi inter alia plura allegat text. *in §. his conſequēs. in auth. de æqual. dotium.* Bonac.

3 Mulieri habēti hypothecā etiā expreſſam poſteriorem in bonis mariti præfertur creditor habēs anteriorē hypothecā expreſſam. quā opi. dicit cōmunē Rip. *in l. 1. nu. 1. ff. ſol. mat. & l. quæſitū. nu. 7. de priui. cred. nu. 3. ff.* Io. Corn. *l. qui liberos. n. 117. ff. de rit. nupt.* Neguſ. *de pig. 2. part. 4. mem. nu. 110.* Et an mulier quæ pro reſtitutione ſuæ dotis accepit in ſolutū vnum prædium, quod tamen reperitur prius ſpecialiter obligatum creditori poſt receptam dotem, an cogatur illud prædium remittere? Corn. *conſ. 246. lib. 1.* dicit quod nō. Bellac.

4 Priuilegiū prælationis quod habet mulier, vt præferatur creditoribus habentibus tacitam hypothecam in bonis ſui mariti pro ſua dote recuperāda, cōpetit etiam & filiis ipſius mulieris ex ipſo matrimonio, & non aliis ipſi mulieri ſuccedentibus. *auth. ſi quid. C. qui pot. in pig. habean.* & hoc approbat Iaſ. *in §. fuerat, num. 94. Inſtit. de actio.* Idem.

5 Dos cauta tātùm, vel confeſſata, vbi non conſtat realiter eſſe numeratā, non habet priuilegium prælationis contra alios creditores. cōem dicit Minſ. *obſerua. 61. cent. 1.* I. Fich.

*F*allit, niſi alij creditores ipſi quoque nihil habeāt preter literariam cautionem, ſuper eorum creditis confeſſatis, quia tunc cum vtrinque par ſit cōditio, mulier adhuc præfertur, etiam in confeſſata dote, tanquam fauorabilior ratione dotis, vt ibidem latiùs idem Minſingerus. Idem.

6 Itē nota. q etiā ſi excedat hæc donatio quingētos aureos, & nō ſit inſinuata, morte cōfirmatur: ſecundū magis cōmunē opinionem, vt per Bello. *in d. conſ. 4. n. 11.* cōtra Cur. iu. *conſ. 95. in fi.* & vide Bello. ibi de valore quingētorū aureorū, ad quorū numerationem eſſe attēdendum dicit quòd 72. aurei in tempore. *l. ſancimus. C. de don. per gl. in l. fi. ff. de in lit. iur. voc.* & Iaſ. *in d. l. fi. & in l. 2. §. ex his. ff de verb. obli.* faciebant librā auri. Et aurei moderni ſunt minoris valoris, quia 96. aurei faciunt libram vnam. & ſic libra variata eſt 4. parte valoris: & ſic valebit donatio vltra ſeptingentos aureos, vt per Paul. *in l. fin. C. communia de legat.* & ſequitur Felyn. *in c. conquerente. de off. ord.*

De iure regio iuxta *pragma. 120. c. 1.* quingenti aurei de quibus *in d. l. ſancimus.* ſunt mille aurei; de quibus nunc vtimur. Nam per dictā pragma. taxatur Marca auri in 75. aureis: & marca eſt medietas libræ, libra enim ex centum & quinquaginta aureis cōſtat, qui computati iuxta *d. l. ſancimus.* excedunt millenarium. Sed nota verbum Alciat. *in l. hæc enuntiatio. ff. de verb. ſignific.* vbi dicit, nobis videtur aureum quo hodie vtimur ex generali omnium populorum cōſuetudine, ſubrogatum eſſe illi veteri: & ideò, quæ de ſolido de iure ciuili ſtatuta ſunt, ad noſtrum vſum licet leuioris referenda ſunt.

Sublimita primam limitationē, ad præiudicium creditoris: quia licet præiudicet hæredibus matris, non tamē creditoris. Bello. *conſi. 47. nu. 4.* communem dicit, quem vide & nota.

7 Nota q creditores, ad hoc quod eis nō pręiudicet, debent opponere exceptionē nō numeratæ dotis intra tēpora iuris, aliàs præiudicat eis, & nocet cōfeſſio. Matthæ. de Afflict. *deciſ. 402.* cōmunem dicit. licèt alij tenuerint contrariū, vt per Coua. *in reſp. lib. 1. cap. 7. nu. 6.* vbi nititur concordare: dicēs quod hæc cōmunis opin. procedat cùm confeſſio præceſſerit matrimonium: ſi tamē poſt matrimonium, confeſſio emanauit, nō præiudicat creditoribus, quin poſſit etiā poſt tēpus exceptionis non numeratæ dotis opponi. & dicit hoc eſſe ex mēte Bar. & doctorum *in l. ſi conſtante. ff. ſol. matr.* quod not. Idem.

8 Vxor non habet priuilegium prælationis ratione dotis cōfeſſatę tantùm, niſi probet realem ſolutionem ipſius dotis, ſecundum gl. *in l. aſſiduis poſt med. in verſi. Dote. C. qui potio. in pignor. habean.* quam communiter à docto. receptam ſcribit Minſing. *obſer. 61. cent. 1.* Io. Fichard.

ADDITIO. Adde quòd aliqui dixerunt eam non poſſe impedire creditores petentes poſſeſſionem in bonis mariti, niſi pręceſſerit ſententia cōtra virum, teſte Hyppol. *in rubr. ff. de falſ. verſi. & facit.* vbi alleg. conſi. Bart. & Caſt. Et ſi ſemel petiit dotem collocari in tuto, non poteſt iterum petere. niſi de nouo probet maritum dilapidare *l. creditores. in principio. ff. de priuileg. credit.* not. idem Hyppolit. *ſingul. 284. in l. ſi quis ne quæſtio. num. 10. ff. de quæſtionibus.* Socin. *in conſilio 111. lib. 3.* Et de muliere conſentiente alienationi rei quę eſt mariti, vide Bald. vbi doct. *in apoſtil. in l. mater. C. de rei vend.* Idem

9 Mulieri agenti hypothecaria ad excludend. alios creditores mariti

mariti ſufficit oſtendere de confeſſione mariti cõfitentis ſe recepiſſe dotẽ, dũmodo elapſum ſit tẽpus præfixũ opponẽ. exceptionẽ nõ numeratæ dotis, ſecundũ com. per Alex. *conſ. 90. n. 5. lib. ij. conſ 142. nu 3. lib. v.* Ay. *conſ.* 40. doc. *in apoſti. ad Alex. d. conſ.* Rol. qui artic. pulchrè examinat *cõſ. 74. nu. 9. 10. & ſeq. lib. iij.* ex Bar. *in l. aſſiduis. C. qui pot. in pig. & aliis plurib. vbi all.* & etiam per Rom *conſ. 445. col. fi. 3. dub.* Iaſ. *in § fuerat. nu. 91. Inſtit. de act.* Bal. Nouel. *de dote par.* 10. *nu.* 51.

Quomodo autẽ poſſint bona auocari à quocunq. poſſeſſore bonorũ debitoris? dic, vt per Caſt. *in l. ſi marito ff. ſol mat.* vbi de muliere agen. ad dotẽ cõfiſcatis bonis mariti, & an ac quãdo poſſit mulier impedire creditores ſe inueſtien. de bonis mariti, & quã do creditores poſſint offerre dotẽ vx. volẽte auocare bona mariti? vide Caſt. *in l. j. col. 1 nu. 13. ff ſol. mat.* poſt Bar *in l. ſi conſtante. quæſt. 7. 3. part. prin.* vbi Alex. Quid de muliere quę dedit dote marito, qui poſtea deceſſit relictis quibuſdã ouibus, quæ venditæ fuerunt per fratrẽ ipſius mariti? & dic, quòd facta excuſſ. de bonis viri, & re præſcripta vel perẽpta, ipſa mulier aget cõtra fratrem viri ad pretium in ſubſidium, teſte Bar. *in l. j. in fi. ff. de diſtra pign.* Iaſ. *in l. ſi cum ſeruũ in fi. ſi cert. petat.* & tac. quę ſcribit Bal. *in c. 1. §. ſimiliter. col. 1. ver. extra not. de contr. inueſtit.* Bar. *in l. moſchis. ff. de iur. fiſci.* Bald. *de dot. 7. par 15 prin. & 8. par. 34. prin.* Vezinus.

10 Vulgaris concluſio eſt, quòd bona mariti tacitè ſint oppignorata pro dote, de qua eſt tex. expreſſus *in l. j. §. & vt plenius. C. de rei vxo. actione*, quódq. mulier in tacita hypotheca præferatur cæteris creditorib. tacitam hypothecam habentibus, vt eſt tex. *l fi. C. qui potio. in pig.*

Sed quæro, Nunquid ſi minor habens curatorem, matrimonium contrahat, bona eius tacitè ſint obligata pro dote. Reſpond. quòd Bar. *in l. ſi cõſtante. 4. quæſt.* tenet quòd nõ, quem ſequitur Fulg. & Salyc. *l. certi iuris. C. locati.* Io. de Imo. *d. l ſi conſtante.* vbi dicit opin. Bar. securè ſequendam.

Contraria tamẽ partem cõmuni calculo approbarũt Doct. noſtri, vt teſtatur Alex. *in d. l. ſi cõſtante.* & ibi tenẽt Bal. Ang. & Rom. & ita determinat gloſ. & cy. *l fi. C. de legit. tutor.* & ibi Bal. & Ang. dicit Bal. hãc eſſe com. opi. Eãde tenet idem Bal. *d l. vnica. §. & vt plenius. & l. j. C. de dot. promiſ.* Eãdẽ opinionẽ tenet Signor. de Homod. *cõſ. 49.* Et ea dicit eſſe cõmunẽ Grã. *dec. 103. nu. 17.* Ex quo. n. lex permittit principale, ſcilicet matrimoniũ contrahere ſine curatoris authoritate, & decreto iudicis, acceſſorium quoque permittere videtur conſequenter: imò in hypotheca legali non requiritur decretum iudicis, ſed ſufficit decretum legis. Mich. Graſſus.

11 Sed quęro, An ſimiliter ſpõſa quoq. in bonis ſpõſi ſui habeat hãc hypothecã priuilegiatã? Reſp. Communis & recepta Do. opinio eſt, quòd nõ ita tenet gl. *l. eos. C. qui pot. in pig.* Bar. *l. ij. §. fi. ff de priu. cre.* Ang. *§. fuerat. n. 12. de act.* Schrader *in t. de nup. in prin in materia ſponſ. de futuro*, vbi communem dicit. Mich. Graſſus.

12 Quæro, an mulier habẽs expreſſã hypothecã, præferatur creditorib⁹ habẽtibus ſimilem expreſſam anteriorẽ? Reſp. in hoc articulo diuerſæ ſunt opinion. Ang. *§. his cõſequẽs. auth. de æqual. dot.* tenet quòd ſic, & dicit, quòd ita de cõſuetudine ſeruetur. quã opinionem ſequitur Are. *l. j. ff. ſol. matr.* & Bald. Nouel. *de dote, 19. par. limit.* 16. vbi dicit eam eſſe ſatis æquam.

† Contrariam opinionnem tenet ipſe Bald. Nouel. *in d. tract. part.* ſibi cõtrarius. & Saly. *l. aſſiduis. C. qui potio. in pig.* Eandem tenent Dyn. *Bar.* & Alb. de Roſ. & reliqui Doct. *d. l. j.* vbi hanc dicit eſſe magis com. opi. *Iaſ. 2. lect. n* 11. Ratio diuerſitatis eſt, quia quãdo vtraq. eſt tacita hypotheca; tunc vtraq. prouenit ex prouiſione legis, vnde tũ voluit lex magis fauere doti. Secùs eſt quãdo vtraq. eſt ex prouiſione hominis, quia tunc lex nõ voluit alienũ denegare auxiliũ, ſecundum glo. communiter approbatam, vt dicit Iaſ. ſupradicto loco. Mich. Graſſus.

13 Quęro, Nunquid in dubio obligatio bonorum pro dote pręſumatur præceſſiſſe obligationem extranei in bonis mariti? Reſp. quòd ſic. *l. in ambiguis. ff. de reg. iur.* & ita poteſt intelligi *d. l. j. ff. ſol. matr.* Hanc opinionẽ tenent *in d. l. j.* Dy. *Bar.* & Bal. Et dicit ibi Iaſ. *n.* 1. quòd ita tenent omnes Doct. & hoc eſt vnum priuilegium dotis. Mich. Graſſus.

14 Creditor habens generalem hypothecã, nõ poteſt facere executionẽ ſuper re quæ eſt alteri ſpecialiter hypothecata. *l. ij C. de pig.* quod procedit vbi per talem generalem hypothecã ſatisfieri poſſit illi primo creditori: quia tũc ad alia bona etiã ſpecialiter hypothecata alteri creditori eſſet recurrendũ: aliàs non, vbi ea generalis hypotheca in aliis bonis poſſet ſufficere Sal. *in ea. l. 2.* Soc. *conſil. 15. in 4. vol.* Bellacumb.

15 Quæro, vtrum creditor prior hypothecam & priuilegium prælationis habens, poſſit agere contra poſteriorẽ creditorẽ, cui ſoluta eſt pecunia per debitorẽ, etiãſi illa pecunia bona fide ſit cõnſumpta? Reſp. Diſtinguendum eſt, aut loquimur in fiſco creditore, & nullũ eſt dubium, per textum expreſſum *l. pecunia. C. de priuil. fiſci.* Aut loquimur in priuato creditore, & licet quidam voluerint conſtitutionem *d. l. pecunia*, non extendi ad quoſcunque creditores, hypothecã & priuilegium habentes, quaſi ſpecialis ſit in fiſco: quam ſententiã ſequitur Fulgoſ. *ibi, & in l. cùm fundus. §. ſeruum. nu. 4 ff. ſi cert. pet.* Tamẽ contraria opinio frequentiori calculo approbata eſt, quam tenet gl. *d. l. pecunia. l ſed an hic ff quod cum eo.*

16 Eandẽ ſententiam ſequitur Sal. & Ang. *d. l. pecunia.* Ioan. And. *in additionibus ad Spec. tit. de oblig. & ſolut. in rub. verſ. videamus generaliter.* Matt. de Affli. *dec. Neap.* 190. Bald. *d. l. fi. q. 5. C. depoſ.* Cuma *l. pupillus.* dicens ea eſſe cõmunem. *ff. quæ in frau. creditorũ.* Eãde dicit eſſe cõmunem Did. Couar. *libr. pra. q. c.* 29. vbi pulchrè de hac quæſtione diſputat: intelligenda tamen eſt hæc communis ſententia, vt non procedat in quocunque creditore priuilegiato etiam quò ad actionem perſonalem, etiam ſi ius hypothecæ non habeat, nec priuilegium, vt voluit Capyc. *dec.* 78. Id enim communi Doctorum interpretationi aduerſum eſt, vt voluit poſt Matth. de *Affli. d. dec.* 190. Didacus Couar. *d. c. 29 nu. 2.* M. Graſſus.

17 Merces emptæ ex pecuniis quæ datæ erãt mutuo, nõ cenſentur mihi ex hoc tacitè hypothecatę, niſi hoc expreſsè dictũ eſſet in cõtractu, & ideo cautela eſt vt mutuãtes faciat apponere ſpecialẽ hypothecã in ipſis mercibus, per quã tũc ille mutuans pręferendus eſſet aliis creditoribus habentibus anteriorẽ hypotheca quantũcunq. expreſſam. *l. licet. C. qui potio. in pig. habean.* aliàs ex hoc ſolo quod merces eſſent emptę ex mea pecunia, quã illi mercatori dederam mutuo, nõ conſtitueretur hypotheca in ipſis mercibus, niſi mutuans eſſet minor. *l interdum.* & ibi Bar. *ff qui potio.* Bart. Bald. & Ang. *in l ſi cum dotem. §. ſi ff. ſoluto matr.* vbi tenet, quòd ſi quis mutuauerit alicui pecuniã qui deinde ex ea pecunia merces emerit, quamuis illæ merces ſtẽt, quòd ille mutuans non eſſet præferendus in ipſis mercib⁹ cæteris creditoribus, niſi pecunia expreſsè fuiſſet data, & mutuata ad eas merces emẽdas. Iaſ. *in l. quis Romæ. §. Callimachus. num. 2. ff de verb. oblig.* & ibi Aret. *nu.* 4. Vide 5. *lib. vij. tit. de iis quæ in fraud. credit. §. creditor ex mercium.* Bellac.

18 Creditor, qui merces vẽdidit debitori, ex quo contractu natũ fuit creditũ: ſi debitor fugit, nõ eſt potior in re vẽdita aliis creditorib. priorib⁹. Vterq. Im. *in l ſi cũ dotẽ. § fi. ff. ſol. mat.* & Fanus *de pig. & hypot. in 5 par. mẽb 2. n. 8.* communem dicit.

Atopſta itam communem ad creditorẽ ex mutuo, qui non eſt potior in re empta ex pecunia mutuata. Ant. de Fan. *in 2. part. memb. 1. num. 13.* communem dicit.

Limita primò, ſi pecunia fuit mutuata ad illam rem emendam. Fanus *in 5. part. memb. 2. num. 8.* communem dicit.

Concor. cum *l. xxx. tit. 13 part.* 5. & intel. prout in communi ſequenti, & vide *l. xxvij. & 28. & 29 euiſdem tituli.*

Reſtringe iſtã limitationẽ quantũ ad actionẽ perſonalẽ: nã habens hypothecam etiã generalẽ, pręfertur creditori ex mutuo ad rem emendã: cùm actio mutuantis ſit perſonalis, & nõ præiudicat actioni reali. idem Fanus *nu.* 8. communem dicit.

Limita ſecundò, in re empta ex pecunia eccleſiæ. *Io.* de Rip. *in l. Senatuſconſulto. num. 6. ff. in quis caſib. pig. vel hypot. contrah.* communem dicit. & vide per eum regulas, & limitationes alias. a. Villalob.

Limita etiam ſi pecunia ſit mutuata ad certam negotiationem, quia tunc mutuans præfertur aliis creditorib. Ludouic. Rom *ſing* 569. Iul. Mallet.

19 Creditor qui dedit ſemen ad ſeminandum, erit præferendus cæteris creditoribus etiam anterioribus tẽpore, ad ſemẽ ipſum percipiendum. *l. procuratoris. §. in tributum. verſic. quod tamen. de tributo.* Ita Petrus de Ferrariis *in tit. de forma libelli. §. ſub ea obligatione. ver. ſi quid autem dicas.* Bellac.

20 Venditor mercium non præfertur cæteris creditoribus hypothecam habentibus in ipſis mercibus venditis: & ſic ſi mercator vendidit merces ſuas alicui mercatori, & transferat dominium, & ille mercator promittat ſoluere in certis nũdinis, & poſteà aufugiat, & extent merces venditæ, & cõpareant alij creditores: tũc mercator, qui vendidit iſtas merces, nullũ

habe

habet priuilegium in illis mercibus, nec præfertur aliis creditoribus, quamuis extent dictæ merces: vt voluerũt Dyn. Bar. Ang. *Bald.* Alex. *Iaſ.* & cęteri omnes *in l. ſi cum dotem. §. fin. ff. ſolu. matrim.* & Bal. *in l. fin. C. commodati. & in l. eum eui. C. de act. & oblig. & in l. in rebus. col. 2. C. de iure dot.* Paul. Caſtr. *in l. procuratoris. §. ſi plures. ff. de tribut.* & Stracca cum aliis relatis per eum, *in tract. de mercatura, in tit. de decoctoribus, in vlt. part. qui potiores in bonis decoctorum habeantur, nu.* 5. qui ſcribit iſtam eſſe communem opinionem.

¶ Sed contrarium, & malè, ac titubanter quidem videtur ſentire Bal. *in l. pro debito. C. de bonis auth. iud. poſſid.* quem in vno caſu ſaluat Iaſ. *in l. creditor, la prima. ff. ſi cert. pet.* ſcilicet quando pecunia fuiſſet expreſsè, & ſpecificè mutuata ad emẽdũ, tales merces cenſentur tacitè obligatæ, & in illis tanquã tacitè hypothecatis præfertur omnib. creditoribus priorib. quod quidem communiter reprobatur per Doct. *vt ſupra in opin.* 536. *lib.* 4. *folio* 91. Mutuans alicui pecuniam, oſtenſum eſt. Viuius *opin.* 1012.

21 Actuum diuerſitas ita inducitur, & pluralitas, prioritaſq; in tempore iure & hypotheca, ſi fiant diuerſis horis diei, ſicut ſi in diuerſis diebus, text. eſt not. iuncta gloſ. *in ver. eodem die. in l. ſi fundus. §. ſi duo. ff. de pign.* facit gloſ. *in l. ſi ex pluribus. §. fi. ff. de ſol.* Balb. *deciſ.* 493.

De prætorio pignore: & vt etiam in actionibus debitorum miſſio prætorij pignoris procedat.

TITVLVS XII.

Pignus prætorium, quod capitur ob rei non comparentis contumaciam, cùm non reperiatur tẽpus pręfixum in iure quando vendi debeat, & poſſit: ideò relinquitur arbitrio iudicis, infra quantum tempus tale pign⁹ vendi poſſit: ſecundũ doct. omnes, *in l. cùm proponas. C. de bo. auth. iud. poſſ.* Bart. & alios *in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.* Alex. & *Iaſ. in l. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iud.* & Iaſ. *in l. debitoribus. nu.* 4. *in fi. eod. tit.* vbi commemorat iſtam eſſe communem opinionem, & Neguſan. *in tract. de pignor. & hypo. in 6 par. primi membri. nu.* 8.

Et aduerte quod pignus prætoriũ illud dicitur, quod datur per iudicẽ in contumaciam rei ex primo decreto, ſequuta tamen immiſſione: vt eſt tex. & ibi not. *Bar. in l. non eſt mirum. ff. de pig. actio.* quo nempè caſu locus eſt, primo, & ſecundo decreto: vt *in d. l. ſi finita. §. Iulianus, cum ſimilibus, & l. cùm vnus. ff. de bonis auth. iud. poſſ.* & habetur per Paul. de Caſtr. *in d. l. ſi finita. §. ſi plures. col.* 4. *verſ. Secundò quia non ſit adiudicatio.*

Sed pignus hoc pretorium non conſtituitur nudo, ſimplicíq; iudicis verbo: veruntamen requiritur immiſſio in poſſeſſionem: niſi quando per caſum, vel de facto potentioris fieri non poſſit: tunc enim miſſio habetur pro facta. ita Bar. *in l. ſi finita. §. illud quæritur. ff. de dam. infect.* & Bal. *in l.* 3. *in prin. C. vt in poſſ. leg.* Viuius *opin.* 615.

2 Pignoris prætorij & conuentionalis differentias, vide per doct. in apoſtil. ad *Bart. in l.* 1. *ante nu.* 4. *ff. de pig. act.* inter quas illa eſt, quòd licet in pignore & hypothecaria conuentionali requiratur excuſſio quando agitur contra tertios poſſeſſores, *in auth. hoc ſi debitor. C. de pignorib.* ſecus in pignore prætorio, vt per doct. ibi Bellac.

Si in cauſa iudicati pignus captum ſit.

TITVLVS XIII.

Pignorum captio. Quando cauſa eſt commiſſa cognoſcenda & decidenda ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel vbi ita cauetur iure vel ſtatuto, poteſt iudex venire ad pignorum captionem abſque aliqua ſententia. notatur ſingulariter ſecundum Bart. *in extrauag. ad reprimẽdam, in verbo, figura.* Balb. *deciſ.* 130.

De remiſſione pignoris.

TITVLVS XIIII.

Tacens ac præſens, licet quando alienaretur res ſibi obligata ex taciturnitate, cẽſeatur pignoris remiſſionem facere, ac cõſentire. *l. ſi hypothecas. C. de remiſ. pig.* & ibidẽ gl. *arg. l. fideiuſſor.* 2. *§. pater. ff. de pig.* & ibidẽ bona gl. & gl *in l. Caius. ff. de pig. act.* & gl. *in l. ſæpe. ff. de re iud.* tamẽ quãdo alienaretur res ſua, id eſt fieret actus qui in ſe eius fieri poſſit ſe inuito, præſẽtia & taciturnitas eius, vt nequidem ſubſcriptio vel teſtis non præiudicaret. *argumento d. l. ſæpe. §. cur autem. ff. de re iud.* ſec. d. gl. communiter approbatas, vt tenet Bart. *in l. qua dotis. ff. ſol. mat.* D. Nic. *in c. nónne. de præſump.* refert Capr. *reg.* 56. *num.* 15. & 47.

2 Creditores qui ſunt certi in aliquo actu perficiendo, debẽt nominatim citari; alij autem quos conſtat incertos eſſe, per generalem citationem & per proclama publicum ſunt citandi. *l. ſi eo tempore. C. de remiſ. pign.* & ibi doct. & hoc verum eſſe aſſerit Iaſo. *in l. ſcimus. nu.* 3. *C. de iure delibe.* & Alex. *conſ.* 5. *in* 3. *volum.* Bellac.

De diſtractione pignorum.

TITVLVS XV.

Pignora diſtrahi poſſe priuſquam veniatur ad fideiuſſores, ſcribit Bart. ex opin. Dy. relata *in l. inter eos. §. creditor. ff. de fideiuſſ.* licet aliqui in apoſtil. ibi diſſentiant. Bellac.

2 Creditor ſi apud plures poſſeſſores reperiat bona ſibi obligata extare, poterit agere contra quemlibet inſolidum: & quẽlibet eligere poterit, nec habet ille qui conuentus eſt facultatẽ aliquid opponendi. *l. creditoris arbitrio. ff. de diſtra. pign.* Rom. *conſ.* 128. & *ſingul.* 509. Quod procedit vbi ille agit ex expreſſa hypotheca, ſecus ſi ex tacita: quia tunc ſolùm pro rata bonorum quæ poſſident poſſeſſores agendũ eſſet. Io. de Platea *in l. fin. de debito. ciui. lib.* 11. *C.* & ibi etiam Rebuff. Bellac.

3 Vbi creditor accipit pignus à ſuo debitore, & actũ eſt inter eos vt pignus non vendatur, eo pacto non obſtante creditor poterit pignus ipſum vendere, dum tamen prius præcedat trina monitio cõtra debitorẽ. *l. ſi conuenerit. ff. de pig. actio.* Si autem de hoc nihil dictum ſit, licebit creditori pignus ipſum vendere facta prius ſemel denuntiatione ipſi debitori. *d. l. ſi conuenerit.* & vbi actum eſt, ſeu dictum, quod licebit creditori pignus ipſum vendere, & tunc illi licebit vẽdere abſq. vlla denuntiatione. gl. *in l. creditor. C. de diſt. pign.* Iaſ. *in l. fi. nu.* 1. *C. de iure emphyt.* Bellac.

4 Pignus conuentione datum, atque acceptũ non antè vendi poterit, quàm poſt moram à debitore admiſſam bienniũ pręterlabatur. commune inquiunt Alex. *nu.* 6. & 27. *Iaſ. nu.* 5. & *ſeq. in l. debitoribus. ff. de re iudic.* prætorium pignus ob rei non comparentis contumaciam captum, tunc vendi poterit, cùm iudex arbitrabitur. commune effatur Neguzant. *de pig.* 6. *par.* 1. *mem. num.* 8. Nihil autem vetat, quin pactio & valeat, & iuſta habeatur, vt pignus iuſto pretio emptum ſit, vel ſimpliciter, vt diſtrahatur, ni intra certum, ſtatutũque tempus debito ſatisfiat. communia produnt Tiraq. *de retract. cõuent. in fi. n.* 136. & *num* 138. Ar. Pin. *in rub. part.* 2. *ca.* 1. *num.* 26. *C. de reſcin. vend.* E. Suarez.

5 Pignus conuentionale, quando aliud non conuenit inter partes, creditor debet expectare biennium à tempore moræ numerandum, prius quàm illud alienet: & ſic elapſo biennio illud vendere poteſt. textus eſt *in l. fin. §. ſancimus. C. de iu. do. impe.* & hoc firmat Glo. & omnes communiter, *in l. debitoribus. ff. de re iud.* & iſtorum opinionem ſequuntur, tuentur, & dicunt eſſe communem ibi Alex. *nu.* 6. & 27. & Iaſ. *nu.* 5. & *ſeq.* Et licet in aliquibus caſibus inter ſe conueniant pignus conuentionale, & pretorium: vt latè explicat, & interpretatur Neguſ. *in tract. de pignor. & hyp. in* 3. *par.* 2. *membri, nu.* 29. *cum multis ſequen.*

Tamen ibi ponit decem differentias inter pignus conuentionale & prætoriũ, vtiles, veras, & neceſſarias. Et potiſſimum ſecundum Bar. Glo. & alios *in l.* 1. *ff. de pig. act.* pignus prætoriũ, & conuentionale differunt in modo conſtituendi: ſiquidem conuentionale cõtrahitur ſolo conſenſu partium: pretorium verò tranſitione, niſi caſu, *l. cum vnus. §. fin. cum l. ſeq. ff. de bo. auth. iud. poſſ.* & Alex, *in d. l.* 1. vbi ſimiliter adiicit alterã nẽpè differentiam, ſcilicet, quòd requiritur diſcuſſio in petitorio, quæ aliàs requiritur in conuentionali hypotheca. Necnõ tradit poſtremò etiam aliam differentiam: quia creditor accipiens pignus prætoriũ liberatur in totum, licèt pignus non ſit idoneum. *l. à diuo Pio. §. ſi pignore. ff. de re iud.* ſecus verò in conuentionali. *l. creditor, qui non idoneum ff. ſi cert. pet. & l. ſi pro mutua. C. eod. tit.*

Et pignus hoc conuentionale cõſtituitur inter abſentes, cõtrahitur quoq. quibuſcunq; verbis, etiã abſq; ſcriptura. Item cõſtitui poteſt de nocte, & in multis aliis caſib. relatis, & fuſiſſimè probatis, per Neg. *in d. tract. de pig. & hyp. in* 3. *par.* 1. *mem. nu* 2. *cum aliis ſeq.* & Glo. *in l. more. ff. de feriis.* Viuius *opin* 616.

Pignus

6 Pignus etiam pro executione debet vendi poſt duos méſes, cõputandos poſt quatuor menſes qui dantur iudicatis, ad ſoluendum. *Iaſ. in l. à diuo. §. in venditione, n. 15. de re iud.* com. dicit Villal.

7 Creditor rẽ debitoris meliorem pro ſuo credito eligere non poteſt, nec pignoratam vẽdere, ſed mediocrem arbitrio boni viri, ex qua ſuum creditum conſequatur, ſecundũ communem per Bui *cõſ. 84. num. 11. lib. 3.* poſt Bar. Bald. Salic. *in l. quamdiu. C. de diſtrac. pign.* Boer. *quæſt. 46. in fi.*

8 Teſtator, qui eſt debitor nõ poteſt impedire creditoris, quominus facere poſſit executionẽ ipſe creditor in bonis ſui debitoris, & vendere rem quam vellet. *l. creditoris arbitrio. ff. de diſtract. pign. per eum textum, debitorem venditionem pignoris impedire non poſſe.* fiet tamen hoſpitale in aliis bonis teſtatoris, ſi illæ res deſignatæ captæ fuerint. Bal. *in l. rem quam. in fi. C. ſi aduer. vend. pign.* Bellac.

9 Pactum de ingrediendo & occupando rem hypothecatam propria authoritate, & ſic ad executionẽ iuris realis, id eſt ipſius pignoris & hypothecæ, adiectũ contra tertiũ ſingularẽ ſucceſſorem habentem cauſam à debitore, ſi tamen debitum erat liquidum, in ipſo inſtrumento extenditur. *l. iij.* & ibi Bar. *ver. Item dubitatur, quid de ſingulari ſucceſſore. C. de pign.* & ibi Petr. Cyn. Ray. & Bald. Spec. quoque *in tit. de pig. §. 1. ver. Item quid ſi debitor.* ubi voluit per tex. *in l. ſi Titius ff. de ſer. export.* Et pactum huiuſmodi eſt dicti iuris realis exequutiuum, & conſequutiuum, prout tradunt Bar. Bal. & magis com. Doc. *in d. l.* quamuis (vt idem Bartolus ibi inquit) antiquiores eã ſuerint in opinione, quòd pactum prædictum ius tãtùm perſonale cauſet, & conſequenter quòd ad ſingularem non tranſeat ſucceſſorem. Corn. verò *conſ. 218.* videtur in hac conſultatione. *vol. 3.* latè hanc diſcutit, & examinat quæſt. Turz.

De luitione pignoris.

TITVLVS XVI.

PActum appoſitum de non luendo pignus in perpetuum, non valet: gl. *in l. qui Romæ. in prin ff. de verb. oblig.* & eam opinionem communem eſſe aſſerit Franciſcus Aretinus *in d. l. qui Romæ. in prin. nu. 2. verſ. quia ſupra.* Vezinus.

Si vnus ex pluribus hered. part. pig. ſoluerit.

TITVLVS XVII.

REſtitutio in integrum conceſſa minori ad probandum proderit etiam maiori in negotio quod habens commune etiam poſt publicatas atteſtationes: ſecus ſi negotium eſſet ſeparatum. *l. j. C. ſi vnus ex plurib.* Soc. *conſ. 110. n. 6. vol. 4.* Item reſtituto minore ſuper vno capitulo probationis, & maior reſtituetur. Soc. *ibid. nu. 2.* Bellacomb.

De iure dominij impetrando.

TITVLVS XVIII.

DAtio rei alicuius in ſolutum cum iudicis authoritate, non poterit reuocari etiã ſi debitor pretium obtulerit. Alex. *in l. ſi finita. §. Iulian. ff. de damn. infect.* quamuis Bar. ibi contrarium voluerit, debitorem ſcilicet audiendum eſſe, ſi infra biennium debitum obtulerit creditori, *per l. fi. C. de iure dominij impetran.* quia ea lex final. procedit in pignore conuentionali, & non in pignore prætorio: quod pignus prætorium ſemel alicui adiudicatum, non reuocabitur per oblationem pretij. & hæc eſt communis opinio contra Bar. vt per Decium *conſ. 592.* Bellac.

De pact. pignorum & de l. commiſſoria in pignoribus reſcindenda.

TITVLVS XIX.

PIgnus licet ſolo conſenſu videatur remiſſum, quãdo non eſt ſecuta traditio: tamen ſi eſt ſecuta, ſolo conſenſu abſque traditione non remittitur. idem Fanus *in 6. mem. 3. nu. 75.* com. dicit. Villal.

2 Pignus liberare debitor inuito creditore poteſt, ſi aliud ęquè idoneum offerat, vt eſt Accurſij opinio *in l. Titio. ff. de pignorib.* ſic vulgò & intellecta, & magis communiter probata, quẽadmodũ apparet ex Clement. *ſing. 54.* Dec. *in l. plus cautionis. nu. 3. ff. de reg. iur.* & *in l. 2. §. mutui datio. lect. 1. ff. ſi cer. pe.* & *in l. ſi pater. C. de colla.* Neguzant. *de pig. 4. memb. 3. par. nu. 21.* Sed contrarium tamen, meo quidem iudicio, verius eſt, & forſan non minus ia receptum: nã illud probare luculenter videtur tex. *in l. ſi rẽ. § omnis. ff. de pig. act.* & tex. iuncta cõmuni interpretatione *in l. ſi mandato meo. §. 1. ff. mandat.* arguendo de fideiuſſoribus ad pignora: vt facit *l. C. in l. quo autem §. 1. ff. de conſtit. pecu.* aſſirmat autem id in terminis Are. Iaſ *limi. 11.* Rip *nu. 21.* Purpur. *nu. 101. in d. §. mutui datio.* Cag. *in d. l. plus cautionis. nu. 6.* nec gloſſę auctoritas accuratè perpenſa quidquam obiecerit. ſed hac rota de re alibi vberius. E. Suarez.

3 Pactum legis cõmiſſorię in pignoribus eſt reprobatum? quia cenſetur appoſitum in fraudem vſurarum. *Iaſo in l. qui Romæ. in prin. nu. 25. ff. de verb. obli.* quod locũ habet, quãdo illud pactum fieret incontinenti, niſi fieret ſub hac conditione, vt niſi pecunia ſolueretur intra tale tempus, quòd res pignorata vendi poſſit iuſto pretio. quòd ſi pactum illud fieret poſt cõtractũ, atq. denuo apponeretur, ſuſtineretur tale pactũ. Pan. *in c. ſignificante. de pign* Salic. *in l. fi. C. de leg. commiſſ.* & ſolũ reprobatur tale pactũ, quãdo pignus datur creditori pro ſumma data ex cauſa mutui, ſed & quando pignus datur creditori pro alio debito. *d. l. fi.* Sed in contractu emptionis non eſt reprobatum pactũ legis commiſſoriæ. *l. commiſſoria. C. de pactis inter emp. & vend.* & Alex. *conſ. 178 vol. 7.* Bellac.

4 In debito ex cauſa dotis, reprobatum eſt pactum. *l. commiſſoria.* Eſt comm. opi. contra Fulg. ſec. Alexan. *conſ. 178. viſo proceſſu. vol. 7.* M. Chærian.

De exceptionibus.

TITVLVS XX.

EXceptio eſt actionis excluſio. Defenſio autem repulſio intentionis. Couart. *in reg. poſſeſſor. de regu. iur. in 6. nu. 4.* communem dicit ex gloſſ. *in ca. 1. de lit. conteſta. in 6.* ex Soc. *in rub. de except.*

Hinc eſt, quod exceptio non excludit intentione eius, qui ſine actione experitur. *Idem* ibidẽ ex Dec. *in rubr. de excep. extra,* communem aſſerit, ex quo infertur negationem non eſſe exceptionem cùm non excludat actionem. idem *ibi nu. 4. in ver. 4. planè,* communem dicit. B. Villalob.

2 Exceptio dominij, etiam quę in promptu offertur probanda, aliter quàm per ſententiam latam in petitorio, nõ obſtat agenti poſſeſſorio retinendæ. Dicit cõmunem Aret. *in l. ſi de eo. §. fi. de acquirenda poſſeſſio.* quod dicit notand. Ripa *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 98. eodem titulo.* Idem.

3 Exceptio, Tu es conſanguineus, ideo non potes eſſe Iudex, ſi non opponatur, valet iudicium. Iaſ. *in l. qui iuriſdictioni. nu. 6. ff. de iuriſdict. omnium iudic.* communem dicit. Idem.

4 Exceptio ſolutionis licet nõ ſit oppoſita, ſi cõſtat ex actis eſſe natam cum obligatione ante litem conteſtatam, abſoluitur reus: aliàs autem, ſi poſteà nata fuit, condẽnabitur ex prima obligatione. Ant. de Tremo. *in addit. ad Bona. in pract. exceptionum. in rubr. de impe. except. quæ contra reſ. nu. 9. in verbo, ante litem conteſtatam.* communem dicit. Villal. & Vezin.

5 Exceptio peremptoria poteſt opponi etiã poſt ſententiã, ſi agatur prima actione, & nõ actione in factum ex prima ſententia. Balb. *deciſ. 13.* communem dicit. *Idem.* & Vezin.

6 Exceptionibus omninò contrariis, reus poteſt vti, & ſe defendere. Hiero. Cagnn *in reg. nemo. nu. 3. ff. de regu. iuris.* communem dicit. Villal. & Vezinus.

7 Exceptio quę ſecũdũ ſtatutũ nõ poteſt opponi, tamẽ reſponterit detineri loco pignoris. Boer. *dec. 42. n. 15.* com. dicit. Ide.

8 Exceptio nullitatis (licet per ſtatutũ tollantur omnes exceptiones) non cenſetur ſublatæ. Cur. iun. *conſ. 119. nu 3.* communem dicit. Villalob. & Vezinus.

Nota iſtam cõmunẽ ad intell. *l. 1. & 4. titu. 8. lib. 3. ord.* & hoc quod hęc cõmunis videtur innuere. *lex 7. ti. 10. lib. 2. For. ll.* Idem.

9 Exceptio nullitatis non requirens altiorẽ indaginem, ſed quæ poteſt incontinenti probari, impedit executionem, Iaſ. *in l. ſi ſe non obtulit, §. condemnatum. nu. 5 ff. de re iudic.* communem dicit.

Concor. com *l. xxvij. tit. 2. parte tertia.* dicens, quòd excipiẽs de dominio, ſi ſtatim probat, admittitur, aliàs non.

Amplia iſtam communem ad iudicium poſſeſſorium, vbi non

non admittuntur exceptiones requirentes altiorem indaginem. Cur. iun. conſ. 108. nu. 14. com. dicit. Idem.

ADDITIO. Exceptio reſtitutionis in integrũ ſimiliter impedit executionem. Alb. & alij in cap. ſuſcitata. de in integ. reſt. quod limita, niſi ſit obtenta poſt tres conformes ſententias, iuxta terminos Cle. prima. de re iud. Limita ſecundò niſi calũnioſè petatur. Lap. alleg. 53. an oporteat, nu. 8. vt de his M. Antonius Pard. in tract. de temp. vti. & contin. in c. 5. nu. 2.

10 Exceptio nõ infert inictionis aduerſæ probationẽ. vt cõmune interpretũ dogma affirmãt. Iaſ. in l. Iulianus verũ debito rẽ. ff. de cond. indeb. An. Gomez. de delict. cap. 12. nu. 16.

11 Exceptio dilatoria ante litis cõteſtationẽ proponi debet cõmune ait Præpoſ. in c. ſi quis. 3. quæſt. 6. & cùm in prima cauſæ tractatione (inſtantia appellat interpretes) oppoſita non eſt, nõ poteſt in ſecũda opponi, vt recepta effatur An. de Tre. in additio. ad Bonacur. in pract. except. in rub. de imped. & excep. qua citra reſt. n. 9. Villal. in ſua collect. & Vezi. in ſuo erario. Idẽ.

12 Exceptio litẽ petimens etiã poſt ſentẽtiã opponi poteſt, ſi prima actione agatur, nõ verò actione in factũ ex prima ſententia, vt frequenter placitum enunciat Balb. dec. 13. Idem.

13 In quacunq. generali excluſiune exceptionũ, facta per ſtatutũ, nunquã excluditur officiũ iudicis, niſi excluderetur omnis exceptio & defenſio. Eſt vera, & cõmunis opinio ſecundũ Iaſ. cõſ. 7. adeò copioſè. n. 5. vol. 1. ver. & per iſtud. M. Chærian.

14 Exceptio nullitatis ex capite incõpetentiæ procedentis, nũquã cenſetur excluſa, etiã ſi præcludatur via opponendi cõtrà ſentẽtiã. gl. eſt cõmunis approb. in cle. 1. de ſeq. poſ. & fruct. in fi. ſecũdũ Cor. in conſ. 2. viſa. verſ. 3. nõ videtur. vol. 2. Idem.

15 Exceptio dilatoria non oppoſita ante litem conteſtatam, in prima inſtantiã, non poteſt opponi nec in ſecunda. Iaſ. in l. ita demum. nu. 7. de procu. com. dicit.

Nota iſtã cõmunem cum ſequenti ad intel. l. 2. ti. 6. lib. 3. ord. & ad c. 8. l. 42. in prag. & l. 2. tit. 8. in lib. ord. & l. 1. ti. 4. lib. 3. ord.

16 Fallit primò, niſi opponatur exceptio cõtra procuratorẽ: vt putà quòd ſit monachus: quia poteſt opponi, etiã poſt litẽ conteſtatã. An. de Trem. in additi. de Bona. in pract. except. in rub. de impe. & excep. qua contra reſ. nu. 9. verſ. 6. fallit com. dicit.

Fallit ſecundò, ſi exceptio dilatoria nõ erat orta reo ignorante, vel ex errore non propoſuit, quia nõ poteſt opponere poſtea. Iaſ. in l. error. nu. 19. de iuris & facti ignoran. communem dicit. B. Villal. & Vezinus.

Poteſt quis petere declarari exceptionem ſibi competere. Lud. Rom. conſ. 90. circa fi. Ang. Inſt. de excep. in rubr. in 15. col. & in 22. col. vbi no. loquitur. Vezin.

27 Peruerſio ordinis exceptionis corã ordinario non vitiat proceſſum: ſecus coram delegato. Ang. in d. rub. in 21. col. Idem.

18 Exceptio reijcitur, ſi iudex ad vlteriora procedat. Fel. in c. ex parte. in 3. col. de teſti. & in c. ſuborta. col. 3. de re iud. Paul. de Caſt. in 2. vol. conſ. 329. aliàs 327. in fi. Pan. in 1. parte conſ. 14. Alc. vol. 2. conſ. 37. in 4. col. Phi. in ca. ſi duobus. in 8. col. de appel. & in c. ex parte. in 5. not. ced. tit. Iaſ. in l. 2. fi. 11. col. ff. ſi quis in ius voc. & in col. ſeq. Alex. in 1. vol. conſ. 53. in fi. Cor. conſ. 159. verſ. Nec etiã ob. & in 4. vol. conſ. 85. ver. nam quando oppon. Marſ. in l. ſi quis. in 17. col. de quo Alex. in l. ſi finita. §. Iul. in 13. col. de dam. infect. Lud. Ro. conſ. 220. in 3. col.

Et tunc eſt appellãdum, vt dict. iuribus: & cauſa grauaminis eſt proban, niſi fuerit oblata probatio, & per iudicẽ à quo fuerit reiecta. cap. interpoſita vbi Phi. in 1. & 2. col. de appel.

Limita niſi eſſet inhabilitas iuris naturalis: quia per proceſſum ad vlteriora non videtur reiecta. Marſ. vbi ſuprà.

Limita etiã in excep. iuriſd. quia non reiicitur per proceſſum ad vlteriora. Marſ. vbi ſuprà in 18. col.

Contrarium tenet Ang. in conſ. 217. ver. quintò prob.

Item limita quando ſuper excep. reperitur replicatum & cognitum: aliàs non reijcitur exceptio. ita Lud. Ro. conſ. 241. in 2. col. ver. vlt. ſi dicatur. Idem.

19. Exceptio litis finitæ impedit lit. conteſtationẽ l. elegãter. §. ſi quis poſt. ff. de cõd. indeb. c. 1. de lit. cont. in 6. Bar. in l. poſtquã litis. in fi. com. C. de pact. aliquid per Alex. in l. 4. §. condemnatum. in fi. 4. col. ff. de re iu. Bar. & Iaſ. in l. fratris. C. de tran. Bar. in l. ſeruus. C. de his qui ad eccl. cõfug. vbi dicit quòd iuſta excep. impedit litẽ cõteſtari. addo tex. & ibi Fel. in c. ſicut. de re iud. Pan. in 2. parte, conſ. 60. Alex. in 5. vol. cõſ. 40. ibi, 3. præſuppono. Idem.

20 Exceptio trãſactionis eſt litis finitæ l. fratris. & ibi doct. maximè Iaſ. C. de tranſact. Alex. in d. conſ. 40.

Idem in exceptione præſcrip. ſi offeratur probatio incõtinenti. Alex. in 2. vol. conſ. 213. vide in materia Phi. in cap. 1. in 3. col. de lit. conte. in 6. Ang. conſ. 161. Idem.

21 Exceptio rei iudicatæ eſt litis finitę. Amplè Soc. in 2. par. conſ. 264. in 8. col. cum ſeq. Dec. conſ. 96. vbi dicit, quòd vbicunque tria cõcurrunt in ſecundo iud. quæ cõcurrerunt in primo, ſemper obl. excep. rei iud. primum, quòd idem petat. ſecũdũ quòd eadem ſit cauſa petendi. tertiò eadem cõditio perſonar. l. cum quæritur. cum duabus ſequẽtibus. ff. de excep. rei iud. & de iſta excep. Ang. in §. item ſi in 20. col. & ſeq. Inſt. de excep. Idem.

22 Exceptio periurij eſt litis finitę. Iaſ. in l. ſi quis maior. in 6. col. C. de tranſact. al. Ant. de Butr. in c. dilecti. in 3. col. de except. & dicit eſſe no. quia incognitum. idem vult ipſe Iaſ. in l. aut prætor. la ſecunda. in prin. 2. col. ff. de iu. iur. nam periurus ab agendo repellitur. Iaſ. in l. ſi duo. §. fi. in 1. col. eo. tit. Idem.

23 Exceptio periurij impedit lit. ingreſſũ. Soc. qui multa al. in 1. parte conſ. 38. in pen. col. Cur. iun. conſ. 17. in 3. col. Idem.

24. Exceptio tranſactionis impedit litis ingreſſum. doct. maximè Iaſ. per illum tex. in d. l. fratris. C. de tranſact. Idem.

25 Exceptio rei iudicatę non ob. ſi ſententia eſt nulla. Soc. in 2. parte conſ. 255. in 1. col. al. l. 4. §. condemnatum. cum ibi no. ff. de re iur. addo Alex. in 4. vol. conſ. 42. Idem.

40 Exceptio firmat regulam, cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſtata.

Fallit vt per Mant. ſing. 677.

Fallit in 3. caſi. vt per Fel. in. d. c. n. 1. Don. à Fina.

41 Poſt concluſionem in cauſa non poteſt opponi exceptio iuris nouiter cogniti.

Fallit in multis caſi. vt per Felyn. in cap. paſtoralis, el 2. de except. num. 22. Don. à Fina.

42 Excipiens non fatetur, not. Doctor. in cap. cum venerabilis, de exceptio.

Fallit in 7. caſib. vt per Felyn. in d. cap. num. 10.

Fallit in 3. caſib. ſecūdum Alex. in l. decem ſtipulatus. ff. de verb. obli. num. 27. Don. à Fina.

43 Proponens exceptionem dilatoriam, videtur in iudicem conſentire, cap. inter monaſterium. de re iudic.

Fallit in 8. caſib. vt per Felyn. in d. cap. num. 7. Don. à Fina.

44 Exceptio, tua non intereſt, debet opponi ante litem conteſtatam. fallit in 2. caſib. ſecundum Felyn. in cap. ſuper his. de accu. num. 12. Don à Fina.

45 Agenti actione reali, pmā rei vendicatione, poteſt opponi exceptio, tu non es dominus.

Fallit in 3. caſi. ſecūdū Ale. in l. ſi alienū, ff ſolut. matr. Dō. à Fina.

46 Si ſtatutū tollit exceptiones, & defenſiones, valet. Bar. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Lud. in l. vt vim. ff. de iuſtit. & iure.

Fallit vt per Marſ. in praxi criminali in vltima quæſtio. num. 34. & ſeq. Don. à Fina.

47 Exceptioni ſimulationis renuntiari non poteſt: hanc cōcluſionem ponit Crot. in l. nemo poteſt, ff. de leg. 1. num. 27. ver. ſecunda ſit concluſio. vbi limitat. Don. à Fina.

48 Stante ſtatuto, quòd contra inſtrumentum factū manu publici notarij, non poſſit opponi aliqua exceptio: tamē ſi eſt inſtrumentum dotis, poteſt opponi quòd matrimonium non eſt ſecutum. hanc opinionem cum 2. limitationibus ponit Iaſ. in l. iurem quam, ff. de pact. num. 8. Don. à Fina.

49 Exceptio rei iudicatæ regulariter competit. l. 3. ff. de excep. fallit in 17. caſib. vt per Vigel. in commen. 2. anni. cap. 19 fol. 280.

Fallit & fallentis ſublimitat in 8. caſib. ab eod. in commento 7. anni. cap. 17. fol. 136. Don. à Fina.

50 Exceptio domini non diſcuſſi, neque exceptio, dolo facis, obſtat agenti poſſeſſorio retinendę, ſicut nec agenti poſſeſſorio recuperandæ, etiam quod offerat incontinenti ſe probaturum. fallit in 5. caſib. vt per Io. Bolo. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ. nu. 119. Idem.

51 Cui competit actio, eidem exceptio quoque eſt danda. l. cui damus. ff. de regul. iu.

Fallit vt per Vigel. in cōmen. 7. anni lib. xlviij. ff. c. 1. q. 7. reg. 2. fol. 10. vide Cur. iun. in l. creditoris. C. de pact. nu. 12. Idem.

52 Exceptio quod metus cauſa regulariter datur. l. j. & per totum tit. ff. de eo quod metus cauſa.

Fallit in 27. caſib. vt per Vigel in cōmento 7. anni. in lib. xlix. c. in cauſa 14. fol. 191. Don. à Fina.

53 Exceptio quod metus cauſa ei datur ad quē res peruenit.

Fallit in 4. caſib. vt per Vigel. vbi ſupra cap. 2. quæſt. 5. reg. 2. fol. 199. Idem.

54 Super exceptione negatiua quis non poteſt ſe fundare; cap. ex eo. de reg. iu. in 6.

Ampliatur & limitatur per Horma. Det. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff de acq. poſſ. nu. 18. Idem.

55 Si cauſa quę in iudiciū deducitur antequam in iudicium deducta fuerit, ſiue prius iudiciū finitū ſit nō ſit finitum rurſus, agenti exceptio rei iudicatæ in primo caſu vel in altero caſu rei iudicium deductæ obſtabit. l. xij. ff. de excep. rei iudic.

Fallit in multis caſib. vt per Vigel. in commento 7. anni c. 19. fol. 125. Idem.

56 In alia re quàm de qua in priori iudicio actum eſt, exceptio rei iudicatæ, & in iudiciū deductę non obeſt. l. xij. ff. de excep. rei iu. fallit in 5. caſib. vt per Vigel. vbi ſupra cap. 17. reg. 3. fol. 144. & vide quæ not. in d. l. Idem.

57 Exceptio dominij ſpoliato agenti interdicto recuperādæ poſſeſſionis obiici non poteſt, l. ſi quis in ſe fundum. C. ad l. Iuliā.

Fallit in 5. caſib. vt per Soc. reg. 113. fallit in 6. caſib. ſecūdum Ale. in l. naturaliter, §. nihil cōmune, ff. de acq. poſ n. 15 Don. à Fina.

58 Exceptio quæ iſtis qui contraherent obſtat, & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

Fallit vt per Vigel. in commento 6 anni. in 7. part. lib xlviij. ff. cap. 1. quæſt. 8. fol. 12. Don. à Fina.

59 Doli exceptio perpetua eſt, cui nulla temporis præſcriptio obſtat. l. 5. §. fi. de doli mali except.

Fallit in 4. caſib. vt per Vigel. in commento 7. anni in 7. part. lib. xlviij. ff. cap. 1. quæſt. 10. fol. 5.

Fallit in 5. caſibus vt per Felyn. in cap. ſi autem. de reſcriptis. Don. à Fina.

60 Dol-

*reg.*122. Ampliatur & limitatur vt per Rip. *in d §. condemnatũ, num.*10. Idem.

88 Exceptiones in totũ periméres, ius agẽtis poſſunt opponi, nõ ſolũ ante litẽ cõteſtatã, ſed etiã poſt vſque ad ſententiã. Fallit in multis exceptionibus quæ poſſunt opponi poſt ſententiã, quos nota. Maranta *in Spec. aureo*, & habetur *in l.j. C. de iur. & fac. igno.* Spec. *in tit. de excep.* Abb. & Fely. *in c. j. extra de excep.* Don. à Fina.

89 Exceptionem loci non tuti proponere non poteſt, qui mandatum non habet. Bart. *in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iud.*

Contrariam opinionem multi teneot, vt refert Port. *libr. j. ſuarum concluſ. reg.* 4. vbi limitat in 2. caſib. Don. à Fina.

90 Exceptiones generaliter tollũtur cõcluſis quibuſdã per ſtatutũ. Bart. *in l. j. §. fi. quod vi, aut clam. glo. in c. ex parte tua, de off. deleg.*

Fallit in 3. caſib. vt per Bened. Capra *in ſuo tract. reg.* 51. *nu.* 18. vbi de hoc pleniſſime videas. Don. à Fina.

91 Excep. oppoſita cõtra partem libelli, nõ ſuſpendit aliam partem. ita Bal. *in l. ſi non tranſact. C. de in. & fac. igno.* Vezinus.

92 Exceptio compenſationis poteſt opponi in executione. Iaſ. *in l. j. in 4. col. C. de in. & fac. ignor.* Idem.

93 Excep. tua nõ intereſt, an impediat lit. ingreſſũ, vide Alex. remiſſiné, *in l. poſthum'. ff. de inof. te. sex.* & Ale. *in l. apud Iul. §. ſi de teſtamento. ff. ad Treb.* vbi dicitur, neminem eſſe audiendum niſi ſua intereſſit. pro quo fac. *l. j ff. de app. reci. & c. cum inter. §. ſenterem. de elect. & l. ſi patrem § qui fideic.* vbi etiam Alex. *ff. ad Treb.* de quo etiam per Fel. *in c. ſuper his in 9. col. de accu. & in c. ex parte. in 1. col. de teſti.* & per Iaſ. *in l. ij. §. item ſi in facto. in 5. col. de verb. ob*, Cor. *in 4. vol. conſ. 72. in fin.*

Et de iſtis excep. habetur *in l. poſthumus. § ſi quis ex his.* & ibi Ang. *ff. de inof. te. & in l. cum quereba.* & ibi Bar. Imo. & Paul. de caſt. *ff. ſol. ſol.* Vezinus.

94 Excep. tibi ius non competit, impedit litem conteſtar'. Alex. *in l. mater. ff. de inof. teſtam.*

An autẽ agenti rei vendicatione poſſit per habeotem cauſam ab eo opponi, tu non es dominus. vide Alex. poſt *Bar. in l. ſi alienam. circa prin. & in 2. col. ff. ſol. mat.* Idem.

95 Excep. quo ad te liberas ędes habeo. de hac except. vide Bar. *in l. indebiti. §. ſed & ſi nummus. ff. de cond. indeb.* de qua etiam not. *in l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſer. vend.* Idem.

96 Excep. de iure tertij nõ admitti. *Bal.* no. *in l. cũ ſeruũ. C. de ſeruis fug. al. l. loci corpus. §. cõpetit. ff. ſi ſer. vend.* & alia multa addo Paul. de caſt. *in 2. vol. conſ. 17. in pe. col. & cõſ. 166.* Barb. *vol. j. cõſ. 8. in 8. & 9. col. & in cõſ. 41. in 14. col. & in 2. vol. cõſ 18. in vlt. col.* Lud. Ro. *in cõſ. 76. in pe. col.* Barb. *in 4. vol. conſ. 34. col. vlt.*

Limita, niſi ius tertij ſit io totũ excluſiuũ iuris agent. *l. fi. C. de rei vend. & d. l. cũ ſeruũ.* & ibi *Bal.* & doct. *Alex. vol. 2. cõſ. 38. in fi. & in cõſ. 137. in pe. col. ibi, præterea prohibitio.* al. no. per *Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iud.* & alia multa. idẽ vnit *in l. ſi alienam. ff. ſol. ma. & in l. indebiti. §. ſed & ſi nũmi.* vbi etiã Iaſ. *in fi. ff. de cõd. indeb.* Barb. *in 4. vol. cõſ. 52. in 5. col.* al. Pe. de *Anch. cõſ. 285. incip. efficacibus.* quod mihi eſt 297. *Ale. in rub. de oper. no. nũc. in 8. col.*

Sublimita ita demum procedere, ſi ille tertius declaret ſe velle vti iore ſuo. ita Pau. de caſt. *in 2. vol. conſ.* 142.

An autem poſſeſſor feudi poſſit oppone. de iure tertij? vide in ſpecie *Bal. in 3. parte. conſil.* 9. Idem.

97 Exceptio requirens altiorem indaginem. de hac exceptione vide no. Lud. Ro. *in conſ. 244. in fin.* Idem.

98 Excep. excommunicationis poteſt opponi in quacũque parte iudicij. *d. c. pia.*

Imò poteſt opponi etiam poſt ſententiam *Iaſo. in l. j. in vlt. col. C. de in. & fac. igno. Ange. in §. minor. Inſtit. de cap. dimi.*

An autẽ excep. excõmunicatioois poſſit opponi ceſſionario? vide notabiliter. *Fel. in d. c. intelleximus. in fin.* com. Idem.

99 Excep. excommunicationis poteſt opponi etiam poſt ſententiam. *Iaſ. in l. j. in vlt. col. C. de in. & fac. igno. & in l. eleganter. §. 1. in 2. col. ff. de cond. indeb.* Idem.

100 Excep. excõmunicationis poteſt opponi etiã corã iudice tẽporali. gl. mag. dñ dicit, vel excõmunicatus. *in l. j. c. de in. & fac. igno.* & dicit ibi Pau. de caſt. quòd ſi iudex tẽporalis nollet eã admitte. epiſcopus poſſet ei præcipere, quòd illã admittat. *c. fi. de excep. in 6.* de quo vide Iaſ. *in l. placet. in fi. c. de ſacroſanct. eccl. & in d. l. j. in vlt. col. de in. & fac. igno.* & Fel. *in cap. tuę. vt lite non conte.* Parp. *in d. l. placet in 39. colum.* Idem.

101 Excõmunicationis exceptio etiã opponi poteſt, poſt lapſũ termini perẽptorij ad proponẽdas exceptiones dilatorias, vt eſt com. opin. Soc. *in c. ſacris. nu. 435. de ſentent. excom.* Bonac.

102 Excommunicatioois exceptio non habet obſtare reo, quo minus poſſit ſe defendere, vt eſt comm. opin. Soc. *in c. ſacris, num. 361. de ſent. excom.* Bonacoſ.

103 Quæro, an exceptio excommunicationis poſſit opponi poſt concluſionem in cauſa? Reſp. Licet card. *in Clem. 1. de excep.* velit non poſſe: tamen contraria opinio cõmuni calculo approbata eſt, vt dicit *Barb. in c. fi. de probationibus.* qui adducit ibi multas rationes & iura, quem refert Hippo. de Marſ. *in pract. crim. §. ſequens. num.* 24. Michael Graſſus.

104 Exceptio iuris tertij, quæ nõ eſt excluſiua ipſo iure, non admittitur, ſecond. comm. per Rol. *cõſ. 57. n. 10. lib. iij.* poſt *Bar. in l. ij. ff. de excep. rei iud.* de quo plura no. pract. *Pap. for. lib. negat. verſ. ſpectat. Bar. in l. fi. C. de rei vend.* vbi ponit exẽpla *Bal. in l. peremptorias. nu. 28. c. ſent. reſcind. nõ poſſ.* Caſtr. *in l. cũ ſeruũ. c. de ſer. fug. Burſ. conſ. 82. col fi lib. j. Bertr. conſ. 244. n. 2. in prin.* qua in materia dixit Saly. *in l. ſi cui. nu. 6. c. de non nu. pec.* quòd de iure merè perſonali alterius nõ licet excipere, ſed de iure reali, quãdo eneruat factũ intẽtionis aduerſarij, bene licet: ſecus ſi nõ eneruat, cui addo Rom. *cõſ. 46 num. 2* vbi q extranea perſona de iure tertij diſceptare nõ poteſt, de quo opponere & allegare poteſt qui cauſã habet ab ipſo tertio, iuxta tradita per *Aym. cõſ. 166. n. 14. n. 16.* vel eſt ipſius tertij ceſſionarius, & cauſam habet ab eo, teſte *Burſ. conſ. 36. nu. 19. lib. 1.* Bellac.

105 Exceptio per quam perſona actoris vel rei excluditur à proceſſu, ſemper impedit proceſſũ: quia ſubtracta vna ex perſonis quæ formant proceſſũ, proceſſus remanet informis & ſine ſubſtantialibus. *Bal. in repetitione l. ij. ff. de iureiu. in 32. col.* Et ſic exceptio inducta à lege, vel ſtatuto, vt in aliquo caſu quis nõ audiatur, vel ei ius nõ reddatur, vel ſit extrà protectionẽ cõmunis, impedit proceſſũ, per ea quæ vult Inn. *in c. cũ ſuper. extrà, de conceſſio. preb.* Iac. But. & Docto. *in l. nam & poſtea. ff. de iureiur.* & *Bal. vbi ſuprà.* Balb. *deciſ.* 170.

106 Exceptio quid ſit, & vnde dicatur, vide *Ang. Are. in rub. Inſtit. de excep. col. 6. Bar.* & doct. *in l. ij. & iij. ff. de excep.*

Sufficit narrare factum, ex quo reſultet excep. Fel. amplè *in rub. de excep. in 2. col.* Socin. *in l. 1. ff. eo.* al. Oldr. *conſ. 1. Ang. in d. rub. in 17. col.* Vezin.

107 Except. debet eſſe apta & cõcludens. *l. j. §. Labeo. ff. de flumi.* & dicit *Bar. in l. 1. ff. de excep.* quòd excep. generalis nõ releuat. de quo etiam per *Angel. Aret. Inſtit. de except. in 16. col.* addo *Pau.* de caſt. *in 2. vol. conſ. 115.* & *Iaſ. in l. Titia textores. in 2. col. & ſeq. de leg. j. Calca. conſ. 35. in 3. col.*

Quod intellige ſecund. Angel. & docto. *in d. l. j. ſi petatur declarari*: aliàs autẽ bene procede. excep. generalis. *arg. l. fin. C. de an. excep.* de quo vide Alex. *in d. l. Titia textores. & in l. ſi patronus. §. qui fideicõmiſſariam. ff. ad Treb. & in 5. vol. conſ. 58.* Fel. *in d. rubr. de excep. col. 2.* & latius *in c. paſtoralis. in 4. col. eo. titul. & in c. ſimoniaca. de ſimo.* & Iaſ. *in d. l. Titia textores. in 3. col.*

Et quòd ſit declaran. ſi peta. vide Phi. *in c. 2. §. teſtes in fin. de teſtib. in 6.* Bellac.

108 Excep. quamuis notoria aliquo modo in iudicio deducen. eſt. gloſ. not. *in c. ſuper literis. de reſcrip. fac. l. ſi quis ex aliena.* & quod ibi not. Bar. *ff. de iud. & l. ij.* & ibi Bar. *ff. ſi quis in ius voca. Fel. in c. cum ordinem in 7. col. de reſcrip.* Idem.

109 Plures exceptiones ad cautelam opponi poſſunt. *l. nemo prohibetur. ff. de excep.* Pau. de Ca. *in 2. vol. conſ. 325. alias 323. in fin.* Iaſ. *in l. interpoſitas. in 2. col. C. de tranſact.* vbi dicit, quòd ſuffic. vnam probare, quæ ſit ſufficiens ad victoriam. *Idem.*

110 An autẽ quis varias ſeu cõtrarias excep. proponere poſſit? vide Bar. & doct. *in l. nemo. ff. de reg. iu.* Bal. & doct. *in l. j. C. de fur.* & no. Aret. *in cõſ. 95.* Ang. *in §. j. in 13. col. Inſt. de excep.* Idẽ.

111 Excep. an debeat neceſſario fieri in ſcript. vide Alex. *in l. j. in 2. col. ff. de eden.* qui dicit quòd nõ. al. Bar. *in l. 1. in 2. vel 3. col. ff. de excep.* & alias remiſſiones. de quo etiã vide per glo. & cano. *in c quoniam contra. extr. de proba.* Ang. *in d. rub. de excep. in 16. col.* Idem.

112 Saluis aliis excep. iſta clau. habet effectũ clauſulæ, nõ ſe aſtringens, &c. Fel. *in c. paſtoralis in 4 col de except. & in c. loco. in 2. col. de prob.* Ang. *Inſt de excep in rub. in 21. col.* Idem.

Et omnes ex his deſcẽdẽtes, opera. iſta clau. vt aliæ excep. nõ deductę poſtior deduci: ſed an opererur dictũ effectũ nõ ſe aſtringẽs? vide *Fel. in c. 2. in 12. col. de reſcrip. & in d. c. tertio loco. in 9. col. & in c. licet cauſam in 20. col verſ. 4 fallit extra de prob* Idẽ.

113 Excep. debet proponi infra tẽpus, infra quod agi poſſet. *l. Papinianus. §. ſi filius. ff. de inoff. te.* Fel. *in c. ſi autem in 4. col de*

teris, de reſcr. & *in c. Romana. §. cõtrahentes, de for. cõpetent. lib. 6.* Iacob. Butrig. *in l. præſcriptione. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam.* & ita communiter contra Bar. & Gulielmum de Cuneo, ibidem rectè teneri affirmat aened. Capr. *regul.* 44 *.n.* 21.

132 Exceptiones certæ ſi reſcripto aut ſtatuto tollantur in ſpecie, ſubiuncta generali clauſula, tunc non ſolùm expreſſæ, ſed etiam omnes aliæ ſimiles ſublatæ cenſentur, iuxta communem. Sin autem generaliter reſcripto aut ſtatuto omnes exceptiones, præter talem & talẽ tollantur, omnes aliæ quantumuis rationabiles cenſebuntur quoque iuxta communem ſublatæ, niſi exceptio opponenda, proueniat ex alio reſcripti aut ſtatuti capite, aut nullitas cauſetur ex defectu iuriſdictionis, aut imploretur officiũ iudicis, quia hæc non obſtante reſcripto, aut ſtatuto opponi poſſunt, niſi in illis vlterius diſpoſitum repetatur, vt refert aened. Capr. *reg.* 51. *nu.* 10. 19. & 22.

133 Exceptio nullitatis licet opponi non poſſit, reſcripto aut ſtatuto volente, ne contra inſtrumenta vllæ exceptiones, præter talem opponantur, tamẽ exceptioni nullitatis, & ſic iuriſdictionis, putà ſi inſtrumentũ nullum aut falſum dicatur, tuata communem Doct. ſententiam rectè opponi poterit, quemadmodum refert ac ſequitur *reg.* 51. *n.* 19. idem Bened. Capr.

Exceptionibus vti pluribus quis poteſt. *in l. nemo. ff. de exception.* Bello.

134 Exceptio in vno inducit incluſionẽ omniũ aliorũ caſuũ ſub regula. Dic hoc verũ eſſe in his quæ aliàs ſub regula poterãt includi, nõ autẽ in his quæ alias ſub regula nõ includebãtur, teſte Rom. *conſil.* 107 *.poſt princ. conſil.* 379. *n.* 13. *conſ.* 498. *in fi.* vbi doct. in apoſtil. plura not. ad regulam, quòd exceptio in quibuſdã inducit regulæ confirmationem in aliis. Belliac.

135 Exceptio admittitur quando aliter periculum reparari non poteſt, vbi aliàs non admitteretur. teſte Alex. *conſ.* 17. *col.* 2. *n.* 6. *lib.* j. vbi loquitur in exceptione nullitatis ad impediendam executionem. Idem.

136 Quæro, quando opponantur exceptiones litis finitæ? Reſp. Et iure cautum eſt, & à doct. noſtris communiter receptũ, exceptiones litis finitæ, & ante litem cõteſtatam ad impediendum proceſſum præ cæteris exceptionibus perẽptoriis opponi poſſe ſpeciali quodam priuilegio *c.* 1. & ibi doct. communiter, *de lit. conteſt. lib.* 6. Et poſt litis conteſtationẽ ad perimendũ ius actoris. Hæc dicit eſſe cõmunem Iaſ. *in l. ait Prætor. n.* 15. *ff. de iureiur.* Et eã tenet Bal. *l. poſtquã lite. C. de pact. l. exceptionem. C. de proba. l. nam & poſtea.* & ibi Alex. *ff. de iureiur.* Eandem dicit eſſe communem Rober. Maran. *in tract. de ord. iud. par.* 6. *rub. de citat. n.* 12. Et eam tenent communiter doct. Cyn. Bal. Sal. & ſequaces *l. emptor. C. de præſcrip. long. temp.* Bar. *l. fin. ff. pro ſocio.* Bar. Bal. Ang. Iaſ. Decius, & doct. *l. fratris. C. de trãſactionib.* eandem dicit eſſe commu. Franc. Balb. *in tract. præſcr. par.* j. *q.* 9. Soc. iun. *conſ.* 14. *n.* 15. *lib.* 3. Ludolph Schrad. *in conſ.* 32. *inter conſilia Iuriſconſul. Germa. par.* 1. *nu.* 83.

Prædicta concluſio procedit, ſi exceptiones litis finitæ non requirãt altiorẽ indaginẽ. Sed incõtinenti probari poſſit, aliàs reſeruãtur poſt litis cõteſtationẽ. ita tenẽt Bart. Alex. & doct. *in l. ille à quo. §. ſi de teſtamẽto. ff. ad Treb.* Bart. Alex. Iaſ. & doct. *l. nã & poſtea. ff. de iureiur.* Fel. *rub. n.* 10. *ext. de præſcr.* Fran. Balb. *in tract. præſc.* j. *par. q.* 9. Nic. Boẽr. *deciſ.* 344. vbi communem aſſerunt. Eandem dicit eſſe communem ſententiam Maran. *in d. rub. de citat. n.* 13. Et ita iudicatũ eſſe in exceptione præſcriptionis, quæ eſt litis finitæ, teſtatur Matt. de Afflict. *deciſ.* 52. Mich. Graſſus.

137 Porrò vtrũ exceptio incõtinenti probari poſſit, an verò nõ, arbitrio iudicis definiendum permittitur. ita tenẽt Inno. Card. Imo. Abb. & Ant. de *But. c. veniẽs, el* 2. & ibi Fel. *num.* 15. *ext. de teſti.* Bald. *l. ſi ex falſis nu.* 11. *C. de tranſact.* Petr. Iac. *in ſua pract. in form. ſecunda libelli, ſuper l.* 2. *C. de edic. diui Adr.* Tiraq. *repe. l. ſi vnquam. ver. ſuſceperit liberos. num.* 30. *C. de reuoc. don.* Eandem dicit communem Schrader *d. conſ.* 32. *nu.* 88. *Et ibidem in ſubſcriptione iurid. facul. Lipſenſis. in prin.* Idem.

138 Sed quæro, nunquid etiam aliæ exceptiones peremptoriæ poſſint opponi ante litem conteſtatam ad impediendum litis ingreſſum? Reſp. ſecundũ communem & receptam doct. ſententiam, quamlibet etiam aliam peremptoriam exceptionem ante litem conteſtatam, ad impediẽdum proceſſum opponi poſſe, quando illa exceptio eſt liquida & notoria, aliàs nõ. ita tenet Io. And. *in addit. ad Spec. §. dicto. ver. ſed pone.* Ant. de Bu. & Abb. *in cap. fi.* & ibi Fel. *nu.* 4. *extr. de libel. obl.* Bal. *l. eleganter. §. ſi quis poſt. de cond. indeb.* & *in l. poſtquam lite. verſi. octana exceptio. C. de pac.* Eãdẽ ſentẽtiã firmat Alex. *l. nã & poſtea. § ſed etſi quis.* & ibi Iaſ. *nu.* 8. Ant. de Bu. Abb. & Imo. *in c. exceptionẽ.* ibi Fel. *n.* 14. *de excep.* Ludolph. Schrader *in d. conſ.* 32. *nu.* 84. vbi dicit eã eſſe com. Alex. *in conſ.* 62. *n.* 11. & 12. *vol.* 7. Abb. *c. ſuper literis.* ibi Fel. *n.* 37. Decius *n.* 11. *de reſcr.* Mich. Graſſus.

139 Quæro, quare appellẽtur exceptiones litis finitæ? Reſp. communiter traditum eſt, ideò appellari exceptiones litis finitæ, quia inductæ ſunt ad hoc, vt ſit litium finis. ita declarãt Doctores communiter *in l. fratris. C. de tranſact.* vt firmat Maran. *in Spec. aduo. par.* 6. *rub. de excep. n.* 11. Idem.

140 Excep. dilatoria ſolutionis opponi poteſt ad impediendum proceſſum. Socin. *in l.* ij. *§. ſanè. ff. de except.* nam qui ante diem agit, malè agit *l.* j. *quando dies leg. ced. cum ſimilibus.*

Si excep. dilatoria non opponatur, valet proceſſus. Fel. amplè *in c. ſuſceptimus in* iij. *col. de reſcrip.* Bellac.

Omittens dilatoriam excep. oppone. in cauſa prin. non poteſt oppone. in cauſa app. Fely. *in c. ad audientiam. el* ij. *in* 9. *col. de reſcr.* Iaſ. *in d. l. ita demũ. in* 2. *col.* de quo etiã vide Dy. *conſ.* 25. Vide tamen ſingularẽ intellectũ ad hoc, per Aret. *in d. l. ita demum.* Idem.

142 Tu non potes eſſe procu. poteſt opponi in quacunque parte iudicij. Fel. *in c. exceptionem. in* 11. *col. de excep.* Alex. *vol.* 4. *conſ.* 76. Idem.

143 Si admiſſus fuit quis vt procu. vſque ad litem conte. nõ poteſt poſtea contra eum opponi. Fel *in cap. quoniam contra. in* 23. *col. de prob.* Vide tamen Phi. *in c.* j. *§.* j. *de elec. in* 6.

Excep. illegitimitatis perſonæ, poteſt quandocũque opponi. Marſ. *in l. ſi quis. in* 8. *col. ff. de quæſtio.* Et vbi pars prohibetur oppone. poteſt per iudicem opponi. Phi. *in d. c.* j. *§.* j. Idem.

144 Excep. loci ſuſpecti licet non ſit oppoſita à prin. poteſt tamẽ ea poſt facto opponi, quia grauamẽ renouatur, nõ autẽ cõſumitur. ita Bald. *in l. perẽptorias. C. ſent. reſcin. nõ poſ.* al. Archi. *in c. hortamur.* xj. *q.* 8. addo Cano. *in c. ex parte. de app.* Fel *in c. accedẽs. el* ij. *in* 4 & 5. *col. vt lite nõ cõte.* Iaſ. *in l. error. in* iij. *col. C. de iur. & fac. igno.* & *in l. ait Prætor. in fi.* 4. *col. de oper. no. nunc.* Idem.

145 Excep. calũnioſa per iudicẽ repellẽda eſt. Bald. *in l. peremptorias. C. ſen. reſcin. nõ poſ.* al. Inno. *in c. poſt electionẽ. de cõceſ. præbend.* vbi dicit, quod quando iudex vehementer ſuſpicatur ne reus opponat excep. per calumniam, poteſt talem excep. non admittere, imò reiicere, nec debet dubitare de app. quod dictum eſt perpetuò no. adde Alex. *vol.* j. *conſ.* 65. vbi etiam dicit, quòd tũc præſum. iuſta cauſa in iudice. de quo etiam habetur amplè per Barb. *in* j. *vol. conſ.* 10. *in prin.* per Fel. *in c. de cætero. in* iij. *col. de re iud.* fac. quod vult idem Fel. *in c. licet cauſam. in fi.* ij. *col. de proba.* addo Barb. *in* j. *vol. conſil.* 8. *in* 9. *col.* & *conſil.* 18. *in* 11. *col.* Marſ. amplè *in l. parte. col.* 17. *de quæſt.* Bellacomb.

Nunquid autem iudex teneatur de neceſſitate hoc face. vide Fel. *in c. excep. de excep. in* j. *col.*

146 Exceptio litis pẽdentiæ ante litem conte. opponen. eſt. Bal. *in d. l. peremptorias.* Alex. *vol.* iij. *conſ.* 106. *in* 7. *col.* Fel. *in d. c. excep. in* 12. *col.* Iaſ. *in l. de die. §. ſi ſeruus. ff. qui ſatiſd. cog.* & *in l. nullũ. in* ij. & iij. *col. C. de iudic.*

Et innouata lite pendente redduntur nulla. Soc. *in* ij *parte. conſ.* 199. *in* 7. *col.*

Reſcriptum impetratum tacita lit. pendentia eſt nullũ. Pe. de Anch. *conſil.* 16. Idem.

147 Exceptio pretij non ſoluti impedit lit. ingreſſum. Iaſ. *in §. actionum. in* 25. *col. Inſt. de actio.* al. tex. *in l. Iulianus. §. offerri. in verſ. nondum ex empto.* & ibi Paul. de Caſtr. *ff. de actio. emp.* & alia quæ vide. Ang. *in d. §. actionum. in* 4. *col.* addo Alex. *volum.* 5. *conſ.* 39. *col.* j. vbi dicit, quòd emptor non poteſt agere ad rem, niſi ſoluto pretio, vel realiter oblato. al. multa quæ vide, & *in* ij. *vol. conſ.* 212.

148 Amplia etiã ſi ſolutio deficiat in modico. Dec. *in cõſ.* 119.

An autem ſi emptor agat ad rem pretio non ſoluto, nec oblato, poſſit obtinere ſi de pretio non opponatur. Iaſ. *in d. §. actionum. in* 24. *col.* tenet quòd ſic. al. Bal. *in l.* j. *in* 3. *col. C. ne lice.* tertiò pro. & in aliis loc. quæ omitto. & idem vult Iaſ. *in l. iuriſgen. in* ij. *col. ff. de pac.* & *in l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauit. in* 3. *col. de iureiur.* contra Ful. *in l. filia licet. C. de collat.*

Subdit tamen Iaſ. quòd ſi iudex videt pretium non eſſe ſolutum, poteſt ex ſuo officio, etiam reo non opponente, mandare emptori agenti quòd ſoluat pretium. al. tex. & ibi Bal. *in l. ſi pater. C. de actio. emp.*

Imo tunc ſecundum eum, poterit iudex in ſentẽtia dicere, cõdemno venditorem ad tradep. rem, emptore pretium ſol-

uente,& non aliter,nec alio modo. Idem.

149 An iſta excep.pretij non ſoluti poſſit opponi poſt ſententiam.Bar.*in d.§.ſi quis iurauerit*.tenet quòd nõ. Bal.autẽ *in l.perẽptorias.C.ſen.re.nõ poſ*.videtur tenere contrariũ tu die ex mẽte docto.*in d.§.ſi quis iurauerit*. quòd aut vẽditor oppoſuit excep.pretij nõ ſoluti aute ſentẽtiam,& tamẽ ea nõ ob.iudex eũ cõdẽnauit ad tradẽdũ rem, & tũc nõ poterit oppone. poſt ſentẽtiã ſecus autẽ ſi vend.nõ oppoſuit talẽ excep. ita volunt cano.maximè Butr.& Inno.*in c.cum Io.Eremita. de fi.inſtr.al.l. quod in diẽ.§.ſi rationẽ.ff.de cõpenſa.*& poteſt allegari text.*in l.ſi autẽ.§ ſi quis quocũq; ff.de neg.ge.*de quo vide latius per Alex. *in d.§.ſi quis iurauerit*.Paul.de Caſtr.*in 2.vol.conſ*.143. & Iaſ. *in d.§.actionum.in 25.col.*Ang.*in §.appella.in 14.col.& ſeq. Inſt de excep.* Adde gl.& Acc.*in l.3.C.ſi adu.lib.*

Et quod poſſit opponi in exeq. videtur tex.& ibi Bal. *in l.j.§.non tantum.ff de tutel.& in l.fundus ff.de reſcin.vend*.Idem.

150 Oblatio pretij,ſi oppoſita fuit excep.pretij,&c. proban. eſt.Bald.*in l.acceptam.in prin.C.de vſu.&* in *l.j.in vlt. col. C. de vſu.& fruct.leg.&* in *l.ſi traditio.in 3.q.C.de actio.emp.* Paul. de Caſtr in *2 vol.conſil*.132.Fel.*in c.in tantum.de ſimo.* Vezin.

151 Et oblatio pretij debet fieri realiter,nõ autẽ verbo.*l.qui decẽ.§.idẽ reſpõſum ff.de ſol.& l.ſeruus ſi hæredi. in fi.ff de ſta.lib.*no.Bar.in *l.Prætor.§.ſi quis paratus.ff.de oper.no.nunc.& in d.l.acceptã.C.*Ino.*in c.poſt electionẽ.de conceſ.præben.& in c.interpoſita.de app.*vt vult Alex.*vol.5.conſ*.39.& Pet.de Anch.*conſ*.331.

Intellige tamen ſi peta.per ſupradicta. & ita etiam vult Iaſ. *in l.ſtipulatio.circa prin. ff.de oper. no. nunc.* al. multa, maximè Alex.*in d.l.filia licet.C.de collatio.* Vezinus.

152 Exceptio rei non traditæ obſtat agenti ad pretiũ. Alex. *vol.j.conſ.27.al.l.adiles.§ ſed ſunt.ff de adil.edic.& l.Iul §.offerri ff.de actio emp.*

Obſtat etiam excep.rei liberè non traditæ.Soc.*in 2.par.cõſ.*208.Dec.*conſ*.119.Alex.*vol*.5 *conſ*.65. vbi dicit,quòd nõ dicitur liberè tradi,quando eſt cum one. Vezin.

153 An autẽ except. rei nõ traditæ poſſit opponi in exequucione?Pau.de Ca.*in 2.vol.conſ*.143.tenet quòd ſic. de quo vide Fel.*in c.cum Ioanes.in 11.col.de fi.inſtr.*Dec.*conſ*.119.vbi ampliat etiã ſi ſtatuto caueretur, quod inſtrumẽta haberẽt executionẽ paratã:quia hoc nõ obſtãte poterit opponi except.rei non traditæ,& nõ liberè,vel nõ integraliter traditę,vt ibi per eũ. al.*Bal.in l.ſi traditio.in 3.q.C.de actio.emp. & in l.ex prædus.C.de euic.* Idem.

154 Solutionis exceptio dilatoria poſt ſententiã opponi nõ poteſt: quia ante litem conteſtatam. vel ſaltem poſt.opponi debet.Bal.*in l.peremptorias.nu.21.C.ſenten.reſcinds non poſſe*, & eſt exceptio litis finitæ,quia per ſolutionem eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.Iaſ.*in l. cum quærebatur. nu.3.ff.indi.ſolus.*Ang.*in §.æquè.n.9.Inſti.de action.* & eſt deciſio Capellæ Tholoſan.*dec*.335.& ibi Aufre. Bellac.

155 Exceptio litis pendẽtiæ cũ ſit dilatoria,debet opponi in initio litis:aliàs non poteſt obſtare.Bal.*in l.perẽptorias,in fi.C.ſenten.reſcind.non poſſ.*Alex.*conſ*.106.*n.21.3.vol.* & niſi in initio opponatur,non impedietur demum iudicium.Alex.*ibid.n.22.*

156 Licet exceptio dilatoria ante litem cõteſtatam opponi debeat.*l.ita demum.C.de procura.l.fi.*C.*de excep.* & licet exceptio ex,quòd tu non es procurator,ſit dilatoria, *d.l ita demũ*, tamen talis exceptio poterit quandocunque opponi etiã poſt ſententiam.*l.licet.C.de procura.* ob id quòd talis exceptio ſalſi procuratoris reddit iudicium retroactum nullum,ob id quãdocunque opponi debet, quod non habet locum in aliis exceptionibus dilatoriis,quæ non reddunt iudiciũ retroactum nullum.glo.& ibi Iaſ.*in d.l.licet.C.de procura.* Guid.Pap.*conſ.*61.*n*.2.ſallit in 4.caſib.quos not.Pet.Duen.*reg*.264. Bellac.

157 Capitu.paſtoralis, de exceptionibus, non ſolùm habet locũ in dilatoriis exceptionibus, ſed etiam in peremptoriis: quia iudex poteſt aſſignare tempus ad illas proponendas.Iaſ. *in l.qui pro tribunali.n.26.de re iud ff.*communem dicit.

158 De iure regio eſt taxatum tempus infrà,quod dictę exceptiones tam perẽptoriæ, quàm dilatoriæ ſunt proponẽdæ, cã *per l.2 tit.6.lib.3.ord.*quã per *l.8.in ord.de Madr d in pragma.* Et nota circa d.ll.dictũ notab.Iaſ.*in l.y.n.23.de re ind.ff.* quod iudex non poteſt abbreuiare dictum tempus. Villalo.

159 Exceptio ordinis ab initio ante litis conteſtatioẽ allegari & opponi debet.docto.*in c.peruenit.de fideiuſ.*Guid. Pap. *conſil*.100.cyn. *Bal.*& Sal.*in auth.præſente. C. de fideiuſſor.* & ſi non opponatur talis exceptio, tenebit proceſſus contra fideiuſſorem.Nicol *Boër.deciſ.*221.*n.6.*Guid.Pap.*dec.*81. & neque poterit opponi in articulo appelli.Bal.*in l.j.nu.6.de conue.fiſci debi.lib.x.C.* Bellac.

160 Excep.inuẽtarij nõ cõfecti,poteſt opponi etiã poſt ſentẽtia:quia nõ eſt cõtra ſentẽtiã:ſed præter.ita Bal. *in l.perẽptorias.col.j.C.ſen.reſcin.non poſ.& in l.j.C.de in.& fac.igno.* Fel.*in c.exceptionẽ.col.13.de excep.*Ang.*in §.extraneis.in fi.Inſt.de hære.qual.& differentia.& in §.appella.in 12.col.Inſt.de excep.* Vezin.

161 Excep.pacis fractę poteſt opponi etiam poſt ſentẽtiam. ità dicit *Bal.in l.ſi filius.ff.ſi cer.petat.* Idem.

162 Exceptio,tua non intereſt, poteſt opponi & ante litem conteſtatam,& poſt,in vim exceptionis peremptoriæ. *l.peremptorias.C.ſenten.reſcind.non poſſ.* Felyn.*in c.ex parte.de teſtib.* & Dec.*conſil.32.n.5.* Bellac.

163 Excep.dolo facis quia pet.quod reſtituturus es,an & quãdo opponi poſſit?vide *Ang.Are.Inſti.de excep.in prin.in 19.& 20.col.*& *tex.in l.doli fac.ff.de excep.doli.& text.cum gl.in l.ſi ſocer.§.Lucius.*& ibi Bar.& Alc.*ff.ſol.mat.& in l.ſi quis.ff.de cõd.cauſa dat.& in excep.doli.*vid.Aug.*Iuſt.de excep.in 9.col.& ſeq.* Vezin.

164 Excep.doli, non datur plebeio contra poſitum in dignitate.Ang.vbi ſuprà *in 9.col.*

165 Debitor ſi impetrauit inocatoriam exceptionem,debitores illius poſſunt vti eadem exceptione contra eum. Io.de Rip.*in rubr.de reſcript.n.4.*communem dicit.

Nota quòd iſte debitor qui impetrauit moratoriam exceptionem debet præſtare cautionem creditori. Pyrrhus Ang. *in conſuet.Aure.de executione ex locato.c.* 18. communem dicit *ex l.vniuerſa.C.de preci.Impe.offeren.* vbi etiam Iaſ. dicit quòd non præiudicat hæc exceptio credito iurato. *B.*Villal.

166 Doli exceptio cõtra eũ qui ex cautione,quã quis ſpe numerãdæ pecunię cõſcripſit,agit perpetuò,intẽtari poteſt,& ſi non numeratæ pecuniæ exceptio decurſo iã biennio euanuerit,vt commune autorno ex Hoſt.Panor.*n.*18.Anchar.*in c.ex e.vlt.de ſolu.*Andr.Sicul.*conſ*.15.*n.vlt.lib.*j.Hypp.*ſing*.277. Flor. cũ *Butricar.*Salic.Fab.Aug.Aret.atque aliis quos laudat,& mirificè probat Eman.à Coſta.*in l.ſi ex cautione.v.ſed tamẽ hæ opiniones.C.de nõ num.pec.*& ſi aduerſantiũ ſeotẽtia reipub. litib. diuexatæ vtilis videatur,& *Baſilicon* librorum autboritate inniti poſſit,quã iis verbis Harmenop.*tit.y. lib.y.* illinc prop̃ter teſtatur,[illegible]:ſed hac de re vberius alibi. E.Suar.

167 Quęro an exceptio iuriſiurandi,& periurij impediat litis ingreſſum,& proceſſum ad vlteriora? Reſp.quòd ſic,cùm ſit exceptio litis finitæ.tex.eſt *in l.nam & poſtea.*ibi Bart.Alex. & doct.*ff.de iureiur.*& firmat Bar.*in l.eleganter. §.ſi quis poſt.ff.de cond.indeb.*& ita communiter teneri dicit Thomas Gram. *deciſ.66.n.*1. Mich.Graſſus.

168 Contra inſtrumentum opponi ſemper poterit, quòd agens eſt perſona inhabilis ad agendum, & cõtrahendum:talis enim exceptio inhabilitatis perſonæ nuſquã tollitur,quin ſemper opponi debeat.Fel.*in c.ex par.y.de officio deleg.* Chaſſa.*in conſuet.Burg.in tit.des ſucceſſions.§.3.in verbo habita.* Paol. Caſt.*l.1.n.6.ff.de conſtit.pecun.*Hyppol.*in ſua practic.cauſ.criminal.verb.vltima.n.8.* Bellac.

169 Exceptionem moræ adeptus debitor exceptionis eiuſdem oppoſitioni à ſuimet debitorib.fit obnoxius. vt cõmune ſit Rip.*in rub.nu.4.de reſcrip.* Villalob.*in ſua collect.* Suarez.

170 Exceptionem ſibi competere declarari, antequam cõueniatur,iure petet reus vocato in ius creditore. vt notabiliter commune dicit Ant.Gomez *de delict.c.1.n.20.* Idem.

171 Exceptionem peremptoriam,aut dilatoriam,coram iudice ſi quis oppoſuerit, & illã per iudicem reiectam ſe coram eodem probaturũ obtulerit,licèt per oblationem huiuſmodi iuſtificetur appellatio quo ad deuolutionem, vt tradunt Doctores *in capit.interpoſita.de appellation.* non tamen ob id probata dicitur exceptio, ſed probãda erit coram iudice appellationis, quoniam parti obeſſe non debet iudicis iniquitas, vt communiter voluerunt Doct.*in d.cap.interpoſita.* F.Turan.

172 Exceptionem obiiciens nunquam videtur de intentione partis aduerſæ confeſſus.*l.non videtur.ff.de excep.ca.cum venerabilis.extrà eodem titulo.* Bellon.

Exceptiones dilatoriæ ſunt in limine iudicij opponendæ. *l.exceptionem C.de proba.* Bellon.

173 Exceptiones quæ requirũt altiorem indaginem,in cauſis ſummariis nõ admittuntur, ſed in cauſis principalibus reſeruantur.*in l.tertia.§.ibidem.ff.ad exhibend.l.ſi is à quo.ff.vt leg.nom.*

*leg.nom.caueas.*Bellonus.

Exceptiones perſonales non tranſeunt ad alios, ſed reales etiam aliis competunt, *l.exceptiones.ff.de excep.* Bellonus.

174 Exceptiones, quæ diligenter atque accuratè excuti debent, in poſſeſſionis iudicio non admittentur. commune ponit Cur.iun.*conſ.*118.*nu.*14. E.Suarez.

175 Exceptionibus cõtrariis ſeſe defendere nemo prohibetur. commune inquit Cagno.*in l.nemo.n.*3.*ff. de reg.iu.*E.Suar.

176 Exceptiones quæ niſi ſpecialiter declaratæ ſint, alicuius regulę, vel alicuius rei de qua agitur, generalitati nõ ſubiiciũtur: ſubiicientur prorſus, ſi quæ exceptio, quæ etiam non continebatur, eidẽ generalitati ſubiuncta proponatur, vt frequẽter placitũ aſſeuerant Cagnol.*in l.*1.*n.* 30. *& nu.*33.*ff.de regulis iuris.* Euer. *in Topicis.arg* 3. Viuius *lib.*1.*epi.*208. E.Suarez.

177 Exceptionũ prouenientiũ ex pacto incontinenti appoſito contractui poteſt iudex habere rationẽ, licet non opponãtur per partem, cùm tale pactum ſit pars contractus. *l.fundi partẽ.ff.de contrah.empt.* ſecundũ Bar.*in l.lecta.ff.ſi cert.pet.* *in l.cum qui ita.ff.de ver.obl.*Inn.*in c.paſtoralis ext. de except.in c.*1. *de plus petition.*Bal.*in l.bona fidei.C.de pact.*Bald.*deciſ.*191.

178 Exceptio quę iam in vno iudicio ad vnum finem propoſita fuit, poterit in executione, vel in alia inſtãtia ad aliũ & diuerſum finẽ proponi.*l.vendicantẽ, cũ l.ſequenti.ff.de euictio.* quòd ſi tenderet ad eundem finem, non poſſet in alio iudicio deduci, nec opponi.*l.duo.ff.de excep.rei iu.*vel ſi fuiſſet expreſſè per iudicẽ reprobata tanqua non vera.*l.quod in diẽ.*vbi Paul.Caſt.*§.ſi rationẽ.ff.de cõpen.*Boer *deciſ.*43.*n.*2.& 5.Bells.

179 Exceptio ſemel appoſita ad vnum finem, & tunc repulſa, poteſt iterati ad alium finem in negotio principali, ſecundum Petr. & Bal.*in l.praſcriptione. C.ſi contra ius vel vti.publ. per l.vendicantem,in fi. cum l.ſeq.ff.de euictio.*Cyn.*in l. peremptorias.C.ſententiam reſcin.non poſſe.* Bal.*deciſ.*324.

180 Exceptio nullitatis propriè non eſt exceptio. Ideo terminus præfixus à iudice vel ſtatuto ad exceptiones proponẽdũ, non impedit quin nullitatis exceptiones poſſint poſt terminũ opponi, ſecundum Bal.*in l.*1.*C.de iur.& fact.igno.col.*4. do. Præpoſi. *in l.directo.col.*39.*extr. de appel.* Balb. *deciſ.*326.

181 Exceptio peremptoria poteſt opponi etiã poſt ſententiã, ſi agatur prima actione & non actione in factum ex ipſa ſententia. gloſſa eſt notabilis & communiter approbata *in l. duobus.ff.de except.rei iudic.*Imò etiã ſi agatur actione in factũ ex ſententia, quãdo talis exceptio non contradicit ſententiæ, vel non dicit eã iniuſtè latã per caſum *in d.l.duobus,iuncta gl. in agna ibi in prin.* Ad idem eſt text.*in l ex diuerſo.§.ſi in iudicio.ff ſol.matr.*& Bart.*in l.Neſennius.§ fi.ff.de re iudi.*Item vbicunque talis exceptio habet cognitionem ſeparatã, & eſt ſeparata ab eo ſuper quo eſt iudicatũ, ſecũdũ Bal.*in l.*1.*C.de iur. & fact. ign.*vbi plura exempla notabilia ponit circa hoc. Bal. *deciſ.*13.

182 Exceptio dilatoria nouiter nata poteſt opponi poſt lit. conteſt. niſi conſtaret negligẽtia opponentis ante cõmiſſa, ſecũdũ cõmuniter cano.*in c.paſtoralis.ext.de excep.* Ang.*in l.qui procuratorem dat.§.*1.*in l.Pomponius.§ rati.ff.de proc.* Sal.*in l. de doc.§.ſi ſeruum.ff.qui ſatiſd.cog.*Bu.& Panor.*in c.*1.*ext.de or. cog.* Balb.*deciſ.*40.

183 Exceptio ſuſpicionis. Regulariter poſt cõcluſionẽ in cauſa ne differatur ſentẽtia, nõ poteſt opponi exceptio, etiã reddens proceſſum retrò nullũ, licet poſt ſententiã ſic: notat Bal. *in l.quãuis.C.de adul.* nec exceptio ſuſpicionis iudicis, etiã ortæ poſt concluſionẽ in cauſa, ſecũdũ Do.Præpo.*in c.cũ ſpeciali.col.*12.*extrà de appel.*Fel.tamẽ *in c.paſtoralis.de except.*tenet contrariũ in exceptione ſuſpicionis ortæ poſt cõcluſionẽ in cauſa. Sed iudex ex officio poterit huiuſmodi exceptionibus inquirere, ſecũdũ priores Do. vbi ſ.,& per tradita per Bar.*in l.*1.*col.pe.* *C.ſent.reſcin.non poſ.*Spe.*in tit.de renun.& concl.§.*1.*ver.& ſciat.* Balb.*deciſ.*455.

184 Exceptio generalis ſiue obſcura, nõ releuat, ſi contra eã opponitur per partẽ.*l.ſcire.ff.de exc.tut.eſt gl.*3.*in c.paſtoralis, ext.de exce.*Bar.*in l.*1.*ff.eo in* 2.*col.*Bal.*in l.Titia.ff. de leg.*1.Flori. *in l.in exceptionibus.ff.de probationib.* Balb.*deciſ.*63.

185 Exceptio quę ſtat in meris terminis exceptionis, nõ eſt in ſcriptis proponẽda, ſecũdũ gl.*in verbo,praſtare in l.adiles.in §.ſciẽdũ.ff de adil.edic.*probatur *in l.circa. ff. de probationibus.* Secus ſi habet inſtar actionis, vt exceptio nõ numeratæ pecuniæ.*l.in cõtractibus.§.fi.& auth.ibi poſita.C.de nõ n.pe.*ſecũdum Bar.*in l.*1.*ff.de excep.*Alb.*in l.*1.*in prin.ff.de eden.*Balb.*deciſ.*173.

186 Exceptiones omnes, quæ opponuntur ad impediendũ exequutionem ſententiæ in rem iudicatam tranſactæ, ſi reſpiciunt actionem primã, & huiuſmodi exceptiones natæ eſſent ante ſententiam, nunquam opponi poſſunt, & oppoſitę non impediunt exequutionem, vt habetur per Bart. quem Doct. omnes communiter ſequuntur *in l.*1.*C.de iuris & facti igno.*& aliis in locis, citatis per *Iaſ.in d.l.*j.

Sed iſta communis opinio claudicat primò locum non obtinere, vbicunque opponeretur exceptio expenſarum, vel melioramentorum, vel aliæ ſimiles exceptiones non redarguentes ſententiam de iniquitate: tunc enim illæ opponi poſſent, etiam poſt ſententiam, & impedirent vtique ipſius ſententiæ executionẽ, ita Spe.*in tit.de excep.§.*3.Bart.Bal.Alber.de Roſa.*col.fi.*& alij communiter omnes *in l.in fundo ff.de rei vendic.* Lanfran.*in c.quoniam cõtra in ver.Teſtes,verſ.ſed dubitatur de huiuſmodi quaſtione,de probat.*& Rolan.*à* Valle *cõſ.*28.*quoniam nemini dubium eſt,ſub nu.*2.*& ſeqq.vol* 1. vbi huius communis ſententię aſſignat efficaciſſimam rationem.

Secundò limitatur etiam eadem cõmunis, quòd exceptio, ne teneatur quis vltra quàm facere poſſit, quæ ſolet concedi ex iuris diſpoſitione clerico, marito, & iudici in ſyndicatu, opponi valeret, etiam in executione ſententię.*l.diuerſo §.fi.* & ibi Doct.*ff.ſolut.matri.& in l.*ij.*C.quod cum eo, & in l.*j.*C.de iur. & fact.ignor.*& Rolan.*in d conſ.*28.*nu.*7.

Tertio fallit quoque cõmunis prędicta, quòd exceptio nullitatis ſententiæ impediat ſimiliter executionẽ ipſius ſententiæ, Spec.*in tit. de executione ſententia.§.*2.gloſ.*in c.paſtoralis.§. quia verò de offi.deleg.*Bal.& Saly.*in l.ſi non cognitio C.ſi contra ius,vel util.pub.* Alex. *cõſ.*33.*in fi.vol.*1.Pau. de Caſt.& Alex.*per tex.ibi in l.ſi feriatis ff.de fer.*& idẽ Alex.*in l ſi expreſſim de app.*

Vbi concludit, quod ſi nullitas appareret ex ſententia, poſſet tunc illa opponi ad impediendũ executionẽ eiuſdem ſententiæ, vtputà quãdo ſententia lata extitiſſet in die feriata in honorẽ Dei, quo nẽpe caſu non foret opus reuocatione: quia conſtaret tũc de nullitate notoria, & manifeſtiſſima, & talis nullitas negotiũ perimeret, *d.l.ſi feriatis,& l.*j.*C.de exec.rei iu dic.l.ſi cum nulla de re iud.& l.fi.C.ſi ex fal.inſtru.*Bal.*in l.ab executione col.*3.*C.quor appel.nõ recip.*Rom.*cõſ.*51.Zuccar. *in l fi.n.* 280.*C.de edic.diui Adriam,*& Fel.*in c.de caetero extra de re iu.*

187 Et ſic, ſi nullitas poſſet probari incontinenti ex eiſdem actis, & produceretur proceſſus, in quo deficerent iuris ſolennia, ſecũdum *l.prolatam C.de ſenten.*impediretur tunc abſque dubio aliquo executio ſententiæ, *l.*iij.*§.ibidem ff.de exhibend. & l.ille à quo §.ſi de teſtamento ff.ad Treb.*Bar. *in l.fi.ſi de fal inſtru.& in l.*iiij.*§.cõdemnatũ ff.de re iud.*Octauianus Veſtrius *in ſua pract.lib.*viij.*in ti.de nullitate,eiuſq. tẽporibus,& proceſſu col.* 5.*ſub verſ.ſed maius dubiũ eſt,*vbi aperte illã eſſe cõmunẽ opinionẽ, & Io.Staphil.*in tra.de lit.gratia,& iuſtitia fol.*150.*& ſeq.*

Vbi firmat in præſenti caſu ſignaturam cõcedere commiſſionem ſuper nullitate ſine clauſula parito iudicato.

Et huc ſpectat etiã *deciſ.Caſſad.*10.*in tit.de reſcrip.* vbi recenſuit ſignaturam ſolitam eſſe concedere in materia penſionis, nõ opponendo aliter in illa clauſulam cõſuetam, ſine retardatione penſionis, ſi agatur de nullitate notoria reſultante, & ſcaturiente ex forma literarum penſionis.

Itidémq; eadem ſignatura cõſueuit concedere literas inhibitoriales, ſeu reſcriptum ad inſtantiam partis ſuccumbẽtis, cõmitteréque cauſam ſuper aſſertis nullitatibus, ſeu in integrum reſtitutione ad impediendum executionem ſententiæ: & verſa vice pro altera contraria parte victrice impetrari ſolet in eadem met ſignatura aliud reſcriptũ, vt iudex nullitatis præfixo aliquo breui termino ad proponendum nullitates, & reſtitutionem in integrum petitã: quo quidem termino elapſo, & nõ apparentibus nullitatibus, idem iudex tenetur ſententiam exequi, prout de huiuſmodi ſtylo meminit Caſſa. *deciſ.*4.*in fi.in tit. de cauſ.poſſ.& propriet.* Varios *in tract.de nullitatibus in tit.quoties, & infra quod tempus de nullitate agi poſſit, & nunquid pariat aliquos iuris effectus, & quos.n.*7.& Virginius de Boccatiis *in conſtitutione Ægidiana,nu* 107. *cum aliis ſeq.* vbi hoc probat authoritatibus, & rationibus.

Et ita etiã obſeruatur in Regno in Sacro Concilio, in Regia Camera Summariæ, & in Magna Curia Vicariæ in cauſis deuolutis in ipſis regiis tribunalibus per remedium appellationis, in quibus allegatis nullitatibus ad finem impediendi executionem ſententiæ habentis executionem de iure paratam, conceditur aliqua breuis dilatio ad proponendum nullitates ipſas, quibus propoſitis, illiſque guſtatis, atque diſcuſſis,

& non militantibus in iure, demandatur executioni ſententia, & ſic reſcribitur iudici à quo, vt ſuam exequatur ſententiam, literis conceſſis inhibitorialibus non obſtantibus.

Sed reſcripta, ſeu inhibitoriales literæ ſuper nullitatibus poſt tres ſentẽtias cõformes in Romana Curia, in ipſa ſignatura nullatenus conceduntur, niſi cũ clauſula ſine præiudicio triũ cõformiũ, atteſtãte Vantio *in d.tit.quoties, & infra quod tempus de nullitate agi poſſit, n.6.*& Octauiano Veſtrio in loco præcitato per textũ expreſſum *in Clemen.vt calumniis de re iud.* & ratio aſſignari poſſet illa hæc: quia ſpeciale eſt propter præſumptam calumniam ſuccumbentis per tres conformes, vt earum executio non impediatur agendo per viam nullitatis, vt firmat Rota *deci.21.nota,in antiquis.*

Similitérq. Sacrũ Conciliũ Neap. cõſueuit dare inhibitoriales literas in ſẽtẽtiis latis in Magna curia Vicariæ infra ſũmã centũ quinquaginta aureorũ abſq. præiudicio executionis ipſius ſentẽtię. Et hoc quidẽ ea ratione agit, cũ ita ſancitũ extet expreſſè in Regia pragmatica, ea ordiẽte, Nos autẽ primis cauſis, poſita poſt pragmatica *3.in ti.de officio Sacri Regij Cõcilij,*& his quæ ipſi tribunali incũbũt, vbi diſponitur ſententias promulgatas in eadẽ Magna Curia Vicariæ, in primis ciuilib. cauſis, à ducatis quinquaginta infra, plenariæ executioni demãdãdas fore nõ obſtãte appellatione interpoſita, quæ committitur cũ clauſula, facta prius executione, vel citra pręiudiciũ executionis ipſarũ ſẽtẽtiarũ à quib9 appellatur. Viuius *op.259.*

188 Exceptio rei iudicatæ eſt tatæ potentiæ quòd impedit litis ingreſſum, teſte Alex. *conſ.42.li.iij.conſ.94.lib.j.* Nat. *cõſ.153.nu.8.tex.in c.1.de lit.conteſt.lib.vj.* quæ exceptio impediens litis ingreſſum, impedit etiã interrogatoria, iuxta no. per Neuizan. *conſ.15.n.24.conſ.30.num.7.& 11.& ſeq* quã quidẽ exceptionẽ nõ obſtare quãdo agitur ex alia cauſa, & alia ratione ſcribit Dec. *conſ.464.nu.6.* quid de exceptione rei finitæ? Dic vt per Trem. *ad pract.Bonacur.ti.de peremp.excep.poſt n.6.litera B.* quæ autẽ requirãtur vt exceptio rei iudicatæ noceat? vide tex. *in l.cùm quæritur & ſeq.de excep.rei iud.* Rom. *conſ.223.* Dec. *conſ.96.* facit enim ea exceptio de albo nigrũ, & ecõtrã, teſte Iaſ. *in rub.ff.de re iudic.* Nat. *conſ.153.nu.8.* Bellac.

189 Reus excipiendo nõ videtur confiteri intentionem aduerſarij, ſecũdũ magis cõmunem & veriorẽ doct. ſentẽtiam. *c. exceptionem obiiciens. de reg.iur.in 6.* vbi dicitur, exceptionẽ obijciens nõ videtur intentionẽ aduerſarij confiteri *l.non vtique.ff de excep.* vbi dicitur: nõ vtiq. æſtimatur confiteri de intentione aduerſarij cũ quo agitur, qui exceptione vtitur. igitur acceptatio actoris nõ debet hoc operari, cùm virtus exceptionis hoc non dicat. Nã exceptio dicta eſt quaſi quædã excluſio, quę opponi actioni cuiuſq. rei ſolet, ad excludendũ id, quod in intẽtionẽ cõdẽnationẽmve deductũ eſt *l.ij.ff.de exce.* itẽ per tex. expreſſum *in c.cùm venerabilis. ext. de exce.* vbi exceptio fuit acceptata, & tamẽ nõ inducitur cõfeſſio eius quod de neceſſitate exceptio videretur excludere. Præterea exceptio inducitur ad excludendum actorem. *dict. l.ij.* ergò non debet operari augmentũ intentionis actoris, *l.legata inutiliter.ff.de adim.legat.* Porrò ſi ille qui excipit cẽſeretur tacitè cõfiteri, ſequeretur quòd per exceptionis obiectũ induceretur litis cõteſtatio. quia litis cõteſtatio inducitur per negationẽ vel cõfeſſionẽ tacitã vel expreſſã. *c.cùm cauſã,*& ibi notatur per do. *ext.de prob.*& declarat Bar. *in l.j.C.de litis cont.* ergò & antecedens. Hinc Bal. ſcribit *in l.per hanc.nu.2.in fi.C. de appel.* quòd illud quod ponit actor, dicitur aſſertio, & differt ab exceptione rei. Quia reus excipiendo nihil aſſerit. Et idem Bal. *in addit.ad Specul.in tit.de accuſ.in 4.col.in ver.qui excipiẽdo.* tenet, quòd qui excipiendo aliquid dicit, non tamen vnquam intelligitur illud fateri.

Non refragatur, quòd cõfeſſio ante litẽ cõteſtatam in iudicio facta non minus operetur, quàm ſi poſt litis cõteſtationẽ facta eſſet: cõfeſſio nãmq. ad ſui validitatẽ, non requirit litis cõteſtationem, aut telã iudicij, vt inquit Inn. *in c.qualiter & quando.2.extrà de accuſ.* quẽ allegant & ſequũtur Pan.& reliqui canoniſtę, *in c.at ſi clerici de iud.& c.ex parte.extrà, de confeſſ.* Quia illud dictũ Inn. huc ratione excep. propoſitę trãſferri nõ poteſt. ita illud ipſum intelligit Pan. *in d.c.ex parte.n.15. ver.ego dictũ hoc intelligo.extrà de confeſſis.*& latius *in d. c. cùm venerabilis.n.26.* quia cũ regulæ exceptionẽ, &c.& d.l. nõ vtiq. indiſtinctè loquãtur, ergò ſimpliciter ſunt intelligendę. & ſic niſi actor probaret intentionẽ ſuã, reus abſolueretur. *l. ſiquidem.*& quod ibi notatur. *C.de excep.* ita quoque ſcribit conſulendo Alex. de Imo. *in conſ.159.n.1.2.& 3.in 6.vol.conſ.*& hãc doctrinã cõmuniter approbari ſcribũt doct. *in l.decẽ ſtipulatus. ff.de ver.obli.* Quare non opus eſt de iſto articulo, licet plures dari poſſint ſtipulationes, prout referũt do. *in d.c.ex parte.*& præclarè Dec. *in c.at ſi clerici,* quãdo nõ habeat ſua ſubſtãtialia. *extr. de iud.* vlterius diſputare. Nam præclarè Bal. inquit, quòd nunquã reus videatur cõfiteri, licet actor velit inhærere exceptioni, cùm quia voluntas agentis nihil diſponit in volũtate excipiẽtis, quæ eſt perimere & negare intẽtionẽ ſui aduerſarij: tũ quia adhæſio actoris nõ poteſt mutare naturam exceptionis *l.alia cauſa.C.de his quibus vt indi.*& hãc ſententiã communẽ doct. opi. eſſe, eámq. veram, ſcribit Dec. *in d. c. cum venerabilis n.19.ver.& ita ex omnib.ſupra dictis.* Kirchouius.

190 Solutionis exceptionẽ quæ opponit, vel pacti de nõ petendo, nõ videtur per hoc fateri debitũ præceſſiſſe. *l.non vtique.ff.de exceptio.* niſi reus ipſe in exceptione vteretur talibus verbis, quæ de neceſſitate includerẽt debitum: vt ſi reus diceret ſe liberatũ, quia ſoluit: ea verba præſupponũt obligationem præceſſiſſe *l.decem ff.de ver.obli.*& ea regula nõ procedit in criminalibus, in quibus ſi reus dicat ſe feciſſe ad ſui defenſionem, per hæc verba ſatis approbat delictũ. Bal. *in d.l.decẽ.* Iaſ. *in l.Iulianus.nu.15.ff.de condi.indeb.* Bellac.

191 Exceptio criminis oppoſita in poſſeſſorio reintegrãdæ vel retinẽdæ in materia beneficiali, & cõtra impetratẽ interdictũ reintegrandæ vel retinendæ in ea materia beneficiali, reijci debet & nõ eſt admittenda, niſi eſſet talis exceptio criminis quę inficeret ipſum poſſeſſorem, vt eſt crimẽ hæreſis. gl. *in c.quo iure.octaua diſt.*& licet exceptio criminis impediat ordinis executionẽ, nõ tamẽ habet obſtare in poſſeſſorio niſi produceretur ſentẽtia ſuper crimine, quę induceret priuationẽ beneficij. ita cõcludit *Frã. Mar.deciſ.397.in 2.parte.* Bell.

192 Quęro, an exceptio reuocandi domum, poſſit opponi corã iudice totius regionis generali, ad cuius tribunal omnes competenter vocari poſſunt, etiam alibi domiciliũ habẽtes? Reſp. quod ſic. ita tenet Bar. *in l.ij.§.legatis.ff de iud.* cui cõmuniter ſubſcribunt cæteri doc. vt firmat Oldendorp. *in ſuo tract.ſub rub.de excep.reuoc.domum.* Mich. Graſſ.

193 Exceptio quæ obſtat cedenti bannito, vt non audiatur, non obſtat ceſſionario ex cauſa oneroſa, vt eſt cõmunis opi. de qua *Boſſius tit. banniti quid amittant.num.16.* Bonacoſſ.

194 Exceptio reſultans ex natura contractus & actionis propoſitæ, cenſetur ipſo iure probata, ex quo actor proponendo actionẽ, eã cum ſua exceptione proponere intelligitur: vt per exẽpla docet Oſaſc. *dec.51.n.19.& ſeq.* vbi quòd exceptio proueniens ex naturã cõtractus, etiã iuramento in cõtractu interuenien. nõ excluditur. Quid de exceptione requiren. altiorẽ indaginẽ: & quę altàs opponi nõ poteſt? & dic, quòd licitè opponitur quãdo opponens offert ſe incõtinenti probaturũ, teſte Rom. *conſ.244.n.6.conſ.323.poſt n.7.* Bar. *ex illo text. in l.ſi is à quo.in prin.ff.vt in poſſ.leg.* quib. adde, quòd nũquã ſublata intelligitur exceptio quæ deſcẽdit ex eodẽ fonte, ex quo deſcẽdit petitio, & ipſi petitioni ineſt, ſecũdũ Rom. *cõſ.472.col.2. circa med.* qua in materia vide etiam quę ſcribit Rol. *conſ.69. num.13.14.lib.iij.* Idem.

195 Nullitatis exceptio cuius cognitio requirit altiorẽ indaginẽ, nõ ſuſpendit executionẽ ſententiæ, ſecund. Rom. *conſ.325.n.7.* Abb. *conſ.5.n.2.li.ij.* rationẽ ponit Rom. *d. cõſilio,* vbi declarat, & ibi doct. *in apoſtil.* ponũt fall. ad doc. Bar. *in l.ſi is à quo.in prin.ff.vt in poſſ.leg.*& qui Rom. *d.cõſilio* declarat etiam concl. quæ habet exceptionẽ nullitatis, cuius prõpta eſt probatio, impedire executionẽ ſententiæ, de qua *in l.j.C. quando prouoc.non eſt nece. & l.fi.C.ſi ex falſis inſt.* Barb. *conſ.38.col.3.v. & adduco.li.ij.* Quid de reſtitutione in integ. an impediat executionem? & dic, quòd ſic regulariter, ſecundum communem per Iaſ. *in l.iij.§.condemnatum.num.27.ff.de re iud.* Bellac.

196 Nullitatis exceptio vbi aliàs nõ admitteretur ad impediendum executionem, admittitur tamen quando eſſet irreparabilis, teſte *Alex.conſil.17 requiſitus. col.2. verſ. propterea videmus.lib.1.*& vide quæ ſcribit Caſt. *in l.ſi feriatis.ff de ferus.* vbi an cauſa vel exceptio nullitatis executionem ſentẽtię impediat. Et an ſentẽtia lata in cauſa nullitatis ſit interlocutoria vel diffinitiua? Dic vt per Caſtr. *in l.j.§.1.de feriis.* vbi concludit eſſe diffinitiuã, declarando tamen vt per eum ibi. Cui adde quòd quãdo actus eſt nullus, peti poteſt vt reformetur. vt no. Caſtr. & Iaſ. *in l j.ff.de feriis.* Et dic quòd idẽ iudex cognoſcit in cauſa nullitatis. *l.ſi præſes.C.quom.& quan.iudex.* ſic in *l.j.C.*

l.1.C.de ſentem.& interlocut.om.iud.& quandoque alius cognoſcit. l.abſentem.C.de accuſ. Idem.

197 Exceptio nullitatis non cenſetur ſublata,ſublatis ab ſtatuto omnibus exceptionibus, vt commune dicit Cur. iun. conſ.129.nu.13. E.Suarez.

198 Exceptio nullitatis quæ probari e veſtigio poteſt,executionem retardat.commune aſſerit Iaſ. in l.ſi ſã non obtulit. §.condemnatum.nu.5.ff.de re iud. Idem.

199 Nullitatis ſententiæ exceptio non impedit illius executioné,niſi in prõptu ſit probatio nullitatis.nã tũc nullitas bene impediret executioné,de qua in prõptu cõſtat.l.fin. C.ſi ex fal.inſt.Bar.& Rom.in l ſi ſeruatus.ff de ſeruis.Hypp.de Marſ.in pra.cau.cri.in verbo,vltima nu.17.& Oldra.conſ.106. alias non impediret illius ſententiæ executionem nullitas allegata vt ibi per Oldra. Bellac.

200 Exceptio quotieſcunque eſſet ſuperflua, & inutilis de eo,quod in regula nõ cõtineretur,tũc & eo caſu ne reddatur inutilis & ſuperflua,cẽſetur regulã iſtã ampliare ſecũdũm exceptionis qualitaté,ſecũdũ Dec.in l.j.nu.31.ff.de reg.iur.& iſta eſt cõmunis opinio teſte Cagnolo ibi,nu.30.& 33.& exẽplum pro intelligẽda iſta cõmuni poſſet allegari hoc: verbi gratia, ſi cõſtituo procuratoré generaliter ad omnia,nõ veniũt quę mãdatũ ſpeciale requirũt.c.qui ad agẽdũ,cũ ibi no. per gl. & Doct.de procur.in 6.ſi vero faceré procuratoré generaliter ad omnia,niſi ꝙ iuramentũ nõ poſſit præſtari,& ſic excipio vnũ caſum,in quo ſpeciale mãdatũ requiritur,illa exceptio,ne ſit ſuperflua,declarat,ampliátq.mandatũ,& regulã,vt omnia alia includantur in mandato,in quibus etiam mandatũ ſpeciale requiritur ſecundũ Dom-Gem.poſt Lapũ in d.ca.qui ad agen.§.1.Alex.Clau.Aquen.& Iaſ.in l.ſi.ff.quod quiſq.iu.idẽ Iaſ. in l.nummus.ff.de in litem iuran.Chaſſane.conſ.3.ſtat ſtatutũ.n.7. Dec.in c conſultationibus.circa fin.de off.deleg.iſtam ſcribit eſſe communem opi.Cagnol.in d. l.1.n.30.& 33.& Euerardus libr. argumentor.loco ab exceptione. Viuius.

201 Præſcriptio exceptionis à parte opponi debet contra actionem à parte aduerſa propoſitam.Bald.& Saly.in l.ſicut.C. de iud.Bald.in l.j.C.ſi aduer.cred.& ꝙ ſemper à parte opponi debeat ad hoc vt illius habeatur ratio,tenet Boe.deciſ.344.nu 8.& ibi hoc tenet, & hanc eſſe communem opinionem ibi aſſerit. Præſcriptio.n.non tollit actionem ipſo iure, ſed ope exceptionis.Bal.in rubr.C.ſi aduerſus credi.de Anchar.& Fely. in c.ad aures.de præſcr.& Bocr.in ea deciſ.nu.3. Idem.

202 Cauſa,propter falſitaté quæ in teſtibus vel inſtrumentis committeretur,nõ perditur.l.diuus Adrianus.ff.de re iud.l. qui agmtis.ff.de excep.ſecùs,ſi circa acta falſitas eſſet cõmiſſa. Bar.in l.fraudem.§.quoties.ff.de iure fiſci. Abb.in c.cum venerabilis.nu.30.ver.ſecundò principaliter noto.extrà,de excep. Et hãc ſententiam communem opinionem eſſe, ſcribit Decius ibidem nu.21.in gloſ.in verb.per vitium.vbi ipſe poſt Abbas,eam materiam latius & eleganter proſequitur. Kirchouius.

203 Litigans cũ aliquo vt tali,non poteſt exinde eum improbare. Fel. in cap. cum inter priorem. ver.vnde generaliter.de excep.Bar.in l.cum mulier.nu.5.ff ſol.mat.Cæp.caut.71.Cyn.in l. optimam. C. de contrah.& com.ſtip.Caſtr.l.Pomponius.§.rati ff. de procu.ita dicitur de eo qui citatur vt tutor.Caſtr.in conſ.12. lib.j.Bald.in §.nouiſſimè.Inſtit.de ſuſp.tut. Bellac.

204 Exceptio quæ vnà cũ ipſa actione naſcitur, & ſic quæ ineſt ipſi obligationi,poteſt à iudice ſuppleri,etiamſi à parte nõ opponatur:nã eo ipſo quòd actor proponit actioné,videtur eã cũ ſua exceptione proponere,vt per Iaſ. in l.eũ qui. §. qui ita.ff.de ver.obli.n.12.ſecus auté ſi exceptio veniret extrinſecus.Bar.in l.lecta.ff ſi certũ pet.& in l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pactis.idé Bar.in d.l.eũ qui.& Iaſ.in §.actionũ.n.130.de actio.Bella.

205 Debitor in diem ſi conuentus ante diem non oppoſuerit exceptionem quod ante diem conuenitur,iudex per ſuam ſententiam poterit eum debitorem condemnare ad ſoluendũ die adueniente:quia ea exceptio dilationis quæ ineſt obligationi,quamuis non inſit quo ad differendum iudicium parte non opponente,tamen bene inerat quo ad differendam ſolutionem in tempus debitum. Bar.in l.eum qui.in prin. §. qui ita. ff.de ver.obli.& Iaſ.in §.actionum,nu.140.de act. Idem.

206 Exceptio,ſeu ius excipiendi tranſit in ſingularem ſucceſſorem illorum iurium l.flumnum.§.adycum.ff.de dam. infecta.Bar.in l ſi tertius.§.ſi prius.ff.de aqua plu.arcen.Soc.conſil. 274.in 2.vol.& ius petendi renouationem priuilegij competit ſingulari ſucceſſori. Dec. conſ.78.vol.1.Quoties enim priuilegium ratione loci eſt conceſſum, omnes ſucceſſores gaudent priuilegio anteceſſorum, & in dubio præſumendum eſt conceſſum eſſe ratione loci,& non perſonæ.Bald.in l.omnia C. de epiſco. & cler. & ſingularis ſucceſſor ratione loci priuilegium prædeceſſorum conſequitur. l ſi aquaductus.ff. de contra.em. empt.& Deci.conſil.78. Idem.

207 Statutum licet poſſit tollere quamlibet exceptionem, non tamen poteſt tollere,ſecundum communem ſententiam, exceptionem defenſionis & innocẽtiæ.Bal.in repe.l.edita,habita in ſtudio Patauino,ann.1380.nu.115.C.de eden.Io.de Ana. in conſil.59.in prin.verſ.in quibus locis.Alex.de Imol.in conſi.113. nu.8.& ibi Apoſtil.in add in verb innocentia in lib.v.conſ.Hypp. de Marſ. ſing.59.in c. innocentib. iura fauent.&Phil.Dec in l. vt vim.ver.vnde ſtatutum.nu.9 ff.de iuſt.& iu.Kirchouius.

De litigioſis.

TITVLVS XXI.

Litigioſa res obligari non poteſt. Bald. in l.j.ff. quæ pign.obl.poſſunt. Vezinus.

2. Litigioſum non incurritur ſi fiat venditio,quãdocunque res deſierit eſſe litigioſa. Guid.conſ.82. Idem.

3 Litis pendentis ſuper poſſeſſione non facit beneficium litigioſum. Caſſiodo.vt lit.pend.deciſ.4.nu.1.com.dicit.B.Villal.

4 Litis pendentia inducitur etiam per ſolam citationem,facta eiuſdem executione.com.Dec.in l.more. num. 46 ff. de iuriſdi.om.iud.& Alc.in c gratum.ext.de of.deleg. Licet Zaſius cõſulendo teneat,quod per litis conteſt. non autem citationem lit.pend.inducatur,exordium litis ex litis conteſt.exiſtere. tamen ea regula fallit quo ad inducendum vitium litigioſi. Itẽ quo ad inducendã lit.pend.Item quo ad perpetuandã iuriſdictioné: quia in illis caſibus ſola citatio executa ſufficit ſecun. Bened.Vadũ,in ſuis Notatis ad Fely in ver.Litis exordiũ.I.Fich.

Limitatur prædicta communis,niſi reus per citationé non fuiſſet ſufficienter inſtructus de iis rebus ſuper quibus in iudicium eſſet vocatus, vt per Myſing obſer.26.cent. 4. vbi vide etiam quinque alia requiſita. Idem.

5 Litigioſi vitium non impedit alienationé,quæ ſit per confiſcationem,per caſum in l.ſi conſtante.§ fi.ff ſolut.matr.& eſt limitatio ad totum tit.C.de litig. Balb.deciſ.86.

6 Litigioſam rem non effici,ſed ipſam actionem, quando actione perſonali agitur lite cõteſtata in iudiciis particularib⁹ probat text.in l.j.ff.de litig.l.ij C.eo.in l j.vbi Bald. C.de præſcript.lon.temp.Inn.cap. cum M.de conſtit. & in c.dilecti. de except. Bal.conſ.40.maritus.lib.j.& conſil.332.ſtatuto ciuitatis Vincentiæ. in fi.lib y.Rom.conſ.270.pro deciſione.2. dub.dicens,quod eſt cõmunis doct.concl. in d.l.ij.C. de litig. actionem effici per litis conteſtationem litigioſam,non autem rem,quam tamen conclu.intelligit Guid.Pap.concl 479. procedere in actione directa tantum, non autem in vtili. & licet Fely.in d.cap. dilecti. de excep.in fi.contrarium tenere videatur,tamen à communi non eſt recedendum. Et vbi quis vellet contra communem inſtare,& tenere,illud concedi poſſet quo ad alios effectus reſultantes ex vitio litigioſi,non autem reſpectu pœnæ, ſecundum Crauet.conſ.279 ſcripſi alias pro Nicolao. F.Turz.

7 Litigioſum,Vitium litigioſi nõ incurritur,ſi de rei dominio non agatur.Fely. pulchrè in cap. dilecta.col. 5. de except. al. multa.max.Inn. in c.cum M.circa fi.de conſti. & ita tenet Lud. Rom.conſil.270.& Panor.in 2.parte conſil.110.Calc.cãſ.115.tal.3. Dec.in cap.1.de confir.vtil. vel inut.col.2.verſ. in gloſ.1.&c. dicit, quòd quæſtio mota ſuper poſ.nõ inducit litigioſum. Vezinus.

8 Litigioſum non incurritur, ſi perempta inſtantia res alienetur. Fel.not.in cap.cauſam.quæ.col.vlt.verſ.item declara.de teſti.Iaſ.in l.ij.in fi.3.col.C.de eden.& in l.cum mota col.4.C.de tranſ act. Idem.

9 Litigioſum non incurritur niſi propter litem iudicialem ſecus propter extraiudicialem,vt eſt guerra:ita Paul.de Caſt. in 2.vol.conſ.298.alias 196 col.4.ver.ſed contra prædicta. Idem.

10 Litigioſum non inducitur per litis pendentiam in cauſa matrimoniali.Parb.in 2.vol.conſ.46.col.3. Idem.

11 Litigioſum non incurritur coram arbitro.Iaſ.in l.ij. in fi.5. col.C.de eden.& in l.filiusfa.§.diui col.15.ff.de leg.j. Idem.

12 Litigioſum non inducitur niſi quando per litigantes res alienatur. Cur.conſ.72. col.5 ibi, ad aliud quòd res fuerat litigioſa.Cæpo.caut 34 Nec incurritur per alienationem neceſſariam.Alexan.in l.quanquam.§.1.de aqua plu. arcend. Bald. in l:

alienationis.ff.fam. erciſcund. Idem.

13 Litigioſum non incurritur, quando iudicium eſt perſonale. Bal.*in* 5.*parte conſ*.142. Lud.Rom.*conſ*.270.

14. Litigioſum non incurritur, ſi ſoror litigans de parte ſua cum fratre, lite pendente det ſuam partem viro in dotem. gl. & Bal.*in l.ante diuiſionem.C.de iur. do.*

15 Litigioſi vitium incurritur etiam in appellationis cauſs. Panor.*in* 2.*parte conſ*.3.*quaſt*.15.& ibi ponit Panor. quæ ſit pœna litigioſi. Idem.

16 Litis pendentia inducitur, etiá citatione non exequuta quoutum ad actorem. Fel.*in c.ſuper literis.in* 7. *col. de reſcript.* Rota *in antiquis de dolo & contu.deciſ*.457.

De quo vide aliquid per Panor.*in* 1.*parte conſ*.98.

17 Aliàs autẽ inſpicitur tempus citationis, non autẽ commiſſionis. Rot. *in antiq.deciſ.*382.*tit.de dol.& cont.* Idem.

18 Litis pendentia cauſæ matrimonial. non induc. litigioſum. Barb.*in* 2.*vol.conſ*.46.*col*.3. Idem.

19 Litis pendentiæ facienda eſt mentio ad hoc, vt reſcriptum valeat. *Iaſ.in l.*2.*C.vt lite pend.* Barb.*in* 2.*vol.conſ*.46.*praal.col.* 2. vbi limitat non procedere in cauſa matrimoniali. adde Fel. *in rub.de ſpõ.col*.6.*in fi.* aar.*in* 3.*vol.cõſ*.20.*col*.2. Pet.de Anc.*conſ.* 16 Lud.Rom.*conſ*.330. Guid.Pap.*conſ*.38.*in fi.*

Limita etiá vt perCor.*in* 2.*vol.con*.17.*col pen.ver.nec pariter.*

20 Lite pendente nihil eſt innouan.*c. laudabilem.ext.vt lite pend.c.ex conqueſtione.de reſt.ſpol.cum aliis all.per* Bar.*in* 2.*vol. conſ*.11.*col*.13. Soc.*in* 2 *parte conſ*.199.*col*. 7.

Et ſi innoue. poteſt deſtrui à po. Ar.*in l.vnic.*C.*vt nem.lic.&c.*

Limita niſi lite pendente contra debitore, incipiat ipſe debitor effici non ſoluen. quia poterit obtineri & impetrari captura contra eum, ita Iaſ.*in l.ſi ab arbitro.in fi*.2.*& in prin*.3.*col. ff.qui ſat.cog.*

Limita etiá in cauſa matrimoniali, vt in matrimonio nullo: quia licet maritus eſſet in poſſeſſione copulę, tamen poteſt impediri. Lud.*ſing* 411.

21 Innouare non dicitur, qui ſuam continuat poſ.*gl.in c.non ſolum.de appel.in* 6.

Lites eſſe execrandas ponit Iaſ.*in l.quidam æſtimauerunt.col.* 3.*ff.ſi.cer.pet.*

Litis pẽdentia non inducitur, vbi libellus contra ſyndicándum, ante tempus producitur. *Bal.in l.niſi.ff.de tutel.* Idem.

22 Poſſeſſionis quæſtio poſſeſſionẽ litigioſam reddit. Cur. ion.*conſ*.165.*nu*.6.*com.dicit.* Villal.& Vezinus.

De contrahenda ſtipulatione.

TITVLVS XXII.

STipulatio propriè contractus nec dici, nec duci poteſt, vt frequentius dogma pronunciant multi in contrariũ acutè adducentes *Io.*Cro. *lect.*2.*n.*18. Galeaul.*n*.125. Hier. Verrius *ad fi.*Io.Cor.*n*.11. poſt alios *in rub.ff.de ver.obl.* Roush-gal. & apprimẽ doctus, & cũ primis eruditus, *in l.eandẽ.nu*.28.*cũ ſeq.ff.de duob.reis.* quibus aſſentior. valebit autem ſtipulatio, qua quis rogatus intra vnius diei ſpatiũ reſpondit, ſi neuter ſtipulãtiũ interim ad extraneos actus diuertit, vt frequenter placitum atteſtatur, & acutè defendit Lauſr. Gypſius Lugiẽſis, egregiæ eruditionis vir, *in antiparadoxon libello c*.3. E.Suarez.

2 Stipulatione qui ſe ſine cauſa obligat, prudẽs, ſciens, nihil alioquin debere videtur donare, atq. idcircò ſtipulatio firma ratáque eſt. Quod ſi ambigatur nũ ille ſcierit ſe non teneri, necne, ſtipulationi vires nullæ aderunt. cõmune inquit cur. iun.*conſ*.131.*nu*.4. Siquidẽ neceſſariũ eſt, vt qui ex huiuſmodi ſtipulatione agit ex certa ſcientia promiſſum eſſe luculenter probet. quẽadmodũ cõmunem doct. eſſe ſententiá ante Cur. affirmauit etiá Alex.*conſ*.13.*ex hic li*.j. quẽ laudat *Franc.* Turz. *epin*.145. Traxit autẽ originẽ hæc frequens interpretũ ſententia ex l. Cla. doctrina *in l.*2.*§.circa ff.de doli exce.* ex qua falsò, atq. adeò inſulsè collectũ ab omnib. eſt promiſſionem, ſeu ſtipulationẽ, quæ abſque cauſa ineatur, nullius põderis ac momẽti fore, oppoſita doli exceptione: vt conſtat illic ex Accur. atq. ex Alb. ſe ita obſeruari in iudiciis vidiſſe atteſtanti, *in l. generaliter.C.de non num. pec.* Alex.*conſ*.13.*li*.j.*& conſ*.152.*nu*.2. *lib*.2.*& conſ*.19.*lib.*iij.*& l.à Titio.ff.de ver.obl.* Iaſ.*in l. iuriſgentium.§.ſed cũ nulla.n*.3.*& n*.23.*ff.de pact.& in l.lecta.n*.25.*ad fi. ff.ſi cer.pet.* Fel.*c.ſi cautio.de fid.inſtr.* Hip *in rub.n*. 318.*ff.de fideiuſ.* Lorio. qui aliorũ errorem ſibi inauſpicatò adſcribit *in tr. de pact c*.59.*de qual.contrac.n*.3.*cum ſeq.* Fran. Conn.*li*.v.*cap*.9. Ant.Gouean.*lib*.j.*variarum.c*.35. Fran.Hotom.*in prin.Inſtit.de ver.obl.* Io.Cæphal.*conſ*.108. *nu*.1. quorum de errore iam latè primo obſeruationum libr. egimus. E.Suarez.& Villal.

3 Stipulatio mutat naturam actus ſuper quo interponitur, ſecun.com.per *Burſ.conſ*.53.*nu*.40.*lib*.j. Bonac.

4 Stipulatio pro ſe & filiis dummodò non emãcipatis, intelligitur iuxta ordinem ſucceſſiuum, ſecun. com. per Burſa. *conſ*. 67.*nu*.5.*lib*.j. Idem.

5 Pater cenſetur ſtipulari filiis vt hæredibus in dubio. Alc. *de præſum.regu*.3.*præſumpt*.32.*nu*. 7.com. dicit. Villal.

6 Pater, & filius eadem perſona cenſentur, vna identitas, vnũ domiciliũ, &c. omnes vbiq. tenent præter vnum Romanum *in l.ſecundũ.ff.qui ſatiſ.cog.* Ita ſcribit Tiraq.*in præfatio.cõmentariorum in l.ſi vnquã.C.de reuoc. donat.nu*.23.*circa fi.* quod axioma ad deciſionem multarum quæſtionum confert. vt ibidem videre licet. I.Fichard.

7 Pater filiis in poteſtate ſua poſitis, & emancipatis ſtipulari poteſt. cõmune ait Iaſ.*in l.quod dicitur.nu*.18.*& in l.quodcũque.§.*1.*nu*.2.*ff.de ver.ob.* nec ſibi dominium rei in ſtipulationẽ deductæ, ſed filiis quæſiiſſe cẽſebitur. cõmune affirmãt *Alex.* ac Iaſ.*in d.l.quod dicitur.* Viuius *lib*.j.*opi*.138. E.Suarez.

8 Pater ſtipulãdo pro ſe & ſuis filiis, ſufficit filiationẽ ineſſe, ad hoc vt filius in eo poſſit ſuccedere. *l. quod dicitur.ff.de ver. obli.* quãdo verò ſub nomine hæredis cõtracta fuit ſtipulatio, & tũc ad hoc vt filius ſuccedere poſſit, debet eſſe hęres patris, & nõ ſufficeret eũ fuiſſe filiũ. *l.eius.ff.ſol.matr. Bald. in auth.ſi quas.*C.*de ſacroſan.eccl.n*.4.*verſ.in contrarium.* Bellac.

9 Pater ius filio ſemel quæſitum nec tollere, nec ius poteſt; quamuis vel ſtipulatione ab illo concepta ius illud filiis pepererit. commune aiunt Iaſ *conſ*.113.*lib*.j. Io. Dilect. *de art. teſtam.tit*.1.*caut*.8.*n*.2. Tametſi contrarium perperam multis ariſerit. quod etiá cõmune ponũt Alex.*in l.adoptiuum.§. patronum.ff.de in ius vor.* Iaſ. ſibi aduerſus *in l.*2.*q*.23.*C.de re.empb.* idem Iaſ.ac Soc. vterque *in l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de ver.obl.* Rip.*in l.vlt.q*.65.*C.de reuo.do.* iniuriam tamen filio factá pater abſque dubio poterit remittere: vt commune renũcio ex Iaſ.*in l.contra iuris.§.ſi filius.num*.15.*ff.de pact.* Boẽr. *deciſ*.120. Capel.*Tholoſ.q*.212. Catald.*de ſynd.nu*.128. I.Cla.*in pract.§.vlt. q*.58.*ver quæro nunquid.* Fran. Viui.*lib*.2. *opi*.216. Quod tamen non procedet, ſi huiuſmodi iniuria, de cuius remiſſione diſſeritur, à cõiuncta aliqua perſona fuerit illata, vt frequẽter placitum eſſe conſtat ex Iaſ.atq. aliis *vbi* E.*ex Rom.ſing*.573.*& in l.diuus,nu*.2.*ff.de ſicar.* atteſtaturq. vtrũq. cõmune interpretũ dogma: quanuis vtrũque cordate, ac diligenter improbet Arius Pinel.*in l.*j.*part*. 3.*nu*.105.*C.de bo.mater.* E.Suarez.

10 Stipulatio regulatur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponitur, non ſolùm in hoc vt detur efficacior, ſed vt detur in plus vel in minus quàm nõ competebat actio ex illo contractu. *Bal.in l.ſi fideiuſſor.§.qui iniuriarum ff. ſi quis cautio.* Alex.*in l.*j.*ff.de pactis.* Iaſ.*in d.l.cum mota.nu*.10.*de tranſ.* & idem Iaſ.*in rub de ver.obl.nu*.20. Bellac.

11 Mulieribus vtiles contractus valebunt, ac rati erunt quãuis in illis propinquorum conſenſus ſtatuto requiſitus non interponatur. commune aio ex *Bal.in l.neq.*C.*de coner.& cont. ſtip.* Ang.& Imo.*in l.mutuum.§.vlt.ff.de acq.har.* Viuio *lib*. j. *opi*. 296.*verſ.fallit vndecimò.* atque ex iis iuris interpretibus quos inferius laudo, *ver.ſolemnitas.* E.Suarez.

12 Promiſſio iudicialis. Ad factum pręcisè quis cogitur, nec liberatur præſtando intereſſe in iudicialibus promiſſionibus faciendi, ſeu quãdo factum iudicio promittitur, per tex.cum gl.*in verbo cogam.in l.filiusfamiliàs.§.procuratorem.ff. de procur.* & ſecundum *Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.ff.de ver.obli.* Panor.*in c.*1.*ext.de iudi.* ſic limitatur quod dicitur in ſtipulationibus faciendi ſuccedit obligatio ad intereſſe. Bal.*dec*.373.

13 Promiſſio de non offendendo intelligitur rebus ſic ſtantib. & aliqua cauſa non superueniente, vt eſt communis opi. de qua D.Octauis. Vulpellus *in tract.de Pace q*.45.*n*.4.*& ſeq.* Bonacoſſ.

14 Promiſſio de non offendendo neque per me, neque per hæredem meum, uno ex hæredibus contrafaciente, pœna cõtra omnes committitur pro portione hæreditaria, vt eſt communis opinio. de qua D.Hercula.*de cautio.de non offen.cap*.18. *num*.15.*fol*.66. Idem.

15 Promiſſio facti alieni etſi valeat quãdo pœna eſſet adiecta vel intereſſe, tamẽ excuſabitur promittẽs à pœna, ſi omnem curam & diligentiam, quęcunq. adhiberi poſſet, adhibuerit, & quod potuit fecerit. Vnde ſi aliquis promiſiſſet ſub pœna

quòd

quòd Sempronia cõtraheret matrimonium cum Paulo, ſi fecerit quantum in eo eſt, non incurrit in pœnam: quia difficultas cùm factum ſit in obligatione, impedit commiſſionẽ pœnæ, l. ſi vehenda mancipia. ff. ad l. Rhod. de iact. Bar. in conſ. 236. incip. Martinus promiſit. Panorm. in cap. Gemma. n. 9. verſ. ad vnum tamen ſingulariter aduerte. ext. de ſponſal. Quamuis de hac doctrina multi dubitauerint non poſtremæ authoritatis iuris interpretes. Franciſ. de Acol. Aret. in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. n. 1. ff. de verb. oblig. Bar. Soc. in conſi. 238. nu. 30. verſ. ſed tamen his non obſtantib. cum ſeq. enim in 2. vol. conſ. Iaſ. in l. ſtipulatio iſta habere. num. 10. vbi & ipſe Canoniſtarum ſententiam in d. cap. Gemma. improbat. ff. de verb. obl. Tamen hanc communem ſententiã eſſe inquiunt ipſi Aret. & Iaſ. in d. l. ſi ita ſtipulatus. & in d. l. ſtipulatio iſta. & Phil. Dec. in conſil. 313. nu. 2. & n. 4. vbi ipſe Soc. argumenta in contrarium adducta ſoluit, cuius tamen ſententiam Molin. ibid. in verbo, contrarium, admittere non vult. Item ſi promiſſor promiſiſſet ſe cum effectu curaturum, quod Paulus approbaturus eſſet, eo caſu non excuſaretur: quia ex illis verbis cum effectu, apparet de expreſſa intentione contrahentium, quod committatur pœna in caſu non ſubſecutæ ratificationis. l. ſi non mortis. §. fin. ff. de inofficioſo teſtamento. Io. Frã. Rip. in l. quod te. num. 47. ff. ſi cer. pet. Quam ſententiam & ipſe Dec. amplectitur, in l. fin. §. Labeo. nu. 11. ff. eod. vbi ipſe aliquot diſtinctiones huius doctrinæ recenſet, & bono ordine explicat. & in l. impoſſibilium. ff. de reg. iur. Kircho.

16 Quando directo offenditur ſtipulator, vel eius perſonam repræſentans, vt eſt hæres, tunc non attẽditur intereſſe, l. ſtipulatio iſta. §. alteri. ff. de verb. oblig.

Fallit in 6. caſib. vt per Iaſ. in l. ſtipulationum, §. item ſi in facie, numе. 15 ff. de verb. oblig. Don. à Fina.

17 Si prima ſtipulatio eſt vtilis & efficax, ſecũda nihil valet, l. quibus idem, ff. de verb. oblig.

Ampliatur in 5. caſibus, & limitatur in 6. à Iaſo. in d. l. quibus idem, num. 1. & ſeq. Idem.

18 Falſa cauſa de præterito non vitiat ſtipulationem, l. ſi diuortio, ff. de verb. oblig.

Fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. in d. l. num. 1. Idem.

19 Error in materia, vel qualitate ſubſtãtiali, non vitiat ſtipulationem propter conſenſum in corpore, l. ſi id quod aurum, ff. de verb oblig.

Ampliatur in 2. caſibus, & limitatur in vno per Iaſ. in d. l. ſi id quod. num. 1. Idem.

20 In cõtractib. ſtricti iuris nõ poteſt agi per ſtipulationẽ ratione deceptionis, vel doli re ipſa quando promiſſor non habuit animum decipiendi, quia & ipſe decipitur re ipſa, l. ſi id quod aurum. ff. de verb. oblig.

Fallit in 4. caſib. vt per Iaſ. in d. l. num. 3. Idem.

21 Tot cẽſentur ſtipulationes quot ſunt res, vel ſummæ in vna ſtipulatione ſpecialiter deſignatæ, l. vbi autẽ. §. pen. l. Titia, §. fin. & l. pluribus. in princ. & l. ſcire debemus, ff. de verb. oblig.

Fallit in multis caſi. vt per Vigel. l. in cõ. de ver. obl. c. 1. fo. 426.

Fallit in 2. caſib. vt per Iaſ. in d. l. ſcire debemus. Idem.

22 Si ſtipulor rem meam ſub conditione valet ſtipulatio, l. ſi rem meam, ff. de verb. oblig.

Fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. in d. l. Idem.

23 Alteri ſtipulari nemo poteſt, l. ſolutam, §. per liberam, ff. de pign. act. l. certi condictio, §. quoniam, ff. ſi cert. pet.

Fallit vt per Marc. Mantuã in ſingul. 120. fallit vt per Aluiſ. ſing. 178. fallit in 2. caſib. vt per Emanuel in theſauro receptarum ſenten. conclu. 173. ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 6. à Iaſ. in l. ſtipulatio iſta, §. alteri, ff. de verb. oblig. ampliatur in 13. caſib. & limitatur in 36. ab Ant. Gabr. lib. iij. de verb. oblig. conclu. 1. fallit vt per Soc. reg. 381. Ampliatur & limitatur in multis caſibus. vt per Purp. in l. certi condictio. §. quoniam. ff. ſi cert. petat. num. 34.

Fallit in 2. caſi. quos ponit Dec. in l. quo tutela, §. nec paciſcẽdo. ff. de reg. iur. fallit in 6. caſib. vt per Soc. reg. 89. in addit. fallit in iudice, qui poteſt alteri ſtipulari. Ampliatur iſta fallẽtia in 2. caſib. & limitatur in 4. à Iaſo. in l. ſtipulatio iſta, §. ſi ſtipuler, ff. de verb. oblig. n. 26. Ampliatur regula, quòd nec etiam de iure canonico licet alteri ſtipulari. ſed iſta ampliatio limitatur in 2. caſib. per Felyn. in proœ. Gregor. c. Gregorius, num. 26. Don. à Fina.

24 In ſtipulationibus verba interpretantur contra ſtipulatorem, l. ſtipulatio iſta, §. in ſtipulationibus. ff. de verb. oblig. fallit in 5. caſib. quos no. Iaſ. in d. §. in ſtipulationibus. Idem.

25 Quod ſtipulatur iuri meo ſubiectus, ego videor ſtipulari, l. quodcunque, ff. de ver. obl. fallit in 4. caſib. quos not. Iaſ. in d. l. n. 4. & ſeq. Idem.

26 Ad hoc vt valeat ſtipulatio facta per illa verba, cùm promiſſor voluerit, eſt neceſſe, quòd promiſſor ante eius mortem declaret velle, l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, ff de verb. oblig. fallit in 3. caſib. ſecundum Iaſ. in d. §. ſi ita ſtipulatus. num. 2.

Stipulatio dandi centum, ſi promiſſor voluerit, quia confertur in expreſſam & liberam voluntatẽ promiſſoris vſq; ab initio, eſt ſemper inutilis. Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 3. à Iaſ. in d. §. ſi ita ſtipulatus, nu. 6. & ſeq. ſed hęc ſtipulatio, cũ voluerit promiſſor, valet, & pendet ab eius volũtate, velut à conditione. fallit vt no. Soc. iu. in l. ita ſtipulatus, n. 113. de ver. obl. Idẽ.

27 Stipulatio in dubio debet intelligi, vt valeat, & teneat. l. quoties in ſtipulationib. ff. de verb. oblig. Ampliatur in 5. caſib. & limitatur in 4. à Iaſ. in d. l. quoties, nu. 1. vſque ad finem. Idem.

28 Si alternatiuè interroganti reſpondeat de vno tãtum, vitiatur ſtipulatio in ſpeciebus: ſecus in ſummis, l. inter ſtipulantem, §. ſi ſtipulante, ff. de ver. obl. vbi Iaſ. limitat in vno caſu. Idẽ.

29 In ſtipulationem res deduci non poſſunt, quæ non ſunt in commercio noſtro, l. inter ſtipulantem, §. ſacram. ff. de verb. obl. fallit in 3. caſibus, vt per Iaſ. in d. §. ſacram, num. 4. Idem.

30 Rẽ meã mihi ſtipulari non poſſum, l. nemo rẽ ſuã, & l. ſi rem meã, ff. de ver. obl. fallit in 6. caſi. vt per Iaſ. in d. l. ſi rem. & in d. l. nemo. Idem.

31 Stipulatio facta ſub conditione valet, licet aliam cauſam non habeat, quia ipſa conditio impleta eſt ſufficiens cauſa, & ſic ſuccedit loco cauſæ, l. à Titio, ff. de verb. oblig. Ampliatur in 3. caſib. & limitatur in 2. à Iaſ. in d. l. à Titio, num. 5. Idem.

32 Merces ſaluas in aliquẽ portũ vel locũ quãdo paciſci & ſtipulari liceat: Iaſ. in l. in illa ſtipulatione. nu. 1. ff. de ver. obl. Vezin.

33 Obligatio dandi eſt indiuidua, Cur. iun. conſil. 74. communem dicit. Villal. & Vezinus.

34 Promittens ſe aut alium præſentare toties quoties opus fuerit, liberabitur facta vna præſentatione. Angel. in l. ſi finita. in prin. ff. de dam. infecto. Roma. conſil. 15. & Iaſ. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiur. & hoc vt euitetur infinitas, ne contingat in vim illorum verborum fieri plurimas præſentationes. ita Roma. in eo conſilio. Idem dicendum ſi quis indefinitè promiſerit aliquem præſentare coram aliquo iudice, & ad ſui mandatũ: nam per primam præſentationem liberatus erit, per l. bonet. §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. Alex. conſil. 16. in 5. vol. Aellac.

35 Si quis promiſit ſe facturum, & curaturum, quod Titius tale quid faciet, non addita pœna, tunc ſi faciet quod poteſt, liberatur. communis eſt opinio, in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obl.

Fallit in 3. caſi. quos not. Alcia. in d. §. Cato, n. 133. Don. à Fina.

36 Promitto verbum, in ſcriptura appoſitum, importat ſtipulationem: communis eſt, vt per doct. in rubr. ff. de verb. oblig.

Fallit in 4. caſibus, ſecundum Crot. in l. ſciendum, ff. de verb. obligatio. num. 2. Idem.

37 Debitor obligatus alternatiuè ad dãdũ animal, vel cẽtũ, ſatisfacit, ſi tẽpore ſolutionis ſit animal debilius quàm tempore obligationis. Cur. iun. cõſ. 24. communẽ dicit. Villal. & Vezin.

38 Nota iſtã cõmunem ad corroborationẽ l. ij. & 39. tit. 14. & parte 5. vbi cauetur, quòd obligatus ad dandũ animal ad certũ tẽpus, ſi interim moriatur animal ſine fraude obligati, liberatur. Plus dicit d. l. 39. quod promittẽs equũ, aut mulũ, quòd vno mortuo extinguitur obligatio: & nõ tenetur ad dandũ alterũ. Et de iſtis debitis alternatiuis vide l. xxiij. tit. 11. par. 5. & l. xxiij. tit. 9. par. 6. & l. xxij. tit. 15. par. 7. & Affli. in deci. Nea. 367. Villa.

Limita in obligato in Paſcha ad dandũ centum, aut pignus: quia non ſatisfacit dando pignus: ſed compellitur præciſè ad centũ. Iaſ. in l. ſi ſe obtulit. §. ſi ex conuentione. nu. 6. ff. de re iudi. Io. de Rip. in d. c. inter cæteras. communem dicunt. Idem.

39 Euentus conditionis non conſtituit in mora, & ideo obligatus ſub conditione ad aliquid dandum vel faciendum, non poteſt dici in mora per aduentum conditionis, niſi fuerit ad id interpellatus. Bar. in l. ita ſtipulatus ff de ver ob. & in l. quoties eo. & hæc eſt communis opin. ſecundũ Deciũ conſ. 2. n. 5. Vezinus.

40 Obligatus ad dandũ aliquid in genere, pręſtãdo partẽ nõ liberatur in totũ, nec in illa parte: obligatus tamẽ alternatiuè, dãdo partẽ licet in illa parte nõ liberetur, tamẽ ceſſat exercitiũ actionis in illa parte, Alc. ib. n. 55. cõmu. dicit. Villal. & Vezin.

Amplia quòd in tantum eſt vera quòd creditor non compellitur recipere, idem ibi nu. 10. in ver. 7. limita. comm. dicit, licet ſibi non placeat in puncto iuris.

Fallit in pœna appoſita in obligatione dandi, vel faciendi, cùm factum eſt indiuiduum: quia non debetur niſi pro parte

pro qua non fuit cōpleta, vel fuit cōtrauentum. *Bnet. dec.* 349. *num.* 8. communem dicit. *Idem.*

41 Ad illud tamen quod ibi dixi *in §.* 31. quòd vbi aliquid debet fieri ſub pœna, vel in pacto adiectionis in diē, &c. quòd ſi deficiat vnus nūmus cōmittatur pœna, &c. vide in contrariū Iaſ. *in l. v. §. fi. ff. de ver. ob.* vbi dicit quòd licet omnes ita teneāt, tamē ipſe tenet contrariū: quia vbicunq; ſolutio deficit in tā modica quātitate, ſcilicet vnius denarij, talis defectus videtur potius ab errore, quàm à malitia proceſſiſſe: ergo excuſandus. *l. quāuis.* & ibi nn. Bal. *ff. de cond. & dē.* itē propter dictā regulā, quòd de minimis nōcurat prætor: itē quia qui parū delinquit, nō incurrit in pœnam. vt dicit Bald. *in l. quicunque. C. de ſer. fug.*

Et ad dictam limit. adde *Barb. in 4 vol. conſil.* 34. *col.* 5. vbi per multa dicit, quòd in diſpoſitione hominis curamus de modic. & quod de minimis curandum ſit, tenet Phil. *in cap. quia ſæpe. de elect. in 6.* Card. *in proœm. clem.* vide aliquid per Angel. *in §. gallinarum. Inſtit. de re. diui.* E. Suarez.

42 Maiori ſummæ minor ineſt. Iaſ. *in l. cum furti. ff. de in lit iu. & in l. qui quartam. ff. de leg. j. per l. j. §. ſi ſtipulanti, cum ſimilibus. ff. de verb. obli.* Intellige ſcilicet alii materie: Amplia & limita, vt per Iaſ. *in d. §. ſi ſtipulati.* Ale. *in 2. vol. cōſ.* 65. *in 2. col. ibi, præterea ſi teſtes. & in 4. vol. coſ.* 40. *ver. vlterius in fi. & in 5. vol. cōſ.* 179. *in fi.*

Limita etiā in teſtib. *Alex. in 5. vol. conſi.* 52. *col. pen.* Vezin.

43 Promiſſio facta per verba generalia, & adulatoria non inducit obligationem aliquam: ſecundùm Ioan. And. Card. Ant. Io. de Imol. Abb. & cæteros omnes, *in cap. cum veniſſent, per tex. ibi de inſtit.* & Bauerium *in §. planè, circa fin. Inſtit. de teſt. milit.* per illum text. & Tiraq. cum aliis aggregatis per eum *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ, priuilegio* 51. quia verba hæc non ſunt ap piccicatoria. Cum licitum ſit ſeruire de vento: vt per præcitatos doctor. & *Alex. in l. ita ſtipulatus. in grande. ff. de verb. oblig. nu.* 5. *& ſeq.* Iaſ. *in l. Titiu. num.* 33. *eod. tit.* & Affl. *in tract. de iure protomiſeos. §. 1. nu.* 9. *fol. par.* 85. ac hinc eſt, quòd ſi poſtulo à Titio, vis dare, ſeu donare mihi talem rem, & ipſe reſpondrat nō modò rem iſtam, ſed etiā quæcunque habeo, & quicquid tibi placebit: tunc profectò ex illis verbis generalibus nō naſcitur obligatio; & petens ex huiuſmodi reſponſione non poſſet ſe fundare aliquo pacto, etiam ad petendam illam rem ſolam, cùm promiſſio prædicta per illa verba nulla reddatur. *d. c. cum veniſſent.* per quem tex. ita voluit Bald. *in concluſionibus iuris. Rom. in rubr. ff. de arb.* Alex. *in d. l. ita ſtipulatus. nume.* 5. cum aliis ſignatis ibi per eum, & Franciſc. Curt. iun. *in l. ea quæ commendandi. ff. de contrahen. empt.* & And. ab Exea, *in tract. de pactis in 1. par. nu.* 27. *fol. par.* 228. vbi ſcribit illam eſſe communem opinionem. Et quòd hæc communis ſit, conſtat pariter apertiſſimè ex congeſtis per Alexand. *in d. l. ita ſtipulatus. num.* 5.

Ideò ob hoc cautè agunt aduocati, qui nullam fidem adhibent promiſſionibus Magnatum: vt eis ſuadent Ioan. Andr. *in add. Spec. in tit. de Aduoc. §. hic dicendum.*

Et refert Afflict. *in d. §. 5. nume. 9. & Pſalm.* 147. dicēs: Nolite confidere in Principibus, neque in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus, exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam in die illa peribunt omnes cogitationes eorum.

Et illud quoque quod vulgari prouerbio dicitur: *Corteſia de bocca, molto vale, & poco coſta.* & denique ſcripta per Neuiz. profuſius *in Sylua nupt. lib. 4. ſub. nume.* 41. & Guil. Pepin. *in ſermonib. quadrageſ.* ſuper Epiſtola: Hæc dicit Dominus Deus, Maledictus homo, qui confidit in homine. *feria 5. poſt 2. Dominicam quadrageſima. fol. par.* 36.

Quoniam pluſquam ſimplices cēſentur illi, qui ſuaſionibus credunt: ſecundùm Bald. *in l. 1. in princ. C. ne filius pro patre.*

Et licet verba animo iocandi prolata, non ſint in conſideratione, nec obligent: nihilominus iuramentū iocosè prolatum obligat, ſaltem ad veniale peccatū. Gloſ. *in cap. nam. §. fi. 25. diſt.*

44 An autē iuramētū temerariū obliget venialiter, vel mortaliter. Et dic vt per Gloſ. Archid. *in cap. Archidiaconū Florentinū. 85. diſtin.* & per Abb. *in c. 1. de his quæ fiunt à maiori part. cap*

Fallit etiam antedicta communis ſecundò locum non obtinere, vbicunque adulatoria verba relata reperiretur ad honoratum: tunc quippè fauore libertatis diſpoſitionē inducerent. Et ſic ſi teſtator diceret ſeruo ſuo: ſcio, quòd filius meus tibi gratiam cōferet, hæc quidem verba abſque dubio aliquo vim relictæ libertatis haberent, inducerentq; libertatem ipſam, teneretúrq; filius ſeruum prædictum manumittere: vt firmant Bal. & Bened. Plumb. per tex. *ibi in l. Paulus reſpondit. §. Paulus. ff. de fideicom. libertat.* quem promit. propagare radices ſuas, & conſequenter extendere etiam propriam vim, & virtutem ad omnem piam cauſam. Rom. *in rub. ff. de arbit. in 26. ſpeciali,* & Tiraq. *in tract. de priuilegiis piæ cauſæ. priuilegio* 51. *in fi.* Viuius *opin.* 668.

45 Promittens dare ſcacchum mattum cum pedina, ſi tunc daret cum pedina facta Regina, non impleretur, ſeu verificaretur eius promiſſio: & ſic non cenſeretur ſatisfeciſſe eius promiſſioni: cùm aliter deducatur pedina, quàm Regina: ſecūdùm Bar. *in l. legatis. §. ſi ex officio in fin. ff. de leg.* 3. Cyn. *in l. 9. de ſuſpect. tut.* Bal. Imol. Caſtren. Socin. *in l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demonſt.* Ang. *in l. ſi loguis. §. fin. ff. de iud.* Alber. *in l. clam poſſidere. ff. de acquir. poſſ.* eundem Bart. *in l. pen. ff. de ſenat. num.* 2. Lauren. Fauen. *de cap. dij. in prin.* Puteum *in tracta. de ludo. ſub num.* 60. Dec. *in c. quoniam, vbi* Abb. *nu.* 70. *& ſeq. de offic. deleg.* vbi ait iſtam opinionem eſſe veriorem, & Card. Albanus, illuſtris doctrina, & ſanctitate in lucubrat. ad Barto. *in d. l. pen. num. 2. & ſeq. ff. de ſenat.* & ita extitit Paduæ determinatum: teſte Steph. Cotta. *in tract. de ludo. in §. ſuccedit modo videre. nu.* 31. *& ſeq.* ex quibus quidem patet iſtam eſſe magis communē opinionem, & ita etiam meminit expreſſiſſimè de huiuſmodi magis communi ſententia, eique ſimiliter inhærendo Franc. Marzarius *conſil. 25. ſuper controuerſias inter Illuſtriſſimos, & Excellentiſſimos Alfonſum Ferrariæ, & Coſinum Florētiæ Duces. fol.* 244. *verſ. Sed nec omittenda eſt deciſio notabilis ad propoſitum.*

¶ In contrarium verò partem inclinauit Iacob. de Aret. *in d. l. pen. ff. de ſenat.* & Imol. *in d. l. falſa. §. 1. ff. de cond. & demonſt.* vbi perhibet iſtam eſſe communem, & ſequitur etiam Abb. *in d. c. quoniam,* cum quadam diſtinctione, videlicet, quòd ſi promiſiſſet quis dare ſcacchum mattum de aliqua certa pedina: tunc cēſeretur ſatisfeciſſe eius promiſſioni: ſi verò ſimpliciter, & indefinitè cum pedina, nō diceretur adimpleuiſſe cōuenta. Nihilominus reiecta opinione Iacobi de Aret. Abb. & aliorū, in deciſiuis nolli recedere à dicta ſententia Bart. & ſequacium, tanquā realiter receptiori & veriori, quòd indiſtinctè promittens dare ſcacchū mattum cum pedina non videatur eius promiſſionē adimpleuiſſe, & viciſſe ſi dederit cum pedina effecta Regina: prout & hoc firmat etiam in caſu ſimili Pottius *in §. ſingulorum ſub n. 9. Inſtitu. de rerum diuiſ.* Viuius *opin.* 669.

46 Promittēs ſe facturum & curaturum &c. factum alienū, ſi fecerit quicquid potuit, nō tenetur ad principale factū, nec ad intereſſe: ſecūdùm glo. *in c. ex reſcripto de iureiur.* Ant. de Butr. & Abb. *in c. gēma de ſponſ.* Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. de verb. oblig. & conſ.* 142. *col.* 4. Abb. *cōſil.* 90. *col. 1. vol.* 1. Affl. *dec.* 295. Ferra. *in caut.* 43. Fely. *in c. ex reſcripto. nu.* 17. *extr. de iureiur.* Gomez. *in §. in perſonā. n.* 27. *Inſtit. de act.* Grammat. *deciſ.* 102. Dec. *conſil.* 313. vbi meminit iſtam eſſe cōmunem opinionem, ac ita in practica obſeruari, vbi reſpōdet Soc. contrariū conſulenti. Idem tradit Dec. *conſ.* 323. *col.* 2. & concludit diſputando per pulcherrima fundamenta Marant. *in ſuis quæſt.* quæ reperiūtur in fine ſui tractatus de iudiciis *in q. 7. per totum,* & Ruin. *conſil.* 67. *vol.* 4. vbi conſuluit in fortioribus terminis, quòd promittens ſe facturum, & curaturū cum effectu ſimiliter excuſari debeat, ſi adhibuit omnem conatum quāuis nullus ſequatur effectus, huicque opinioni inheret quoque cōſulendo Io. Baptiſta Ferrettus *cōſ.* 128. *vol.* 1. & hoc ſequitur etiā Marāta *in d. q. 7. nu.* 20.

Item promittens factum alienum ſub pœna, ſi omnem diligentiam adhibuerit, excuſatur ab hac pœna, eámq; penitus euadit, ſecūdùm Feder. de Senis *cōſ.* 122. Ant. de But. Abb. *col. pē.* & omnes *in d. c. gēma.* Alex. *in l. qui autem, in apoſt. ad Bart. ff. de conſt. pecun.* & iſta eſt communis opinio, atteſtante Aret. *in d. §. poſſum,* & Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta. num. 10. ff. de verb. oblig.* licèt ipſi, & male contrarium aſſeuerent, & communem præmiſſam ſequitur quoque, & citat Caſſadorus *deciſ. vnica, ſub num. 2. in tit. de mutuis petitionibus.* Maranta *in d. q. 7. nu.* 11. cum aliis ſignatis per eum, & Natta *conſil.* 450. *lecto & diligenter conſiderato proceſſu per ſummarium exhibito. nu.* 42. *vol.* 2. & ita cōſuluit Franc. *Aret. conſ.* 80 *col. 6. & in d. conſ.* 142.

Itē promiſſor facti alieni cū iuramento nō tenetur ſi fecerit quātū potuit de periurio: ſecūdùm glo. *in d. cap. ex reſcripto,* & iſta eſt veritas: vt diſputādo deduxit Marāta *in d. q. 7. n. 1. & 10.*

Verùm promittēs iſte ſe facturum, & curaturum, &c. ſi hoc non facit: quàmprimum potuit, in mora conſtituitur abſque nulla interpellatione: ſecundùm Bal *in c. 1. §. ad hac in tit. hic fi. mitur lex.* Corrad. *Aret. in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum. ff. de verb. oblig.* & Aret. *in l. quod te. col. 6. ff. ſi cert. pet.* & ibi etiam Cagnolus, *num.* 96. & Bologn. *num.* 62. cum aliis aggregatis per eos,

& Ruin.

& Ruin. *conſ. 42. n. 26. vol. 1. & conſ. 236. n. 12. vol. 5.* & iſta eſt cōmunis opin. teſte Curt. iun. *conſ. 74. n. 6.* & Crauet. *conſ. 64. n. 1. conſ. 192. n. 17. & conſ. 246. n. 1.* in quibus locis poſt Soc. Sen. & Gozad. conciliat opinionē Dec. qui *in d. l. quòd te in 1. lect. n. 11.* tenuerat contra Bal. & communē opin. memoratā, quam quidem conciliationem, concordiam, ſeu diſtinctionem tradidit ante eū Bauer. *in tracta. de mora, par. 2. n. 29.* qui de eius veritate nonnihil dubitat, & Bolognetus etiam *in d. l. quod te, ſub n. 62.*

Ad tollendum itaque omne dubium circa pręmiſſa traditur iſtud optimum remedium per Doct. quòd quis promittat in inſtrumento factū & intereſſe, & quòd nō vult poſſe excuſari feciſſe omne ſuum conamen, quod principalis obſeruabit, ſed vult teneri de ſuo proprio ſoluere, & obſeruare cōtēta in ipſo inſtrumento: tunc quippè promiſſor iſte tenetur ad intereſſe, dato quod fecerit poſſe ſuum: ſecundum Dec. *in d. conſi. 223. cōſ. 330. col. 2. & conſ. 345. col. fin.* vbi poſt Abb. Aret. Soc. & Cum. in aliquibus conſiliis, vt ibi per eum hoc expreſsè firmat, & Maranta etiam elegantiſſimè *in d. q. 7. n. 25. & ſeq.* vbi reſpondet Afflicto contrariū innuēti, ſeu aſſeueranti *in d. deciſ. 295.* & opinio illa Dec. & ſequatium videtur communis, & ſecundum eam conſului, & obtinui in actu practico in cauſa magni momenti, non obſtante deciſ. Afflict. 295. prǽcitata, quǽ intelligi debet ſecundum doctrinas & leges, quas allegat. & in effectu mouetur *per conſ. Aret. 142.* & nonnullas alias doctrinas quǽ duntaxat loquuntur, quando quis promiſit ſe facturum & curaturum abſque adiectione illorum verborum, vt non excuſetur promiſſor feciſſe omne ſuum conamen: ideò oſtenſis his & aliis quàmplurimis quǽ omiſimus, &c. iudici cauſǽ prǽdictǽ, non dubitauit ſpreta opinione Affl. ſecundùm Dec. ſententiam iudicare. Viuius *opin. 670.*

47 Promittens ſtare diffinitioni offenſi circa ǽſtimationem iniuriǽ eidem illatǽ, tūc erit locus arbitrio boni viri, nec prǽcisè mādabitur executioni, quod offenſo viſum fuerit: ſecundùm Alex. poſt Accurſium *in l. 1. col. 7. ff. ſol. matrim.* Gerard. *in ſingul. 6.* Abb. & Fely. *in c. contingit, de ſent. excom.* idē Abb. *in ca. quintanallis. col. 3. de iureiur.* & iſta eſt communis opin. quã ſequuntur Lanfran. *in tract. de arbitr. col. 11.* & Baptiſta de Sancto Blaſio *q. 24. de arbitr.* & in ſpecie quò ad ǽſtimationē damnorum, expēſarum & intereſſe hoc idē tenet *Afflict. deciſ. 91. n. 10.*

Item remiſſum conſcientiǽ, & diſcretioni alicuius ſimiliter importat boni viri arbitriū: vt firmauere cum aggregatis per eos Pariſ. *conſi. 45. nu. 24. vol. 3.* & Grammat. *conſi. ciuili 29. nu. 5.* & eſt textus expreſſus in dote *in l. cùm poſt diuortium. § in domū abſentis, verſi gener ff. de iur. dot.*

Vbi diſponit, quod vbicūque eſt promiſſa dos per ſocerum genero, arbitratu ipſius ſoceri, nulla demonſtrata re, vel quātitate, ſtipulationē valere arbitrio quoque detracto. Et ita in cauſa propria de anno 1572. obtinui per iſtū text. in curia noſtra Aquilana aſſidente ibi iudice D. Bart. de Gorioſtriola Hiſpano, qui pronūtiauit, dū exiſterēt mihi promiſſa bona mobilia per Magnificū Gaſparē Caſellā ſocerū meū pro dote, & in partē dotis ſuo arbitratu, & diſcretione, quòd mihi ſolueda forēt ſecūdū qualitatē, & nobilitatē vtriuſq; partis bona aſcendēria ad ſummā ducatorū ducētorū, nō obſtāte q idē Gaſpar ſoluere vellet minorē quantitatē ipſorum. Viuius *opin. 671.*

48 Stipulatio fit per interrogationem, & reſponſionē, quando contrahentes aliud agebāt: & ſic ſi dictum ſit, vendis mihi domum per centum, & tu reſpondes, vendo: iam conſtat contrahentes contractū emptionis, & venditionis principaliter agere voluiſſe. Sed licet id principaliter agāt, tamen interfuit forma apta ad ſtipulationē cōtrahendā, quę conſiſtit in interrogatione, & reſpōſione, cōtracta videtur ſtipulatio: & ex quo ſeruata eſt forma ſtipulationis, in hoc caſu valet, & tenet ſtipulatio ipſa, & cōtractus hoc eodē caſu valet, vt ſtipulatio, & vt venditio: vt voluerunt Cyn. Iac. de Arena, Alber. & cǽteri *in l. hac conſultiſſima. § per nuncupationē. C. de teſt.* Faber. *in § ſed etiam aliquis, Inſtit. de teſta.* Roma. *in l. 1. § ſi quis ita. ff. de verb. oblig.* Cuma. & Alex. *in l. ſi ſtipuler. § fin. eod. titu.* & iſta eſt cōmunis opinio: ſecundùm Ripā *in rub. nu. 10. eod. tit.* & Marcellum Berincutium *col. 48. verſ. Alia modò ſubiungitur hæc quæſtio*, quā ſequitur, & tuetur quoque ibi Ruin. nume. 35 *cum aliis ſeq.*

¶ Et licet Marcellus Torniellus. *nu. 99.* cum aliquibus aliis Moder. ibidem videantur diſputando inhǽrere contrarię ſententiǽ: nihilominus ob eorum ſubtilitates, & vanitates potius fatuum foret recedere à dicta communi veriſſima, atque ſanctiſſima: vt eam latè, & doctè tuetur, & vocat magis communē cū cǽteris ſignatis per eū, Iacob. Mandellus de Alba *in d. rubric ff. de verbor. obligatio. num. 158. cum aliis ſequentibus.*

¶ Qua quidem communi retenta, aduerte, quod vtilitas in prǽſenti caſu conſiſteret in hoc. Nam ſi quis ſuccumberet ex vna cauſa, poſſet vtique ex altera agere: vt not. Ruinus vbi ſuprà, cum cǽteris Modernis. Viuius *opin. 1014.*

49 Stipulatio eſt contractus iuris ciuilis: & ſic ſtipulationem de iure ciuili, non autem de iure gentium eſſe voluere gl. Aret. Ozerius, *nu. 34. in § ius autem gentium, Inſtit. de iure nat. gent.* Alexan. Iaſ. Illuſtris D. Guil. Pontanus prǽceptor meus, *n. 27.* Soc. Ripa, & Marcellus Berincutius, *col. 35. in rubr ff. de verborū oblig.* gloſ. Bart. Bal. Iaſ. & alij omnes *in l ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure*, & copioſè Thobias Nonius *in § omnis, num. 10. Inſtit. de verbor. oblig.* vbi approbat opinionē illorū & admittit communem eſſe, & ab ea tanquam communi aduertit non fore recedendum Ruinus *in d. rubr. ff. de verb oblig. num. 65. & ſequentibus.*

Item ipſa ſtipulatio eſt etiam contractus nominatus: ſecundùm Bart. *in l. 3. C. de cond ob cauſam.* & Paul. Caſtren. *in d. rubr. ff. de verb. oblig.* quos ſequuntur ibi multis rationibus Alexan. Iacob. Mandellus de Alba. *nume. 145. & ſequen.* & alij omnes, & Dec. *conſilio 279. ſub num. 1.* & Caſſaneus *conſil. 53. num. 56.*

Et hinc ſequitur, quòd hodie de quocunque contractu fit publicum inſtrumentum, quum ſemper apponi ſoleat ſtipulatio, ſemper dicatur contractus nominatus, & hoc propter ſtipulationem appoſitam.

Ex quo ſequitur, quòd ratò per inſtrumentum probatur cōtractus innominatus. cum notarij in fine dicere ſoleant: quǽ omnia partes prǽdictǽ ſibi inuicem ſolenni ſtipulatione promiſerunt, vel ſimilia verba. iſta eſt doctrina Bart. *in l. 3. in fin.* cum qua cōcurrunt Paul. Caſtren. Alex. Soc. & cǽteri *in d. rubr. ff. de verb. oblig.* & Caſſaneus *in d. conſil 53. n. 57.* & Coraſius *in miſcellaneis iuris ciuilis, lib 2. ca. 23. propè finem.* Viuius *opin. 824.*

50 Meretrici promiſſio eius mercedis ob fornicationem, & ſic ex cauſa libidinis, dummodò abſit dolus, & fraus, valet & tenet: & cogi & compelli poteſt promiſſor à iudice ad ſolutionem dictǽ promiſſionis, ac pretij actus venerei: ſecūdū Dyn. & Saly. *in l. 4. C. de cond. ob turp. cauſ.* Abb. *in cap. quia plerique, n. 14. de immun. Eccleſ.* Bart. *in l. affectionis. ff. de don.* Ioan. Lupi *in rubr. de donat inter vir. & vxo. § 40.* Ripa *in l. ſi plagij, num. 10. & ſeq ff. de verbo. obligat.* Bar. & Aret. *in l. generaliter ff. de verbo. obl.* vbi Iaſ. & Zaſius *num. 29.* perhibet illam eſſe communem opin.

¶ Et licet glo. *in l. ea quæ tibi, in ver. non potes. C. de donat. ante nupt.* malè loquatur aſſerendo, quod datum meretrici non repetitur, ſed ad promiſſum, & non ſolutum quia non teneretur, nec cogi poſſet: tamen quicquid ſuadeat gloſ. ibi, abſque aliqua ratione, ac lege, noli alīter recedere in deciſiuis à dicta communi, tanquam ſacroſancta, & veriſſima, cum qua cōcurrit etiam Roſar. Buſti, *in ſermonibus prædicabilibus, in ſermo. 28. in 1. par. in litera L. poſt princ.*

Vbi addit quoque, quòd meretrix iſta accipiens pecuniam pro meretricio, ab eo qui poterat tanquam verus dominus elargiri, illa poſſet licitè retinere, nec teneretur reſtituere, nec pauperibus dare de neceſſitate ſalutis.

Quǽ quidem procedit de plano in meretrice publica, non autem in fǽmina occultè fornicaria, quǽ publica meretrix non eſt: quǽ vtique petere non poſſet mercedem, & pretium promiſſum: imò ſi ei datū ſit, illud retinere nequiret, & in foro poli, & in animǽ iudicio reſtituere teneretur: ſecūdū Abb. *in d. cap. quia plerique num 14. & ſeq.* Cyn. & Ang. *in memorata l. 4 C. de cond. ob turp cauſ.* Lupum *in d. rubr. de donat. § 41.* & Adrianum *in 4 ſent. in tract. de reſtitutione*, oritur alia quǽſtio, vbi experitur iſtorum opinionem communem eſſe. Quǽ communis in actu practico, iudicio meo, admitteretur à iudicibus, vbicunque promittens aliquam mercedem fǽminǽ prǽdictǽ propter occultam fornicationem cogi non deberet, nec poſſet in iudicio ad illam mercedem ſoluendam: ſed illud quod ipſa mulier, quǽ publica meretrix nō eſt, in foro poli ſibi ſolutum ob occultam fornicationem retinere non poſſit, atque teneatur illud reſtituere credo verum non eſſe, nec de iure ſuſtineri poſſe: vt ſuper hoc nonnulli Theologi, & non modicǽ equidem authoritatis variis in locis contradicunt Cyn. & ſequacibus ſupra relatis: & hanc eandem opinionem videtur firmare S. Antoninus Archiepiſcop. Floren, *in 2 part. eius ſumma. tit. 1. cap. 23. de turpi lucro, col. 15. verſ. de acquiſito per meretricium.*

Vbi

Vbi concludit acquiſita per concubinam, adulterium, & ſodomiam reſtituenda non venire, ſed potius ſuadēdum illa de cōſilio largiri debere pauperibus; & ſequitur etiam Caccialupus *in tract. de ludo, nu. 5.* & Roſar. Buſt. *in d. ſerm. 28. in litera L.*

*I*deò licitè meretrices ipſæ poſſunt facere, condereue teſtamentum de acquiſitis ex meretricio quæſtu: ſecundùm Bal. *in l. 1. C. de cōd. ob turp. cauſ.* & Dilect. cum aliis ſignatis per eum. *in tractat. de arte teſtandi, tit. 1. caute. 12. nu. 1.* Viuius *opin.* 499.

51 Monachus ſi interficeretur, & poſtea interueniret tranſactio, vt daretur certa pecuniæ ſumma ratione factæ occiſionis, illa abbati ac monaſterio, non autem eius patri, ſi quempiam haberet, relinqueretur. ita voluerunt multi doct. referēte Dec. *in cap. in præſentia. num. 57. extrà. de prob.* quorum ſententiam commu. eſſe Alci. arbitratur *in l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* licet ab ea diſcedat Boër. aſſeuerans contrariam eſſe communiorē, *deciſ. 121. nu. 8. 9.* cuius ſententiam Pet. à Placa, *in epito. delictor. lib. 1. cap. 6. num. 18.* approbare videtur. Kirchouius.

52 Conuentio inter medicum & infirmum, aduocatum & clientulum ipſo iure non ſubſiſtit, ſecundum magis communem, per Burſ. *conſi. 72. poſt nume 11. lib. 1* Bonac.

53 Pro. Conuentio dat legem contractui. *l. 1. §. si conuenerit. ff. depoſi. l. contractus. de reg. iur. ff.*

Ob. contra de *l. pact. nouiſſima. C. de pact.* vbi cōuentio, quæ fuerat facta inter partes, non ſeruatur.

Sol. quia vltima conuentio priori derogauit. *Bellon.*

54 Cōuentio facta contra ſubſtantiam contractus facit conuentionem in alium contractum tranſire, vbi ſignificatio verborum patitur, *in l. vbi ita donatur. ff. de don. cau. mor.*

55 Conuentio facta in vna re, vel perſona, non extenditur ad aliam *in l. ſi vnus. in § ante omnia ff. de pact.*

Ob. oppono primò de *l. fideiuſſoris. ver. cùm alio. ff. eod. tit.* vbi conuentio cum alio facta alij prodeſt.

Sol. *I*bi quia principaliter intererat paciſcentis.

Obiect. Secundò oppono de *l. & ſumm. § fin. cum l. ſeq. & l. reſcriptum in princi. ff. eod. de pact.* vbi maior pars creditorum remittens partem debiti præiudicat aliis creditoribus.

Sol. Illud propter eorū vtilitatē fieri videtur, quia debitor non eſt ſoluendo, & quia non haberent quem cōuenirēt, cùm hæres nollet adire ſine remiſſione partis debiti, vt ibi nota.

Ob. Tertiò obſt. *l. in cauſa. §. fin. ff. de procu.* vbi ſtipulatio à procur. facta prodeſt domino.

Sol. *I*bi quia procurator, & dūs eadem perſona reputantur.

Ob. Quartò obſt. *l. ſi pupillus. ff. de adminiſtrat. tut.* vbi conuentio liberatoria facta cum vno tutore, alij tutori prodeſt: idem in magiſtratibus collegis, vt ibi dicitur.

Sol. Ibi plures tutores in eadē tutela, vel magiſtratus in eodem officio, pro vna eadémque perſona reputantur. Ideo pactum factum cum vno, trahitur ad alium.

Ob. Quintò & vltimò opponitur *d. l. tale pactum. in §. fi. de pact. ff.* vbi conuentio de fratre extenditur ad filium.

Sol. ibi cōuētio fuerat facta de hærede ſuo fratre, & ſic teſtator voluit cōſulere ſuo hęredi, & ſic per cōſequēs filio ſuo. Bel.

56 Pactum de non alienando poſitum in aliquo contractu à contrahētibus non impedit dominij tranſlationem. *l. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. l. ſi ſterilis. §. ſi tibi ff. de actio. empt. l. ſi ita quis promiſerit. §. ea lege ff. de verb. oblig.* competit tamen actio ad intereſſe. quod procedit etiam ſi à contrahentibus bona adhuc eſſent expreſsè obligata. Saly. *in l. ea lege. C. de condi. ob cauſam. nu. 7.* & ampliatur etiam ſi pœna eſſet appoſita in prohibitione alienationis contra alienantem. Bald. *in l. vnica, C. de his quæ pœnæ nomine:* niſi in contractu & per pactum expreſſum diceretur, quòd nullo modo res alienari poſſet: quia impediretur dominij tranſlatio. Ita Chaſſ. *in conſue. Burgund. in titu. des cenſes, in §. 3. in princip. & s'il aduient num. 9.* & ibi ponit alias limitationes, & eā concluſionē dicit eſſe veritatē. Bellac.

56 Facere permittens videtur iam factum confirmare. *Alex. in 5. vol. conſi. 146. in 1. col.*

Facere promittens intelligitur infrà tempus congruū. Cor. *conſi. 208. in pen. col. ver. Quia promiſſio.* Vezinus.

*I*llud dicitur fieri in perſona mea, quod fit meo nomine. *Alex. in l. ſed vnus ff. de viuur.*

58 Quādo ſunt plures hæredes grauati facere capellā vel huiuſmodi quilibet tenetur inſolidū. Ang. *in §. eū autē. Inſt. de leg.*

59 Sponſiones, quas vulgus ſcōmeſſas ſatur quin valeant, nullum ius impedit. communē aſſerunt Did. à Couar. *in rep. c. peccatum. de regul. iur. in 6. Stracchn de ſponſio. 3. par.* Iul. Clar. *in pract. §. ludus. verſi. quære etiam.* Franc. Viuius *lib 1. opi. 211.* F. Suarez.

60 Scommeſſæ, id eſt, cùm certa ſtatuta pecuniæ ſumma, aliqui certant inuicem, an quid factum, vel futurum ſit? &c. de iure ſunt licitæ, vt eſt communis opi. Dubius enim fortunæ euentus non facit illicitos cōtractus. Cla. *in §. ludus. verſ. ſed quæro.* Dec. *conſil. 115. num. 4.* communem dicit. Et ita aliàs obtinui Ferrariæ in fauorem D. Iulij à Campo, de Luca. & poſtea confirmauit ſententiam conſilium iuſtitiæ anno 1573. Suarez *in ver. ſcommeſſa ſeu ſponſiones.* Bonac.

61 Promittens factum ſuum non videtur comprehendere factū tertij, licet hæredis. ſic Bal. *in l fi. C. de act. empt.* & qui promittit ſe non intrigare, ſeu non impedire, non incurrit pœnā ſi excipit. Bar. *in l. non ſolum. §. ſi ſtatus ff. de procur. 2. oppoſ.* & qui promittit vim non facere, non incidit in pœnā promiſſam, ſi id faciat authoritate iudicis. *l. factū non videtur de reg. iur.* Bal. *d. l. fi. C. de act. empt.* & quādo promiſſio trahatur ad ius de futuro. vide Dec. *conſil. 396.* Rui. *cōſ. 42. 88. n. 8. cōſ. 204. lib. 1.* Bellac.

62 Promittens facere contractū in quo ſola voluntas cōtrahentiū ſufficiat, obligat eū, vti ex contractu ſecto, ſecúdū verā & cōmunē opin. de qua per Burſ. *conſ. 100. n. 10. lib. 1.* Bonacoſſ.

63 Promiſſione de ſecutum faciendo, vel dando centum, ſtatim ad id quis conueniri poteſt, vt euitetur circuitus, ſecund. communem per Burſ. *conſil. 100. num 11. lib. 1.* Idem.

64 Promiſſio ob turpē cauſam, ne quis ſcilicet iniuriā faciat, vel vt faciat, vel ſi iniuriā fecerit, vel ſi non fecerit, nulla ipſo iure prorſus eſt, vt cenſet Accurſius *in l. iuriſgentiū. §. ſi ob maleficiū. ff. de pac.* cuius opinionē receptā eſſe conſtituo ex Bart. & cæteris plerique omnib. iuris interpretib. *in illo eodem §.* ex Bart. rurſus Sal. & Fulg. *in l pen. ff. de condi. ob turp. cauſ.* ex Bart. denique Alc. Iaſ. ac reliquis ſcribētib. *in l generaliter. ff. de verb. oblig.* ex Aret. ac Rip. *in l ſi plagij ff. tit. eod. tit.* E. Suarez.

65 Promittens non ludere, eo caſu quo luſerit, promiſit pecuniā nomine pœnæ, valet talis promiſſio, & eſt iuſta ad bonos mores conſeruandos: nam vbicunque aliquid fit contra bonos mores, poteſt quis ab eo abduci pœna indicta. *l. ex ea parte. §. mulier. ff. de verb oblig* per quem text. probatur quod valet ſtipulatio pœnalis interpoſita ex honeſta cauſa, quamuis nullam contineat peculiare intereſſe, vt ibi per Iaſ. Bellac.

66 Verba prolata ad complacentiam non inducunt diſpoſitionē, gloſ. *in l. 9. ver. ipſi ſunt, in quib cauſ. coloni, conſit, lib. 11. C.* Iaſon *in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 11. ff. de verbor. obligatio.* Vezinus.

67 Conditionem, & diem vbi conuentio habet, & ſic duplicem dilationem, non ſufficit conditionem impleri, ſed requiritur, quòd dies expectetur. nota *l. illa ſtipulatio, ff. de verbo. obligatio.* fallit vt not. *Iaſ. in d. l. col. 3.* Don. à Fina.

68 Conditio quæ in ſe infert viduitatem, non eſt ſeruanda, *l. turpia. §. ſi Titio, ff. de legat. 1. l. filiæ, ff. de cond. & demonſt.* Ampliatur, & limitatur in 12. caſi. per Emanuel. à Cōſt. Luſit. *in l. tale legatum. §. reſcriptum, ff. de cond. & demon.* fallit in 2. caſib. vt per Bernard. de Luco *reg. 114.* Idem.

69 Conditio quę ſolet dici perplexitas, vitiat ſtipulationem: *l. ſi Titius, ff. de cond. inſtit.* fallit in 3. caſib. vt per *Duen. reg. 114.* Idem.

*A*ctus legitimi non recipiūt diem neque conditionē, *l. actus legitimi, ff. de reg. iur.* fallit in 3. caſib. vt per Dec. *in d. l. n. 1. & ſeq.* Don. à Fina.

70 Conditio tacita quæ ineſt à lege, vel aliter, impedit ortū obligationis ſicut expreſſa, *l. hac verba, ff. de lega. 1.* Ampliatur, & limitatur per Mari. Socin. iun. *in d. l. nu. 63.* ſed in legato expreſſio conditionis, quæ tacitè ineſt, non facit illud conditionale. fallit in 7. caſib, vt per Socin. *in d. l. numer. 1. & ſequent.* Idem.

71 Pollicitatio, quæ eſt vnius promiſſio, abſenti non præſenti facta. *l. pactum. ff. de pollic.* de iure canonico actionē, & obligationem inducit: & ſic iure iſto actio oritur, & conceditur ex pollicitatione. text. eſt *in c. iuramenti. 22. q. 5.* Et concluſio hæc probatur ſecundum Abb. *ibi in ca. qualiter de pact.* quam latè tuetur Forton. *in l. 1. col. 2. & ſeq. ff. de pact.*

¶ Sed Panor. titubanter, & parum ſibi conſtans *in c. cùm inter vniuerſas. col. fi. de elect.* ſoluit contrarium quòd iure canonico ex pollicitatione actio minimè oriatur. cuius opinionem ſequuntur Iaſ. *in l. iuriſgentiū. §. ſed cum nullo. ff. de pac. & in rub. ff. de ver. obl. col. 3. & ſeq* ibi Galliaula *fol. 12.* & Alciat. *num. 7.* & Excellentiſſ. D. Io. Iac. Leonardus *cōſ. 116. ſuccinctè nu. 4.* poſito inter cōſilia Alberti Bruni, cū opinione hac tranſeūt, & explicant

cant eam eſſe communem, & ego ſequor tanquam veriſſimã, pro vt in eandem ſententiam inclinaui *ſupra in opin.*572.*Pactorum genera nu.*10.

Sed aduerte, ꝙ ſi quis ſoluiſſet illud quod mediatè pollicitatione promiſiſſet, repetere quippè tanquã indebitè ſolutũ per cõditionẽ indebiti nequiret modo aliquo in ſeptẽ caſibus lepidè, diſtinctè, & vtiliter poſitis, atque reſolutis per Andream ab Exea *in tract. de pactis. ſub n.*110.*cum alijs ſeq.* Vinius *opin.*617.

72 Pollicitatio tunc tantùm dicitur, cùm vel per epiſtulã, vel per nuntiũ ad id non electũ abſenti aliquid promittitur. commune ait Iaſ. *in rub. nu.*5.*ff. de verb. obli.* Hæc autem pollicitatio nec iure legum, nec iure canonũ actionẽ dãdæ idonea habetur. cõmune ponunt Alc. *in d. rubr. nu.*8. ac Fortun. *in cap.*1.*nu.*12.*de pact. lib.* vj. Quinimo nec obligationem naturalẽ parit, niſi cũ piis cauſis vſui atque vtilitati eſt. commune inquiunt Iaſ. *vbi ſuprà num.*6. Fel. *in cap.*1.*de pact.* Alc. *in c. cum contingat. nu.* 229. *de iureiur.* Ant. Gom. *de contract.* c. 9. *num* 1. E. Suarez.

73 Stipulatio alicui facta pro tertio reconualidatur ex ſuperuenienti intereſſe illius, ſecundum communem per Bart. Bal. Caſtren. & Salic. *in l. pacto ſucceſſorum. C. de pact. per l. Stichum. §. aliquando. ff. de ſol.* & Iaſ. *in l. j. num.* 22.*ff. de pact.* & ibi inquit ab ea communi opinione non eſſe recedendum. Bellac.

74 Debitor conſtituitur in mora ex lapſu diei à cõtrahentibus appoſitæ. Bald. Alex. & Iaſ. *in l. vinum, ff. ſi cert. pet. l. magnã, C. de contrah. & commit. ſtip.*

Ampliatur & limitatur in 7. caſib. per Purp. *in l. vinum, num.* 23. *ff. ſi cert. petatur.* Don. à Fina.

75 Stipulatio dãdi quantitatem dicitur omni reſpectu diuidua. *l. ij. §. fina. ff. de verb. oblig. l. ſi duo, ff. depoſi.* fallit in 4. caſib. quos no. Soc. *reg.* 92. Don. à Fina.

76 Actus intermedius vitiat ſtipulationem, *l. continuus, ff. de verb. obli.* fallit in 4. caſib. quos no. Ripa. *in l. j. §. qui præſens, ff. de verb. oblig. num.*17. Idem.

77 Stipulatio pœnalis, vel ad intereſſe ratione doli, vel culpę cõmiſſę in re reſtituẽda, cõmittitur in ſolidũ cõtra eum, qui ex plurib. principaliter obligatis, dolũ, vel culpã cõmiſit. *l.* 1. *§. ſi apud duos. ff. depoſ.* fallit in 4. caſib. vt per Ripã *in d. l.* 4. *§. Cato.* Don. à Fina.

78 Stipulatio pœnalis quæ incipit à præcedenti conditione negatiua non cõmittitur niſi certum ſit amplius dari, vel fieri non poſſe in conditione poſitum, *l. ita ſtipulatus, ff. eo.* fallit in 2. caſibus ſecundum Rip. *in d. l. nu.*3. Idem.

79 Stipulatio pœnalis non nouat præcedentem obligationem, *l. ſi quis ſocio. & l. duo ſocij. ff. pro ſoc. l. præd. ff. de act. emp.* fallit in 10. caſib. quos not. Ripa *in d. l. ita ſtipulatus, nu.*56. Idem.

80 Stipulatio ſimplex & pura, quantum ad obligationem, & actionem ſtatim committitur, *l. eum qui. §. quoties. ff. de verb. oblig. l. cedere diem, ff. de verb. ſign.* fallit in multis caſib. vt per Ripam *in d. l. ita ſtipulatus, num.*69. Don. à Fina

81 Stipulatio in diem certam, ſtatim cõmittitur quoad obligationem, & actionem, licet agẽti ante diem obſtet exceptio, *l. qui mandatum, ff. mand. l. j. in fi. ff. quando dies leg. cedat.*

Fallit in 4. caſib. quos not. Rip. *in d. l. ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. nu.*83. Idem.

82 Quãuis in obligatione facti ſuccedat obligatio ad intereſſe, ita vt quia prȩciſè ad factũ nõ teneatur, ſed dãdo intereſſe liberetur. *l. ſi quis ab alio. ff. de re iud.* tamẽ cõdẽnatus per ſentẽtiã ad aliquod factũ, tenetur tũc prȩciſè ad illud factũ, & neq; liberaretur ſoluẽdo intereſſe, quãuis aliàs in obligationib. facti ſuccedat obligatio ad intereſſe. *gloſ. in l. qui reſtituere de rei vẽd.* quã gloſ. approbat ibi Bal. & Iaſ. *in §. actionũ. nu.* 48. *de act.* Bellac.

83 Obligationib. facti licet ſuccedat obligatio ad intereſſe, *l. ſtipulationes nõ diuidũtur. ver. Celſus.* tamẽ ſi ſuper ipſa obligatione interponitur iuramẽtũ, obligat prȩciſè iuramẽtum promittentẽ ad factũ, per gloſ. cõmuniter approbatã *in ver. neceſſe habeas. ff. de cõd. cauſ. dat.* Et hãc ſentẽtiã cõmuniter approbatã eſſe atteſtãtur Alex. de Imo. *in conſ.*36.*n.*25. *& in conſ.*91.*nu.*5.*in* 2.*vol.* & Iaſ. *in cõſ.*60.*n.*10.*in vol.*1. *& in cõſ.*41.*n.*3. *in* 3.*vol.* & Rolan. à Valle, *in conſ.*6.*n.*32.*in* 1.*vol.* Quãuia nonnulli cõtrariam ſententiam ſecuti fuerint, vt liquet ex ſcriptis And. Tiraq. *in tract. de vtroque retract. §.* 3. *gloſ.* 3. *num.*6. Kirchouius.

84 In obligationibus tradendi ꝙ ſuccedat obligatio ad intereſſe, quæ ſit ratio, vt *l. ſi rem tradi. cum ſimi. ff. de verb. obli.* & tamen ſecus eſt in obligationib. dandi, vide Aret. *in §. fi. col. fi. Inſtit. de inutilib. ſtipul.* Et an obligatus ad dandum teneatur præciſè, & non liberetur præſtando intereſſe? vide Iaſo. *in l. vbi autem. §. hac ſtipulatio ff. de verb. oblig.* vbi ponit reg. cum fallentiis Bellac.

85 Obligatus ad dandum ex ſtipulatione viam, tenetur ſtipulari dationem, & factum. Alciat. *in l.*2.*§.*1.*n.*38.*ff. de ver. obli.* communem dicit. A. Villalob.

86 Alteri ſtipulari nemo poteſt, tametſi in eum, cui ſtipulatur propenſus, atque adeo meritis obligatus ſit, vt commune aiunt Iaſ. *in l. huiuſmodi. n.*21. *ff. de leg.* 1. *& conſ.*41.*li.*3. Dec. *in c. ad noſtram. n.*3. *de probat.* Excipe niſi ſit iureiurando vallata ſtipulatio, vt commune dicit largè Alc. *in c. cum contingat. nu.*221. *de iureiurand.* Quæ intellige iure Cæſareo proceſſura, nã regulariter iure canonico alteri alter vtiliter ſtipulatur, vt frequẽter placitũ efferũt Rõ. *in l. ſtipulatio iſta. §. alteri. num.*6. *ff. de verb. obl.* Ang. Aret. *in §. alteri. n.*2. *Inſt. de inutil. ſtip.* quamuis verius in cõtrariã partẽ ierint Imol. Rõ. & Iaſ. *n.*5. Zaſ. *nu.*22. *in d. §. alteri.* Fab. *in §. ſi quis alij. n.*8. *Inſt. de inutil. ſtipul.* Alex. *in cap. cum contingat. n.*226. *de iureiur.* E. Suarez.

87 Stipulatio ſeruitutis continet dationem, & factum. no. doct. *in d. l.* 4. *§. Cato.* fallit in 4. caſib. quos no. Alciat. *in l.* 2. *§. & harum, ff. de verb. oblig. n.* 44. Don. à Fina.

88 Stipulatio ſeruitutis ad fũdũ propriũ extinguitur, ſi poſt ſtipulationẽ ſtipulator partẽ fũdi alienet. not. *in d. l. ſtipul. non diuidũtur, ff. de verb. obli.* Vbi Galian. limitat in 4. caſi. *n.*22. Idẽ.

89 Stipulatio tunc dicitur certa, quando cõtinet aliquod certum in ſubſtantia, quantitate & qualitate: & ſi vnum ex his deficit, dicitur incerta. fallit in 2. caſib. ſecundum Alex. *in l. ſtipulationum, ff. de verb. oblig. nu.*2. Idem.

90 Promittẽs factũ alienũ, videtur promittere ſe facturũ & curaturũ, quòd illud quod promiſerit fiet, ita vt videatur ille promittẽs liberatus, ſi fecerit quod potuit. *l. quoties.* & ibi Iaſ. *ff. de verb. oblig.* & hoc quãdo quis ſimpliciter promiſit: ſecus ſi promittẽs oblig. de ſuo proprio obſeruare, quia tũc ad intereſſe tenetur, licet fecerit quicquid potuit. Dec. *cõſ.*345. Bellac.

91 Factum alienũ ſi quis promittat, non valet promiſſio: ſi tamen adiicitur pœna, valet quo ad pœnam. Curt. iun. *cõſ.*124. *nu.*19. communem dicit. B. Villalob. & Vexinus.

92 Factum ad quod ſe quis obligauit, omninò ac prȩciſè fieri neceſſe non eſt, etenim illius quod intereſt ſolutione, liberatio quæritur, vt cõmune placitum cenſent Rom. *nu.*8. Alex. *n.*27. Iaſ. *nu.*20. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verb. oblig.* Alex. Vincen. & Iaſ. *in l. ſi quis ab alio. §. vlt. ff. de re iud.* Iacob. de ſan. Geor. *in l. vna. num.*61. *C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt*, & qui complures exceptiones ſubiungunt Soc. *conſ.*99.*n.*8. *cum ſeq. lib.* 3. Ant. Gomez. *de contract. c.* 10. *nu.*22. Quod intellige iure cæſareo proceſſurum: quippè quia ſi canonum definitiones ſpectentur, aliud longe diuerſum futurum eſt, vt frequentius dogma renuntiũ ex Panor. *in c. veniens. nu.*9. *de iureiur.* Rom. & Iaſ. *nu.*23. *ad fin. in alleg. l. ſtipulationes non diuiduntur.* Ant. Burg. *in rub. de emp. & vendit.* Rebuf. *in l. vna. n.* 467. *C. de ſent. quæ pro eo quod inter.* Intellige deinde atque excipe, niſi ſi iuriſiurandi vinculum acceſſit, vt commune inquit Fortun. Grat. *in l.* 1. *nu.*26 *ff. de pact.* E. Suarez.

93 Factũ ſui qui præſtare dũtaxat tenetur, ne alter in alicuius rei dominio perturbatur, & ſuorum ſucceſſorũ factũ quoque præſtabit. cõmune profert Boër. *dec.*67.*n.*3. *cum ſeq.* Idem.

94 Facti alieni promiſſor ſi ſe adiũcta pœna obliget, & maximam adhibeat curam, ac diligentiam: ſi factum tamen non præſtabitur, ſemper ad pœnam conuentam pȩrciſè tenebitur, vt receptiſſimum ponit Balduin. *in §. ſi quis alium Inſt. de inutil. ſtip.* & ante eum Cur. iun. *conſ.*139 *nu.*19. Alci. *in l. ij. §. Cato. num.*132. *ff de verb. obl.* Pariſ. *conſ.* 76. *lib.*3. Did. à Couar. *in cap. quamuis pactum.* 2. *par. §.* 5. *num.* 5. *concl.* 7 *de pact. lib. vj.* Idẽmque colligitur ex Abb. *conſ.* 44. ac iura omnia id liquido probant, vt non mediocri ſeſe obſtrinxiſſe errore videatur Neapolitanum conſilium aliter cẽſens apud Matth. de Afflict *deciſ.*295. & grauiter eadem in re hallucinentur Tho. Gramma. *q.*2. *num.* 8. poſt deciſiones, ac Stephanus Budæus *in d. §. ſi quis alium.* & Viuius cum iis quos citat *lib.* j. *opin.* 255. Cauendum erit à Deci. *in l. impoſſibilium. num.* 3. *ff. de regu. iur.* à Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta. num.* 10. *ff. de verb. oblig.* ſi quidem quæſtio, ac varietas Doctorum, quos laudãt, ea in ſpecie verſatur, cùm quis ſe curaturum adiecta pœna ſpondet: in qua receptior eſt ſententia, vt diligentia pœnam excludat. quemadmodum conſtabit ex eorum numero atq; authoritate, quos citat Did. à Cou. *d. §.* 5. *nu.*3. ac præterea ex rel. *c. ex reſcripto. num.*28. *de iureiur.* Alc. *in d. §. Cato. nu.*129 *& in l. quod te mihi. num.*21 *ff. ſi cer. pet.* &

ex iis, quos allegat Viuius vbi ſuprà in princ. quòd tamen non procedat etiã hac in vltima ſpecie, ſi expreſſum fuerit, vt illud de quo conuentio initur, omnino fiat: quia tunc nulla cura ac diligentia à pœna promiſſorem excuſabit, iuxta veram reſolutionẽ, de qua Rip. in d.l. quod te mihi. n. 46. ff. ſi cert. pet. Iſtẽ Did. à Couar. vbi ſuprà. n. 6. quãuis perperã cõtrariũ opinentur Afflict. deciſ. 295. Pariſ. cõſ. 110. n. 42. lib. 1. Viuius d. opi. Quinimo ſufficiet ita ex cõtrahentiũ mẽte, ac propoſito colligi, vt æquũ & bonũ affirmo, & magis cõmune reor ex Dec. in l. vlt. n. 11. ff. ſi cer. pet. Alc. in d. §. Cato. n. 135. Gomeſ. in § in perſonã. n. 57. Inſtit. de act. Rip. in d. l. quod te mihi. nu. 47. Did. à Couar. vbi ſuprà. nu. 6. & nu. 7. Vnde tanquã parum vtilis inſuper habenda eſt cautela Viuij, quam ad illius opio. 255. effert. E. Suarez.

95 Facti alicui promiſſor per formulam illam ſe facturum & curaturum, ſi diligẽtiam & curam non adhibuit, ſtatim ac potuit in mora cõſtituitur abſque vlla etiam interpellatione, vt frequenter placitum aſſeuerant Curt. iun. conſi. 124 num. 6. Viuius lib. 1. opin. 255. Falcidia locum duntaxat habet, & in fideicõmiſſis ſingularibus. vt cõmune ait Bellun. in rubr. num. 10. ad fi. & n. 11. Inſtit. de fideicommiſ. hered. Atque in iis etiam locum nõ habebit, ſi legatum integrè ſolui teſtator iubeat, vt frequẽter placitum dicit Iaſ. in l. cum quis. nu. 5. C. de iur. & fact. ignor. Idem.

96 Factum nõ præſumi, niſi probetur. l. denique. ff. ex quib. cau. maio. l. in bello. § facta. ff. de capt. & poſtli. reuer. Barb. in 3 vol. conſ. 49. in 5. col.

Limita vt per Iaſ. in l. ſecundũ. in 1. col ff. de verb. oblig. videlicet niſi ſit factũ conſuetũ fieri: quia illud bene præſumitur. alleg. Bald. in rubr. C. de fi. inſtr. in 3. col. allegantem text. in l. fi. ad fi. C. de fideiuſ. alleg. etiã eundem Bal. in l. incendiũ. ad fi. C. ſi cert. pet.

Limitat etiam niſi in ſcriptura apponatur tale verbum, quod de neceſſitate includit illud tale factum: quia tunc præſumitur all. text. in d. l. ſecundum & in all. allegatis in gloſ. ibi. per quas dicit limitari illam regulam. § facta. Vezin.

97 Factum legitimè non debet ex nouo euentu retractari. & vt verb. legis vtar, Non enim debet quod ritè & ſecundũ ll. ab initio actũ eſt, ex alio euentu reſuſcitari. l. ſanctmus. C. de adminiſtr. tut. l. nec enim corrumpi. ff. de iti. actũq; priua. & regula, actus leg. de reg. iur. in 6. no. in l. ſi prius. C. de in ſi. lib. x. fac. l. terminato. C. de fruct. & litis expen. vbi not. docto. quòd ſopita materia nõ debet nouum iurgium ſuper ea ſuſcitari. & eſt gl. & ibi Bart. in l. Barbarius. ff. de officio prat. Barb. in 3. vol. conſ. 13. in 5. col. Idem.

98 Ex facto ius oritur. l. ſi ex plagis. §. in cliuo. ff. ad l. Aquil. l. precibus. C. de impube. l. vt reſpõſum. C. de tranſ. l. Domitius Labeo. ff. de teſtam. & l. fi. C. de precib. Imper. off. pulchrè Fede. in cõſi. 152. in prin. Card. in conſ. 37. in themate.

Et ex modica facti variatione totum ius variatur. l. ea eſt natura ff. de regul. iur.

Nec poſſumus bene conſulere, niſi facto prius cognito. l. Arethuſa ff. de ſtat. hom. Idem.

99 In factis nedum doctores, ſed etiã principes errant quandoque. cap. 2. de conſtitu. lib. 6. Alex. in l. poſt dotem. in 15. col ff. ſol. matr. & ideo de facto iuriſconſultus non reſpõdet. Iaſ. in l. Barbarius. in 5 col. ff. de offic. prato. Vezinus.

100 Facto ſuo nullo quilibet cõtrauenire poteſt. Alex. in 1. vol. cõſ. 123. & in 2. vol. cõſ. 103. in 4. col. & cõſ. 137. Fely. remiſſiuè in ca. à nob. in 3. col. de except. de quo etiã vide Paul. de Caſtr. in 2. volu. cõſ. 74. in 4. col. verſ. circa tertiũ. & conſ. 136. verſ. tertiũ etiã. & Sigon. conſ. 137. Alex. in 1. vol. conſ. 123. in 2. col. in fi. & in 2. vol. conſ. 93. & in 5. vol. conſ. 81. in 1. col. Bald. in l. ij. C. ſi aduerſ. rem iud.

Et ex cauſa ſuperuenienti poteſt quis contra factum proprium venire. Phil. in cap. nulli. de elect. in 6.

Item fauore reip. Calca. conſil. 225. fac. quod vult. Ang. Inſtit. quib. al. licet vel non. Vezinus.

101 Reficiens an dicatur de nouo facere. Vide Fel. in cap. conſuluit. de iud. & in c. cum acceſſiſſent. in 15. col. de conſti. Idem.

102 Multa fieri prohibentur, quæ tamen facta tenent. Paul. de Caſtr. in 2. volu. conſi. 328. aliàs 326. Iaſ. in l. patre furioſo. in 3. col. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. faciunt quæ vult Ludo. Roma. conſ. 409. in 2. dubio.

In contrariũ eſt text. in l. 1. §. Antonius Seuerus. & ibi Hipp. ff. de quæſtio. Idem.

103 Factũ de facto, debet de facto reuocari. Bal. in l. verium. §. quod ſi minor. ff. de minor. Barb. in 1. vol. conſi. 51. in 29. col. & in 2. vol. conſi. 7. in 17. col. Ludo. Roma. conſi. 69. & conſi. 158. Bald. in 4. parte conſil. 208. Calde. in tit. de dila. conſil. 1. Soc. in 2. parte conſ. 106. in fi. Iaſ. in l. ſi pacto quo pœnam. in 3. col. de pac. & in l. t. in 2. col ff. de feriis. & amplè Fel. in ca. qualiter & quando. col. 7. & 8. de accuſ. Alexan. in l. 1. §. nunciator. de ope. no. nun. & in 5. vol. conſ. 5. Fel. in c. fi. in 7. col. de iud. Barb. in 4. volu. conſ. 37 in 1. col. & conſil. 76. in 6. col. & conſ. 83. in 4. col. Phi. in c. 1. de ſuppl. neg. præla. in 6. & in c. vnico, in vlt. no. de relig. dom. in 6. Hypp. ſing. 12. 195. Alex. in l. 1. § nunc. in 7. col. de ope. no. nun. & in l. quod iuſſit. in 10. col. de re iud. Ludo. Ro. conſ. 220 & conſil. 320. Quam concl. amplia etiam procedere in ſucceſſore in officio, quod factum de facto reuocare poſſit parte tamen citata, & non aliter. Bal. in l. ſi deſerta. C. ſi prop. pub. penſit. Idem.

104 Factum non debet attendi, ſed quod fieri debuit. l. nemo iudex. C. de ſen. & interlo. om. iud. conſil. 152 Idem.

105 Facto nõ minus quàm verbis datur volũtas intelligi. Iaſ. in l. de quib. in 10. col. ff. de legib. & in l. in teſtamẽto. in penul. col. C. de teſtamẽto mil. & in l. reprehendẽda. C de inſti. & ſubſti. Idem.

106 Facto vbi opus eſt, verba non ſufficiunt. l. 1. § hac autem verba. & ibi doct. maximè Iaſ. in 4 not. ff. quod quiſq. iur. Addit gl. in 1. c. de eo qui mit. in poſ. & in c. vt circa, de elec. in 6. & ideo ſecundum eum, vbi requiritur oblatio, non ſuffic. verbalis. l. qui decem. verſ. idem reſpondet in fi. ff. de ſol. l. ſeruus qui hæreds. in fi. ff. de ſta. lib. Bar. & doct. in l. Prætor. §. ſi quis paratus. ff. de oper. no. nunc. habetur in l. acceptam. C. de vſu. gl. fi c. paſtorale. de officio ord. fac. ſecundum eum. c. 1. de ſeque. poſ. & fruc. Idem.

107 Factum cenſetur quod ei proximum eſt fiẽdum. Iaſ. notabiliter in l. admonendi in 14. col. in lectu ff. de iureiur. Idem.

108 Qui non poteſt facere, an poſſit facienti conſentire? vide Deciũ conſ. 24 in 3. col. vbi dicit, quòd quando conſentiẽs alteri facienti modo habet ius perfectum, tunc licet ipſe facere non poſſit, tamen alteri facienti conſentire poteſt. Si verò ille qui cõſentit, reperitur habere pleuũ ius, tunc ſicut non poteſt facere, ita nec facienti cõſentire. Bart. in l. fi. in 2. col. C. de pactis.

Et quòd poſſit conſentire, tenet Alex. in 2. vol. conſil. 57. in 3. col. ibi, accedit.

109 Promittens quòd talis ratificabit talem contractum ſub tali pœna, liberatur promittens à pœna, ſi fecerit quod potuit: ea enim pœna committitur, ſi ille promittens eſſet in mora faciendi. Bart. in l. ſi duo. § hac verba. ff. de conſt. pecu. l. ita ſtipulatus. de verb. obligat. & hanc opinionem communem eſſe aſſerit Decius conſil. 2. n. 3. & conſil. 313. impedit enim talis difficultas pœnam committi, & hoc habet locum vbi à principio non potuit præuideri, & niſi probet quòd fecit quod potuit, tenebitur ad intereſſe. Decius ibi, & conſ. 345. Vezinus.

110 Promittens ſe curaturum, & acturum factum alterius, non eſt neceſſaria interpellatio. Curt. iun. cõſ. 74. n. 6. com. dicit. Villal. & Vezin.

111 Cautum & ſecurum ſi quis aliquem facere promiſerit, an ad cautionem vel pignora teneatur ſcribit Iaſ. in l. 1. § iudiciales. poſt num. 13. ff. de Prætor. ſtipul. vbi doc. in apoſtil. videntur concludere quod ſic. diſtingue tamen vt per Caſtr. qui hoc declarat in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & ibi an qui tenetur ſatiſdare, poſſit dare pignora, & excuſetur. & vide etiam quæ not. Bar. in l. ſi mandato. § fi. ff mand. Bellac.

112 Promittens pro aliquo de euictione futura, quamuis diu ſteterit in eo contractu, non tamen poterit agere vt liberetur, quia ille non diu ſtetit in obligatione, ſed ſolum in promiſſione: nec dicitur ceſſatum fuiſſe per reum, cùm mora ei nõ poſſit imputari. Bal. in ea l. ſi pro ea C. manda num. 6. Bellac

113 Si promitto ſoluere id quod Titius debet, an videar vti fideiuſſor promiſiſſe? vide Alex. in l. vbi autem. § 2. de verb. obl. & in l. ſi ita ſtip. eo. tit. Vezinus.

114 Promittens indemnitatem tunc demum tenetur, ſi ille cui fit promiſſio, vexetur ſine ſua culpa, per reg. dãnũ. de reg. iuris. Socin. cõſ. 70. in prin. in 3. vol. ſecus ſi ſua culpa, quia tũc conqueri debet de ſeipſa. l. quidã cum filium. ff. de verb. oblig. Bellac.

115 Promittens de ſuo facto, dato & ceſſo, tantum intelligitur promittere de facto prædeceſſoris ſui, item hæredis, vt eſt cõmunis opi. de qua teſtatur Boër. deciſ. 67. D. Hercul. de cautione de non offendendo. c. 24. num. 12. Bonacoſſ.

116 Incertitudo quantitatis vitiat ſtipulationem, l. ita ſtipulatus. ff. de ver. obli. fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. in d. l. ita ſtipulatus. nu. 11. fallit in 6. caſib. vt per Maria. Soc. iuniorem in d. l. nu. 85. fallit in 7. caſib. vt per Rip. ibi. num. 17. Don. à Fina.

117 Dies celebratæ ſtipulationis expreſſus in ſtipulatione, nõ facit cenſeri ſtipulationem eſſe in diem, ideo debitor poteſt ea die conueniri, l. liber homo. § decem hodie ff. de verb. obli. fallit in 4. caſibus, vt per Iaſ. in d. l. num. 2. Idem.

118 Stipu-

118 Stipulationum diuerſitas inter interrogantem, & reſpõdentem, adducit diuerſitatem in ſubſtantia & qualitate obligationis, & vitiat ſtipulationem, *l. j. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de ver. obl.* fallit in 8. caſib. vt per Ioan. de Imo. *in d. §. ſi quis ſimpliciter, n. 4.* Sed aduerte quod ſtipulatio conualidatur per cõplacentiam, non obſtante diuerſitate. fallit in 3. caſibus, ſecũdum Soc. *in l. j. §. ſi quis ſimpliciter, ff. de verb. oblig. n. 4.* Idem.

119 Stipulatio ſecunda, continens plus quàm prima, inducit nouationẽ, *l. qui vſumfructũ, ff. de ver. obl.* fallit in 3. caſi. vt per Iaſ. *d. col. 2.* fallit in 4. caſi. quos no. Soc. *reg. 90. in addit.* Idem.

120 In ſtipulationibus nunquam perſona extrinſecus ſubintelligitur, *l. ſi ſtipulatus fuero, §. Chryſogonus, ff. de verb. obl.* fallit in 5. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. n. 42.* fallit in 2. caſib. ſecundum Soc. *reg. 91. in addit.* Idem.

121 Patientia ſimplex in iudicio non habet vim ſtipulationis, *l. omnes, §. in hac. C. de epiſc. & cler.*

Ampliatur & limitatur in 4. caſi. quos no. Ripa *in l. 1. n. . ff. de ver. obl.* Ampliatur in 4. caſi. & limitatur in 5. à Galiau. *in d. l. j. nu. 13.* Idem.

122 Reſponſio cõditionalis facta puræ interrogationi vitiat ſtipulationem, *l. j. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verb. obl.* fallit in 2. caſib. vt per Soc. iun. *in d. §. ſi quis. nu. 7.* Idem.

Stipulationes amplius non agi, & rẽ ratã haberi, licet factũ diuiduũ contineãt, tamen principalis etiã pro parte contrafaciens an ſolidã pœnã tenetur, cùm ex hæredibus ſolus contrafaciens, & pro ſua rata tãtùm teneatur. fallit in 2. caſi. quos no. Soc. iun. *in l. ſeq. §. Cato, ff. de ver. obl. nu. 33. verſi. 19.* Idem.

123 Stipulatio facta pro nominãdo, non facta declaratione, ſeu nominatione, prodeſt ſtipulanti, ſibique facta cenſetur, *l. 2. C. de contrahen. & commit. ſtipul.* Ampliatur & limitatur per Port. *in ſuis concluſ. lib. 2. reg. 10.* Idem.

124 Ex notarij ſtipulatione acquiritur actio vtilis ipſo iure ſine ceſſione. Alex. de Imo. *in l. ſtipulatio iſta habere licere. §. ſi ſtipuler. n. 11. ff. de ver. obl.* vbi ipſe inquit poſt alios hoc cõmuniter ita obſeruari. & Iaſ. *ibid. n. 15.* dicit hãc cõmunem doct. opinione eſſe, quemadmodũ ante eũ idẽ Alex. dixerat *in cõſ. 185. n. 7 & in conſ. 31. n. 13. vol. 6.* Ita quoq; dicit Bar. Soc. *in conſ. 125. nu. 1. in 1. vol.* ſequitur Dec. *in conſ. 407. nu. 14. in 3. par* Rol. à Valle, *in conſ. 19. nu. 17. in 1. Tom.* pulchrè Apoſti. *in addi. ſuis ad conſ.* Alex. *in d. conſ. 31. in ver. vtilis.* Licet Alciat. voluerit ſententiã hanc cõmunem eſſe, non acquiri actionem vtilẽ ſine ceſſione, niſi ratificatio interuenerit, eãq. ſecuta fuerit. *ca. cùm contingat. nu. 112. ext. de rescript.* tamẽ prior ſententia verior eſt, & magis cõmunis, vt liquet ex authorita. tũ per Aym. Crauet. *in conſ. 252. in 2. par.* tum per Rol. à Valle, *in d. conſ. 19. nu 22.* adductis. Kirchouius.

125 Notarius cũ pro aliquo ſtipulatur, ſtatim acquirit actionem illi pro quo ſtipulatur, etiã ſine ceſſione, quod eſt ſpeciale in notario, quòd eo ſtipulãte pro alio nõ requiratur ceſſio. Cor. *conſ. 50. n. 17. in 1. vol.* Bar. *l. ij. ff. rẽ rat. hab.* Dec. *conſ. 226.* & licet in hoc caſu ab initio quæratur obligatio, & actio illi pro quo notarius ſtipulatur, tamẽ requiritur quòd ille ratificet: alioquin eo non ratificante id quod notarius fecit ſua cauſa, euaneſcit ea actio, & obligatio, vt ibi Cor. *n. 18.* debet enim ille talis ratificare acta geſta ab ipſo notario, alioquin corruet ille contractus. Cor. *ibi nu. 12.* Bellac.

126 Ex ſtipulatione notarij, tanquã publicæ perſonæ, nomine abſentis facta, acquiritur abſenti vtilis actio ſine ceſſione. Eſt verior & magis com. ſec. Alex. *in conſ. 31. viſo themate. ver. fuit etiam. vol. 6.* M. Chærian.

127 Abſenti ex ſtipulatione iudicis acquiritur, quãdo interponitur in iudicio, ſaltem quãdo interponitur ſuper his, quæ pertinent ad officium iudicis. Vt putà accipere cautionem, ne talis à tali iniuriatus offendatur, vt eſt communis opi. de qua D. Hercu. de Syluestris, Ferrat. *conſ. 97. nu. 10. inter conſ. crim. diuerſorum* per Ziletum. *tom. 2.* Bonacoſſ.

128 Quæro, an debitũ, vel onus diminuatur, vel perimat obligationẽ, diminutis perſonis oneratis, vel quæ aliquid debent, quãdo electa eſt induſtria perſonæ? Reſp. Bar. *in l. ſi ſic ſtipulatus. in fi. ff. de ver. obl.* tenet quòd ſic, cùm obligatio non egrediatur perſonã. Eandẽ opi. tenent Cyn. & doct. *in l. veteris. C. de contrah. & commit. ſtipu.* Bald. *l. j. §. ne autem. C. de cadu. toll.* Quod verũ eſt, niſi hæredes eſſent eiuſdem artificij. Nam que tũc licet eſſet electa induſtria perſonæ, obligatio tamen tranſit ad heredes: ita notabiliter concludit Alb. de Roſa. *in l. inter artifices. n. 1.* aſſerens ita tenere Doct. cõmuniter. *ff. de ſol.* & tenet Ludo. Rom. *in ſing. 270.* Fel. *in c. quoniam. §. is autem. nu. 5. de of. deleg.* Michael Graſſus.

129 Diem ſub certam ſi qui ſunt concepti contractus, aut legata relicta, eorum omnium ſtatim & obligatio, & actio cedit, quamuis competat exceptio. vt cõmune ait Ant. Gomez. *de teſtam. c. vlt. nu. 57. ver. aliquando, &c.* E. Suarez.

130 Dietæ computantur à loco domicilij. Dom. de rota *in deciſ. 643. in antiquis.* communem dicunt.

Pragm. 2. 25. computat iſtas dietas à fine diœceſis illius, qui cõuenitur, & quælibet dieta habet decẽ leucas in dicta pragma. & *in l. viij. tit. 3. lib. ij.* For. II. B. Villal.

131 Pœna adiecta certæ quantitati, dicitur appoſita in fraudẽ vſurarũ, vt eſt com. opi. de qua d. Ant. de Leuis noſter olim Ferrarienſis *inter conſi. cri. conſ. 17. num. 2. tom. 2.* quod intelligit *ibi num. 19.* de fraude re ipſa, & non ex propoſito. vbi etiam dicit *nu. 49.* quòd ſi inſtrumento ſit clauſula, quòd toties quoties conqueſtum fuerit, debeatur ipſa pœna, poterit in pacto turis pœna duplicata peti ratione vtriuſq; termini. vide Soc. ſen. *in c. conſtituti. de pœnis. num. 52.* Bonac.

132 Pœna conuentionalis appoſita contractibus, modò in fraudem vſurarum appoſita non ſit, poteſt etiam iuxta veriorem opinionem à clericis exigi, aliàs ſi in fraudem vſurarum ſit appoſita, nullo modo exigi poterit, prout voluit gl. *in c. dilecti filij. de arbit.* & Imol. *in c. ſuam. de pœnis.* & ita communiter teneri ibidẽ refert Bened. *nu. 27.* Si verò dubitetur an in fraudem vſurarum appoſita ſit, tunc ſi apponatur dationi quantitatis, videtur in fraudẽ appoſita, per ea quæ habentur *in l. Iulianus. §. idẽ Papinianus. ff. de act. emp. & l. cùm allegas. C. de vſuris.* Sin apponatur dationi ſpeciei, vel facti præſtationi, nõ præſumitur in fraudẽ appoſita. *l. Lucius ff. de act. emp. l. ij.* & ibidem doct. *ff. de verb. obl. & d. l. cùm allegas.* & vtrobiq. doct. communiter tenent. Similiter canoniſt. *in c. dilecti filij. de arbitris.* refert Bene. *ibi. n. 29.* quod poſterius tamẽ fallit, quãdo ob obligationẽ factã ad ſpeciẽ vel facti præſtationẽ præceſſerit obligatio dãdi pecuniã: quia tũc indubio præſumitur facta in fraudẽ vſurarũ, & id cõmuniter teneri *ibidẽ n. 31.* refert, prout voluit Ioan. And. *in add. ad Speculat. in tit. de obligationibus, §. 1.* & Dyn. & Bar. *in l. cum ſeru. ij. ff. de cond. & de monſt.* idq. obtinere dicit nõ tãtũ in conſueto fœnerari, ſed etiã iuxta veriorem & cõmuniorem opinionẽ, in nõ conſueto, prout tenet Imo. *in d. cap. dilecti filij.* dicens hanc opinionẽ veriorem & in practica obſeruandam, ex quo communiter tenetur, per no. *in ca. 1. & cap. ne innitaris, de conſti.* Bened. Cap. *d. reg. 70. ibidẽ nu. 34.*

133 Pœna conuentioni in quamcunq. ſummam apponi poteſt, ſi expreſſim illius quãtitas taxata ſubiungatur. v. g. ſi quis ita ſtipuletur, promittis te mihi librum ſcripturum, & ni id feceris, ais te pœnæ nomine mille nummos daturum? & ſtipulatio, & adiecta ſtipulationi pœna, proculdubio valebunt. At ſi pœna per multiplicationis nomẽ promittatur, nõ poterit duplũ excedere, ni, vt librũ ſcripſeris, promittis duplũ, triplũ, ac deinceps. quẽadmodũ receptius ait Porc *in §. alteri, n. 7. Inſt. de inut. ſtipul.* quãuis mihi lõgè magis probetur, quod inibi cũ Azone Accurſius voluit, q̃ãcunq. pœnã ſtatui poſſe. pro qua etiam ſententia ſtãt Græci, vt ex ſcholiaſte Harmenop. conſtat tit. [illegible]

Nec huiuſmodi pœna in vſurarum fraudem adiecta vnquã cenſebitur ſi illi applicetur, qui fœnerari non ſoleat, & aliis in conuentionibus, quàm in mutuo apponatur. commune affirmat latè Tura. *opi. 71.* Illam tamen aliquis in quantitate nemo cautioni inſerere generaliter, ac regulariter tenetur, qui ad cautionem ſimpliciter obligatus eſt. commune interpretum enunciatum ponit idem Tura. *opin. vlt.* Quin & præterea tametſi pœna aliqua expreſſim paciſcatur, neminem regulariter obſtringit, quẽ principalis cõuentio non ligauerit. vt eſt inſignis gloſſæ ſententia *in l. ij. ver. Faniana. ff. ſi quid in frau. patr.* quã receptã aio ex Soc. *conſ. 91. li. ij.* Iaſ. *in l. j. §. ſi vir vxori. nu. 18. ff. de acq. poſſ. in §. fueras. Inſt. de act.* ex eodẽ Iaſ. *n. 3.* Dec. *nu. 5. in l. principalibus ff. ſi cer. pet.* eodẽ Iaſ. *n. 36.* Dec. *n. 20.* & aliis recentioribus *in l. certi cõdictio. §. ſi nummos. ff. illo tit.* Rip. qui trifariã excipit *in l. ita ſtipulatus. nu. 36. cũ ſeq. ff. de ver. obl.* Tiraq. *de conſt. 3 par. limi. 7. n. 27.* inſigni. Pin. *l. ij. par. 1. c. 2. n. 26. C. de reſcind. ven.* Sed & deniq. quãuis pœna adiecta tum valeat, tum proculdubio incurſa ſit, eam tamẽ is non luet, qui damnũ omne reſarcieri, quod alter ob illius morã paſſus eſt. vt eſt notabilis gl. doctrina *in l. vtiq. ff. de recep. arbit.* quã receptam eſſe teſtatur Alex. *in l. ſi inſulam nu. 9. ff. de verb. ob.* quanquam con-

trarium

trarium verius receptiua, atque vſu tritũ mihi eſſe videatur, ſed hac de re alibi vberius. E. Suarez.

134 Vno ex pluribus principalibus cõtrafaciente facto indiuiduo pœna & intereſſe committitur in ſolidũ cõtra ipſum contrafacientem, *l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.*

Fallit in 2. caſib. vt per Ripam. *in d. §. Cato, n. 43.* Don. à Fina.

135 Vno ex pluribus hæredibus contrafaciente facto indiuiduo pœna & intereſſe committitur in ſolidum cõtra omnes pro portionibus hereditatis, *d. §. Cato.* fallit in 6. caſib. vt per Rip. *in d. §. nume. 42.* Idem.

136 Contra principalem promiſſorem in parte cõtrauenienté facto indiuiduo cõmittitur integra pœna, docto. *in d. §. Cato.* Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 5. à Rip. *in d. §. Cato, numero* 69. Idem.

137 Pœna conuentionalis tollit eã, quã lex ponit, D. Octauia. Vulpellus *de pace. quaeſt. 52. nu 3.* communem probans. Et pœna conuentionalis etiam debetur de æquitate canonica. Riminaldus nouiſſimus *in conſ. 69. nu. 23.* & dixi *in meo tractatu de aequitate canonica.* Et pœna conuentionalis non applicatur fiſco, niſi expreſſe ſit dictum, ſed parti. Bald. *in l. ſi quis maior. in 7. not. C. de tranſact.* Iaſ. *in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſd. omniũ iud.* *deciſione Senen. poſt conſ. crimin. nu. 6. in 2.* vide omnino. Riminal *conſ. 22.* Corn. *conſ. 167. in 3.* Iaſ. *in conſ. 49. in 3. vol.* Marſil. *ſing. 503.* Moro. *de fide, treuga & pace. q. 125. & ſeq.* Et ſi promiſiſti me non offendere ſub certa pœna pecuniaria, ſi me offendis, incidis in illã, & etiã in pœnas legales & ſtatutarias, vt per Caſtr. *in l. non impoſſibile. nu. 6. ff. de pact.* Fallit, vt ibi per eum. Et no. quòd pœna pluries committitur, quãdo eſt clauſula appoſita, quòd toties committatur quoties cõtra factum fuerit. Idẽ quando appoſita eſſet clauſula, Rato manente pacto. Pariſ. *conſ. 165. n. 6. in 4. vol.* vide Corn. in plurib. conſiliis ad quæ te dirigit reperto, *in verbo, pœna conuentionalis.* Et debet probare petens pœnam conuentionalem, quòd expleuit ex parte ſua, alias ſuccumbit. Alexand. *in conſ. 133 in vlt. volu.* Et debet fieri monitio, ſiue interpellatio Dec. *conſ. 2. n. 3.* Quænã autẽ ſit pœna legalis, & quæ cõuentionalis? inter tantos ponit Caſtr. *in l. cum ſtipulatus. n. 5 ff de verb. oblig.* Bellac.

138 Pœna promiſſa ab extraneo qui ſe facturum & curaturum obligauit, quòd Titia cum aliquo cõtraheret, poteſt peti matrimonio non ſecuto. Bart. & alij *in l. mulieri. & Titio. cum gloſ. 1. ff. de condit. & demonſtr.* communiter docto. *in l. fin. C. de ſponſalib.*

Fallit in 3. caſibus, vt per Iaſo. *in l. Titia, ff. de verb. obl. col. 5.* Don. à Fina.

139 Pœna adiecta in contractu mixto continente quantitatem & factum, valet, & peti poteſt. Bartol. *in l. rogaſti. §. ſi tibi ff. ſi cert. peta.* Rebu. *in l. vnic. in gloſ. 1. n. 73. C. de ſent. quae pro eo quod intereſt.* & idem ſi adiiciatur facto quod etiam in obligatione propter quantitatẽ. *l. Titia textores. ff. de legat. 1.* Rebu. *in gloſ. in verbo, proferuntur. n. 37. C. de ſenten. quae pro eo quod intereſt.* Bellac.

140 Pœna conuentionalis exigi poteſt, etiam quòd excedat intereſſe, ſecundum magis communem per Aurſ. *conſ. 53. num. 42. lib. 1.* Intellige, vt per eundem *d. conſ. nu. 20. 37. 41. & aliis ſeq.* vbi totam declarat materiam. Bonac.

141 Pœna non debetur, niſi contrauentio probetur liquidiſſimè, ac niſi agens probet ex ſui parte adimpleuiſſet, ſecundũ communem per Burſ. *conſ. 53. num. 6. lib. 1.* Idem.

142 Promittens præſentare reũ ſub pœna inf. certũ tempus, quod ſit minus ſex menſiũ, nõ ſtatim incidit in pœnã, niſi vltra tẽpus ſtatutũ dẽtur ſibi alij ſex mẽſes, etiã ſi in promiſſione interueniat iuramẽtũ. Et habet locũ, etiã in criminali, vt eſt cõmun. opi. de qua Curt. iun. *in conſ. 181. nu. 23. in 3. vol.* Bonac.

143 Monitio requiritur ad incurrendam pœnã quando lex loquitur negatiuè, videlicet ſi non fecerit reſidentiam, ſi non fecerit inuentarium, & ſimile. ſecus ſi affirmatiuè. Inno. *in c. extirpanda, de prebend.*

Fallit in 4. caſib. quos not. Felyn. *in cap. 2. de magiſtris, col. 2.* Don. à Fina.

144 Pœna in factis diuiduis committitur contra facientem tantum. *l. 4. §. Cato. ff. de verb. oblig.* vbi Ioan. Bologn. limitat in 4. caſib. *nume. 183.* & Ponta. *num. 14.* Don. à Fina.

145 Pœna vbicunque alicui facto adiicitur quæ in aliquem euentum vni ex partibus veniat applicãda, ſi adiecta fuerit ab eo, qui fœnerari non ſit ſolitus, vel ex alia quàm mutui cauſa, tunc debetur, nec in fraudem vſurarum adiecta præſumitur, vt tenet gl. *in l. ſed & ſi quis. §. ſi. & ibi* aut. Ang. *ff. ſi quis cau. & in l. vtrum. §. ſi. de pet. her. in l. pœnam. ff. de vſu. gl. in c. illo vos. de pig.* Bald poſt Pet. & Cy. *in l. cum allegas. C. eod. tit. de vſur.* Inno. *in c. tuam. de pœn.* Archi. *in c. cum deuotiſſimam 12. q. 2.* & probatur in plurib. aliis locis ex quibus conſtare poteſt hanc opin. eſſe magis communẽ à qua in conſulendo, & iudicando nũquam eſt recedendum, vt rectè monuit Bart. & alij *in l. fi. C. de pœn. iud. qui mal. iud.* & canoniſtæ *in c. 1. & in ca. ne innitaris, de conſtit.* Bald. *in cap. 1. §. iudices. de pac. iur. fir. in vſibus feud. & in l. 1. verſi. & ſanè creditores. ff. de off. quaeſtor.* F. Turzan.

146 Statuta pro ipſo facto pœnam imponentia nunquã habent locum niſi præcedat declaratio, quòd quis eam incurrit. not. Dom. *in c. 1. de homi.* Marſ. *in rub. ad l. Corn. de falſ.* fallit in 5. caſib. quos no. Fel. *in c. cum non ab homine, de iud. & in c. 1. de conſt. nu. 45. & c. praeterea. de ſponſa. num. 2.* Don. à Fina.

147 Pœnæ in foro cõſcientiæ exigi poſſunt, vt eſt com. opi. Aur. Gabriell. *in ſuo communium concl. lib. vij. concl. 34.* Amplia & limita, vt ibi per eum. & no. quòd quando pœna imponitur à lege, ſi aliquid factum non fuerit, pœna nunquam committitur, niſi monitio præcedat. itẽ in contractu, & pœna cõuentionali, interpellatio requiritur. Dec. *conſ. 2. num. 3. in 1. vol.* vbi de interpellatione plura. Bonacoſſ.

148 Pœna petentis ante diem, vel cõditionem eſt, quòd duplicantur induciæ, & tempus, *c. 1. de plus petitio.* fallit in 4. caſ. quos no. Iaſ. *in l. pecuniam. ff. ſi certum petatur. nu.* 8. Don. à Fi.

149 Per lapſum diei appoſiti in ſolutione committitur pœna etiã contra hæredẽ innocentẽ, *l. ad diem, de verbo. obligat.*

Fallit in 3. caſib. vt per Iaſ. *in d. l. num. 2.* Idem.

150 Pœnam à nõ ſeruante petere poteſt, qui obſeruat, vt eſt com. opin. de qua Soci. ſenior *in cap. conſtitutus. nu. 12. de pœnis.* Bonacoſſ.

151 Actionis natiuitatem licèt dies tacita impediat, tamen nõ impedit natiuitatem obligationis, quæ ſtatim naſcitur ante diem, quę tacitè ineſt, & ſubintelligitur ratione loci, ſecundum *Bart.* & omnes *in l. interdum. ff. de verb. obl.* quorũ doctrinam ſequitur vltra alios ibi Alex. & ponit eſſe communem *n. 3.* Cagn. quoque & Dec. *n. 9. & ſeq. in l. in omnib. obligationib. ff. de regu. iur.* vbi eam plurimum declarat, & ab omnib. ferè contrariis tuetur. F. Viuius *opin. 22.*

152 Pœna in totum poteſt peti, tam in obligationib. dãdi, quam faciendi, ſi in totum principalis promiſſio non fuerit obſeruata, fallit in 8. caſib. vt per Alc. *in l. 4. §. Cato, ff. de verb. obl. num. 47.* Don. à Fina.

153 In obligatione dandi vno hærede contrafaciente, pœna committitur contra omnes pro portionib. hæreditariis. fallit in 4. caſib. ſecundum Ang. de Perig. *in d. §. Cato, nu. 36.* Idem.

154 Vbi pœna accedit quantitati, vel ſpeciei vel generi, tũc particularis ſolutio non impedit, quin pœna in totum committatur, ſiue vnus ſit qui teneatur, ſiue plures etiã hæredes. fallit in 2 caſib. vt per Iaſ. *in l. ſi ſeruus. §. ſi plurium, ff. ſi quis cau. tio. num* 7. Don. à Fina.

155 Obligatus ad aliquid dandũ vel faciendũ ſub pœna, tenebitur probare ſe impleuiſſe id ad quod tenebatur: & creditor minimè tenetur probare negatiuam, licet videatur eſſe fundamentum ſuæ intentionis. doct. *in l. 2. C. de iure emphy. &* hæc eſt communis ſententia & opinio indubitata teſte Corn. *conſ. 113. nu. 8. & conſ. 110. in 1. vol.* Vezin.

156 Quęro, an promittens cũ iuramẽto ſe facturũ & curaturũ aliquid ſub pœna, ſi fecerit quicquid potuit, excuſetur à pœna, nõ obſtante iuramẽto? Reſp. Crebriori calculo approbata eſt ſententia, excuſandũ eſſe eũ, qui promiſit aliquid facere & curare & omni adhibita diligentia adimplere nõ valuit, nõ obſtãte iuramento, quod temerariũ eſt: Ideoq. ad eius obſeruatiã nõ tenetur, vt tenet Io. And. *in c. ſicut ex literis. ext. de iureiur.* Magis enim peccatũ eſt in iurãdo, quã in contraueniendo, ex quo fecit, quicquid potuit. *c. quãto. de iureiur.* & videtur ſe obligare ad impoſſibile, promittẽs id, quod non eſt in ſua poteſtate. Hãc eſſe cõem opi. firmat Iaſ. *in l. ſtipulatio iſta habere licere. ff. de verb. obl.* Aret. *in conſ. 143. incip. ex facto proponitur.* Eandem dicit cõem idem Aret. *in l. ſi ita ſtipulatus. §. poſſum.* & ibi *Bart.* tenet. *ff. de verb. obl.* & ibi Alex. Fely. *cap. ex reſcripto. num. 17. ext de iureiur.* Ferrar. *in caut. 43.* Fred. de Senis. *in conſil. 122. incip. Martinus promiſit.* Et ita iudicatũ eſſe teſtatur Mat. de Afflic. *deciſ. 295.* Eandem dicit eſſe communem Decius *in conſil. 313.* quem refert & ſequitur Chaſſanæ. *in conſue. Burgũd. in verb. des eſtrazts.* & Ia. de S. Geor. *in l. ſi ego. §. Labeo ff. ſi cert. pet.* & tenet Abb. *&* gemma. poſt Ant. de But. *de ſponſ.* Barto. *in*

conſ.

conſ. 236. Martinus promiſit. & pulchrè Gom. *in §. in perſonā. nu.* 27. vbi ſimiliter com. dicit, *Inſtit. de act.* quando non fuit in mora promittēs. Et in ſpecie in eo, qui promiſit ſe curaturū, vt vxor ſua renūciaret bonis paternis & maternis, conſuluit Paul. de Caſtr. *in conſ.* 178. *vol.* 1. Et ita deciſū refert Boer. *q.* 3. Capy. *dec.* 93 *n.* 6. vbi allegat Aret. *in conſ.* 142. vbi tenet, quòd is qui promittit ſe facturū & curaturū cū effectu, quòd aliud quid faciat: illud verbū importabit, quòd nō ſimulatè, ſed verè & bona fide, quātū in eo erit, curabit id fieri: nō tamen obligat promittentem ad impoſſibile, quæ obligatio etiam expreſsè facta non valet. Mich. Graſſus.

157 Si cōditio ſtipulationis extiterit, ex ea oritur actio. *l. cū ſtipula. §. fin. ff. de verb. oblig.* fallit in 5. caſib. quos no. Vigel. *in commente. de verb. oblig. cap.* 10. *fol.* 582. Don. à Fina.

158 Stipulatio alteri facta firmatur iuramento. Alc. *in c. cum contingat, nu.* 221. com. dicit. *de offic. ordin.* Villal.

159 Cōditio in cōtractibus retrotrahitur ad tēpus celebrati cōtractus. *l. ſi filius. in princ. ff. de verb. obliga. l. potior, & l. qui balneū, ff. qui pot. in pigno. l. qua legata, ff. de reg. iur.* Fallit in 9. caſib. quos no. Ioan. Crot. *in d. l. ſius qui pre emptore, ff. de vſucap. nu.* 28. *v. quarta concluſ.* fallit in 5. caſib. vt per Iaſonem *in l. ſi filius famil. ff. de verbor. obligat. nu.* 1. *& ſeq.* Don. à Fina.

160 Obligatus ad factum, medio iuramēto, adſtringitur, vt promittens teneatur ad factum præciſe, & non ſatisfaciat ſoluēdo intereſſe. Fort. Garcia *in c.* 1. *de pac. n.* 1. *in fi.* cō. dic. Villal.

Amplia in obligato ad ſcribendū libros, quia non ſatisfacit cū intereſſe, ſed præciſè tenetur ad factū. Iaſ. *in l. ſtipulatio. §. habet autem. num.* 12. *ff. de nou. oper. nunt.* cōm. dicit, & reprehendit Alex. dicentem com. contrariam. Idem.

161 Obligatus ad factum ex eadē obligatione tenetur ad intereſſe, & ex eadē poteſt conueniri. Iaſ. *in l. ſi quis. §. ſi quis promiſerit. num.* 3 *ff. de re iudic.* communem dicit. Idem.

162 Obligatus ad dādū rē vel quātitatē reſpectu rei, pereēpta re perimitur obligatio. Dec. *in l. quod te. ff. ſi cer. pet. n.* 6. cō. dicit. vbi videlimit. & nota illā cō. ad obligatū alternatiuè. Vill.

In obligatione rem tradi, non iuratur in litem. comm. dicit Albe. *in l. in actionibus. num.* 3. *ff. de in litem iur.* I. Fich.

163 Excōmunicatus non poteſt petere debitū iuratum. *Iaſ. in l. de pupille. §. fina. in* 2. *col. de ope. no. nun.* vide tamen *ibi*. vbi etiā dicit, quòd non agit remedio. *l. diffamari. C. de inge. manu.*

Intellige iudicialiter ſed extraiudicialiter poteſt petere. Phil. *in cap.* 1. *in* 3. *col. de except. in* 6. Vezintus.

164 Renunciari poſſe legi prohibitiuæ, cū iuramento ex cōmuni tradidit Rip. *in l. qui Romæ. §. duo fratres n.* 3 *ff. de verb. obl.* Alex. *in l. ſi cōſtante. §. quoties. ff. ſol. matr.* qua cōcluſ. declars, vt per Rol. *conſ.* 98. *n.* 13. *nu.* 14. 42. *lib.* 1. pro qua vide etiā quæ ſcribit pract. Pap. *for. reſpon. rei. ver. ſaluus. nu.* 17. uellac.

165 Renuntiaſſe quis nō intelligitur iuri quod ignorat, *l. mater decedens. ff. de inoſ. teſt.* Iaſ. *in l. Stichus. §. item quæſitū. nu.* 2. *ff. de cond. indeb.* & renuntiatio iurata ſimpliciter facta intelligitur rebus ſic ſe haben. prout ſunt, *l. fina. ff. qui ſatiſd. cog.* Iaſ. *in l. eius qui. §. quod ſi ſtipulatus. poſt nu.* 11. *ff. ſi cert. pet.* vbi ponit q. notab. de filia renuntiante, quam concl. de renuntiatione, declara vt per Iaſ. *in l.* 1 *ff. de cond. indeb.* Idem.

166 Acceptatio renuntiationis vel confeſſionis ad hoc vt proſit acceptāti, debet fieri eomet tempore quo fit ea cōfeſſio vel renuntiatio, & non fieri debet ex interuallo. gl. *in l. cōſenſu. ff. de actio. & obl.* Panor. *in cap. dilectus. de ſponſ.* Hippol. de Marſil. *in pract. cauſ. crimin. in verbo, poſtquam. nume.* 29. & Rebuf. *in concord. in rub. de regia acceptatione, in fi.* B[...]lac.

167 Cōtractus, etiā in vltimis volūtatibus poſſunt celebrari, & licèt vitietur vltima volūtas, tamē remanet cōtractus. gloſ. communiter approbata *in l. hæredes palam, in fin. ff. de teſtam.* Roman. *conſi.* 71. *col. pen. in fin.* Don. à Fina.

168 Cōtractus innominati correſpectiui nō à cōuētione, ſed implemēto denominātur & iudicātur. cōmunē eſſe opinionē teſtatur Alex. *in l. cum mota in princ. C. de tranſact.* Don. à Fina.

169 Quæro, Si iurans non renunciaret, poſtea renūciet cum iuramento, an valeat ſecunda renunciatio? Reſp. communiter recepta eſt ea ſententia, non valere ſecundum iuramentum, & per conſequens ſecundam renunciationem. ita eſt gloſ. *in cap. licet mulieres de iureiur. lib.* vj. quam ſequitur Imo. *c. cum contingat. & cap.* 1. *de iureiur.* & eam dicit communiter approbatam eſſe Marun. *diſput.* 10. *num.* 53. Hanc opinionem quoque firmat Alex *in l. ſtipulatio hoc modo. ff. de verb. obli.* & Bar. *in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* M. Graſſus.

170 Contractus iuris gentium, actiones omnes inuentæ ſunt de iure ciuili. communem dicit Iaſ. *num.* 48. & Claud. Aqueoſ. *n.* 56. *in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure.* Donat. à Fina.

171 Cōtractus celebratus pro ſe, & filiis, & hæredibus, nō cōprehendit extraneos hæredes. Alex. *conſ.* 56. *n.* 2. *vol.* 2. magis cōmunem dicit Aurig. *in cap. examinata de iudicijs.* Don. à Fina.

172 Cōtractus vt dicatur in ſcriptis fieri, requiritur, vt expreſsè hoc à partibus actū ſit, vt aliter cōtractus nō valeat. cōmunem dicit Decl. *rōſ.* 340. *n.* 5. contrariam opinionem dicit eſſe communem Saly. *in l. contrahitur. ff. de pignor.* Don. à Fina.

173 Stipulatio regulariter valida eſt. *l.* 1. *ff. de verb. obl.* fallit in 50. caſibus, quos not. Vigel. *in comment. de verb. obliga. cap.* 2. *fol.* 427. Don. à Fina.

174 Stipulatio non valet ſi ad interrogata nō eſt reſponſū. *§. præterea, Inſti. de inutil. ſtipul.* fallit in 7. caſib. quos no. Vigel. *in commente de verb oblig. cap.* 2. *in* 16 *excep fol.* 445. Idem.

175 Verbum, Promitto, redactum in inſtrumento, ſeu ſcriptura, importat ſtipulationē. *§. ſi ita ſcriptū. Inſt. de inuti. ſtip.* & hæc eſt cōmunis opinio Gloſ. Bart. cæterorūmq; *in l.* 1. *de cōtr. & com. ſtip.* Bar. Ful. Alex. & Dec. *in l. le[...]la. ff. ſi cert. pet.* vt fere omnes atteſtantur, *in rubr. ff. de verb. obli.* Caccialupus *in tract. de pactis. q.* 4. *n.* 1 *cum aliis ſeq.* Cagnolus *n.* 88. & late per duas col. *in d. l. lecta.* & Moder. Hiſpani, *in l. iuriſgētium ff. de pact. in princ.*

¶ Imò ampliatur dicta communis non ſolum procedere in ſcriptura publica, verùm etiam in priuata, vt in apodiſſa. & ſuper hoc eſt aliqualis controuerſia inter Docto. ſed communis concluſio Doct. eſt, ſecundū Marcellum Berineutium, *in rub. ff. ſi cert. pet.* quòd idē ſit ac in ſcriptura publica, & de iſta communi opinione atteſtatur etiam Io. Baptiſt. Caccialup. *in tra. de pact. in* 4. *quæſt.* & Moder. Mediolanenſes, *in l.* 1. *num.* 31. *ff. de verb. oblig.*

176 ¶ Contrariū tamen tenuit Soc. *antiq. conſ.* 267. *præſens, lib.* 4. & Iacob. Nauer. *in l.* j. *C. de contrahend. & commit. ſtipul.* vbi ait, quod ſcriptura priuata facit fidem ſi fiat à perſona non indocta: ſecus ſi fieret à mercatore. Soc. iun. *conſ.* 131. *lib.* 4. *iam dic.* Vbi dicit, quòd *§. ſi ita ſcriptum*, non habet locum in ſcriptura facta à mercatore. Et nota cùm eris iudex, an inſtrumēti appellatione veniat ſcriptura priuata, & an veniant teſtes: eſt facienda diſtinctio, an ſimus in odioſis, vel in fauorabilib. & de hoc vide Dec. *in cap.* 1. *de fide inſtrum. & Clem.* 1. *de procur. in terminis, & l.* j. *C. de iur. calum.* videlicet, quòd in fauorabilibus, appellatione inſtrumenti veniunt teſtes, & priuata ſcriptura, aliàs ſecus in odioſis.

¶ Sed claudicat primo dicta cōmunis concluſio non procedere in teſtibus deponentibus aliquem promiſiſſe: tunc explorati iuris eſt, verbum prolatum à teſtibus non importare ſtipulationem, ſed pactum nudum: ſecundum communem opinionem omnium Doct. *in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.* quam allegat nouiſſimè, vltra alios, Marcellus Berineutius, *in rubr. ff. de verb. obl.* & ſequitur Caccialupus *in tract. de pactis. in* 4. *q. nu.* 4. & alij Doct. aggregati per Vrſillum *in add. Afflict. in deciſ.* 120. *n.* 1. *& ſeq.*

¶ Sed bene verum, quòd in Sacro Regio Cōcilio Neap. deciſum extitit contrariū, ſecundum Afflict. *in d. dec.* [1]20. videlicet, vt verbum Promiſiſſe, à teſtibus prolatum, importet ſtipulationem, vel pactum nudum: cum ex vtroque, præſertimq; in ipſo prætorio Principis, & domini Regis noſtri agi poſſit: & ſic ipſum Sacrum Regium conciliū Neap. poſſet agere pro miſſorem ad obſeruantiam promiſſionis nudo pacto factæ. Et dictam deciſionē amplectitur poſt Bal. Vrſillus *in add. Afflict. in d. deciſ.* 120. *nu.* [...] *& ſeq.* & videtur optimè fundata, vt diſcuſſimus *ſuprà in opin.* 570. *lib.* 4. *fol.* 119. *P[...]um nudum non producit. poſt princip.*

¶ Limitatur ſecūdo loco, quòd verbum, Promitto, poſitum in inſtrumento, importat ſtipulationē, quando ſunt verba præſenti: ſecus ſi de præterito, ſecū[nd]um Sal. *in l.* j. *C. de contrah. & commit. ſtipul.*

¶ Tertiam verò limitationem tradunt Modern. *in d. l. ſciendum*, quando teſtes dicunt, ta is promiſit Titio præſenti. nam tunc importat ſtipulationē, ſecus ſi non apponerent illud verbum, præſenti: vt per Afflict. *deciſ.* 120.

¶ Sed contra hoc facit Glo. communiter approbata, *in l. ſi vnus. §. pactus ne peteret ff. de pact.* Viuius *opin.* 1036.

177 Verbum, conuenit, appoſitum vel prolatum in inſtrumento, non impedit ſtipulationem, ſecundum *Bar. in l. lecta. ff. ſi cert. pet.* cuius opin. fatetur eſſe communem Ripa. *ib. nu.* 16.

& D. Pótanus Peruſi. *n.* 2. & Marcellus Bering. *in rub. ff. de verb. oblig.* & Cremenſis, *ſing.* 139. licet Iaſ. *in lecta. ſi cert pet.* & Fortunius Garſi. *in l. j. ff. de pact.* dicant aliam ſententiã côtra Bart. eſſe cõmunẽ. Cæterũ prima opin. videtur magis côis, vt per Ripã *in dicta rubr. ff. de verb. oblig. nu.* 26. quæ quidẽ tanquã veriſſima limitatur primũ non procedere quando dictum verbũ conuenit, reperiretur apud acta, tũc profectò calore iudicij importaret ſtipulationẽ, non autẽ pactũ nudũ, ſec. Bal. *in l. ſciendũ, in* 2. *lect. ff. de verb. oblig.* cuius dictum pro ſingulari, & peregrino recenſuit Creme. *ſing.* 59. Secũdo coarctatur quòd eſt verum quòd verbũ conuenit in dubio non importat ſtipulationẽ niſi proferatur interrogatiuè, vt per Zaſium *in d. rubr. ff. de verb. oblig.* putà habeo hoc à te: & Soc. loco de quo ſ. *n.* 16. & Alc. *in l. j. § ſi quis ita ff. de verbo. oblig.* ſed tamen contra hoc tenet Azo *in ſumma, vel* [illegible] *rubr. C. de* [illegible] *util. ſtipul.* at magiſter meus do. Reſtaurus [illegible] ruſinus dum publice interpretabatur dictã *rub. ff. de verb. oblig.* aſſ[illegible]rebat veritatem eſſe contra Azonem, & eius lecturã ibi eſſe corruptã F. Vioius *opin.* 1035.

178 Stipulatio cõmittitur, & [illegible]nit ex ſtipulatu actio ſi nõ eſt factũ quod eſt promiſſum. F[illegible]lit in 8. caſib. quos not. Vigel. *in commento. de verb. oblig cap* 3 *fol.* 502. Don. à Fina.

179 Stipulatio habere licere vtilis eſt. *l. xxviij. ff. de verb. obl.* fallit in 5. caſibus, ſecundum Vigel. *in commento de verb. obl. cap.* 10. *fol.* 599. Idem.

180 Inutilis ſtipulatio non impedit actionem ex numeratione naſci. *l. certi condit in § quoniam ff ſi cer pet.* vbi Purp. ampliat & limitat. *num.* 1. Don. à Fina.

181 Stipulatio licet apponatur in cõtractibus, tamen retinet ſuam naturam *l. vnica. C. de rei vxo. actio.* fallit in 5. caſib. vt per Ioan. Bolog. *in rub. ff. de verb. oblig. n.* 409. Don. à Fina.

182 Patientia in iudicio, & præſentia non habet vim ſtipulationis. *l. omnes. § in hac. C. de epiſ. & cler.* Ampliatur in 4. caſib. & limitatur in 4. per Ioa. Bolo. *in l. j. ff. de verb. obliga. n.* 73. Idẽ.

183 Surdus non poteſt ſtipulari. *l. j. ff. de verb. oblig.* vbi Io. Bologn. ampliat & limitat. *num.* 92. Idem.

184 Si ſtipulatio non valet vt ſtipulatio, neque valet vt pactum. *l. j. § ſi quis ita ff. de verb. oblig.*

Fallit in 3. caſib. vt per Ioan. Bolog. *ibi. num.* 106. Idem.

185 Stipulatio incipiens à præcedenti conditione per quam aufertur libera teſtãdi facultas, dicitur eſſe ipſo iure nulla, *l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. oblig.* vbi Ioan. Bolog. ampliat in multis caſib. *num.* 22. Don. à Fina.

186 Longum interuallum inter interrogationem, & reſpõſionem, vitiat ſtipulationem, *l. j. § qui præſens, & l. continuus. ff. de verb. oblig. l. duos. § fin. ff. de duob. reis.*

Ampliatur, & limitatur in 2. caſib. à Iaſ. *in d. § qui præſens n.* 5. fallit in 4. caſib. per Rip. *in d. § qui præſens, nu* 17. Don. à Fina.

187 Stipulatio dãdi quãtitatẽ, dicitur omni reſpectu diuidua, *l. in executione in princ. ff. de verb. obl. l. ſi duo, ff. depoſi. l. ſtipulatus, ff. de ſolut.* fallit in 4. caſib. quos no. Iaſ. *in l. iij. § & harum. ff. de verb. oblig. n.* 9. *& ſeq.* fallit in 7. caſib. vt per Alc. *in d. § & harũ n.* 3. Don. à Fina

188 In facto indiuiduo, ſi vnus ex pluribus hæredib. promiſſoris, cõtrouenerit impediẽdo ſtipulatorẽ ne vadat, cõmittitur ſtipulatio c[õ]tra omnes hæredes, nõ ſolũ cõtra impedientem, ſed cõtra ali[os] qui nõ impediuit, *l. ſtipulationũ. § itẽ ſi in facto. ff. de verb. obl* fallit in 2 caſib. vt per Iaſ. *ibi. n.* 7. Don. à Fina.

189 Si probauero [ali]quem meum debitorem, ſ[ed n]on in quã ſumma, ſtabitur iuramento de ſumma ex coniecturis & veriſimilitudinibus quibuſdam. *l. fin. § 1. C. de bonis auth. iud. poſſi.* Cæpola. *cautela* 280 *incipiente, aliquis iurauit* & hanc opinionẽ tenendam aſſerit Rebu. *in l. vnica, ingl*[illegible]*a. num.* 101. *C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt.* Bellac.

190 Cõfinia quę ſunt, & reperiuntur deſcripta in aliquo inſtrumẽto per verba enũtiatiua non probant niſi inter contrahentes. gl. *in l. optimam C. de contrah. & commit. ſtipula.* & hæc eſt cõis opinio & cõcluſio, quod inſtrumenta probant inter perſonas, inter quas inſtrumentũ conficitur, & tantùm quę ad eorũ præiudiciũ, cum notarius de eo[rum] conſenſu illud dicatur appoſuiſſe. *d. l. optimam.* & quæ ibi notantur. & alijs perſonis quę non ſunt ibi deſcriptæ ea verba non poſſunt præiudicare, niſi eſſent inſtrumenta de antiquo, quæ mẽtionẽ faciant de confinibus, vel [de] plebe, vel de territorio, probant enim inſtrumenta quæ ſunt de antiquo. Bald. & Salic. *in l. cum aliquis. C. de iure deliber.* & ibi etiam Iaſ. & Felin. *in c. cum cauſam. de probat.* dum tamen ſint plura inſtrumenta antiqua quæ facerent communem opinionem, quæ intiquis ſufficerent. gloſ. & docto. *in d. l. cum aliquis.* Alexand. *conſil.* 89. *nume.* 2. *in* 5. *vol.* Bellac.

191 Factores ſeu inſtitores licèt ſe ſcribant debitores in aliqua ſumma pecuniæ, nõ proptetea cõueniri poterũt nomine proprio: quia videtur ſcribere vt factores ſeu inſtitores, etiã ſi ſimpliciter ſe debitores dixerint. *l. ſi. ff. de inſtit. actio.* quãtumuis in abſentia domini cõtraxerint *l. hæres abſens. § apud Labeonẽ. ff. de iudic.* Decius *conſ* 510. *n.* 5. niſi nomine proprio ſe obligauerint, per *l. procurator qui pro ff. de procuratoribus.* Idem.

192 Literæ commendatoriæ non obligãt ſcribentem, tex. & ibi Bart. & Bal. *in l. ſi. C. quod cum eo.* Bar. & Alex. *in add. in l. Lucius Titius. ff. de fideiuſ.* Iaſ. *in repet. l. admonẽdi. in* 73. *col ff. de iuiur.* Vide Pan. *in c. fraternitati. de cler. non reſid.* Angel. Aret. *Inſt. de mand. in princ.* Vezinus.

193 Nullus ſi ſit actus eo modo, quo agitur ſũme valet prout valere poteſt quando agitur de obligatione contrahenda, quę à d[u]obos in volũtate pendet. Couar. *in epit.* 4. *c.* 2. com. dicit ex Bart. *in l.* 1. *§ ſi quis ita. ff. de verb. obl.* contra quam Pan. *in cap. quod ſuper, de offic. deleg.* dicit eſſe text. *in c.* 1. *de deſpon. impub.* ideò cogita de communi.

Fallit, niſi aliàs illud quod fieri poterat, ſub eo quod fit includitur. Couar. ibi. ex Flori. *in d. l.* 1 communem dicit. B. Vill.

194 Regulariter cõtractus omnes, & omnes obligationes ad hæredes trãſeũt, licet de hæredibus non ſit facta mentio. *l. veteris. C. de contrah. & commit. ſtip.* Bal. in *l.* 1. *C. de conſt. pecunia.* vnde vi[d]etur clauſulam illam notariorum eſſe ſuperfluam, qui in inſtrumentis faciunt mentionem non ſolùm de cõtrahentibus, ſed de hæredibus eorum. *l. cum qui.* & ibi. Pau Caſtr. *ff. de verb. oblig.* quælibet enim conuentio in dubio cẽſetur realis, & per cõſequens ad hæredes trãſitoria, dato quòd perſona acquirẽtis ſit in cõuẽtione inſerta. eſt. n. ea cõtrahẽtiũ intẽtio, vt & heredibus prouideatur. *l ſi pactum, ff. de probat.* quod procedit in his rebus quę ad hæredes ſunt tranſitoriæ. Iaſ. *in l. quidam cum filium, num.* 13 *ff. de verb. oblig.* vel niſi factum cohæreret perſonæ promiſſoris, vel quia eſſet electa induſtria perſonæ, tunc enim obligatio ad hæredes promiſſoris non tranſiret. Iaſ. *in eo lo. nu.* 19. Bellac.

195 Debitor alternatiue ex ſtipulatione, quando verba ſtipulationis ad ipſum referuntur, poteſt eligere quem maluerit. Io. de Rip. *in c. inter cæteras. nu.* 70. *de reſcript.* communem dicit. Villalub. & Veainus.

196 Is qui habet facultatem rem aliquam eligẽdi, ſi ille prædecedat priuſquam eligat, talis facultas eligendi peruenit ad eius hęredes, & ad eos hæredes ea facultas eligẽdi trãſmittitur, qui poterunt eligere, ſicuti poterat eorũ prędeceſſor. *l. ſi ſtipulatus fuero illud. ff. de verb. oblig.* & Iaſ. *in l. quidquid. ff. de verb. oblig.* Bellac.

197 Facultas declarandi voluntatẽ non tranſit ad hæredes, cũ illa ſit perſonali[ſſi]ma. gloſ. *in l. inter ſtipulantẽ. in princ. ff. de verb. oblig.* & ibi Bart. Iaſ. *in l. cũ ſtipulatus ſũ mihi. ff. eod. s.* quod procedit vbi ſubſtantia diſpoſitionis cõfertur in voluntatem alicuius: tũc enim finita illius voluntate per ipſius mortẽ, finietur & il[l]ius diſpoſitio: cũ ea facultas declarãdi ad hæredes nõ trãſeat. Cũ verò executio ſeu exercitiũ diſpoſitionis confertur in voluntatẽ alterius, tunc facultas declarãdi volũtatẽ trã[ſit] ad hęredes. I[aſ.] *in l poſt dotẽ nu.* 50. *&* 51. *ff. ſol. matrim* Idẽ.

198 Seruo qui ſtipulatus eſt, rectè ac iure regulariter ſoluitur. c[o]mmune [i]nquit doctor meus Emanuel a Coſta *in l. ſi ex cautione. ver. tua. num.* 6 *C. de non num pec.* E. Suarez.

199 Monacho contrahenti, an ſolui poſſit, vide aliquid per Alex *in l. eum qui ita. § 2. de verb. oblig.* Ange. *Inſtit. quod cum eo in princip.* Vezinus.

200 Annuum ſi quid promittitor in contractib. an ante finem temporis peti poſſit, vide *Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuero. nu* 4. *ff. de* [v]*erb. oblig.* Item.

2[0]1 Contractus plures quando dicantur, licet ſub eadẽ ſtipulatione cõprehen[ſi], vide Burſ. *conſ.* 104. *num* 4. *lib.* 2. vbi de cõmuni do[cto]. Bartolus *in l. ſcire debemus. ver. poſſumus. ff. de verborum obligatio. in l. &* [ſ]*i vno ff. de ædil. empt.* Bonac.

202 Stipulatio interpoſita in quacunque materia ſemper intelligitur ſecundum materiam i[ll]ius actus. *Iaſ. in l cum mota, nume.* 20. *C. de trãſact.* communem dicit. Villal.

203 Vbi verba ſunt clara, inſpecta propria ſignificatione, nullus eſt locus interpretationi, *l. ille aut ille. § cum in verbis. ff. de leg.* 3. *continuus. § cum ita. ff. de verbor. obligat.* vbi autem in aliqua diſpoſitione ſunt verba quæ duplicem habeãt ſenſum, tũc ea verba ex ſequẽtibus & præcedẽtibus declarabuntur.

l ſi

l. ſi ſeruus plurium. §. fin. & l. quæ filiabus, in princip. ff. de legat. j. Bart. *in l. ſi. ff. ad Treb.* Alex. *conſi. 167. in 7. vol.* Iacob.

De inutilibus ſtipulationibus.

TITVLVS XXIII.

Contractus nullus non eſt cõtractus: & ideo ſi quid fiat nõ ſeruata ſolennitate legis vel ſtatuti, cõtrahens in pœnã non incidit, vt not. ſcrib. Crem. *ſing.* 113. Bald. *in l. ij. C. de iur. emphyt. in l. fi. col. 4. C. de his quæ pœna nom.* & fallit illud, quòd nullitas contractus excuſat a commiſſo: teſte Guid. Pap. *quæſt.* 590. *conſi.* 192. *nu.* 3. pro quo vide Iaſ. *in l. vbi pactum. num.* 25. *C. de tranſact.* Sebaſt. Vant. *de nullit. cap.* 8. *num.* 54. *& ſeq.*

2 De actu nullo non eſt fienda mẽtio, vt per multa vult Fel. *in cap. ex tenore. in 2. & 3. col. de reſcrip.* Iaſ. *in l. j. C. ſi contra ius. & in l. cauſas. in 2. col. C. de tranſact.* Socin. *in 2. parte. conſil.* 169. *in 1. col.* Alex. *in 4. vol. conſi.* 42. Barb. *in 3. vol. conſi.* 42. *in 8. col. in fi.* Marſ. *in l. fi. in 3. col. ff. de quæſt.* Card. *in conſi.* 54. *& conſ.* 92. *verſ. inſuper.* Fac. quod vult Imo. *conſi.* 97. Idem.

Facit quod vult Bald. *in l. qui teſtamento. de leg. ij.* vbi dicit, quòd illud quod in ſe non tenet, aliud deſtruere nõ põt. Idẽ.

3 An autem data nullitate cõtractus, annuletur confeſſio in contractu facta? vide pulchrè Fely. *in cap. cum venerabilis. in 6. col. de except.* & Iaſ. *in l. non dubium. in 13. col. C. de ll.* Idem.

4 Ex actu nullo an aliqua oriatur obligatio? Iaſ. *in l. cum quis. in 3. col. ibi, omnibus. C. de iur. & fact. igno.* tenet quòd non. vide ibi per eum. Item nec pœna committitur. Bal. *in l. pen. in 2. no. C. ſi mancip. ita fue. alie. vt manu.* Idem.

5 Quod nullum eſt, conualidari non poteſt ex confeſſione ſubſequenti. Paul. de Caſt. *in 2. vol. conſi.* 301. *aliàs* 299.

Et in materia, an quod nullum eſt, ex nouo conſenſu poſſit conualidari? vide notabiliter Barb. *in 3 vol. conſ.* 70. *& in 4. vol. conſ. 6. in vlt. col.* amplè Marſil. *in l. quæſtionis. maximè in 7. col. de quæſtio.* Bal. *in l. & ſi contra. C. de nupt.*

Quod nullum eſt, prorogari non poteſt. Barb. *in 2. vol. conſi.* 46. *in 7. col.* Bellac.

6 Nullum funditus conualeſcere non poteſt. Innoc. *in c. prudentiam. de offic. deleg.* Bal. *in l. fi. §. neceſſitate. v. ſubſequenter quæris.* gloſ. *C. de bon. quæ lib.* Vezinus.

7 Quod nullum eſt rumpi non poteſt. *l. nam & ſi ſub condit. ff. de iniu. rup. c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub.* Alex. *in 3. vol. conſi. 77. in 3. col. verſi. pen.*

Ad præmiſſa fac. quod vult Lud. Rõ. *conſi.* 158. vbi dicit, quòd miſſio in poſ. nulliter facta, confirmari non poteſt. Idem.

8 Nulliter actum reiterari poteſt. Iaſ. *in l. qui per ſalutem. ff. de iureiurãdo.* adducit multa notabilia, maximè de iudice ordinario, qui nulliter iudicauit, vt poſſit denuò iudicare: & de eo qui habet iure proprio poteſtatem eligendi: quia licet ſemel nulliter elegerit, poteſt denuò eligere. Sed cõtra præmiſſa fac. quod vult Paul. de Caſt. *in 1. vol. conſi.* 285. *repetito in 2. vol. conſ.* 329. *aliàs* 327. vbi dicit, quòd ſi ex ſtatuto, debeat deduci nullitas infra decem dies, quod ſi deducatur infra tempus, & non finiatur, quod non poterit poſtea deduci.

Et iſtud aliàs allegaui ad ſta. ciu. quod diſponit quòd fieri faciens ſequeſtrum debeat probare infra certum tempus, vt poſt illud tempus non poſſet fieri denuò ſequeſtrum. Adducebam etiam quod vult idem Pau. *in 1. vol. conſi.* 254. *repetito in 2. vol. conſ. 73. in 4. col. ibi, nec prodeſt ſibi.* vbi dicit, quòd quando certa forma ſeu ſolennitas requiritur circa actum, nõ ſufficit ſi interueniat poſt actum.

Adducebam etiam magis in terminis ipſum Paul. *in 2. vol. conſi.* 314. *aliàs* 312. *incip. ſuper eo. in princ.* vbi vult, quòd carceratus debeat relaxari, ſi nõ iuſtificetur captura infra tempus ſtatutum, & quòd nõ poſſit poſtea iterum iuſtificari. Et hoc etiã vult. *in d. 2. vol. conſi.* 384. *aliàs* 386. *incip. clarum videtur. ibi, ſed certè nec hodie.* Fac. quod vult Ial. *in 3. parte conſ. 50. incip. Secundus creditor.* & Dy. *in conſi. 20. in fi.* vbi dicit verba formalia. præterea cum ſæpius fuerit de paupertate obiectum, & ſuper ea tractatus habitus, ſequitur quòd ea vigore nouæ product. ſeu nouæ probationis non debeat vlterius etiam in alia nedũ in eadem cauſa tractatus haberi. al. iura quæ vide.

Sed facilis eſt reſpõſio, quia allegata per Iaſ. procedunt quãdo aliquid eſt nulliter actum ab eo qui agit iure proprio & ordinario, quia non prohibetur reiterari validè.

Allegata autem ſuprà in contrarium, procedunt quãdo aliquid debebat fieri in tempore per partem, & non fecit: quia non eſt reiteratio. pro quo etiam fac. quia infinitas eſt euitã. vt *l. fina. C. de ſacroſ. eccleſ. c. fin. in his. de dol. & contu.* Bellac.

9 Dolus quando dat cauſam contractui bonæ fidei, vt putà, ſi tibi habenti pulcherrimũ corpus iuris non aliàs vendituro alius perſuaſerit, vt ſibi vẽderes ex eo quod de proximo noua publicanda eſſet compilatio, tunc venditio vel cõtractus ipſo iure nihil valebit. *l. & eleganter. ff. de dolo, l. 3 ff. pro ſocio,* glo. *in l. dolo, C. de inutil ſtipul. 12. q. 2. c. quiſquis epiſcopus: & capit. cum vniuerſorum, de rer. permut* glo. *in cap. cum dilecti. de empt. & vendit.* & ibidem Hoſt. Io. And. Imola. & d. Nicol. & ita communiter contra Petrum de bella Pertica, Doc. tenere refert Bened. Capra, *reg.* 87. *n.* 55. quod tamẽ fallit in dolo velato, vel incluſo ſub metu, item fallit, ſi deceptus vellet nihilominus contractũ valere, aut adhibitus ſit in ſpiritualibus: quia in iis dolus cõtractũ nõ vitiat, pro bono dolo habetur, *iuxta cap. dudũ. de cõuerſ. cõiug. & l. j. ff. de dolo.* vt eſt *ibid. n.* 48. *& ſeq.* Si quis tamen dolo non vitus, ſed omnium Monachorum inducatur ad ingrediendũ monaſterium, tenet quidẽ ingreſſus, ſed nocebit dolus quòad eius bona, quæ nõ monaſterio, ſed eius hæredibus & conſanguineis acquiruntur, ſecundũ Innoc. *in d. cap. dudũ, per cap. conſtituit. 20. q. 3.* cum quo communiter tranſeunt Doctores, Ioan. And. & Imola in *cap. præterea, de offic deleg.* quod verum eſt quando principaliter ob auaritiã & bonorum auiditatẽ quis omniũ Monachorũ dolo inductus eſſet ad ingrediendũ monaſteriũ, vt re est *ibid.* Capra, *n.* 50. itẽ fallit, ſi dolus à tertia perſona adhibitus ſit, quia tenet cõtractus, licet deceptus cõtra tertiã illã perſonã de dolo agere poſſit ad intereſſe, *d. l. & eleganter ff. de dolo,* glo. *in c. cum dilecti, de empt. & vend.* & id communiter teneri refert Bened. Capr. *num.* 59.

10 Stipulatio facta ſine cauſa non valet in effectu: quia petenti obſtat exceptio doli. *l. ij. §. circa. ff de doli except.* ſi tamen facta conditionaliter valebit, quia conditio habetur pro cauſa. *l. à Titio. in princip.* & ibi Bart. *ff. de verb. oblig.* Iaſ. *in l. ſiliuſa. § duo. num.* ... *de leg. j.*

11 Conditio impoſſibilis vitiat contractum. *l. impoſſibilis. ff. de verb. obli.* Fallit vt per Purp. *in l. certi conditio. §. quoniam. ff. ſi cert. pet. n.* 50. fallit in 5. caſib. quos not. Iaſ. *in d. l. impoſſibilis. num. 1. & ſeq.* fallit in 9. caſib. vt per Zaſi. *in d. l. n.* 4. vbi etiam Burgel. ponit duas declarationes, *num.* 1. Dom. Fina.

12 Conditio impoſſibilis negatiuè concepta, non vitiat, nec ſuſpẽdit, imo promiſſio remanet pura. Bart *in d. l. impoſſibilis.* Fallit in 3. caſib. vt per Socyn. *in tract. fallẽt. reg.* 26. *in addit.* Fallit in 2. caſib. vt per Iaſon. *in d. l. impoſſibilis, n. 7. & ſeq.* Dõ. Fi.

13 Quæro, An ſtipulatio inutilis vel nulla purget moram præcedentem? Reſp. quòd nõ, & eſt com. opin. vt teſtatur Iaſ. *d. l. ſcire debemus. §. fin. nu. 6. & 7. ff. de verb. obli.* licet cõtrarium teneat Raph. Cuma. Per actum enim nullum non poteſt ſequi actus validus. Vezin.

De duobus reis ſtipulandi.

TITVLVS XXIV.

Quando plures principaliter ſe obligant, eadẽ ſemper firma manet obligationis qualitas, adeò vt omnes ſint in obligatione vt principales, licet ad vnum tantum eorũ pecunia peruenerit. *l. ſi non ſingula. C. ſi cert. peta.* eſt quidem verum, quod ij ad quos pecunia non peruenit, poterunt implorare, vt eorum ſumptibus actio dirigatur contra eum ad quem peruenit pecunia. Bart. *in l. ij. §. vbi duo ff. de duob. reis. per tex. in l. j §. vnde quæritur. ff. cõmo.* ſunt autem plures rei debendi quando plures inſolidum obligantur. *l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duobus reis.* Roma. *conſi.* 114. *num.* 3. Bellac.

2 Plures rei debendi. Si plures qui tenebantur, & ſunt conuenti inſolidum fuerint ſimpliciter condemnati ad vnã quantitatem, licet ſententia diuidit ſummam, poterit tamen eorum quilibet inſolidum prima actione quæ durat, conueniri, ſecundum communem opin. d ... *l. j. C. de iud.* licet contrarium ibi tenuerit Fulg. ſub ... moriuis. cuius opin. ſecundũ doct. ibi procedere poſſet, quaſi ... ctor plures condemnari petiiſſet, non adiecta dictione inſolidum. Balb. *deciſ.* 32.

4 Quando ſunt duo correi debendi, ſi cauſa propter quam ſe obligant, pertinet ad vtrunque, cenſentur inter ſe fideiubere, & quilibet pro ſua rata tenetur. quòd ſi cauſa propter quam ſe obligarunt, ſpectaret ad alterũ eorũ tantum, alter ad quem negotiũ non pertinet, dicetur fideiubere pro eo ad quem negotium pertinet in ſolidum. Bart. *in l. reos. ff. de duob. reis.* Cor. *conſi. 316. 4. vol. num.* 2. Romanus *conſi* 114. Eſt quidem verum

quòd reſpectu cōditionis omnes dicentur principales in obligatione: licet ad vnū pecunia peruenerit: & hi ad quos pecunia nō peruenit, poterūt implorare vt eorū ſumptibus actio dirigatur: cōtra eū ad quē peruenit pecunia. Roma. ibi. & hoc quādo principaliter & in ſolidū ſimul ſunt obligati. Quod ſi cauſa obligationis ad vnū tātùm ſpectaret, & alter ad quē cauſa nō ſpectat totū ſoluiſſet, repetet totū quod ſoluit ab altero. Cor. *in eo conſi. n. 2. & conſ. 124. par.* vel ſi vnus ex eis correis cōuentus fuerit in vno iudicio ad pendente ſiue in cauſa principali ſiue in cauſa appelli, poterit & alter correus etiam conueniri. Ang. *in §. duo nu. 12. Inſti. de duob. reis.* Bellac.

5 Si ſint plures rei debēdi inſolidū, & creditor ab vno ipſorū recipiat partē ſuā cū tangentē, & recipiat eū ſoluentē ſuo nomine, & ex ſumma principali, his interuenientibus creditor cū partē accipiendo videtur ſuū debitū diuiſiſſe inter eos debitores pro rata, ita vt non poſſit niſi à quolibet partem petere. *l. ſi creditores. C. de pact.* niſi creditor eam partē accipiēdo ſaluo iure quod non intendit ſibi per hoc præiudicare: aliàs autem ſi partē aliquam accipiat, non quæ quemlibet tāgeret, non induceretur diuiſio debiti. gloſ. *in l. inter eos. in verbo, ſoluit. ff. de fideiuſ.* vel ſi ſimpliciter a creditor accipiat vnam partē ea debito, non ſibi præiudicat: quia ea ſolutio ita ſimpliciter facta, videtur eſſe facta ad diminuendum cumulum debiti, & non ad inducendam debiti diuiſionem. *Iaſ. in d. l. ſi creditor.* Inducitur etiam diuiſio debiti per petitionem virilis portionis factā à creditore cōtra vnum ex debitoribus & correis debendi. *l. liberum. C. de fideiuſ.* Iaſ. *in l. ſi ex toto. §. ſi ita ſcriptum. ff. de lega. j.* diuiſio etiam inducitur ſi creditor omnes debitores ſimpliciter conueniat. Alex. *in d. §. ſi ita ſcriptum.* Idē.

6 Creditor agere poteſt contra duos correos debendi inſimul conueniendo quemlibet in ſolidum, cum proteſtatione tamen quòd vnica ſolutio ſufficiet. Alex. *conſi. 37. nu. 8. vol. 2.* & quamuis non appoſita fuerit, ſubiungetur tamen ex natura cōtractus, & ex natura cauſæ. Ang. *in §. duo. de duob. reis.* quòd ſi contra vnū ſolum egerit, poterit etiam eo iudicio pendente alterum conuenire. Ang. ibi. Bellac.

7 Quoties ſunt duo rei credēdi, vnus creditor ex illis poterit inſolidū petere à debitore id quod ille debet, ita vt ille debitor nihil poſſit opponere de parte alterius creditoris. *l. y. ff. de duob. reis. l. ſi vnus. in princ. ff. de pactis.* & ibid. Iaſ. & neque hoc correctum eſt in correis credendi, Bart. *in d. l. y.* & in iudicio vnus ex correis credendi poteſt agere contra debitorem. Alex. *in d. l. ſi vnus.* Idem.

8 Duo rei credendi ſi ſint ex cauſa lucroſa, & alter quidpiā exegerit, alteri illud haud communicabit. vt commune pronis Paul. *in l. Titio, aut Seio. poſt princip. ff. de leg. lib. y.* qua in re inſigniter hallucinatur Mant. *in l. frater à fratre, nu. 196. ff. de condict. indeb.* Suarez.

9 Si ſint duo debitores, & teſtator mandat vni eorū iura cedi hæres ceden. videtur ceſſionarium liberare. text. eſt no. & ibi Bal *in l. qui duos. ff. de leg. y.* Vezinus.

10 Si duo ſint correi debēdi, & renūciauerint diuiſioni, tūc contra quēlibet eorū executio inſolidū fieri poterit. *auth. hoc ita. C. de duob. reis.* Rebuffus *in tracta. de literis obligatoriis. art. 2. in gloſ. 1. n. 33.* quòd ſi non renuntiarent, quilibet ſolum pro ſua parte teneretur. *d. authent. hoc ita.* & Rebuf. *in eo loco.* Idem.

11 Pactum factum cum vno ex correis debendi prodeſt aliis quando ſunt ſocij omniū bonorum, vel ſunt ſocij ſimpliciter illius debiti, pro quo facta fuit ea remiſſio: quia tunc intereſt paciſcentis ne ab aliis petatur, ex eo quod ſi alter ſolueret, ab altero peteret actione pro ſocio pro ſua rata, & recuperaret. Bar. *in l. ex duobus, in octaua quæſtione. ff. de duobus reis.* Barto. & ibi *Iaſ. num. 8. in l. ſi tibi decem. §. in his. ff. de pact.* Ballac.

12 Acceptilatio vni ex pluribus correis expreſſim ſingulariter indulta aliis correis nec oberit, nec proderit, vt magis frequenter placitum affirmat elegantis doctrinæ, atque eruditionis vir egregius, & mihi multis nominib. obſeruandus Io. Ronchengallus *in l. y. n. 11. ff. de duob. reis.* Suarez.

13 Diuiſio non inducitur ex petitione, & ſolutione partis debiti ab vno ex correis debendi receptæ. non expreſſo quod petebatur, & ſoluebatur pro virili. Balbus *deciſio. 789.* cōmunem dicit. Villalob. & Vezin.

14 Pater & filius cōfitentes in eodem inſtrumēto recepiſſe dotem, vnuſquiſque tunc tenetur pro dimidia, & ſic ad quemlibet pro dimidia iſtā dotem intelligitur perueniſſe, & quilibet ipſorum pro rata tenetur, ſecundū Dyn. Bartol. Bal. *Imo.* & Alexand. *in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeniſsime. ff ſolu. matrim.* Bald. *in princip.* & Imol. *in l. ſi conſtante. eod. tit.* Rom. Imol. & Alex. *in l. reos. §. cum in tabulis. per text. ibi. ff. de duobus reis.* & iſtorum opinionem meminit eſſe communē idē Alex. *in add. ad Bartol. in l. duobus. §. 1. eod. tit.* & approbat, & communē inquit quoque Boër. *deciſ. 23. nu. 10.* & ſequitur Ruinus *conſil. 57. n. 17. poſt mediū, vol. 2.* & ita ſuperiorib. annis iudicari vidimus in facti contingentia me patrocinante in curia noſtra Aquilana per D. Iulium Furniū tūc iudicē ipſius curiæ, ad fauorem magnifici Ioan. Marini de Don Lupo mei cliētis, contra Antoniū Franciſcū eius filiū in cauſa tūc inter eos vertente. Sed vbicunque maritus & vxor confiterentur habuiſſe pretiū rei dotalis vēditę, tunc totum pretiū ad manus ipſius mariti perueniſſe pręſumeretur, vt per Bald. *in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleian.* Baldus nouellū *in tract. de dote, in ſeptima parte, priuilegio primo.* & Crau. *conſ. 91. n. 11. 10* quibus quidem locis iſtam opinionem communem eſſe perhibent. F. Viuius *opin. 595.*

15 Si pater & filius inſimul rem vendūt, vel ſi inſimul in inſtrumento fateantur ſe pecuniam recepiſſe, præſumendū erit pro media parte ad vtrūque pecuniam perueniſſe. *§. cum in tabulis. l. reos. ff. de duob. reis.* hanc communem opinionem aſſerit eſſe Boër. *dec. 23. n. 20.* niſi aliter probetur totam pecuniam ad gubernatorem perueniſſe. Franc. Curt. *conſi 54.* vt quia pater omnia regebat, aut filius. Boer. *in 22 deciſione. n. 10.* Vezinus.

16 Creditor agens contra vnum ex correis debendi inſolidum, & qui inter ſe habent beneficium diuiſionis, & partem debiti recepit ab vno eorum: nō prohibetur propterea agere contra alium correum pro eo quod nō recepit, etiam primo contra quem egerat non diſcuſſo, etiam eo non reperto non ſoluendo. *l. ſi ex toto §. 1. ff. de leg. j. & l. fina. C. de fideiu.* & Paul. de Caſt. *conſil. 391. 1. part* & quando ſunt duo correi credendi, vnus ex illis habet actionem inſolidum contra quemlibet ex correis. Angel. *in princip. de duobus reis in Inſtit.* Idem.

17 Rei duo debendi hodie inſolidum non obligantur, ſed pro parte conueniuntur, niſi renunciauerint beneficio diuidendarum actionum. *auth. hoc ita.* & ibi gl. *C. de duobus reis.* Vezinus.

De fideiuſſoribus.

TITVLVS XXV.

Satiſdationem cum fideiuſſore ſi lex exegerit, neceſſariò debēt interuenire fideiuſſores, aliàs enim nō cenſetur ſatiſdatum. *l. j. ff. qui ſatiſda. cogan.* eſt enim communis opin. doct. quòd ſi lex in ſatiſdatione exigat fideiuſſores, & tunc non ſuppleatur datis pignorib. vel facta depoſitione auri vel argenti. *auth. offeratur, de litis conteſt.* Sin lex exigit ſimpliciter ſatiſdationē, & tunc fideiuſſores nō requirantur neceſſariò: ita tenet gloſ. communiter approbata *in l. prætoriæ ſtipulationes. vlt. ff. de prætor. ſtipul. & l. j. ff. qui ſatiſ. cog.* vbi ita concludunt Alex. Soc. & Iaſ. poſt alios ibi referentes. ita communiter teneri Syluaſt. Aldobrand. *in §. 1 nu 22. & 11. Inſtit. de ſatiſda. tuto. vel curat.* licet ei communis opin. non ſatisfaciat. Kirchouius.

2 Obligatus ſatiſdare, ſatisfecit dando fideiuſſorem, aut pignora. Hieron. Cagn. *in l. plus cautionis de reg. iur ff.* com. dic. Vill. & Vezin.

3 Obligatus tamen ad dandum fideiuſſorem, non liberatur dando pignus. idem *ibi num. 4.* communem dicit. Villal.

4 Fideiuſſorem dare obligatus, ſi locuples manifeſtè ſit, ſatisfaciet ſuorum bonorum obligatione. vt commune placitū eſſe cōſtat ex Soc. & Iaſ. *in l. j. ff. qui ſatiſd. cog.* Dec. *in l. plus cautionis. in fin. ff. de reg. iur.* Fel. *in cap. ad noſtram. num. 10. de iureiur. & in cap. ad hæc. de ſent. excom.* Hipp. *in rub. num. 178. ff. de fideiuſ.* Palat. Ru. *in repet. Rub. §. 38. nume. 1. de don. inter vir. & vxor.* Contra quos & ius & bonum atque æquum eſſe alibi oſtendo. Sed & is qui fideiuſſorē dare promiſit, ſi pignora præſtet, promiſſioni ſatisfaciet, vt receptum affirmat Dec. *in d. l. plus cautionis. n. 3. ex gloſ. vlt. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog.* quā ita inibi, quamuis perperam, doctores communiter poſt Barto. intelligunt, ac ſequuntur. Eritq; hæc opinio à fortiori iiſdem authoribus recepta, quib⁹ ſuperior. Sed & ſuperior, vt dixi, falſa eſt, atque id ita eſſe efficaciter oſtendunt Alex. & Aret. *in l. diuortio. §. interdum ff. ſol. matr.* Arat. rurſum *in l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. §. vlt. ff. de verb. obligat* Et hæc vltima opinio falſa etiam eſt, & compluribus improbata. nam contra eam tenaciter contendunt Alex. *nu. 6.* Iaſ. *num. 12. d. l. j. ff. qui ſatiſd. cog.* Rip. *in rubr. nume 8. ff. de pign.* idem Rip. *nume. 22.* Ala *num. 10.*

in l. a

in l.ij §.mutui datio.ff.ſi cert pet Cignol.in d.l.plus cautionis.nu. 7.& Neguz.de pig.5 par.prin.n.6. qui, vt dixi,à fortiori primã quoque opinionem de propriæ facultatis obligatione reiiciant,& confutent,neceſſe eſt. E.Suarez.

5 Fideiuſſorẽ ſemel promiſſũ creditor dimittere, atq; aliũ æquè idoneũ accipere cogi poteſt. cõmune aiũt Hippol.de fideiuſ.n.213.Ant. Gomez.de cõtract.c.13.n.2. Arius Pinel.in l.ij. part.ij.c.1.n.23.C.de reſcin.ven.At ſi nõ ſolùm promiſſus,ſed & datus iam ſit,illum liberare creditor non cogetur, & ſi alius fideiuſſor magis idoneus offeratur.commune renuncio ex ſuperius laudatis,& ex Iaſ.in l.ij.n.ij.ff.ſol.mat.& in l.ſi domus.§.ſi fundum.n.31.ff.de leg.lib.1.& in l.debitorum.num.5.C.de pact. vbi etiam Alc.ac Math.de Afflict.lib.3.conſti.rub.15.nu.5. Cagn.in l.plus cautionis.n.57.ff.de reg.iur. Idem.

6 Fideiuſſorẽ qui dare vel promiſit,vel tenetur,non poteſt cum alio in loco,nec aliis ex hominibus dare, quàm vbi contraxit,vel promiſit,atque ex eiuſdemmet loci hominibus, vt commune ponunt Alex.n.3. Iaſ.nu.2.& n.8.in l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria.ff qui ſatiſd.cog.Hipp.in rub.n.307.cum ſequentibus.ff. de fideiuſſor.Afflict.in 1.part.conſtit.regni.rub.10.n.6.& qui eum refert Iul.Cla.in pract.§.vlt.q.46.ver.pene quod. Idem.

7 Cautio,cũ eſt præſtãda de cõſilio ſapiẽtis ſimpliciter, nõ adiecto quòd præſtetur idonea,vel ſufficiẽs, vel ſimilis, non tenetur præſtare fideiuſſorẽ,aut pignus,nec ſapiẽs hoc poteſt declarare.Iaſ.in d.l.ſancimus.n.4.C.de verb.ſign.com.dic. Vill.

8 Satiſdatio. Poſſidere immobilia non releuat à ſatiſdatione de iudicio ſiſti,ſi perſona ſit de fuga ſuſpecta, ſec. Bald. & Ang.in l.Iulianus.ff.qui ſatiſd.cog.& l.ſciendum.e.tit. ex quo limitatur d.l.ſciendum. Balb.deciſ.577.

9 Fideiuſſionẽ,cautionẽ, ſeu ſatiſdationẽ dare nõ tenetur, qui eſt manifeſtè idoneus facultatibus, etiam ex diſpoſitione iuris cõmunis,& municipalis,quando nulla veriſimilis cauſa ſuſpicionis ſubeſt, ſed ſibi remittenda eſt ſatiſdatio hæc, & obligatur, ac tenetur dũtaxat nomine proprio abſque fideiuſſorib.cũ generali hypotheca omniũ bonorũ ſuorũ, ſecũdùm Bart.& Io.de Plat in l.quicunque, la 2.C.de fund.patrim. lib.11. & Bar.in l priuatæ.C.de metaleg.lib.x. Rom. conſi. 67. viſo themate prænarrato.Pau.Caſtr.& Iaſ.n.16.& ſeq.in l.j. ff.qui ſatiſd. cog.& Alex.conſ.179.viſo & opportunè diſcuſſo proceſſu.vol.2.& licet Alex.ipſe titubãter in d.l.j.& in l.diuortio. §.interdũ.ff.ſolu. matr.aſſeueret cõtrariũ,tamẽ opin.Bart. & ſequaciũ quicquid fruſtrà ſuadeat Alex.eſt cõmunis,ſecũdum Iaſ.in d.l.j.n. 20.& ita obſeruat conſuetudo,teſte Ang.in d.l.prætoria. & ſequitur Marſ.in rub.ff de fideiuſſor.nu.170.in quibus quidem locis, tam Bart. quàm alij poſt eũ tradiderũt ſuper hoc cõgruum exemplum,videlic.quòd ſi ex forma ſtatuti officialis teneatur ante officij ſui ingreſſum ſatiſdare:tũc certè,& abſq. dubio aliquo ſi ipſe idoneus fore crederetur, ſtaretur ei ſoli cum generali obligatione bonorũ ſuorũ. in regno verò Neap. practica,& ſtylus obſeruat cõtrariũ,& officiales omnes in officij principio,& ante ipſius adminiſtrationẽ omni facultate,diuitiis, & idoneitate remotis,ac reiectis,& excluſit,pręſtant neceſſariò idoneã cautionẽ ante ſuſceptã officij tutelã de parẽdo ſyndicatui finito eorum officio. imò officiales ipſi iurare debẽt in præſentia decẽ teſtiũ,ſecundũ formã traditã in c. regni exordiẽte:itẽ recipiãt ſacramentum in forma ſubſcripta,aliàs non præſtita cautione prædicta in camera ſummariè,& iuramẽto corã vno ex regẽtib.regiã cancellariam, nõ poſſunt officium exercere,ſub pœna vſurpatæ iuriſdictionis principis poſita, in d.c.itẽ recipiãt: & tam cautio quàm etiam iuramẽtum hoc in cõmiſſione officialiũ ſpecialiter exprimenda ſunt ob diſpoſitionẽ,d.c.itẽ.in fi.& verba.d.c. refert Afflict. in cõſtit.baiulo locorum,vbi pulchrè loquitur. F.Viuius opin.298.

10 Nota iſtam communem ad intel.l.ij.tit.3.lib.ij.For.ll.vbi diſponitur,quòd ſi debitor in iudicio vocatus,nõ ſit idoneus in facultatib.quòd debet præſtare fideiuſſorẽ, alias iudex debet ponere illum in carcere.& ſic ex iſta communi & l.colligitur quod non ſatiſfacit dando pignora,quod etiam facit ad intel.l.j.tit.5.lib.2 For.ll.quæ loquitur de petenti ferias,& ad intel.l.16.tit.13.par.5 & l.33.tit.18.par.3.& l.7.tit.18.lib.3.For.ll.ſed tamen de iure regio ſatisfacit dando pignora, ſi nõ habet fideiuſſorem,per l.7.tit.8.lib.2.For.ll.approbata opin. Bart.in l. prætoria.de præt.ſtipul.ff.de qua per Suar.in d.l.2.tit.3.lib.2. For. ll.nu.10. Et not.quòd iſte fideiuſſor qui præſtandus eſt ad hoc quòd reus liberetur à carceribus,ſufficit quòd ſit ſatiſdatio facici,& ſic has ll.intelligit dictus Suarez.n.4.in fin.& dicit non obſtare.d.l & ſi obſeruatur. Villal.

11 Prorogatio termini ad ſoluẽdũ facta per creditorẽ principali debitori nõ liberat fideiuſſorẽ:ſecundũ vnã Scrib.opin. per text.in l.ſi cum dies.ff.de arb.in princ. & in leg.ſi vnus. §.ſi cum reo.ff.de pact.& ibi Bald.& in l.ſed ſi manente. ff. de prec. & in l.fi.C.de vſur.rei iud.in quib. iuribus videtur per nouationẽ factã,ſeu alterationẽ de obligatione inter creditorẽ & debitorẽ nõ liberari fideiuſſorẽ.& ſentẽtiæ huic accedit etiam cũ aliis aggregatis per eum Ant.Gabr.in ſuis conclu.lib.3.in tit.de fideiuſ.concl.3. vbi ad lucem adducit illam magis cõmunẽ eſſe.

¶ cõtraria verò doct.ſentẽtia, cũ quadam tamẽ fœderis diſtinctione receptior,& communior eſt,quæ ſe habet,quòd ſi principalis creditor cum eius debitore aliquo modo alterat obligationẽ, vel mutat pretiũ, pro qua interceſſit fideiuſſor ſine nouo cõſenſu ipſius fideiuſſoris, eo caſu dictus fideiuſſor liberatus intelligitur:ea ratione. Nãquoties res ipſa alteratur,vel pretiũ mutatur:tũc nouus videtur cõtractus.tex.eſt in l. pacta conuẽta.§.Paulus.ff de contr.empt.& in l.aliã.ff.de nouat & in l.Labeo,la 2 ff.de arb. & in l.item quæritur.§.qui impleto.ff. locati.& in l ſi cũ Hermes,& ibi Scrib.C.eod. Sal.in l.ſtipulatus.n. 1.ff.de ver.oblig.Spec.in tit.de fideiuſ §.1.v illud autem,& ibi Io. And.& Bald.in add.Alex.conſ.78.lib 6 n.4 cũ ſeq. & conſ 66.n. 7.lib.7. in quib. locis firmat com.eſſe opin. quod ſi fideiuſſor intercedit pro aliquo cũ certo limitato termino, quo prorogato fideiuſſor ipſe eſt liberatus: ſecus ſi ſine præfinitione tẽporis eſſet obligatus,& ſic ſimpliciter fideiuſſiſſet.Et in idem recidũt ea,quæ cõgerũt Can.in c.conſtitutus,ext.de fideiuſ.& communiter Legiſt.in l.nouationem.C.eod. & in l.Titius ff.de excuſ. tut.& in l.Valerianus ff.de præt ſtip. Fulg.conſ.130. vbi art. poſt lõgam ad vtramq; partem diſceptationẽ optimè tract. Guid. Pap dec.117.Tiraq.latiſſ.in tract.de vtroq.retractu. de retr.conuent.§.j.glo.7.n.34.cũ ſeq.& in ea.opi.fuit Dec.conſ.107.in cauſa,quæ nomine hæredũ ſub n.j.& Gram.conſ.crim 66.n.61.& Recẽtiores in l.j. C.de ſud. & Curt.iun.in prealleg.l.ſi vnus. §.ſi cũ reo teſtatur de communi:& dicit ita Veronæ fuiſſe cõſultũ, & iudicatũ.Hippol.in rubr ff.de fideiuſ.nu. 89. & in plurib.locis ibi de d.cõmuni teſtatur.& Afflict.dec.130.nõ obſtãte iuramento, quod ſemper intelligitur rebus ſic ſtantibus, in eodem ſtatu permanentibus,& nihilo de nouo ſuperueniẽte: prout voluit Oldr.conſ.241.Dec.& Scrib.in rubr.C.qui admit.Hip.in d rubr. n.151.Guid.Pap.deciſ.274.Alc in tract de præſumpt.præſ.17.reg. 2.Tiraq.in tract.cauſ.ceſſ.v.promiſſionis cauſa.num.218.Et ita in cauſa commiſſa,& delegata Excellenti D.Paſchali Turcanico conterraneo meo ſuperioribus annis per D.Baronem Terræ Nauellorum, tũc inibi vertente inter Magnificum Federicũ de Federicis Florentinum, & Angelum eiuſdem terræ, poſt magnũ certamen inter Doctores vtriuſque partis occurſum iudicauit per prædicta religioſè more ſuo idem D.Iudex.

Et hoc an eſſe non etiã Alex.in l.ſi vnus.§.j ff.de pact.pro caſtellanis datibus,pręſtantibúſq; fideiuſſores de cuſtodiẽda arce vſq. ad certũ tempus.Quòd tamen explanat,explicátque procedere,niſi caſtellani promiſiſſent non ſolũ cuſtodire,verùm etiã caſtrũ ſaluũ reddere principali:vt per Iaſ.ſub n.8. & alios Modern.omnes in l.lella ff.ſi cert.per. Viuius opin.673.

12 Fideiuſſor conueniri non poteſt, niſi prius facta excuſſione principalis debitoris,auth.præſente,C.de fideiuſ.

Et hoc eatenus procederet, quòd ſi debitor ipſe eſſet effectus notoriè nõ ſoluendo,& ſic extitiſſet cõdemnatus pro delicto,eiúſq. bona omnia fuiſſent fiſco applicata,tunc excuſſio bonorũ debitoris nõ foret neceſſaria, ſed cõtra fiſcũ vtiq. requireretur huiuſmodi diſcuſſio; dato quòd fiſcus teneretur ſoluere debitum dicti debitoris condemnati,vt voluerunt gl, & Bal.in l.ſententiam.C.de fideiuſ Bal. etiam conſ. 192. proponitur in 3 dubio.vol.j.Fulg.Caſtr.Roma.Iaſ.n. 10. & Dec.in l.fin. ff.ſi cert per.Cremen.in ſingul.44 an fideiuſſor, Roma.ſing.641. Scis quòd hodie requiritur, vbi refert,quod ita obtinuit, & ita conſuluit idem Roma. conſ.93 per totum.& eandem opin.ſequitur Neguſ.in tract.de pignor.in 8.par.j.membri.ſub nu.15.vbi oſtendit iſtam eſſe communem contra aſſert.in d.l.fin. & Abb. conſ.29.col.2.vol.2.contrarium ſentientes.

Sed regula prædicta in principio poſita ita, & taliter interpretata non procederet, quando principalis debitor notoriè nõ eſſet ſoluendo, tunc quippe excuſſio non foret neceſſaria, & poſſet deueniri,ac procedi contra fideiuſſorem, ante principalem ipſum excuſſum,ſecundùm Gloſ. Bart. Alex.Iaſ.n.10. & reliquos in d l.fi.vbi Iaſ.d.n.10.perhibet iſtam eſſe com.opi.

Et eã ſequitur Neguſ. in d. j. mẽbre. 8. part. ſub n. 24. vbi docet quib. mod. dicatur quis notoriè nõ ſoluẽdo. Viuius opin. 286.

13 Fideiuſſor intercedens, obligánſq; ſe ſimpliciter pro reo obligato ad ſoluendum infra certum tempus, etiã ſacta prorogatione inter partes principales tenetur, non obſtãte prorogatione termini facta in ipſo cõpromiſſo ſimiliter, ſecũdũ Bar. poſt Iac. de Arena, & Dyn. in l. Lucius, la 2. §. Paulus. ff. de adminiſtrat. tute. Gloſ. Bald. & Salyc. in l. ſi cùm Hermes. C. locat. Hoſt. Anchar. Imo. Boic. Panor. & alios omnes in c. conſtitutus. de fideiuſ. Bald. conſ. 31. col. fi. vol. j. Dec. conſ. 93. Pariſ. conſ. 41. vol. j. & Iaſ. n. 9. Dec. Curt. col. 2. & ſeq. Cæterique Modern. in l. lecta. ff. ſi cert. pet. vbi perhibent iſtorum opin. communem eſſe, & Franc. Marci etiam deciſ. 539. nu. 5. 9. & ſeq. & Iac. Philip. ſeu potius Antonium Gabriel. cum aliis relatis per eum in cõcluſionib. ſuis lib. 3. concluſ. 14. vbi ſequitur opin. iſtam, dicit magis communem magiſque veram, refert alios contrariæ ſententiæ, & limitat in 4. caſibus, & ſequitur quoque Marcus Antonius Blancus, aitque communem in tracta. de compromiſſis. q. 7. n. 17. vbi loquitur de fideiuſſore dato de ſoluẽdo in compromiſſo, quòd remaneat obligatus, & dicemus etiam infrà in proxima ſequenti opinione. Viuius opin. 290.

14 Fideiuſſor nõ poteſt ſe obligare in plus, quàm obligatus reperiatur reus principalis, & ſic obligatio ipſius fideiuſſoris, pro qua in plus obligatus appareat, quàm principalis nõ valet, nec tenet: & fideiuſſor in huiuſmodi caſu non obligatur, nec tenetur, ſecundùm Scribentes omnes in §. fideiuſſores. Inſtit. de fideiuſ. Gloſ. Bart. n. 2. & reliquos in l. Græcè. §. illud, per illum tex. ff. de fideiuſſoribus. Hoſtien. & Abb. col. 4. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Marcum Aur. Baueriam in tract. de virtute iuramenti in princip. Alex. in l. j. §. ſi ſtipulanti. col. j. ff. de verbo. oblig. & Marſil. in repet. rubr. nu. 342. cum aliis ſeq. ff. de fideiuſſ. vbi ponit hoc pro regula cum multis limitationibus, & vtilibus declarationibus, & comm. opin. dicit Bart. in d. §. illud, Bellonus etiam in d. §. fideiuſſores, n. 3. & Marcellus Berincutius Senẽſis in d. l. j. §. ſi ſtipulanti, vel §. ſi quis ita. col. 6. in fin. licèt iſti Modern. in memoratis locis ruditer quærant ſuſtinere contrarium.

Et quamuis efficacius ipſe fideiuſſor obligari poſſit, ſecundum aliquos ex memoratis Doctu. & Soc. iunio. latiſſimè in d. rub. ff. de verb. oblig. n. 362. cum aliis multis ſeq.

Tamen ſi iuramentum interuenerit in huiuſmodi fideiuſſione: & ſic ſi ipſe fideiuſſor ſcienter cum iuramento promiſiſſet maiorem quantitatem, quàm à debitore promiſſa, aut debita fuiſſet, tũc fideiuſſor teneretur vti principalis ratione iuramenti: non tantùm ad quantitatem per principalem promiſſam, ſed ad id etiam, quod vltra ea ſcienter ipſe promiſerat, ſecund. Bar. in l. hi qui. ff. de fideiuſſo. Rom. in l. j. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. Abb. & omnes communiter, præſertimq; Alciat. n. 273. in c. cum contingat. de iureiur. Alex. conſ. 31. volum. 4. & Ang. in l. his qui acceſſiones. ff. de fideiuſſo. Marcum Anton. Baueriam in d. tract. de virtute iuramenti in princ. & Marſi. cum cæteris ſignatis per eum in d. rubr. ff. de fideiuſſ. ſub nu. 342. & Natta conſ. 453. placet concluſio reddita, nu. 15. vol. 2. & iſta eſt communis opin. vt ſupra docuimus. Viuius opin. 288.

15 Fideiuſſor euictionis, ſeu pro euictione petere nequit ſe liberari, eximique à fideiuſſione, licèt diu ſteterit in promiſſione, niſi re euicta: & conſequenter fideiuſſor, qui diu ſtetit in promiſſione de euictione, priuſquàm euenerit caſus, non diceretur ſtetiſſe in obligatione, ideò petere non poſſet liberationem, ſecundùm Cyn. Bald. Salyc. & cæteros omnes in l. ſi pro ea. C. mand. vbi ipſe Salyc. n. 5. adiicit iſtam eſſe communẽ opin. cui inhærent etiam Bart. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec. in l. facere poſſeſ. ff. ſolut. matrim. Bald. Caſtr. Alex. Iaſ. & Dec. in l. ſi pater. C. de collat. vbi etiam ita firmabat infinitis rationibus more ſuo Illuſtriſs. Dominus Raynaldus Rodulphus Peruſinus præceptor meus, dum ipſum audiebam interpretantem d. l. ſi pater in gymnaſio Peruſino: & hoc idẽ tenet Afflict. deciſ. 241. quidam Notarius Iacobus, n. 45. & ſeq. & Vrſillus ibi in additio, vbi ſub n. 4.

¶ Sed hoc non procederet vbicunque fideiuſſor diu ſteriſſet in obligatione, tunc enim in aliquibus vtiliſſimis caſibus narratis per Afflict. & Vrſillum vbi ſuprà, poſſet petere ſe ab obligatione liberari, vbi Vrſillus adiicit etiam hoc eſſe arbitrarium. Viuius opin. 287.

16 Obligatus ad nudam cautionem tenetur promittere ſub pœna. voluit gloſ. licet. ſub verbo fortè, in l. ij. §. ſed & ſi dubitetur. ff. de ind. & in l. 3. §. quamuis. ſub eodem verbo fortè, in verſic. quibus, in fin. ff. ſi cui pluſquam. per l. Fal. & in l. 3. §. fin. ff. de alien. iud. mutan. cauſa fac. ſequitur Imol. in l. ſi prius. ff. de oper. no. nũt. idem Imo. & Caſtr. in l. diuortio. §. interdum. ff. ſol. matri. Bart. tamen quem alij in l. fin. per not. per gloſ. ibi, ff. de prætor. ſtip. ſecuti ſunt, & in l. ij. §. fin. ff. qui ſat. cog. fuit contrariæ ſententiæ, concludens, id in iudicis arbitrio reſidere, an cum pœna, vel ſine pœna debeat cauere, quem quatuor in caſibus, quòd pœna inferatur, arbitrari debere ait: quorum primus eſt, ſi interponitur ſuper re inæſtimabili, per tex. l. procurator ad exhibendum. ff. rem rat. hab. in §. fina. Secundus eſt, quando ſufficit nuda cautio ſine fideiuſſore, per dictam gloſ. in præalleg. l. 3. §. quamuis. ff. ſi cui pluſquam per l. Falc. Tertius, quando hæc ſtipulatio interponitur ad purgandum, vel ad euadendum aliquã pœnam, vel obligationem, in quam ceciderat: tunc enim æquum eſt, quòd certa pœna promittatur & magna, ita ex gloſſ. in d. l. 3. ad fin. de alien. iud. mu. cau. fac. Quartus, & vltimus caſus eſt, quãdo conſuetudine hoc inductum eſſet, quòd cautio cum pœna interponeretur, per tex. in l. quòd ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de ædil. edict. l. ſi pignore. ff. de pign. actio. in fi. & l. ſi prius. §. 1. ff. de aq. plu. arcen. quos caſus Bal. quoque excipit & enumerat in l. 3. in princ. ff. de cond. cau. dat. in l. ſancimus. C. de verb. ſign. in l. vniuerſa. C. de precib. Imper. offer. & in l. executorem. C. de exec. rei iud. vbi quòd non debet cum pœna caueri, niſi conſuetudo eo in loco vigeat de ipſa pœna adiicienda. Hanc eandem concluſionem tenet Alex. tanquam comm. in d. l. diuortio. §. interdum. ſol. matrim. & ibi per eum poſt Imol. & Paul. de Caſtr. habes quòd qui ad nudam cautionem tenetur, ſub hypotheca promittere debet, cùm hoc ſibi facile ſit, l. ſi filio in fin. ff. vt leg. no. caue. idem concludit ipſe Barto. in d. l. ſi prius. ff. de oper. no. nun. & in locis aliis per ipſum Alexan. in d. §. interdum. relatis, vbi etiam habes, quòd vbi quis idoneæ cauere tenetur, non ſufficit cauere ſub hypotheca, ſed cũ fideiuſſore, vel pignore cautio eſt præſtanda, quia dicta cautio cùm hypotheca dicitur mediocris, non autem idonea, & licèt glo. in l. ſi mandato Titij. in glo. parua, in §. fin. ff. mand. contrarium voluit, illam tamen Alex. d. §. interdum. tanquam malè locutam reprobat. Limitatur autem quod dictum eſt de fideiuſſore, non procedere, neque locum habere, quando talis à quo dicta cautio exigitur, eſſet multum diues & idoneus: quia tunc ſufficit nuda cautio cum hypotheca, per tex. in l. ſi ſtipulatus ſum Stichum. ff. de verb. oblig. ita inquiunt Ang. & Imol. in l. prætoria. la 3. ff. de præto. ſtipul. refert & ſequi. idem Alex. præall. §. interdum. & quid quãdo lex diſponit, quod quis plenè, & quando quòd competenter, vel rectè caueat, ſiue etiam dicat caueat, vel ſatiſdet, ibidẽ per ipſum Alex. poſt præſcriptos ante eum ſcrib. explicatũ, & declaratum habebis. F. Turzan.

17 Promittens indemnitatẽ alicui creditori tenetur quemadmodum fideiuſſor. Bald. in l. ſi pro ea. C. man. v. 12. n. 13. & ille qui promittit indemnitatẽ, & ſic aliquẽ indemnẽ cõſeruare, nõ tamẽ poterit cõueniri ante principalẽ, & quẽ oportet excuſſum eſſe. Bar. in l. j. de conuen. fiſci debito. lib. x. C. Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuerim. §. j. ff. de verb. oblig. n. 3. & promittens alicui pro tali, habetur vt fideiuſſor. Alex. conſ. 159. vol ij. Idem.

18 Obligatus ſoluere, auditur volẽs de ſoluẽdo ſatiſdare, ex magna tamẽ & idonea cauſa, inſpecta qualitate rei & perſonæ, etiã ſi eſſet cõdemnatus: putà ſi rationes ad quas reddẽdũ eſt cõdemnatus, ſint intricatæ, nec liquidatæ, aut parcellæ ſolutorũ & inde datorũ nondũ forẽt liquidatæ, ſecundũ glo. fin. in fin. Angel. & Nicel. in l. 4. §. ait prætor. ff. de re iudic. vbi Ang. ponit cautelam, quam tunc ſeruare debet condemnatus. facit l. ſi reſiduum. C. de diſtra. pign. Bald. deciſ. 438.

19 Obligatus à lege vel ſtatuto ad dandum fideiuſſorem, ſi eum non reperit, loco fideiuſſionis ſubrogatur cautio iuratoria per eum præſtanda. ita gloſ. & doct. in l. j. ff. qui ſatiſd. cog. in auth. generaliter. C. de epiſc. & cler. Hipp. de Marſ. in rep. rub. ff. de fideiuſ. nu. 193. v. quæro. 22. aliquis obligatur ex forma legis vel ſtatuti. vbi ipſe hanc ſenten. com. n. 194. appellat, additque limitationes. Et hanc com. concluſ. eſſe meminit quoque Rolan. à Valle, in conſ. 43. n. 21. in 2. tom. Kirchouius.

20 Pro debito ciuili quis non debet in carcerem detrudi, & minus detineri, cũ illius bona ſunt ſoluẽdo. gl. in l. 3. §. tutores. de ſuſpect. tuto. Ang. in l. nemo carcerẽ, de exact. trib. lib. x. C. Rõ. conſ. 320. Quinimò & quod magis eſt, ad carcerationem cõtra debitorẽ nõ poteſt perueniri, niſi prius facta executione ſuper bonis ipſius debitoris, & patrimonio fideiuſſoris. Roma. in l. filio ij. n. 17. ff. ſol. matrim. Hippol. de Marſil. ſing. 3. Bellac.

22 Creditor

21 Creditor qui ſemel verum in fideiuſſorē accepit à ſuo debitore, inuit° nō pōt cogi alterū fideiuſſorē accipere, & neque fideiuſſor extrahi poterit ab ipſa obligatione inuito eo creditore cui iā fideiuſſit. ita Bal. *in l. ſi pater. C. de collation.* Bellac.

22 Excuſator comparens, vt tantum excuſet abſentiam rei, non tenetur fideiubere, vel ſatiſdare: ſecus ſi etiam deſenſionem ſuſciperet, vt eſt communis opin. Clar. *in pract. fina. q. 33 verſic. quaro nunquid.* Bonacoſſ.

23 Cautio de nō offēdēdo, regulariter omnib' dari debet, vbi cauſa aliqua ſubeſt, & fideiuſſoribus muniri, & ad tantū tēpus durare dicitur, quantū iudicis arbitriū fuerit, vt latiſſimè cōmunia ait Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 49. per totam.* E. Suarez.

24 Cautioni de non offendendo cum pœnæ adiectione nō ſit locus, cùm is ex noua cauſa, ac noua rixa offenditur, vt nec etiā locus erit, cùm vter prius offenderit, haud liquet. cōmunem atteſtatur Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 46. verſi. quaro nunc. & verſi. ſeq.* E. Suarez.

25 Cautio an intelligatur cum fideiuſſore, gloſ. *in l. ſi mandato. §. fin. ff. mand. in l. pratoria. in fi. ff. de prat. ſtipul & in. in auth. cui relictum. col. 3. C. de indict. vidnit. tolicnd.* Alex. *in l. 3. ff. qui ſatiſd. cog.* Old. *conſ. 62.* Et quādo ſufficiat promiſſio cum generali hypotheca bonorum, vide Bart. *in l. quicumque. la 2. C. de fund. patrim. lib. xj.* Et quæ intelligatur cautio idonea. vide Bart. *in d. l. ſi mandato. §. fin ff. mand.* Idem.

26 Cautio de non offendendo præſtanda eſt, etiam ſi pars petens cauſam dederit inimicitiæ. Communem dicit Ripa. *in rubr. de iud. num. 14. verſi. pramiſſa.* Ant. Gomeſ. *cap. 12. delictorum. n. 14.* Clar. *d. §. fin. q. 47. verſ. ſed pone quod.* P. Fich.

27 Cautio de non offendendo durat 30. diebus tantū. ita cōmunem dicit Alberic. *in l. illicitas. §. ne potentiores. ff. de offic. praſid. nu. 4.* Alij verò dicunt, quod tempus hoc relinquatur arbitrio iudicis, & hanc communem eſſe dicit Ripa *in rub. de damn. infect. num. 23.* quem refert Plaza. *cap. 7. lib. j. delict. num. 4.* Clar. *d. q. 47.* vbi addit ab hac poſteriore opinione non eſſe in præctica recedendum. P. Fich. & Bonac.

28 Cautione de non offendēdo præſtita, ſi non ſeruetur, tūc pars prior læſa pōt non ſeruantē cautionem impunè offendere. Cōmunē dicit Alex. *in l. cum proponas. n. 6 C. de pact.* & Alex. *conſ. 115. n. 7. lib. 4.* Dec. *conſil. 380. n. 3* Pariſ. *conſil. 164. nu. 23. lib. 4.* Claud. *in d. l. cum proponas, n. 6.* Cephalus. *conſ. 55. n. 27. li. 1.* & hoc etiam ſi appoſita ſit clauſula, quod pœna toties committatur quoties contra factū ſit, & hanc cōmunem atteſt. Alex. *in d. conſil. 115. nu. 8.* Petrus Bellus *de re militari, nu. 52.* Clar. *d. q. 47. verſic. ſed quoniam.* P. Fich. & Bonac.

29 Cautio ſeu promiſſio facta de nō offendendo, ſub aliqua pœna, ſi poſtea ex noua rixa ſuperueniente vnus eorum alterū offendat, non dicetur pœna commiſſa. Communem dicit Corn. *in conſ. 42. in litera B.* Alex. *in l. qui inſulā. n. 4. de ver. obli.* Pariſ. *cōſ. 165. n. 26. lib. 4.* refert Trig. *in pract. crim. c. 14. n. 6. in fi.* Soc. iun. *conſ. 103. n. 7. lib. 3.* Bald. *in c. 1. in princ. n. 2. de pace tenen.* Ita quoque conſuluit Rom. *conſ. 258.* Mantua. *conſ. 169. lib. j.* Intellige tamen quando appareret de noua cauſa veriſimili, & quando ille qui offendit, non dedit occaſionem cauſæ vel rixæ nouæ. Clar. *d. §. fin. q. 48. verſ. quæra nūc.* P. Fichard. & Bonac.

30 Cautio de non offendēdo debet præſtari à carcerato antequàm relaxetur. comm. eſt opin. Clar. *q. 47. ver. & in primis.* Nec iudex in hoc debet interponere eius officiū, niſi petatur, vt eſt comm. opin. Clar. *ibi. verſ. ſed nunquid.* Licèt cōtrarium ſeruetur propter ſcandala euitanda, vt ibi. Et licèt pars petēs talē cautionē ſibi præſtari, dederit cauſam inimicitiæ, tamen tenetur ille præſtare ſibi d. cautionē. commu. eſt opin. vt per Clar. *ibi verſ. ſed pone.* Et talis cautio debet præſtari idoneo fideiuſſore dato, vt eſt comm. opin. *ibi.* Clar. *verſ. ſed quaro.* Etiā quòd ille eſſet diues: ſed ſi eſſet pauper, & non haberet fideiuſſores, debet potius eiici de ciuitate. Et durat dicta cautio vſque ad tempus arbitrio iudicis taxandū, vt eſt comm. opinio. Clar. *ibi verſic. item quæra.* Bonacoſſ.

31 Fideiuſſorē dare promittēs, cenſetur ac intelligitur promiſiſſe eū in loco promiſſionis, & celebrati cōtractus, & de hominibus eiuſdem loci, ſecund. Bar. Ang. & omnes communiter, per illum text. *in l. ſi fideiuſſor. §. ſi neceſſaria ff. qui ſatiſd. cog.* vbi Alex. iſtam communem ſequitur, *num. 3.* vbi refert ſuper hoc ſe aliàs de facto conſuluiſſe, prout apparet *conſ. ſuo 37.* & opinionē hanc approbat etiam Iaſ. *in d. §. ſi neceſſaria. num. 2. 3. & 8.* & ſequitur, approbat, declarat, & dicit veriorē Marſ. *in repet. rubr. ff. de fideiuſ. nu. 307. cū alus ſeq.* F. Viuius *opin. 297.*

32 Fideiuſſorca dare promittens, certè dando pignora, etiā inuito creditore liberatur, ſecund. gloſ. Bart. & omnes, *in l. j. ff. qui ſatiſd. cog.* glo. & Bar. *in l. pratoria, la 3. ff. de prator. ſtipulat.* Cyn. Bal. & cæteros ſcribentes, *in l. 3. C. de procur.* Ioan. Andr. *in addit. Spec. in tit. de ſatiſd. §. dicto, in princ. & in tit. de pign. ſuper rubr.* & opinionē iſtorū ſequuntur, & aſſeuerant eſſe communē Alex. *nu. 6.* & Iaſ. *nu. 17. in d. l. j. ff. qui ſatiſd. cog.* Ant. Negu. de Fan. *in tract. de pign. & hypothecis, in 5. par. principali, nu. 5.* & Marſi. *in rep. rub. ff. de fideiuſſ. nu. 349 & ſeq.* quoniam melius, ac tutius eſt incumbere pignori, quam in perſonam agere, & ſic quàm habere fideiuſſorē. *l. plus cautionis. ff. de reg. iur.* & voluit Bartol. *in l. in eo. §. j. eod. tit.* & in caſu hoc debitor dans pignora creditori, ſi vellet poſtea dare fideiuſſorem, & repetere pignora ſibi permiſſum non foret, nec facere poſſet inuito creditore, ſecundum gloſ. *in §. ſuſcepto, in gl. magna, circa med. in auth. de exhib. reis.* F. Viuius *opin. 296.*

33 Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro cōfideiuſſore ad probādū q nō principaliter fideiuſſerunt, ſec. Cy. Bal. Ang. & Sal. & Iaſ. *nu. 8. in l. dictantibus. C. de teſtam.* Bart. *in l. ſi quis ita, per illū text ff. de reb. dub.* Bal *in l. fi. §. j. C. de exec. rei iudic.*: & iſta opinionē dicit eſſe cōmunē Iaſ. *in l. dictantibus, nu. 8.* Interpretatur & limitatur hoc non procedere, ſec. Sal. poſt. Bald. *in d. l. fi. §. j.* ſi creditor noluit eum, vt fideiuſſorem accipere, ſed vt principalem, certe tunc non habet beneficium diſcuſſionis, quia eſt verè correus debendi. *l. ſi non ſinguli. C. ſi cert. pet.* quē ſequitur Alex. *conſ. 87. vol. j.* licet Ang. tenuerit contra. *in §. legatarius. Inſtit. de teſtam.* F. Viuius.

34 Teſtis idoneus poteſt eſſe fideiuſſor pro principali reo, ſeu debitore ſi eſſet ſoluēdo, ſecùs ſi non eſſet ſoluendo, ſec. Spec. *in tit. de teſte. §. j. verſ. quid de fideiuſſore,* ſed Io. And. *ibi in add.* videtur tenere cōtrariū dicēs fideiuſſorē habere intereſſe ſaltē ne litibus, & ſumptib. vexetur, *l. minor viginti quinque annis. ff. de mino. & c. 2. de arb.* precipue cum fideiuſſor renūtiauit per modū, qui traditur & not. *in gl. j. c. 2. de arb.* idē videtur tenere Dyn. Ang. Imo. Paul. Caſtr. & Aret. *in l. fideiuſſor. §. fin. ff. de leg. j.* ide Ioan. And. *in addit. Spec. in tit. de iudice deleg. §. supereſt. verſ. ſed nūquid fideiuſſor.* Ang. *in l. ab executore §. alio. ff. de appel. & in l. a ſentētia in prin. per illū tex. ff. de appel.* Aut. & Fel. *in c. inſuper. de teſtib.* Ang. *cōſ. 295.* & iſta eſt com. opin. teſte Iaſ. *in l. ſi cui. §. fi. ff. de legat. j.* poſt Aret. *ibi adducētes* Bal. Flor. & Alex. interpretari, ac tenere præfata cōmunē opinionē procedere, quādo fideiuſſor renūtiaſſet beneficio excuſſionis, vel debitor principalis nō eſſet ſoluēdo, vel ſi debitor eſſet preſens & ſoluēdo, & fideiuſſor nō renūtiaſſet beneficio de fideiuſſoribus, tūc benè poſſet eſſe teſtis, & iudex: quia tūc nō poteſt haberi regreſſus cōtra fideiuſſorē, & nullū damnū aut preiudicium poteſt eſſe fideiuſſori. ita concludit Iaſ. *in d. §.* & Fel. *in d. c. inſuper,* & Caro. Ruy. *conſ. 189. nu. 21. vol. 1.* Idem.

35 Creditor in cauſa ſui debitoris poteſt eſſe teſtis, & adferre pro eo, & in eius fauorē teſtimoniū. Iaſ. *in l. ſi quis nec cauſam. nu. 14. ff. ſi cert. petat. & in l. ſi cui legetur. §. ſi Titio ff de leg. j.* Vez.

36 Fideiuſſores dare ſe nō poſſe, probabit vnuſquiſque ſuomet cum iureiurando: quod receptum inquiunt Soc. *conſ. 79. verſ. 3. confirmatur,* & qui eum laudat Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q. 46. verſ. ſed quo modo.* E. Suarez.

37 Fideiuſſores ob tēporis prorogationē abſque illorū cōſenſu à creditore indultā debitori principali nō liberātur. cōmune renūcio ex Iaſo. *in l. ſi vnus. §. j. ff. de pact. & in l. lecta. n. 9. ff. ſi cert. pet. & in l. j. §. & poſt opera ff. de non. ope. nunt. & in l. 3. C. de iudic.* atque ex Berol. *in c. de cauſis, num. 37. & ſeq. de offic. iud. deleg.* Idem.

38 Fideiuſſores inſtrumentū publicū, vel priuatum de ſolutione oſtendentes, quāuis ipſam ſolutionem reipſa planā nō faciant contra debitorem audientur, ac ſummam debiti, pro quo fideiuſſerunt, ab eo exigent. vt commune dicunt Iaſ. *in l. duob. §. j. ff. de iureiur.* Fel. *in cap. ſi cautio, de fide inſtr.* Hipp. *in rubr. num. 264 ff. de fideiuſ.* Ant. de Tremo. *in addit. ad Bon. in pract. except. in rub. quib. mod ſuo no. num 39. ver. ſub iudicib. ſecularib. verb fallit,* & Ant. Gomeſ. *de contract. cap. 13. num. 3.* Nō tamen idē erit ſi fideiuſſores in iudicium vocati iureiurando ſibi à creditorib. delato ſe liberauerunt, debitorem nō teneri ſimpliciter iurantes. vt eſt Accur. ſententia *in d. l. duob §. j. in ver. ſolutionis. ff. de iureiuran.* quæ communiter recepta eſt, vt conſtat ex Alex. *nu 3.* Iaſ. *nu. 5.* illic ex Iaſ. rurſus *in 6. itē ſi quis poſtulante nu. 8 Inſtit. de act.* quamuis Matth. de Afflict. *dec. 190. nu. 35.* dicat eam communiter improbari: cuius opin. tunc erit

admittẽde, cùm fideiuſſores ſe ſoluiſſe iurauerint, iuxta Alex. d. §. 1. n. 3. Quin prætereà fideiuſſores ſemper cõtra principalẽ debitorem agere poterunt, vbi creditor confiteetur ſibi ab illis ſatisfectum eſſe, vt frequenter placitũ aſſeuerãt Matth. de Afflict. deciſ. 94. nu. 3. Hippol. vbi ſuprà latiſsimè Viuius multos in contraria euntes recenſens lib. 1 opi. 139. & lib. 2. opi. 113. atque ita conſuluit Pau. Caſt. conſ. 64. lib. 1. in nouis. & Bar. et que Alex. quos cum Iaſ. refert Io. Chal. conſ. 101. n. 5. Idem.

39. Fideiuſſores vt à debitore cõueniri queãt, neceſſaria eſt iudicia debitorẽ nõ ſoluendo eſſe pronũciantis ſentẽtia: nec in actis poſita nũtij deletio ad id ſufficiet. cõmune dicit Ieſo. in l. ſtipulatio. §. habet autem. n. 7. ff. de nou. operis nunciat. Idem.

40 Exceptio fideiuſſionis non præſtitæ, non poteſt poſt litẽ conteſt. opponi. Alex. in d. l. de die. §. ſi ſeruus. ff. qui ſatiſd. cogant. per iura quæ el. meximè per illum tex. addo Iaſ. in l. vniuerſa in 1. & 2. col. C. de prec. Imper. offer.

Limita, niſi lit. conteſta. ſit nulla. per no. per Fel. in ca. illud. col. 3. de præſcript. & ita vult Iaſ. in l. fideiuſ. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.

Limita etiã niſi lis cõteſtetur & ſatiſdatio peta. eodẽ contextu: quia tũc pręſtãd. eſt, & ex ordine intelligitur prius petita ſatiſ. Alex. vol. 2. cõſ. 37. faciũt quæ habentur per eũ in 4. vol. conſ. 96. ibi, itẽ reſpondeo. & per Fel. in c. cũ M. in 17. col. de conſti. vbi dicit ſuffice. quod proteſtatio apponatur in fine ſcripturę & quod vult idẽ Fel. in c. except. in 8. col. ver. fallit. 10. de excep. & in c. inter monaſteriũ. in 3. & 4. col. de re iud. & in c. vnico. in 3. & 4. col. de lit. conteſt.

41 Fac. etiã quod vult Iaſ. in l. nã & poſt ea. §. ſi petitor. col. 3. ff. de iu. iur. vbi dicit, quòd parie ſunt fieri ante lite cõteſt. vel in cõtinẽti poſt. Et ad pręmiſſe vide eũdẽ Iaſ. in l. ſi ita. in 1. col. de leg. 1. fac. etiam tex. in l. quidam in teſtamento. ff. de ſecu. leg. Bell.

42 Fideiuſſor qui promittit aliquem præſentare infrà octo dies, poſt eos octo dies elapſos non dicetur in mora, niſi fuerit ad id requiſitus. Paul. Ceſtr. in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſd. cog. Dec. conſ. 2. num. 7. Vezinus.

43 Moræ purgatio debet eſſe celer ad arbitriũ iudicis, vt per Dec. cõſ. 452. n. 25. & Affli. dec. 73. Hinc eſt, q̃ fideiuſſor, qui ſub pœna promiſit aliquẽ in iudicio repræſentare certa die, ſi poſt morã repræſentauerit, nõ tenetur ad pœnã, quia potuit morã purgare: & hoc etiã iuramento interueniẽte, vt per Iaſ. in l. ſi ex legati cauſa. nu. 14. ff. d. verb. obli. & ita iudciaui in facti cõtingentia dũ erã iudex criminalis in ciuitate Therami, anno Domini 1561. Sed hoc limitetur nõ procedere in fideiuſſore de repręſentãdo aliquẽ ſub pœne certa, & cũ iuremẽto, ſecũ. Afflict. dec. 173. & Crauet. d. conſ. 95. De hoc nõ eſt nimis mirandũ, quia iuramentũ excludit facultatẽ purgandi morã: & ſi iuramentũ obſtat prædictæ purgationi, iuxta com. opio. Bart. & omniũ doct. in l. ſi. quis maior. C. de tranſ. & in l. ſi inſulam. ff. de ver. obli. quã ſequũtur, & atteſtãtur inibi Moder. Rõ. ſin. 454. & Rip. in repet. l. fi. n. 110. C. de reuoc. don. Sed vtrum iſte moræ purgatio admittatur de æquitate canonica? vide Rip. latè declerantẽ in d. l. fi. n. 100. cum ſeq. His occurrit ſimiliter, quòd ſi quis egeret contra fideiuſſorem de iudicio ſiſti ex eo capite, quòd moræ fuerat cõmiſſa in ſiſtẽdo, & eo caſu peteretur intereſſe, debet cõſtare de quãtitate ipſi⁹, & debet probari verum debitum principalis, in quo ille tenebatur, ſecundum communem ſententiam doct. quam ſequitur citãtque Alex. in l. 9. §. fin. nu. 6. ff. qui ſatiſd. cog. F. Viuius opin. 522.

44 Fideiuſſores indẽnitatis, hoc eſt, qui ſeſe obligant ad id quod creditor à debitore ſeruare nequierit, eo ipſo liberabũtur, quod probabũt creditorẽ in culpa, ac negligentie fuiſſe, quo minus debitũ ſuũ exigeret, ac pręſertim ſi etiã ab illis ad id fuit præmonitus ac requiſitus. At fideiuſſores cęteri, qui ſe hodie ſimplici fideiuſſione obſtrinxerint, etiã executionis ordini renũcierint, nec pręmonitionibus, nec interpellationibus culpæ, & negligentię creditoris ediũctis quidquã ad ſe liberãdũ efficiẽt. Si verò nõ itẽ executionis beneficio renũcieuerint, ſed tãtùm ſimpliciter fideiuſſerint, & deſidẽ ac negligentem creditorem præmonuerint, ac requiſierint, quantũcunque piger, ac negligens in debito ſeruando creditor proponatur, non item liberebuntur. vt communia ponit, ac merito valdè commeodat meus olim iuris doct. Anton. Gomeſ. de contra. cap. 13. nu. 9. E. Suarez.

45 Fideiuſſores, qui in ius vocati nõ fuerũt, principalis debitoris actis nõ lædẽtur. cõmune dicit Rip. in l. ie apud quem. n. 34. C. de edẽ. vt nec quouis periculo ex fortuitis caſibus prouenięti offendẽtur. cõmune ponit Alex. conſ. 365. lib. 2. Idem

46. Fideiuſſores, qui pro aliquo abſente aut ignorante fideiuſſerunt, actione negotiorum geſtorũ, quod ſoluerint, recuperabunt: qui verò pro aliquo inuito aut contradicente fideiuſſerint, nihil conſequendum habent. commune ponit Ant. Gom de contract. cap. 13. num. 11. ex gloſ. Odofr. Bart. Bal. Ang. & Salic. in l. vlt. C. de neg. geſt. atque aliis alibi. Idem.

47 Fideiuſſores cõuentos principalis debitor poterit defendere, & ob id quod eius intereſt exceptiones etiã eas proponere, quæ fideiuſſoribus non communicantur. vt commune pono ex iis, quæ late atq. elegãter ſcribit meus doct. & alter parens Arius Pinel. in l. 2. num. 44. C. de reſcind. vend. Idem.

48 Fideiuſſores, qui ſe euictionis nomine obligauerint, aut nullam moleſtiam illatum iri alicuius rei emtori ſub pœna promiſerint, nullã pœnam omninò incurrent, ſi contractus & oppugnatus & reſciſſus fuerit remedio l. 2. C. de reſcind. ven. & ſi illã incurſuri ſint, ſi contractus & remedio reſtitutionis in integrum ratione ætatis, aut aliquo alio ſpeciali beneficio impugnatus ſit. vt freqoenter placita ponit inſignis Pinel. ad illam eandem l. 2 par. 3. num. 43. cum ſeq. Idem.

49 Fideiuſſor non poſſidens immobilia poteſt recuſari, tanque nõ idoneus, l. 2 & l. ſcirẽdũ, ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichũ, §. ſi quis ſtipulatus fuerit, ff. de verb. obli. hanc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Iaſ. in d. l. ſciẽdũ, in prin. n. 30. Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3. ab. Hippo. de Marſi. in repet. rubr. de fideiuſſ. n. 227. ſed ſi poſſidet immobilia, non poteſt recuſari. Fallit in 10. caſi. vt per eũdẽ in d. rubr. n. 245. fallit in 2. caſib. vt per Soc. in l. fideiuſſor, n. 3. qui ſatiſd. cog. & num. 5. Don. à Fion.

50 Fideiuſſor negans ſe fideiuſſiſſe, conuincitur de mendacio, ſibi pręiudicat, l. ſed hoc ita, §. 1. ff. de re iud. fallit in 4. caſi. vt per Marſ. in rep. rub. de fideiuſ. nu. 322. & ſeq. & 336. Idem.

51 Fideiuſſori minoris nõ prodeſt reſtitutio minori cõceſſa. l. 1. & 2. C. de fideiuſ. mi. fallit in 6. caſi. quos not. Pet. Duẽ. reg. 330.

52 Fedeiuſſor de iudicio ſiſti habet beneficium excuſſionis, aut. præſente, C. de fideiuſ. fallit in 3. caſi. quos not. Pet. Duẽ. re. 331.

53 Fideiuſſor habet beneficium diui Adria. §. ſi plures, Inſtit. de fideiuſſ. l. inter fideiuſſores, & l. ſi plures. ff. de fideiuſſ. fallit in 3. caſib. quos not. gl. in d. §. plures, & ibi Bello. latiſſimè tenet. videas Petr. Duen. regula 334. Idem.

54 Nouatio. Vbicũq. intercedens pro alio ſe obligat principaliter, poteſt cõueniri nulla facta excuſſione. gloſ. ſing. in aut. de fideiuſ. in princ. Alex. in 4. vol. conſ. 32. Curt. conſ. 6. & ſeq. Vezinus.

55 Si cãpſor vel alius debitor promittit pro me creditori, an ego ſim liberatus? Vide amplè Alex. in 2. vol. conſ. 10. vbi in effectu videtur tenere quòd non, niſi conſtaret quòd promiſit tanquã debitor & per modum delegationis. & idem in effectu videtur tenere in conſil. 159. in eod. vol.

Vide etiã eundem in 3. vol. conſ. 95. vbi concludit, quòd primus debitor non eſt liberatus, quando promiſit quòd per ipſum vel talem ſolueretur. Nam tunc creditor videtur talem accepteſſe, ſi ſoluat, & non aliter.

Idẽ vult in eo. 3. vol. conſ. 96. & 97. Et idẽ videtur tenere Bar. in 1. vol. conſ. 19. in 5. col. & ſeq. & in conſ. 37. per tot. Iaſ. poſt Bar. & doct. in l. ſingularia. in 15 col. ibi, iſtam doctrinam. ff. ſi cert. pet.

Vide etiam notabiliter Soc. in 1. par. conſ. 21. & 2. parte cõſ. 267. & Decium in conſi. 107. & Alex. in 2. vol. conſi. 13. & conſi. 72. Angel. in § præterea. Inſtit. quib. mo. tol. obl. Idem.

56 Fideiuſſor poteſt agere contra ſuũ principalem, vbicunque creditor confiteretur ſibi ſatisfactum eſſe ab iſto fideiuſſore, & ſic confeſſio ipſius creditoris aſſerentis ſibi ſatisfactũ fuiſſe à fideiuſſore, ſufficit ad agendum contra principalẽ. ita expreſsè tenet Bar. conſ. 160. Titius promiſit Sempronio eundem indemnem reſeruare, & ibi apoſtillentes ad eum, & eãdem opinionem ſequitur Salycet. & ibi Paul. de Ceſt. Roman. num. 1. Alex. & Iaſ. nu. 9. in l. duob. reis. ff. de duob. reis. Fely. in c. ſi cautio. n. 89. de fide inſtru. Cæpol. conſ. ciuili 12. Deci. in l. 2. §. fi. ff. ſi cert. pet. & conſi. 493. nu. 6. Itaq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retractu ligneger. gloſ. 16. nu. 84. & in tit. de retractu commẽ tionali. gloſ. 6. n. 17. & Alc. in l. ſolutionis verbo. ff. de ver. ſign. & in l. 1. in fi. C. de tranſ. & Afflict. in dec. 91. n. 3. & in deciſ. 94. n. 3 vbi dicit magnũ verbũ, quod ita cõmuniter tenetur per Docto. & iſtam opinionem veriorem & magis communem audacter atteſtatur Marſ. in repet. rub. nu. 265. C. de fideiuſſoribus. In contrariam verò partem inclinauit gloſ. d. l. duobus reis. §. in fideiuſſore. in ver. ſolutionis. quam ſequitur Bart. præcipitanter, & ſibi contrarius ibi, & in l. & per iuſiurandum. §. antepe. ff. de

acceptilatio

acceptilatio. & in l. cū filius. in fi. princ. ff. de verb. oblig. & in l. reas in §. q. ff. de duob. reis. Roman. in l. prædia. ff. de acq. poſſ. Fulg. in d. l. duob. reis. & Moder. in addi. ad Alex. conſ. 90. in addi. ad n. 3. vbi refert Alex. in multis conſiliis tenere illā ſecundā opinio. tamē quidquid dicat Bart. cū aliis ſequacibus in prædictis lecturis, ob hoc non diſcedendū ſuademus à dicta cōmuni quæ videtur verior de iure, & ſequenda eſt in cōſulēdo, & iudicādo tanquā cōmunis, & ita per iſtā cōem conſuluit in ciuitate Florentiæ Paul. de Caſtr. vt ipſe refert in d. l. duobus reis. & pro hac parte conſuluit Fr. Tigrinus, vt referunt Alex. & Iaſ. in d. l. duob. vbi dicit ſe pro hac opinione cōmuni his conſuluiſſe, & ita in effectu conſuluit conſ. 90. nu. 3. vol. 3. & conſ. 123. vol. 6. F. Viuius. opin. 301.

57 Ille cui debetur ex fideiuſſione, dicitur propriè creditor, & fideiuſſor dicitur propriè & indiſtinctè debitor, ſecundum Bart. in l. j. n. 34. ff. ſi cert. pet. l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. de leg. 1. quam opin. teſtatur eſſe cōem Curt. iun. in d. l. 1. ff. ſi cert. pet. n. 79. & iſta Bart. opinio corroboratur plurib. rationib. Primò quia ſi cut tollitur obligatio principalis, ita tollitur obligatio fideiuſſoria, l. cū quis. ff. de ſolu. Secundo facit, quia lex prohibens minoris debitorē eſſe tutorē, cōprehendit etiā fideiuſſorē, vt per Angelū in auth. vt hi, qui oblig. perhi. ret minor. §. 1. Tertio cōfirmatur ſecūdū Dec. in d. l. 1. quia ab eo inuito creditor exigere poteſt, tota tit. ff. & C. de fideiuſſ. & iſta Bart. ſentētia ſic corroborata eſt cōmunis teſte Aret. in §. 1. n. 8. Inſtit. de oblig. Alex. in d. l. 1. n. 48. Nigro, Bolognetto, & aliis Moder. ibi, qui quidem Moder. reſpondent omnib. in contrariā partē allegatis, & Dec. in 1. lectu. n. 30. Imo regula prædicta poſſet ampliari per ea, quæ voluit Curt. iun. in præal. l. 1. ff. ſi cert. pet. n. 80. vbi ſtatutū loquens de debitore, cōprehēdit etiam fideiuſſorem.

Quod intelligēdū eſſet, ſecundū eū ex mente Imolæ in l. 1. ff. de ſol. quādo fideiuſſor renūciaſſet auth. præſente. C. de fideiuſſor. & ſequitur Cagn. in d. l. 1. ſi cert. pet. n. 285. Viuius opin. 300.

58 Fideiuſſor ſi efficiatur non ſoluendo, nō poteſt creditor, petere, vt alius præſtetur, ſi ſumus in fideiuſſore conuentionali. communem dicit Alex. conſ. 60. lib. v. B. Villal.

59 Fideiuſſor non dicitur idoneus, qui non habet Immobilia; niſi fideiubeat pro diuite. Hipp. in Rubr. de fideiuſſ. ff. num. 228. comm. dicit. Villalob. & Vezinus.

Nota iſtam communem ad intel. l. j. tit. 18. l. 3. For. R. quæ loquitur de idoneitate fideiuſſoris. Idem.

ADDITIO. Nota quod ſi pauper fideiuſſit pro diuite, omnia bona inter eos aggregātur, ac pro vnico patrimonio reputantur, ſaltē quo ad redden. creditorē cautū, vt per eundem Marſil. in d. Rub. n. 179. In qua materia nota quod licet cōmunis opin. ſit quod per ſolutionē factā à principali de re aliena ſuo creditori in ſolutum recipienti liberetur, & principalis debitor ac fideiuſſor, Inſtit. quib. mod. toll. ob. in princ. Bart. in l. ſi quis. ff. de ſolut. contrarium tamen ex æquitate tenuerunt Domini de Rota in vrbe, rationibus de quibus per M. Ant. Bart. in tract. de temp. vti. & contin. in cap. 18 ſub nu. 23. I. Fich.

90 Fideiuſſor in duriorem cauſam iurans obligatur tanquā principalis. Alc. in cap. cum contingat. nu. 174. de iureiur. commun. dicit, Villalob. & Vezinus.

Nota iſtam cōem ad intel. l. vij. tit. 12. par. 5. & pro eius limitatione, & limita etiam d. l. vt per Segu. in l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obl. vbi dicit, quod fideiuſſor poteſt ſe obligare ſub guarentigia: licet principalis non ſit ita obligatus: quia illud nō dicitur plus, ſed efficacius. vt in l. Marcell. ff. de fideiuſſ. Idē.

61 Fideiuſſor, inuito creditore mutari non poteſt. Hiero. Cagnol. in l. plus cautionis. num. 7. ff. de reg. iur. cōmunem dicit. Villalob. & Vezinus.

62 Fideiuſſor poteſt petere vt liberetur à fideiuſſione, ſi diu ſtetit in obligatione: relinquitur arbitrio iudicis. Ant. de Tremo. in additi. ad Bonacurſ. in pract. except. in Rub. quib. mod. ſua nomi. n. 3. in verba, diu ſteterit. cōem dicit Villalob. & Vezinus.

De iure regio dicitur ſteti ſſe diu, per annum, l. 8. tit. 18. lib. 3. For. R. & cum hac cōmuni concor. l. 14. tit. 12. part. 5. vbi ponit alios caſus in quibus poteſt fideiuſſor petere vt liberetur à fideiuſſione. Sed has leges & cōmunē intellige, niſi aliàs obligatio ſit guarentigia: quia poteſt petere vt ſtatim liberetur. Did. de Segu. in l. ſi ex legati. num. 74. ff. de verb. obl. Suarez in l. poſt rem iudicatam. num. 14. ff. de re iudi. quem intellige poſtquam creditor habet facultatem agendi, ſecund. Bald. in l. cum notiſſimi. §. illud. C. de præſcrip. 30. anno. quod dictam nota pro intel. l. tit. 13. lib. 3. ord. de præſcriptione delicti per decem annos, & l. 63 tau. de executione non facienda poſt decem annos. & l. de Madrid. anno 1534. de apocha recognita, & de cōfeſſione facta in iudicio, quæ in cōpilatione noua habetur ſub t. 9. l. v. lt. 3. & l. 4. Idē.

63 Fideiuſſor poteſt agere cōtra debitorē ex ſola cōfeſſione creditoris dicētis recepiſſe debitū à fideiuſſore. Hippo. in Rub. de fideiuſſ. n. 265. & Anto. de Tremo in add. ad Bonacurſ. in pract. except. in Rub. quib. mod. ſua nom. n. 39. v. ſub indicib. ſecularibus. ver. fallit. 20. communem dicit. Villalob. & Vezinus.

Hanc ſimiliter cōem dicit Iaſ. in l. ſciendū. n. 30. qui ſatiſda. cog. Quam ampliat vno modo, & limitat quatuor modis Hippoll. vt in Rubr. de fideiuſſor. ſ. alleg. n. 27. cū ſeq. I. Fichard.

64 Fideiuſſori nō citato nō nocent facta cōtra principalē, Ripa. in l. si apud. nu. 34. C. de edend. communē dicit. Villalob.

65 Fideiuſſor licet in cauſis criminalibus vbi pœna capitalis imponenda eſt, vel etiam corporalis, interuenire nō poſſit, (quę & ipſa communis eſt opinio) tamen poteſt, quando conſuetudine loci ita receptū eſſet. communem dicit Petr. à Duennas lib. Regul. Iuris. Regul. 231. in fine. I. Fichard.

66 Fideiuſſor pro fideiuſſore accipi poteſt. l. Gracè. §. fin. ff. de fideiuſſor. Bellon.

Fideiuſſor non poteſt obligari in grauiorem cauſam, quā principalis. l. Græce. §. illud. ff. de fideiuſſ. Idem.

67 Fideiubens pro Titio de eū repręſentando toties, quoties ſeu de eum ſiſtendo iuri, & non repręſentauit, nec fecit eundem iudicio ſiſtere, tenetur vltra pœnam debitam fiſco ratione fideiuſſionis, & prædictæ remiſſionis parti, ad cuius inſtantiam fuit captus ad intereſſe, ſecundū gl. fi. in l. ſi ff. ſi quis in ius voc. non ierit, quā communem eſſe aſſeuerat Afflict. deciſ. 234. & ibi quoque explicat ita ſacrum conſilium iudicaſſe, & ſequitur iſtam communem Foll. pariter in ſua pract. criminal. in fragmentis rubric. de fideiuſſoribus, nu. 260. circa finem. dict. practica. F. Viuius opin. 291.

68 Fideiuſſor in cauſa criminali, ſi is pro quo fideiuſſit poſtea imputatus ſit de alio crimine, & bannitus, tunc ille fideiuſſor datus in prima cauſa non tenebitur illū cōſignare ſub pœna in fideiuſſione contēta: imò ſequuta condēnatione cōtra reum remanet fideiuſſor liberatus, nec tenetur illum amplius preſentare. Cōmune dicit Alberic. in quart. part. ſtat. q. 64. & Boſſi. in t. de carcer. fideiuſſ. relaxan. n. 41. Clas. d. §. fi. q. 46. verſ. quæro, pone quod aliquis. P. Fichard. & Bonacoſſ.

69 Fideiuſſor in prima inſtantia, regulariter non tenetur in ſecunda: ſed lata ſententia expirat eius fideiuſſio. communem dicit Boërius deciſ. 315. nu. 5. Pariſ. conſ. 71. nu. 30. lib. 3. Clar. d. §. fi. q. 46. verſ. ſit tamen. P. Fichard.

70 Fideiuſſor de iudicio ſiſti, & iudicatū ſoluendo acceptus in cauſa principali, nō tenetur in cauſa appellationis, niſi aliud ſit actum, per caſum ſingularem, ſecundum Bart. in l. cùm apud. ff. iud. ſol. & l. 2. cum gl. ordinaria. C. de procurat. & §. ſi vero aliquis in fi. Inſtit. de ſat. Quidquid cōtra ſenſerit Guil. de Cu. & Marſil. in d. l. cū apud. Idem in fideiuſſore de rato, ſecundū Dyn. ibi per iura præall. Præmiſſa limitari poſſunt ſecundum Bart. vbi ſ. niſi victus appellaſſet, & appellationem deſeruiſſet non proſequendo: quia tunc tenetur etiam in cauſa appellationis: quia agitur tunc ex prima ſententia, non ex ſecunda. l. fi. C. de temp. appel. a2lb. deciſ. 99.

71 Fideiuſſor ſi habuerit confeſſionem à creditore, quod ei ſatisfactum ſit, poteſt agere contra debitorem, non aliter probata numeratione, quia cōfeſſio creditoris de recepta veram probat numerationem, vt fideiuſſor contra debitorem agere poſſit. Alex. de Imol. poſt Paul. de Caſtr. conſ. 90. in 3. lib. & in conſ. 26. in 2. lib. & in conſ. 123. in 6. volum. Deci. in conſ. 493. num. 6. in 4. part. conſ. Hipp. de Marſ. in Rub. de fideiuſſ. num. 310. verſ. 35. quæro. vbi ipſe inquit hanc ſententiam veriorem & magis communem eſſe, quòd ſufficiat talis confeſſio creditoris dicētis, ſibi ſatisfactum eſſe à fideiuſſore, vt ipſe fideiuſſor poſſit agere contra principalem. Matth. Afflict. in deciſ. ſacri. conſ. Neapoli. deciſ. 94. nu. 2. & 3. Quam ſententiam quoque communem eſſe ante Hippol. tradit Iaſ. in l. duabus reis. num. 9. ff. de iureiur. ſequitur Rolan. à Valle in conſ. 87. num. 9. in 1. Tom. conſ. Licet multi alij Doc. contrariam ſententiam ſecuti fuerint, quos referūt Hippo. de Marſ. in d. rub. d. n. 310. Et Apoſtil. Alex. in d. conſ. 90. in ver. Florentiæ in d. 3. lib. conſ. Kircho.

72 Fideiuſſor docens de ſolutione per inſtrumentum confeſſionis creditoris tantùm, non poteſt agere contra debitorem principalem: quia debet de reali ſolutione conſtare, ſecundū gl. cū Bar. in l. duobus. ff. de iureiu. Cyn. in l. ſi quando. C.

vnde vi. Balb.*decıſ.305.*

73 Fideiuſſor omni priuilegio cópeté e principali gaudebit, ſi faciat quod reus principalis ſuſcipiat in ſe iudiciũ motũ cõtra ipſũ fideiuſſoré, & oppouat tale priuilegiũ vel exceptioné ex perſona ſua. textus eſt not. *in l. ıdémque §. ſed generaliter. ff. mád.* & gl. magna, *in l. ſi fideiuſſor. ff. illo eod tit.* Idé quando fideiuſſor ſe opponeret in iudicio, nó vt fideiuſſor, ſed vt defenſor principalis rei, per caſum *in l. verũ, §. 1. ff. pro ſocio.* Balba. *decıſ.* 17.

74 Fideiuſſor omnia vel excuſſionis exceptioné ſolũ ante litem conteſtatá allegare poteſt. vt commune placitũ eſſe arbitratur Raphaël Cuman. *ad ſi. Soc. n. 9.* Zaſ. *nu. 17. in l. j ff. de except.* Iaſ. *in l. decem. nu. 6. ff. de verb obl.* Fel. *in cap. exceptionem. nu. 42. de except.* Ang. *in §. appellátur. nu. 16. Inſtit. de exception.* Sed ego contrarium æquius melius exiſtimo, ac non minus receptum affirmare auſim. nam id docet gl. *in l. 3. de excep. ad finem.* quá illic ſequitur Alb. & Ang. Spec. idem affirmantem laudás: & probant Bal. *num. 3.* Salic. *num. 6. ver. ſed caue.* Paul. *nu. . in l. ij. C. com. diui.* Benedict. de Plumb. *in tras. de diſcuſ. nu. 18. additio ad Iacob. de Aren. in trac. de excuſſio. n. 32.* Ant. de Trem. *in pract. ad Bonacur. verſ. aduerte.* & antea Paul. Ca. *in d. l. decem. nu. 6. & in l. vlt. nu. 9. ad fin. ff. ſi cert. pet.* Montan. *in ſua pract. c. de except.* Aymon Crauet *in conſil. 263.* fauént que maximè iuſtis rationes, de quibus alibi, & latius & opportunius. E. Suarez.

75 Fideiuſſor iudemnitatis (vt Doctor. loquuntur) & ſi omnibus fideiuſſorum beneficiis ac legum auxiliis renunciet, nó tamen poterit ante principalem debitorem conueniri. vt cõmune dogma aſſero intrepidè ex *Bart. & Pla. in l. 1. C. de conuenıend. fiſc. debit. lıb. xj.* Angel. *Iaſ.* Dec. Alci. *in l. vlt ff. ſi. cer. pet. Bald. d. l. j. C. de iis quæ in fraud. cred.* Salic. *in l. j. C. quod cum eo.* Alex. *conſi. 29. num. 22. lib. vij.* Rhod. Soarez *in tit. de los emplaſamentos.* Amplia vt idem proceſſurum ſit, & ſi huiuſmodi fideiuſſor iureiurando ſe obſtrinxerit. vt frequentius receptum arbitror ex *Alex. Iaſ.* Dec. *Alci. in allegata l. vlt. ff. ſi cer. pet.* Felyn. *in cap. ex reſcripto. de iureiur.* conſeruut ea quæ tradunt Tiraq. *in l. ſi vnquam. nu. 147. C. de renoc. donat.* Did. à Couar. *in cap. quamuis pactum in 1. part. §. 4. de pact. lib. vj.* Meminerı́ſque ſemper quod abſque dubio huius generis fideiuſſor excuſſionis exceptionem poterit opponere poſt lité conteſtatam, & ſi alios fideiuſſores non poſſe concedamus, vt frequenter placitum opinor, ac veriſſimum aſſeuero cum *Bald. in c. ex reſcripta. de iureiur.* Iaſ. *num. 1. Alc. nu. 35. in l. vlt. ff. ſi. cert. pet. Aret. in d. l. decem.* Hipp. *in rub. nu. 314. ff. de fideiuſſ.* qua in re labitur *Alex. conſ. 29. num. 24. lib. iiij.* E. Suarez.

76 Fideiuſſor patet ante liberorum executioné, pro quibus promiſit, aut interuenit, conueniri inſolidum pót. vt cómune aiunt Pyrrhus *in l. q. C. de decur. lib. x.* Vinius *lib. j. opi. 239.* Idem.

77 Fideiuſſor, mercator, vel campſor, conueniri atque exigi ante debitoris ipſius executionem poteſt. vt commune pronũciare non verebor ex *Bal.* & Sal. *in l. fruſtra. C. de nó numo. pecu. Ang. in §. item ſi quis in fraudem. Inſti. de action.* Iaſ. *in l. ſingularia. n. 39. ff. ſi cert. pet.* Curt. ſen. *conſil. 6.* Dec. *in l. vlt. n. 23 ff. ſi cer. pet.* Hipp. *de fideiuſ. nu. 8.* Chaſſan. *in conſuet. Burg. in d. rub. 1. §. 5. Anto.* Gomez. *de contract. c. 13. n. 4. verſi. 4. limi.* Eman. à Coſta *in l. ſi ex cautione. limit. 17. num. 2. C. de non nu. pec.* quod placet. & ſi apertè reluctetur text. *in Iuſtin. nouella. 36. de argentar. contract. §. 1.* ſed hac de re vberius alibi. Idem.

78 Fideiuſſor à debitore ſolutionem diu remoranti, vt ſeſe fideiuſſione expediat, rectè ac iure exiget, eáque in ſpecie iudicia arbitratus téporis ſpatiũ metietur. vt cõmune inquit *Ant.* de Trem. *in addit. ad Bonac. in pract. excep. in rubr. quib. mod. ſuu no. nu. 3. verſ. diu ſtetit.* Villa. *in ſua collect.* Idem.

79 Fideiuſſor ad corporis pœná propter alterius delictũ ſubeũdá interuenire nequit. vt cõmune aiũt Didac. à Couar. *lib. q. reſolut. c. 8. n. 8.* Iu. Clar. *in pract. §. vlt. q. 46. ver. ſed nũquid.* Idem.

80 Fideiuſſor non quis inde conſtituetur, quod etiam apud iudicij acta præſens, gnarus ac tacitus fuerit, cùm alter illum pro ſe fideiubere diceret, niſi ſi & expreſſim conſenſerit. commune ait Boër. *decıſ. 314. nu. 5.* Idem.

81 Fideiuſſor de aliquo ſiſtendo totiens, quotiés, ſi eũ requiſitus nó ſteterit, nó ſolũ ad pœná fiſco tenebitur, ſed & parti ad id quod eius intereſt, obligabitur. cómune inquit *Afflict. dec. 234.* Folle. *in pract. crımın. fragmẽt. in rub. de fideiu. n. 260.* Idé.

82 Fideiuſſor ex remedio *l. ij. C. de reſci. vẽ.* abſq. dubio iuuari poterit, vt cõmune ponũt *Alex. & Iaſ. in l. j. C. de fideiuſ.* Idé.

83 Fideiuſſor ita pauper, vt de ſuo nequeat ſoluere, ne in carcerem alioquin trudatur, poterit de principalis debitoris bonis ſoluere, vt frequenter placitum affirmat Hipp. *in rub. num. 429. ff. de fideiuſ.* Idem.

84 Fideiuſſor, cũ re' principalis ſoluẽdo eſt, & ipſe excuſſionis beneficio nó renũciauit, & teſtis, & iudex pro principali eſſe poterit, cómunia inquit laté Viui' *lib. 1. opi. 399.* poſt iuris vtriuſq; apprimè carũ Io. Rócbeg. *in l. reos n. 53. ff. de duob. reis.* Idé.

85 Fideiuſ. ſimpliciter datus, atq; acceptus in prima inſtátia, ſi appellatio interuenerit, & deſerta non amplius in euentum vllum tenebitur. commune ponũt Viuius *lib. ij. opin. 98.* ac Iul. Clar. *in pract. §. vlt. quæſt. 45. verſi. ſis tamen cautus.* Idem.

86 Fideiuſſor in prima inſtátia, nó cẽſetur repetitus in ſecũda, & eſt cõmunis opin. Etiá in criminalibus. Boer. *decıſ. 315.* Pariſ. *conſi. 171 nu. 30. lib. 4.* Clar. *q. 46. v. ſis tamẽ cautus.* Et ideò quádo iudex maleficiorũ recipit fideiuſſores, debet facere eos obligari ad omné pœná, quæ poſſet ſequi ratione proceſſus. vt docet Paul. de Caſt. poſt. Bar. *in l. rẽ in iudiciũ. ff. de in litẽ iurád.* Et liberátur fideiuſſores de præſentádo ſe ad mádatũ poteſtatis, & de ſoluendo omné condenationẽ, ſi poſtea reus fuit cõdemnatus, & eius bona confiſcata. Caſtr. *in l. ſi debitori. n. 2. ff. de fideiuſſ.* Et no. quòd ſi ſtatutũ imponat pœnam centum pro vulnere, & mille pro homicidio, & aliquis accuſatus vel inquiſit' de vulnere dedit fideiuſſores, & eſt relaxatus, quia pœna eſt pecuniaria, & poſtea ille vulneratus eſt mortuus, & iudex cõdẽnauit accuſatum in mille, non tenentur fideiuſſores. Caſtr. *in l. fideiuſſores n. 1. ff. de fideiuſſ.* vide tamen poſtea. Bonacoſſ.

87 Fideiuſſores in inſtrumẽto pacis adhibiti in casũ cõtrauẽtionis ſecũdũ cõm. opin. nó poſſunt cogi ad ſoluedũ pœná, niſi legitimè & plenè cõſtet de pace rupta, & de cõtrauentione per teſtes, vel verá cõfeſſioné principalis, pro quo fideiuſſerũt, adeò quod etiá facta cõfeſſio, quę inducitur ex contumacia, ſeu báno cõtra cõtumacé dato, nó ſufficeret, vt eſt cõmunis opin. de qua Rolan. à Valle *in conſi. 94. n. 24. in 3. vol.* Et no. quod fideiuſſor, qui fuit pręſens, & ſcriptus fideiuſſor pro cõdẽnatione ſoluẽda, ſi nó cõtradixit, obligatur. Bart. *in l. j. ff. de fideiu.* Arno. *commentario. 174.* Et ſi carceratus offert fideiuſſores, & aduerſarius non comparet, poteſt iudex recipere. & illum relaxare. Caſt. *in l. enim pro quo quis. ff. de in ius vacan. num. 2.* Bonac.

88 Fideiuſſorib. relaxatur reus, & procurator admittitur vbi non imponitur pœna corporalis, vt eſt communis opinio. de qua Marſ. *conſ. 75. nu. 1.* Et debent eſſe idonei fideiuſſores, aliàs non debet iudex maleficiorũ relaxare reum accuſatum. *Ang. in l. eduo. quæ eſt l. j. ff. in ius vocati vt eant, vel ſatiſ.* quia non intelligitur cautum, quádo eſt vitioſè cautum. *Ang. in l. quoties. ff. qui ſatiſ. cog.* Et recipiens fideiuſſorem minus idoneum, ſibi imputet. vt ibi per Angel. Et debet eſſe idoneus fideiuſſor facultatibus, poſſidẽdo ſtabilia, vel mobilia, vt mercator. Ang. *in l. fideiuſſor. ff. qui ſatiſd. cog.* Et quis ſit pauper, vel diues iudicis arbitrio relinquitur, inſpecta qualitate cauſæ, & cõditione perſonarum. Ang. *in l. ſi verò. §. 1. ff. qui ſatiſ. cog.* Menoch. *de arbitrio iudicis.* & debet quis dare fideiuſſores ciues, & non forenſes. Angel. *in l. fideiuſſor. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog.* & eſt communis opinio. de qua Riminald. nouiſſimus *in conſi. 93. num. 16. & ſeq.* vbi facit differentiam inter fideiuſſionem neceſſariam & voluntariam: ſi neceſſaria, & tunc forenſis eſt idoneus. Et caueant officiales, ne relaxent carceratos cum fideiuſſore de iudicio ſiſti tantum, quia liberantur per ſententiam condemnatoriam. Sed debent recipere fideiuſſores debitum ſolui, vt inquit Bald. *in cap. dilecti. num. 12. de appellat.* vbi dicit bonam practicam. & no. quia quidam Poteſtas, qui hoc ignorauit, pro incauta relaxatione cuiuſdam carcerati, in ſyndicatu fuit condemnatus, & decolatus. vide Caſtr. *in conſ. 328. in 2. col.* vbi tradit cautelá, quòd iudex faciat apparere in actis, qualiter ex tali, & tali iuſta cauſa, quæ animum ſuum mouerunt, pronunciat non eſſe talem perſonaliter detinendum, ſed ſub fideiuſſoribus dimittẽdũ. Et not. quod ſi Notarius Curiæ maleficiorum recipit fideiuſſoré pro communi Ferrariæ, pro omnibus quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, non committere malum in eius diſtrictu: Offenſus Bononiæ non poteſt agere ex dicta ſtipulatione ad pœnam contractus. Bald. *in l. j. §. huius ſtudij. ff. de iuſti. & iure.* & dictus fideiuſſor non tenetur ad pœnam quanti pluris. Bald. *in l. ſine in duplum. ff. qui ſatiſd. cog.* Et no. quòd reus conuentus ſuo nomine, tenetur ſatiſdare iudicatum ſolui. Et licet pœna ſit parua, & ipſe reus ſit ditiſſimus, nó tamen debet Poteſtas dimittere propriá poſſeſſioné ſine fideiuſſore, quia iſta eſt forma data, quod recipiatur fideiuſſor, à qua non eſt recedẽdum. Bal. *in l. minor. §. fi. ff. de procurato.* Et licet quia ſit

ſit obligatus ad dādum fideiuſſorem, teneatur, dare illum, qui ſit idoneus facultatibus: Tamē ſi aliquis ad iudicem ducatur, debet relaxari, ſi perſona ſibi coniuncta pro eo præſentando fideiubeat, licet non ſit idoneus facultatibus. text. eſt *in l. 1. cum duabus ſeq. ff. in ius vocati vt eant. vel ſatiſdent.* de quo Curt. Iun. *in conſ. 257. nu. 28. in 3. vol.* Bonacoſſ.

89 Fideiuſſores in inſtrumento pacis adhibiti, in caſu contrauentionis, non poſſunt cogi ad ſoluendum pœnam, niſi legitimè & plenè conſtet de pace rupta per teſtes, vel verā cōfeſſionem principalis, vt eſt communis opin. Roland. à Valle, *in conſ. 94. n. 24. in 3. vol.* Adeo quòd eius ficta confeſſio, quę inducitur ex cōtumacia, ſeu bono contra cōtumacē, non ſufficeret, vt eſt comm. opin. Rol *ibi*. Et fideiuſſor promittens pręſentare reum toties quoties, non liberatur, ſi domus reo fuerit aſſignata loco carceris. D. Hier. à Mōte, *in ſuis q. varijs. q. 28.* Et quoties ſit reus perſonaliter captus, & incarceratus, eius fideiuſſores per hāc incarcerationē liberati eſſe dicitur. D. Nonius *in cōſ. 103. n. 8.* Etiā ſi dictū fuerit toties quoties. Bonacoſſ.

90 Fideiuſſor & correus an pro fideiuſſore & correo teſtificari poſſint? Dic quòd ſic, quando in cauſa principaliter non teſtificantur, etiā ſi fideiuſſor pro confideiuſſore deponat: qui non interceſſerunt vt principales, ſed vt confideiuſſores. ita Alex. *conſ. 78. col. 1. verſ. & ideo lib. 3.* Qui fideiuſſor ratione ſui intereſſe non eſt idoneus teſtis, teſte eodē *Alex. cōſ. 154. nu. 4. lib. 5.* quòd autem fideiuſſor non ſit idoneus teſtis, ſcribit idē Alex. *conſ. 176. col. 2. n. 3. li. 7.* De quo plura not. Iaſ. *in l. ſi cui lege tur. §. ſi Titio. n. 15. ff. de legat. 1.* Viuius *i. hoc tit. n. 34. v. teſtis.* idē Iaſ. *in l. diſt. antibus. poſt n. 8. C. de teſt.* Bellacomb.

91 Fideiuſſor qui ſimpliciter promiſit ſiſtere in iudicio, vel promiſit ſiſtere quādocūque fuerit requiſitus, vel toties quoties placuerit iudici, an liberetur lata ſententia? & dic quòd non, ſecūdū Iaſ. *in l. fideiuſſor, §. in fideiuſſorem. col. 2. poſt nu. 9. ff. qui ſatiſdar. cogan.* & an fideiuſſor poſſit ſe obligare ad pœnam mortis, ſi reum non præſentauerit? vide eundem *Iaſ. in l. non impoſſibile. n. 2. ff. de pac.* vbi cōcludit quòd nō, de quo vide quæ ſcribit Rom. *ſing. 129.* Doct. *in apoſtil. ad text. in l. ſi quis reum ff. de cuſtod. reor.* Idem.

92 Fideiuſſor in duriorē cauſā cū iureiurādo acceptus inſtar debitoris principalis tenetur, non amiſſo tamen epiſtolę diui Adriani, aut excuſſionis beneficio. vt cōmune pronunciat Alciat. *in c. cùm contingat. n. 174. de iureiur.* E. Suarez.

93 Fideiuſſor in pecuniā acceptus, cùm principalis rem debet, nullo modo ac nulla via tenetur. cōmune ponit Arius Pinellus in diuerſa omnia abiens *in rub. part. 1. c. 3. n. 18. cum ſeq. C. de reſcind. vendit.* Idem.

94 Fideiuſſor de iudicato ſoluēdo obnoxius executioni eſt abſque alio nouo proceſſu. cōmune inquiūt Cagnol. *in l. nemo alieno, in fi. ff. de reg. iur.* Iul. Clar. *in prac. §. vlt. q. 95. ad fi. in prin.* At qui fideiuſſor ex cōtractu eſt, ſententię cōtra principalē latę executioni non item ſubiectus eſt, vt cōmune affirmant Imo. *in ca. peruenit. de fideiuſ.* Turzanus *opin. 140.* Idem.

95 Fideiuſſor ex conuentione acceptus ſi fiat non ſoluendo, non poterit idcircò creditor alium idoneum poſtulare, vt cōmune teſtatur Alex. *conſ. 60. lib. 5.* Idem.

96 Fideiuſſor in id, quod intereſt, rectè accipitur, cū principalis factū debet. cōmune pono ex Aret. *in l. in illa ſtipulatione. in 1. n. 3. ff. de verb. ob.* Alex. *in l. ſi inſulam. n. 42. ff. illo eod. tit.* Iaſ. *in l. non amplius. §. vlt. n. 15. ff. de leg. lib. 1.* Dec. *l. certi cōdictio. n. 7. ff. ſi cert. pet. & in c. 1. de ſt. 1. nu. 22. de iudic.*

97 Fideiuſſor in maiorē ſūmā acceptus nec vllo modo, nec aliqua in quātitate obligatur. cōm. aiunt Fulg. *in l. hactenus §. 1. ff. de cōſt. pecu.* & Alex. & Iaſ. *n. 9. in l. 1. §. ſi ſtipulāti. ff. de verb. oblig.* Sed aduerſa opinio, quæ fideiuſſ. in pari ſūma ipſi debitori obligari cenſet, & verior mihi videtur, & æquè recepta eſt, quippè quia ab ea ſtāt *Azo in ſūma de fideiuſſ. n. 7.* Cyn. & *Alb. in l. vlt. C. de fideiu.* Dec. & ad eū *Apoſt. in l. in eo quod plus. n. 13. ff. de reg. iur.* Galeaul. Alciat. Coraſi. & Duare. *in allegato §. ſi ſtipulāti mihi,* ac Balduin. *Coſt.* & Steph. Bud. *in § fideiuſſores. Inſt. de fideiuſſ.* & notabil. eam vberrimè comprobamus. Idem.

98 Fideiuſsor cū debitore rectè iureque paciſcetur, vt pro ea quantitate, quæ debetur, emptū ſibi pignus ſit ſi intra certum tēpus non liberetur, ac non liberatus ipſe ſoluerit, nullúſque erit conſequenter in fideiuſsore locus conſtitutioni *l. vlt. C. de pact. pignor.* vt commune inquit, ex multis contrarium cordatè ipſe probans *Arius* Pinel. *in Rubr. 2. part. cap. 1. num. 31. C. de reſcind. vendit.* Idem.

55 Decretum interpoſitum eſſe cauſa cognita ſtatur aſſertioni iudicis aſſerentis. Ayu. de antiq. temp in 2. part. in verbo, ſed iſta limitatio. num. 15. communem dicit. Idem.

56 Solutio debet fieri de moneta, quæ currebat tempore contractus, haoc eſſe communem opinionem teſtatur Bap. à Villa. concl. 74. in litera S. vbi limitat. Don. à Fina.

57 Soluens pro tepeſtatis conceſſis per conciũ eum ab ipſo conciũ e reperi exactum. Ampliatur in 2. caſib. & limitatur in 4. à Galia in l. 9. § item ſi in facto. ff. de verbo. oblig. nu. 11. Dõ. à Fina.

58 Solutio partis, ao & quando pariat liberationẽ pro parte, diſti c

diſtinguendo declarat Bart. *in l. ſi ſeruus. ſ. ſi plurium.* & ibi no. per gloſ. *ff. ſi quis cautio.* non. à Fina.

59 Data re in ſolutũ creditori, debitor vlterius nõ admittitur ad reluẽdũ. Deci. *conſil.458. ver. in contrariũ tamẽ.* Villalob.

ADDITIO. Datio nominis debitoris in ſolutum ſufficit, licet ceſſus non ſoluerit. Pariſ. *in conſ.69. Si vris nu.14. vol.4.* ac etiã quod ſit facta per traditionem alicuius rei in ſolutũ, nec locus eſt oblationi cautionis, quia ſolutũ fuit. *Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus, in fi. ff. de dam. infec.* circa quod noto errorem Bar. *in d. §. Iulianus, nu.53.* vbi quandoque datur creditori res in ſolutum, qui tunc efficitur dominus, ſed rediens & volens debitum ſoluere audietur intra biennium. Quæ opi. reprobatur, vt per Spec. Inno. Salic. Paul. de Caſt. Ang. & alios, vt refert Alex. *in d. §. Iulianus, in fi.* & Dec. *in conſ.558. in cauſa magnifici. nu.2.* qui dicunt quod data re in ſolutum amplius dans nõ auditur, & hãc communem eſſe. Noto tu hoc vnum ſingulare, quod data re in ſolutum non habet locum remedium *l. ij. C. de reſcind. vend.* cum pro dicta quantitate ſic æſtimata ſibi eſt imputandum ſi minoris valeat. Iaſ. *in l. à diuo Pio. §. ſi pignora. nu.3. ff. de re iud.* Pariſ. *in conſ.81. conſulitis. num. 38. vol. 2.* niſi forſan fuiſſet enormiſſima læſio. Aich.

60 Solutione vnius non liberat alter, quando plures liberi deliquerunt. hanc eſſe communem opinionem teſtatur Curtiun. *in l. ſi familia ff. de iuriſd. nu.16.* Don. à Fina.

61 Si debeo maſſa argẽti ſoluere, poſſũ argẽtũ in forma pecuniæ redactũ ſoluere. hãc eſſe cõmunẽ opinionẽ teſtat. Purp. *in l. ij. §. mutui datio. ff. ſi cer. pet. nu.27.* vbi ampliat & limitat. Id.

62 Solues in executione præcepti iudicis emanati ſine cauſæ cognitione, & ſic nulliter, nõ reperit ſec. gl. *in ver. ſimpliciter in prin. in l. ſi. ff. quod met. cauſ.* quæ reputatur ſing. Baid. *deciſ.249.*

63 Solutio facta per hæredem putatiuum, cenſetur in dubio nomine veri hæredis: & hoc ſi talis ſolutio fuerit facta poſt iuo tam cõtrouerſiam: ſecus, ſi facta fuerit ante, quia tunc cẽſetur facta nomine proprio ipſius ſoluentis. Eſt com. opi. ſec. Dec. *conſi.247. de duobus. ver. & ideò illa, &c.* M. Chæriau.

64 Solnẽs ei cui non cõpetit facultas recipiẽdi ſolutionem, nõ liberatur etiam ſi concurrat bona fides vtriuſque, ſcilicet ſoluentis & recipiẽtis. Fallit in 2. caſib. vt per Ppra. *in l. cũ fundus. §. ſeruũ tuũ imprudens. ff. ſi certum petatur. num.33.* Don. à Fina.

65 Debitori ſoluẽti creditor tenetur reddere inſtrumentum debiti cancellatum *per l. diſſoluta. C. de condi.* ex lege & vltra tenetur etiã inſtrumentum liberationis facere huiuſ. no ii. *§. ſi ita.* & ibi Iaſ. poſt alios *ff. de leg. j.* & tutius ſemper eſt habere inſtrumentum liberationis, vt eſt ibi text. Bellac.

66 Quis ſoluendo partem debiti, videtur debitũ ipſum approbare & agnoſcere: præiudicat enim ſolutio, ita vt nõ poſſit demum allegare pecuniam non fuiſſe numeratam. *l. cum ſidem. C. de non. num. pec.* & ibi Bald. & Sal. quod procedit in dubio, verùm poſſet admitti pars ad probandum ſolutionem iam factam, fuiſſe factam per errorem: interim tamen ea ſolutio præiudicat, donec error probetur. Admittitur tamen eo probatio in contrariũ ad eũ errorem probãdũ. Bal. *in d. l. cũ ſidem. Soc. cõſ.143. nu.12 j. vol.* probato iterum errore, non poterit cogi ad reſiduũ probandum: & adhuc repetere poterit per condictionem indebiti, quòd indebite ſoluit. Soc. *ibidem.* Bellac.

67 Debitoris eſt electio in alternatiuis ſummarũ vel rerum quam rem, vel ſummam velit ſoluere. *l. plerunque. ff. de iur. dot. & reg. in alternatiuis. de reg. iur.* quod procedit quando vtraque res debita eſt in rerum natura: verum ſi cum culpa vel dolo debitoris vna ex rebus debitis periret, eo caſu ea res quæ ſupereſſet, præciſe deberetur, & eſſet in obligatione. Sed ſi ſine dolo vel culpa debitori altera res periret, poſſet debitor liberari ſoluendo vel æſtimationem rei, quæ periit, vel tradere rẽ ſtantem. *l. cum res. §. ſed ſi Stichus. ff. de leg. j.* Iaſ. *in l. non vtique num.3. ff. de eo quod certo loco.* in alternatiuis autem locorum electio eſt creditoris: quare ſi debitor promiſerit ſoluere Romæ, vel Toloſæ, erit in electione creditoris debitorem conuenire in altero eorum locorum. *l. ij. ff. de eo quod certo loco.* Caſtr. *in l. cum verò ponas. C. de tranſact.* alias obligatio eſſet inutilis, cùm ſemper debitor vellet fugere, verum reus conuentus in vno loco, poterit in altero ſoluere de dictis locis, dummodò eligat ante litis conteſtationem, ita vt electio loci quo ad petitionem ſit creditoris, in quo loco velit debitorem conuenire: electio verò erit debitoris in quo loco velit ſoluere, & poterit eligere vſque ad litis conteſtationem: poſt verò non. Bart. *in l. non vtique. ff. de eo quod certo loc.* quòd ſi reus ante litis conteſtationem elegerit, & obtulerit ſe ſoluturũ in vno ex locis alternatiuis expreſſis, & actor vellet ſibi ſolui in loco iudicij, tunc habebitur ratio intereſſe ipſius rei ſoluẽtis in loco iudicij, cũ in ſua poteſtate eſſet ſoluere in alio loco. & hoc caſu ea actio poſſet dici arbitraria reſpectu rei, & nõ reſpectu actoris. Socynus *in cap. dilecti. verſi.4. de foro cõpe.* Idem.

68 Alternatiua electio ſoluendi eſt debitoris: in alternatiua autem exigẽdi, creditoris eſt electio. Paul. Caſtr. *in l. cum propenas. C. de tranſ.* Fely. *in cap. inter cæteras. verſ. fallit. de reſcri.* & vbi reus plures habet iudices, electio eſt actoris corã quo reum conueniat. Salic. *in l. cũ clericus. C. de epiſcop. audien.* quod fallit in ſcholaribus. *authen. habita. C. ne filius pro patre.* Idem.

69 Debitor ex pluribus cauſis, & in diuerſis ſummis ſoluẽs aliquam ſummam, poteſt in ſolutione declarare ex qua cauſa ſoluit: & his datur facultas creditori declarandi in quam cauſam accepit eam pecuniam, dum tamen incontinenti ille creditor hoc declaret. *l. j. C. de ſolu. l. j. ij. & iij. ff. de ſolut.* & demum do etiam eam ſummam accipit in duriorem ſeu cauſam grauiorem. *dict. l. j.* quòd ſi nihil dictum fuerit, in duriorem cauſam cenſetur eſſe facta ſolutio a debitore. Paul. Caſtr. *258. & 331. vol. 1.* Et ſi vtræ ſunt æquè onera & grauioſæ, tunc in cauſam antiquiorem. *l. cum ex pluribus. ff. de ſolu.* & ea ſuperiora ſunt intelligenda, in eo qui eſt debitor ex pluribus cauſis æquè principalibus: ſecus in eo qui eſt debitor ex vna cauſa principali, & altera cauſa acceſſoria vſurarum, quia tunc ſolutio facta cedit in cauſam vſurarum. *d. l. j. ff. de ſolutio.* & ibi Bart. Bald. & Sal. & Bart. *in d. l. cum ex pluribus. de ſolu.* Paul. Caſtr. *in d. l. j. ff. de ſolu.* & Corn. *conſi.195. in 3. vol.* Idem.

70 Si lite inter aliquos pendente reus ſoluerit creditori ſummam petitam, vel ſi actor & creditor cũ debitore conuenerit vt ſibi ſolueretur, vel ſi aliter creditori ſoluta ſit pecunia, vel res petita, quamuis de expenſis nihil dictũ ſit, poterit creditor expẽſas petere. Deci. *cap. Tholoſa quinta.* & ita de facto obſeruari ſibi aſſerit Aufr. & Guido Pap. *dec.55.* inquit curia parlamẽti ita obſeruare. in pœnis tamẽ creditor recipiẽdo ſortẽ principalẽ ſibi præiudicat: quia per ſortes receptionẽ pœna cenſetur remiſſa. Soc. *conſ.8. vol.1.* niſi & de pœna fuiſſet protẽ l. Vez.

71 Debitor ante diem poterit ſoluere, vbi tempus ad ſolutionem eius gratia fuerit adiectum. *l. quod in diem ff. de ſolutionibus. l. ſtipulatio iſta § inter certam* & ibi Rom. *ff. de verb. oblig.* poteſt enim in hoc caſu debitor ſuo fauori renunciare, per regulam, *quod fauore. ff. de regul. iuris. & l. ſi quis in conſcribendo. C. de pact.* & in dubio dies adiecta ſolutioni cenſetur appoſita in fauorem & gratiam debitoris. *d. l. quod in diem ff. de ſolutio. l. cum in tempus. ff. de regul. iuris.* & ibi Dynus. *l. eum qui calendis. §. quoties ff. de verb. oblig.* Roma. *in l. ſtipulatio iſta. §. inter certam. nu.8 ff. de verb. oblig.* & ideo ille debitor ante diem ſoluere poterit. Si autem tempus adijcitur fauore creditoris, & in illius gratiam, debitor non poterit ante tempus ſoluere, & neque cogere poterit creditorem ad ſolutionem recipiendam. *l. ſi ita relictum. §. Pegaſum. ff. de legat. ij.* Rom. *in l. ſtipulatio. §. inter certam. num. ff. de verb. oblig.* Bellac.

72 Debitor in diem vel ſub conditione, pendente die vel conditione capi non poteſt. *l. cedere, diem. ff. de ver. ſignific.* niſi eſſet de fuga ſuſpectus, quia poſſet tunc capi etiam die pendente & conditione. Bart. & Doct. *in l. quaſitum. ff. de pignor.* per illum text. Bal. *in l. j. ad finem, C. de condi. ex leg.* non requiritur autem quod debitor ſit in actu fugiendi, ad hoc vt dicatur de fuga ſuſpectus, vel quod actualiter fugiat, ſed ſatis erit quod ſit ſuſpectus, vel quòd ſe præparet ad fugam. doct. in alijs locis, & gloſ. *in verbo, intereſſe, in d. l. quaſitum.* vel etiam ſufficit quòd timeatur de fuga ex coniecturis, licet aliàs verè nõ probetur. Bald. *in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iudex.* Iaſo *in l. vnum. nu.3.4.5 & 6 ff. ſi certum petat.* Idem.

73 Debitor in diem ante diei euentum, non poteſt cogi ad ſoluendum: quia eſt tutus exceptione. *l. in diem. ff. de condit. indeb.* niſi eſſet debitor fiſci, qui propter neceſſitates imminentes poteſt cogi ante diem ad ſoluendum. *l. j.* & ib. Bart. *per eum text. C. de condit. ex lege.* & infert ibi Bald. quòd emptores gabellarum pro neceſſitate reipublicæ, poſſunt cogi ad ſoluendum ante tempus, propter repentinas neceſſitates publicas. Iaſ. *in d. l. in diem. num.4.* Idem.

74 Debitor in diem, ſi per errorẽ ante diem ſoluat, non repetit medij tẽporis vſũ. cõmunem interpretum dogma colligitur ſic aſſumo ex Alex. *in l. j. nu.17. ff. de cond. indeb.* Iaſo. *in l. in diẽ ſoluit eod. tit. & in l. cum quis. C. de iur. & fact. ignor.* I. Suarez.

75 Debitor

75 Debitor intra biennium,& ſuam cautionem rectè ac iure codicet,& creditorem qui pecuniæ numerationem probat, ad perfectã liberationẽ adiget.comune ſcribit Eman. à Coſt. *in l.ſi ex cautione.cũ ſequentib.C.de non num.pecun.* E. Suarez.

76 Iurans ſoluere certo die,poteſt ſoluere vſque ad mediã noctem ſequentem.Fel.*in c.Ego enim.de iu.iur.& in ca.eccleſia S Mariæ.in 16.col.de conſti.*Dec.*in ca. conſuluit.in 3.col.de officio deleg.*

In cõtrarium fac.quod vult Fede.*conſ.*44.Vide Iaſ.*in l. more Romano.in 2.col.ff.de fer.* Vezinus.

77 Creditor,cui fuit promiſſum certa die ſoluere, vel dare pignora:adueniente die, poteſt præciſè cogere debitorem ad ſoluendum. Communem eſſe ait Rip.*in l. 4. §.ſi ex conuentione.n.9.de re iud.* Villalob.

78 Quando ſolutio fieri debet in pluribus terminis, ſuper hoc intelligitur actum quod ſoluatur in fine cuiuſlibet termini,& non in principio.*l.qui hoc anno.ff.de ver.ob.*Iaſ. *in l.,iectha. nu.7.ff.ſi cer.peta.*

79 Vbi ad ſolutionem faciendam ponitur dies gratia & debitoris & creditoris,ſolutio à debitore non fieri poterit ante euentum diei,& neque creditor cogi poterit ad eam recipiendam.*l.qui Romæ.§.1.de verbo.obli.*Roma.*in l.ſtipulatio iſta.§.inter.n.7.ff.de verb.obligat.* Vezinus.

80 Mora an poſſet purgari per eum qui iurauit certa die ſoluere,vt euitet pœnam? vide Phi.*in c.præterea.in 5. colum. de app.* Vezin.

81 Quinquennalis dilatio debitori conceſſa, ſiquidem ab eo præſtetur fideiuſsio,valet effectualiter,& confirmatur per ſatiſdationem ſubſequentem. communem dicit Bald. *in l. vniuerſa.C.de precib.Imp. offe.*refert & ſequitur Matth. de Afflic. *deciſ.378.in prin.* I.Fich.

82 Procurator,qui ſolutionis recipiendæ facultatem habet cum clauſula,vt in prædictis,& circa illa liberam adminiſtrationẽ obtineat,dilationẽ ſolutionis debitoribus ſummo iure largietur.cõmune inquiunt Alex.*in l.pactũ curatoris.C.de pact.* & qui rectè diſtribuit Franciſcus Turzan.*opinio.*82. E. Suarez.

83 Tempus,quo ad ſolutionem iudicatis indulgeri debeat, in iudicis arbitrio ponitur.commune eſſe ait Boer. *deciſ.45.n.2.*E.Suarez.& a. Villal.

84 Debitor promittens cum iuramento ſoluere decem infra menſem ſub excõmunicationis cenſura pœnaq; nõ dicitur periurus,nec excommunicatus,ſi ſatisfecerit poſt alium mẽſem ſequentem,& ſic infra tempus ſibi a creditore prorogatũ,qui idẽ terminus cenſetur cum primo,& verè, ac propriè iuramentũ videtur adimpleri infra tempus prorogatum, vt voluerũt Hoſt.*in c.præterea,de appell.*& Cardi.*in clem. t. §.nos itaque,de iureiur.*& Doct.omnes *in c.de cauſis,de offi.delega.*& præſertim Aug.Berous ibi,*n* 31.qui exprimit hoc dictũ veriſſimũ fore:& cõmuniter approbari atteſtatur Deci. *nu.* 45.*cum aliis ſeq.& in d.c.præterea,n.7.*ſed tranſacto termino præmiſſo prorogato,ſi debitor non ſolueret dicta decem,ſine dubio excommunicationem incurreret, quoniam prorogatio cũ qualitatibus, conditionibus, conuentionibúſue omnibus primi termini facienda venit,ſecundum gl.& Dominicum,*in c.hi qui de præb.in* 6.Bal.*in l.parabolani,C.de epiſ.& cler.*Io. de Imo.*conſ.*11.& aero.*in d.c.de cauſis,nu.* 31. *& ſeq.* vbi meminit iſtam eſſe communem opinionem.F.Viuius.

85 Solutio teſtibus probari poterit, quamuis eam non aliter probari poſſe,quàm ſcriptis contrahentes paciſcantur. commune inquiunt Ant.de Can.*in tract.de execut.inſtrument.q.36. nu.75.*Foller.*in pragmat.de cenſib. ver.qua quidem executio nullo falſitatis.n.57.& ſeq.* E.Suarez.

86 Solutio tributorum per teſtes non poteſt probari:tamen amiſſio inſtrumenti ſolutionis per teſtes bene poterit probari.Bal.*in l.ne caſu.nu.3.de diſcuſ.lib.x.*C. Vezinus.

87 Solutionis iam factę exceptio tum ſententiæ,tum executioni contractus ſine mora faciendæ opponi poteſt.cõmune aſſeuerat Cagn.*l.bona fides.nu.2 ff de reg.iur.*E.Suarez.

88 Solutionis loco res data ſubibit remediũ *l.2.C. de reſcin. ven.*ſi dautẽ vltra iuſti ac germani pretij dimidiũ læſerit. cõmune dicit latè, elegãter,atq. accuratè id explicãs Arius Pinel.me°iuris doctor,*in illã eãdẽ l.2.par.1.c.4.n.8.& n.9.*Idem.

89 Solutio facta per longum tempus quid operetur,quãdo quis non poteſt aliter probare ius ſuum? vide quę ſcribit Ancha.*ra.ſi.de cauſ.poſſ. & propr.* vbi ſolutum fuit cuidam eccleſiæ per longum tempus, deinde ceſſatum per biennium pro re immobili, quæ eccleſia dicebat rem cecidiſſe in cõmiſſum: non tamen aliter probabat de iure ſuo. vide ibi quid iuris:& dic,quòd ſolutio cenſus non probat contra tertium.Paris de Put.*tract.de reinteg.feud.pag.* 49. *c. incip. ſequitur.* & vide quæ ſcribit Bart.*in l.ſolent. §.non verò.ff. de offi. procon.* vbi plura de materia ſolutionis fieri ſolutæ.Bellacomb.

90 Solutio licet eſſet facta nomine hæredis ab ipſis agẽtib. videtur tamen ſoluiſſe de propriis eorũ pecuniis. Bart. *in l.cũ proponas.C.pro ſoc.* vbi ipſe inquit:ſi quis emeret aliquid pro ſe & nomine fratris,& ſolueret pretiũ,quãuis nomine fratris ſit facta emptio,pretiũ tamẽ ſolutũ videtur de propria pecunia ſoluẽtis,ita vt à fratre poſſit petere partẽ pecuniæ,ſi velit habere partẽ in re empta.Quia in dubio videtur quis ſoluere de propriis pecuniis. Bart.*in l.ſi patruus.cirs.ſi.C.cõ.vtr.iud.* Lud. Roma.*conſil.*3.Alex de Imol.*coſ.78.n.4.* & ibi apoſtill. *in ver. propria lib.2.* & ita magis communiter doct.concludere inquit *Alex.conſ.134.n.7.lib.*4.Et hac ſentẽtiã vbiq. Philip.*Deci.*approbat *in cõſ.21.n.10.*& ibi apoſtil.*in ver.dubio.& in cõſ.238.nu.5.& in conſ.348.n.3.*& ibi apoſtil.*in ver.proprius.*Kircho.

91 Debitor qui non eſt creditori familiaris, ſi inſtrumentũ debiti penes eũ debitorẽ reperiatur,ſi dicat ſe ſoluiſſe,præſumetur liberatus.*l. Labeo.ff.de pactis*, & ibi *Bart.* & *Iaſ.* poterit tamẽ creditor probare illud inſtrumẽtũ à ſe fuiſſe ablatũ,& quod tale inſtrumẽtũ peruenit ad debitorẽ ſine ſuo facto. Aufre.*in deci.Capell.Tolo.deci.*239. quod ſi debitor eſſet perſona domeſtica ipſi creditori,licet demũ illud inſtrumẽtũ penes eũ debitorẽ reperiretur,nulla eſſet pro eo præſũptio,quia eo caſu ſolutionem debebit probare.*deci. Cape. Tolo.* 239. *Bart.* & *Iaſ.in d.L. Labeo.Idem.*

92 Triennalis ſolutio operatur eũ effectũ,vt qui trib.annis proximis,& quolibet ex illis trib. ſe demõſtrauerit ſoluiſſe,erit abhinc præſumptio,quod retroactis tẽporib.iã elapſis integrè ſoluerit.*l.quicũque,de apoc.pub.lib.* x. *C.* quæ lex locũ habet & extenditur,vt procedat in quocũque qui habet ſingulis annis ſiue ſit emphyteuta,ſiue vaſallus,aut cẽſualis,vel quicũque ſit alius debitor,qui debet ſoluere anno quolibet Angel. *in § ſcimus.in auth.de non eligẽdo.*Iaſ.*in L.1.n.3.C.de fidei.* quia non eſt veriſimile quod creditor acceptilationẽ nouiſſimorũ annorũ daſſet,ſi non fuiſſet antea illi exolutũ pro aliis annis. *Iaſ. in L.2.n.135.C.de iure emphyteu.*quod procedit vbi quolibet anno de trib.annis elapſis fuerit facta ſolutio : ſecus ſi debitor ſoluiſſet vnica ſolutione pro trib.annis. *Io. Faber in ea L.1. Rebuf. in conſtit.regias,in tract.de cõſtit.reditnũ,art.* 1. *in gl.* 15. quæ lex quãdoq.locũ habet & in ſolutione tributorũ:nã ſolutio præcedẽtiũ annorũ per factam triennalẽ ſolutionẽ,quolibet anno ſoluitur, & præſumitur facta. quia plures actus ſeparatim facti magis ligant.*auth.ſine ante.C.ad Velle.* Gul. *Bened.in c. Raynutius,in verbo,ſi abſque liberis,in materia de legat. & fideicom.nu.182.& 186.Bald.in l.2.C.de dotis pro.*& Iaſ.*in ea L.1.*& in omni debitore anno habet locum ea lex, ſiue ſit vaſallus aut emphytheuta,aut colonus. *Benedict.eo in loco. Bellac.*

93 Debitor etiam nulla de nouo contingente cauſa compelli poterit, vt cautionem rei probandæ ergò præſtet. cõmune. inquit Rip.*in l.ij.nu.* 48.*ff.ſol.matr.*& Stracha de Mercat.*2.part. num.32.*Ant.Gomez.*de contract.cap.11.num vlt.*Arius Pin.*in l.ij. part.2.cap.1.num.20.ad ſi.C.de reſc.vend.* E.Suarez.

94 Debitor ſimpliciter ſoluens,nec cautionis, nec dati chyrographi fidem videtur agnoſcere: vt ait receptius Eman. à Coſta *in l.ſi ex cautione.limit.8.n.4.& 5.c.de nũ n.pec.*E.Suarez.

95 Debitor ſolutione partis tum demum liberatur,cùm numerationi creditor aſſentitur.commune dicit Alci.*in l.ij.§. & barum.ff de verb.oblig.* E.Suarez.

96 Debitorum remiſſio generalis non profertur ad res teſtatori debitas,aut actiones in res illi competentes.commune dicit Ant.Gomez.*de teſta.cap.vlt.nu.*82.*verſi.Item adde quod in facta.* E.Suarez.

97 Debitori qui debitum cõfitetur, decem dierum ſpatium de more ad ſoluendum indulgetur. commune inquit Porc. *in §.omnis ſtipulatio.nu.6.Inſtit.de verb.obl.* E.Suarez.

98 Debitor ſi debiti partem confiteatur, partem neget, confeſſam ſummã cogetur creditor inuitus accipere, cõmune ait Porc.*in princ.n.12.ad fin.Inſtit.quib.mod.tollit.obligat.* E. Suarez.

99 Allegans ſolutionem non cenſetur debitum confiteri. Eſt cõmunis opi.ſecundum Alex.*conſil.*183.*inci.in cauſa.circa fi. vol.*6.contra Dyn.*in reg.nullus de reg.iur.in* 6.Chæsanus.

100 Partem debiti non recipit inuitus creditor. vt commune

ponunt

ponunt Negus. *de pign. 2. part. 3. memb. 5. part. prin. nu.* 17. Tiraq. *lib. 2. retractus §. 4. gloſ.* 4. notant omnes *in l. quidam exiſtimauerunt. ff. ſi cert. pet.* etſi illic perperam communi interpretum placito deſiciant. Fulg. *n.* 4. Dec. *nu.* 6. Alc. *nu.* 8. idem Alc. *in l. 2. §. & harũ, nu.* 10. *& §. ex his. nu.* 54. *ff. de verb. oblig.* cõtra quod inter alia ſtat *lex . obſignatione.* C. *de ſolut.* & ab ſpeciali *l. cum hæres §. Item decem. ff. de ſtat. lib.* E. Suarez.

101 Numeratio præſumitur ſẽper facta nomine numerãtis, & nõ nomine tertij. per *l. & magis. ff. de ſolu.* Iaſ. *in l. certi condictio. § quoniam. nu.* 2 *ff. ſi cer. pe.* Vezin.

102 Creditor confeſſus in diuerſis ſcripturis, ſe decẽ recepiſſe, talis confeſſio de diuerſis quãtitatibus intelligitur. eſt cõ. opi. ſecun. Alex. *conſ. 4. circa primum. ver. quinimò plus. vol.* 1. M. Chærian.

103 Debitor coactus per ſuperiorem vt ſoluat iniuſtè ob iniuriam creditoris, periculum eſt creditoris. Iaſ. *in conſil.* 27. *vol.* 3. com. dicit. Vezinus.

In ſimili dicit *L. vij.* tit 8 *part.* 5. quòd ſi aliquis habet vineã, vel arbores alicuius, & ad iniuriam ſuam inimici eius fecerũt aliquod damnum, tenetur ad dandum domino. Idem.

104 Quæro, An ſtatutum diſponẽs in cõtractu, habet locũ in liberatione, & renũtiatione? Reſp. quòd ſic, & eſt cõmunis opin. vt teſtatur Iaſ. *in l. more. nu* 37. *ff de acq. hær.* Vezinus.

105 Seruo vel filiofamilias qui fecit contractum, ſolui poteſt. *l. quod ſeruus. ff. depoſi.* & ibi Bart. *l ſeruus. ff. de ſolut.* tamen ſeruus non poteſt dare dilationem ad ſoluendum, ſicut nec procurator, nec filius, qui etiam non poſſunt facere pactum de non ſoluendo. Iaſ *in l. ſeruus.* C. *de pact.* Vezinus.

106 Nobilitatis priuilegiũ nõ ſuppetit & non procedat cõuentio, vltra quã nobilis facere poſſit. cõmune affirmat Did. Cou. *lib. 2. variarũ reſolutio. c. 1. n.* 4. Prærogatiuã tamen elargitur, ne nobiles vel ſuſpendantur, vel alias viles pœnas luant, vt generali vſu receptũ aſſeuerãt Marcus *deciſ.* 32. latius Iulius Clar. *in prac. §. vlt. q.* 60. *nu.* 24. *ver. prodeſt.* E. Suarez B. Villal.

107 Deſcriptio terrarũ ſuper libro æſtimi non præiudicat exẽpto, niſi de eius ſcientia facta ſit deſcriptio: nec ſolutio cõtraria obeſt, niſi cõtinuata per ſpatiũ 30. annor. ſecũd. cõmun. per *Alex. conſ.* 192. *cũ ſeq. vol.* 2. Ripã *lib. 1. reſponſ. c.* 21. *n.* 11. quos refert & ſequitur Burſ. *conſil.* 16. *nu.* 82. *lib.* 1. Bonacoſſ.

108 Solutionis exceptio ſemper poteſt opponi in executione ſententiæ, vel cõtractus habentis executionẽ paratã. Hier. Cag. *in l. bona fides. n. 2. ff. de reg. iu.* com. dicit. Villal.

De euictionibus.

TITVLVS XXVIII.

EMptor ex natura contractus tenetur de euictione, etiam ſi hoc non ſit expreſſum in contractu. *l. non dubitatur. C. de euict.* verò ſi conueniat cum emptore, quod vẽditor nõ teneatur de euictione re deinde euicta: non poſſet quidẽ agi de euictione, ſed agetur ad pretium, ad quod reddendum venditor cogi poterit. *l. emptorem. §. fi. ff. de actio. empti.* & *Aufre. in dec. Capel. Tholoſ. quæſt.* 36. Rebuf. *in ea l. vnica. C. de ſenten. in gl. 1. nu.* 5. Bellac.

2 Vẽditio. De natura vẽditionis eſt, vt venditor teneatur de euictione reſpectu ſui, & pro facto authorẽ ſuorũ. tex. *l. emptorẽ. §. qui autẽ.* vbi gl. *v. omnes. ff. de act. emp.* quem allegat Oſaſc. *deciſ.* 48. *n.* 5. vbi quærit, an bonis alicuius publicatis, & eorum publicatione facta, cũ generali promiſſione euictionis, ſi cõtingat principis reſcripto bonorũ reſtitutio: an emptor agere poſſit de euictione? & ibi poſt plura cõcludit quòd ſic, quę autẽ actio cõpetat cõtra vẽditorẽ re euicta? vide Miſing. *cent.* 1. *obſer.* 54. vbi inter alia dicit, quòd ad facti moleſtationẽ promittens euictionẽ nõ tenetur, actio autẽ de euictione nõ prius cõpetit, quã res ſit ablata, niſi dolus interuenerit, ſecũd. *eundẽ d. centu. obſer.* 56. Quid quãdo promittitur euictio, quomodocũque & qualitercũq. rẽ euinci contingat? & dic, vt per doct. *in apoſt. ad l. cũ pœna ff. de arb.* Ang. *§. fi. Inſt. de emp.* & faciunt quæ idem Oſaſc. ſcribit *d. deciſ.* 48. *n.* 8. vbi promiſſio de conſeruando & præſtando aliquem indemnem ab omnibus contradictionibus, operatur, vt quocunque modo quis de euictione teneatur, de quo vide quæ ponit Crem. *ſing.* 158. vbi latius declarat, quid de venden. & promittente pro ſuo dato & facto tantum? & dic, vt per Bart. *in l. ſi ſeruus. num. 3. ff de cond. fur.* Alex. *conſ. 18. col. fin. poſt med lib.* v. vbi doct. *in apoſtil.* Deci. *conſil. 281. col. pen. & fin. in prin. & poſt med. 2. reſponſ.* Quid de promiſſione de defendẽdo? & dic, quod intelligitur de iuſta defenſione, non de violenta, quę concluſ. fallit in principe, te ſte Miſing. *cent. 2. obſer.* 19. quibus omnib. adde, quòd venditor non tenetur releuare emptorem, quando citra iudicialem cognitionem res ei auſertur de facto, iuxta not. per Rol. *conſil. 45. col. pen. & fi. n. 19. lib.* 3. quod autẽ promittẽs defendere de iure & de facto, nõ intelligatur de violentia, ſcribit idẽ Rol. *d. conſ. n.* 21. vbi latius declarat, & *ibi nu.* 16. quid de vẽditore ſuſcipiendũ in ſe caſũ fortuitum? & poſt plura concludit venditorẽ in caſu de quo ibi, non teneri ad releuationẽ requiſitã, occaſione diminutionis redditus cuiuſdã rei locatæ per eameram ducalẽ, quæ idem operatur ac ſi per principẽ facta eſſet, iuxta tradita per Alci. *conſ.* 117. *n.* 15. quia ſtat iuris diſpoſitio, quòd caſus fortuitus poſt perfectã venditionẽ ſpectat ad emptorem. *l. 1. C. de periculo & commod. rei vend.* Bellac.

3 Venditor tenetur rem præciſè tradere ſi eſt in ſua facultate, aliàs ſecùs: quia tunc non tenetur niſi ad intereſſe. Ant. Nicel. *in concord. gl. concord.* 54. commu. dicit Tiraq. *trac. de iure conſtit. part. 1. num.* 35. B. Villal. & Vezinus.

Hanc ſimiliter communem eſſe, teſtantur Alex. Iaſ. Claud. Aquen. Ruin. Fab. de Mõt. & multi alij, quos enumerat Hipp. Riminal *§. in.* 33. & 38. *Inſtit. de donat.* Et Phanutius de Phanut. *in tract. de in lit. iur. num. 35. poſt med.* 1. fich.

Nota iſtam communem ad intel. *l. 9. tit. 5 part.* 5.

4 Vendere promittens, tenetur ad rem tradendã, quia hæc obligatio eſt indiuidua. Curt. *iun. conſil. 74. nu.* 1. commu. dicit. *B.* Villalob. & Vezinus.

*A*mplia iſtã cõmunẽ, quòd licet vẽditor ſe cõſtituat nomine emptoris poſſidere, vel precario, & ex hoc videatur trãſlata poſſeſſio in emptorẽ, tamẽ teneatur etiã ad traditionẽ facti, & ad nudã detentationẽ. Tiraq. *tra. de iure cõſtit. part. 1. nu.* 1. com. dicit ea Alex. *conſil. 28. vol.* 2. & concor. *conſ. 43. vol.* 1. Idem.

5 Venditor non habet prælationem. Rip. *l. ſi ventri. §. in bonis ff. de priuil. credit.* com. dicit. Idem.

6 Vulgaris concluſio eſt, quòd vẽditor ex natura contractus tenetur de euictione ad intereſſe. text. eſt *in l. non dubitatur. C. de euict. & l. venditor. ff. eo. tit.* Vezinus.

7 Sed quæro, An emptor, ſi conueniatur, venditori denunciare debeat, vt aſſiſtat liti ad effectũ, vt teneatur de euictione? Reſp. Diuerſæ in hoc articulo ſunt ſententiæ. Nã *gl. in l. emptor. C. de euict.* tenet, quòd non teneatur, & eam ſequitur ibi Cyn. & Imo. *in l. non ſolũ. §. morte ff. de ope. no. nun. & in cap. fi. num. 3. de emp.* Dy. *reg. eum qui. de reg. iur. lib.* vj. Et hanc dicit eſſe veriorem ſententiam Barb. *d. cap. fin. num* 4.

Sed hæc gl. opi. cõmuniter reprobata, & in eã itũ ſentẽtiam, quod emptor teneatur litẽ denunciare venditori, ad effectũ, vt poſſit cõtra eũ habere recurſũ de euictione. ita tenet Bar. *in l. denunciaſſe. §. quid tamẽ ff. de adul. & in l. nomen. C. quæ res pig. obli poſ. d. l non ſolũ. §. morte. l emptor. C de euict.* Eandẽ ſentẽtiã amplectitur Io. And. *An*t. de Butrio. Ancha. Card. Abb. & Ant. de *Burgos, d. c. fi.* Rom. & doct. *d. § morte.* & in ſpecie ibi Alex. dicit eã eſſe cõmunẽ, *n. 12. & in conſ. 24. n. 5 vol.* 4. Ant. Rub. *d. §. morte. n* 181. & ibi Claud. de Seyſel *nu.* 95. Iaſ. *nu* 39. eandem dicit eſſe cõmunẽ idem Iaſ. *l. 2. §. voluntatẽ. n. 16. ff ſol. matr.* Petr. de Rauen. *in Alphabet. aureo. verb. vendere.* M. Graſſus.

8 Quæro vlterius, an ſola ſufficiat denunciatio, vt teneatur de euictione vẽditor? Reſp. cõmunis eſt ſẽtẽtia, quòd nõ ſufficit ſimplex denũciatio, niſi oſtẽdatur copia libelli, eſt enim hæc denũciatio citatoria, ſ. vt veniat vẽditor ad aliquid faciẽdũ, quo caſu nõ ſufficit emptori dicere venditori, ſibi litẽ eſſe motã, ſed debet eũ certiorare oſtẽdẽdo copiã libelli, & requirere vt veniat ad defendẽdũ, aliàs denũciatio venditorẽ non aſtringeret. ita pulchrè declarat Bar. *in d. §. morte & in l. empti. C. de euic.* Card. *clem. cauſã. v. idẽ quoq. in fi.* per illũ tex. *de elec.* Eandẽ ſententiã firmat Ang. & *Io.* de Imo *in l. in executione. §. in ſolidũ. ff. de verb. obl.* Paul. & Sal. *in d. l. emptor.* *Alex. d. §. morte.* Et eã dicit eſſe cõem cum cæteris Modernis Fel. *in c. cum M. Ferrarenſis. de conſt. n.* 63. Eandẽ dicit eſſe communem Ant. Rube. *d. §. morte. n.* 674. & ibi Clau. de Seyſel *nu.* 93. Iaſ. *nu.* 38. & eam tenet Barb. *d. c. fi. nu.* 5. Licet contrarium teneat Ro. *d. §. morte. nu* 12. *per gl. d. Clem. cauſam in gl fi.* Verùm eius ſententia parũ curanda eſt, quia eſt contra caſum *d. Clem. verſ.* *M. Graſſus.*

9 Si vendidi tibi rem, & de euictione promiſi, tu poſtea illã rem alij donaſti, & donatario res fuit euicta: tu emptor non potes agere de euictione cõtra venditorem, quia tua non intereſt, ex quo donatario nõ teneris de euictione, not. *in l. Iulianus. §. qui fundum. ff. de verb. oblig.* fallit in 2. caſib. quos no. *Iaſ. in d. §. qui fundum, num.* 1. *& ſeq.* Don. à Ripa.

10 Cohæres tenetur de euictione cohæredi, cui res euicta obuenit ex diuiſione facta ab ipſis cohæredib. *l. ſi fratres, C. com. vtriuſq. iud.* Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 3. à Ripa *in l. quis Romæ, §. duo fratres, n. 97. ff. de verb. obl.* Don. à Fina.

11. Quæro, an emptor indiſtinctè à vẽditore poſſit repetere expẽſas litis ob rẽ vẽditã factas? Reſp. de hoc cõtrouerſũ eſt. Nã gl. *in l. 2. C. de euic.* tenet, quòd ſolũ poſſit repetere re euicta, quãdo ſuccubuit emptor, quã ſequitur ibi Bal. Eandem ſentẽtiã firmat Spec. *t. de emp. §. 5. v. quid inſtrumẽtũ.* Cuma. *in l. venditor. ff. de verb. obl.* dicens, hanc com. opin. & quod omnes ita tenuerunt vſque ad Bart. Fulg. *l. quia abſente. C. de procura.*

Verũ quòd imò indiſtinctè emptor poſſit expẽſas litis repetere, etiã ſi obtineat, tenet Bart. *d. l. vẽditores.* niſi ab aduerſario recuperet, qui ſuccubuit. idẽ firmat Ang. Imo. & Aret. & Sal. *d. l. qui abſentẽ.* idẽ Bar. *l. 1. C. de euict.* Abbas *ca. ſi. de emp. & vẽd.* & ea dicit eſſe magis cõmunẽ ſẽtẽtiã Iaſ. *d. l. vẽditores. n. 2. 4. & 5.* & licet ſit paſſus diſputabilis, tamen hæc vltima ſententia mihi videtur verior. Nã certi iuris eſt, quod vẽditor ex diſpoſitione iuris tenetur ad duo copulatiue ex natura contractus, videlicet de euictione ad intereſſe, vt ſuprà, & ad defenſionẽ litis. *l. ſi plus. §. mota. ff. de euict.* ex quo ſequitur, quòd etiã pẽdẽte lite, & re nõdũ euicta, emptor poſſit vẽditorẽ cogere vt ſubminiſtret expẽſas: vt per Bar. *d. l. qui abſentẽ.* Vnde per conſequẽs ſi emptor nõ tenetur ad illas expẽſas, rectè ſi quid ſoluit, poterit repetere, ſiue ſuccũbat, ſiue obtineat. Mich. Graſſ.

12 Quæro, an iuri offerẽdi, ſeu redimẽdi, quod vẽditori cõpetit ex pacto, vt ipſe, vel ſui hæredes oblata pecunia rẽ venditã quãdocũq. ad ſe redimãt, poſſit præſcribi? Reſp. quæſtio eſt ardua, & apud Doct. mirificè cõtrouerſa. Nonnulli exiſtimãtib. hoc caſu præſcriptioni locũ nõ eſſe, propter malã fidẽ emptoris, qui ſcit à ſe rẽ euinci poſſe. *c. poſſeſſor. de reg. iu. in 6.* quos refert & ſequitur Fabian. de Mõt. *in trac. ſuo de emp. & vend.* Horũ etiã ſententiã vti æquiorẽ, & cõſciẽtiæ minus periculosã ſequendã cõſuluit *Alciat.* noſter *in l. petens. C. de pact.* & ſecundũ hanc etiã in iudicio cameræ Imperialis pronũciari tradit Mynſing. *in ſuis obſeruat.* maxime ſi hoc actũ ſit, vt ſemper, vel quandocunque, vel in perpetuum radire fas ſit.

Verũ ab hac ſententia à recẽtiorib. crebriori calculo in contrariã itum eſt, vt indiſtinctè 30. an. præſcriptioni locus ſit in iure redimẽdi rẽ tali pacto vẽditã, & quidẽ ex eo potiſſimũ fũdamẽto, quòd præſcripto 30. vel. 40. an. generaliter aduerſus omnes actiones introducta ſit, & quidẽ odio negligentiæ non petentis, ac ne perpetuò in incerto eſſent rerũ dominia, idque publicæ vtilitatis gratia. ita tenẽt omnes Moderni, & in ſpecie Iaſ. *in d. l. petens. n. 10.* nõ obſtante etiã clauſula, abſque vlla præſcriptione, vel dictione quãdocunque in perpetuũ, quod iis, quæ in fauore publicũ introducta ſunt, renunciare nemini facilè permittitur, & dictiones iſtæ ad præſcriptionis præfinitæ tẽpus reſtringendæ ſunt. ita conſuluit *Bal. in conſ. 303. inci. ad euidentiã præmittendũ. vol. 1.* Pe. de Anch. *in conſ. 132.* Signor. de Homod. *conſ. 189.* Ioan. Fabr. *l. cũ notiſſimi. C. de præſc. 30. vel 40. an.* Tiraq. *trac. de vtroque retrac. §. 1. gl. 2. n. 7.* Eandem ſententia refert & ſequitur *Dec. d. l. petens.* Ang. *in conſ. 55.* & eam tanquam veriorẽ & communiorẽ, & in iudicando & cõſulendo ſequendã tenet *Fran. Balb. in. tract. ſuo præſcr. 3. quæſt. 4. par. 5. prin.* Lud. Gozad. *in repe. l. 2. n. 48. C. de pac. int. emp. & ven.* Vdalr. Zaſ. *in conſ. 12. punct. 3. dubitationis. v. iam verò ne cui. n. 75.* Hier. Schurpf. *in conſ. ſuo 99. & conſ. 70. per totum.* Sed quãuis hæc ſit magis communis ſententia, Ego tamen à prima tanquam æquiore, & conſcientiæ minus ſcrupuloſa in iudicando non arbitror eſſe recedendum. Mich. Graſſus.

13 Emptor in cauſa euictionis vẽditori denũtiare tenetur, vt liti aſſiſtat. fallit in 7. caſib. quos po. Soc. *reg. 117.* fallit in 9. caſib. quos refert Ant. Rub. *in repet. l. non ſolũ, §. morte, nu. 681. ff. de no. op. nunciat.* videas Pet. Duen. *reg. 241.* fallit vt per Mati. *in ver. venditio.* fallit in 3. caſib. vt per Soc. *in l. 2. §. voluntatem. ff. ſolu. matrim. nu. 14.* fallit in 6. caſib. vt per Rip. *in cap. cum M. Ferrarienſis, de conſti. nu. 66.* Fallit in 4. caſib. vt per Alex. *in d. §. voluntatem. nu. 14.* Don. à Fina.

14 Quæro, an ex modicitate pretij, cum pacto de retrouendendo cõtractus venditionis præſumantur ſimulatus & pignoratitius? Reſp. quòd in hoc articulo inter doc. magna eſt cõtrouerſia. Nam quòd prædicta duo non ſufficiant ad probandũ cõtractus ſimulationẽ, & quòd ſit iudicandus pignoratitius, niſi cõcurrat conſuetudo fœnerandi, & quod ſit ſolitus fœnerari emptor, tenet Arch. *cap. quia plerique. 14. quæſt. 3.* Iac. de Aret. & Sal. *in l. emptione. C. plus valere quod agitur.* Io. And. *c. illo vos. de pign.* Bald. *c. 1. de feu. dato in vicem legat. commiſ.* Eandẽ ſententiam firmat Paul. de Caſtr. *in l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cert. pet.* Pet. de Anch. *in c. ad noſtram. ext. de empt. & vend.* Et ita quod iſta tria requirãtur, & prædicta duo non ſufficiant, dicit eſſe magis communem opin. *Cæpolla in ſuo tract. de ſimula. cõtract. ſub finem.* & firmat Deci. *in conſi. 167. verſi. non obſtat etiam. & in conſi. 308.* vbi allegat Soc. in eandem ſententiam. Et eam ſequitur Gozad. *in repet. l. 19. C. de pact. inter emp. & vend. ver. tertiò quæro.* cum pluribus & Antiquis & Modernis per eum allegatis. idem ſequitur Cagnol. *in d. l. 13. c. de reſcind. vend.*

Contrariam ſententiam, quòd ſcilicet ex pacto de retrouendendo, cùm modicitate pretij cõtractus ſit iudicandus fœneratitius, & illa duo ſufficiant ad probandam ſimulationẽ, firmat *gl. in c. conqueſtus. ext. de vſur. & cap. ad noſtrã.* quã ſequũtur ibi doct. Holt. Inn. Io. And. & Pan. qui dicit hãc eſſe cõmunẽ opin. Eandẽ ſententiã ſequitur Bald. Alb. de Roſat. Paul. de Caſt. & Fulg. *in l. emptione. C. plus valere quod agi.* & ibi Alb. dicit hãc eſſe communẽ, & ſe ita obtinuiſſe coram magis peritis. Et dicit *Bart. conſ. 51. vol. 1.* quòd ita conſuluit pluries in plurib. prouinciis. Hanc quoque communem eſſe opin. firmat Fulg. *in d. l. emptione.* Alex. *in conſil. 46. vol. 3.* Imo. *in d. c. ad noſtram.* Goffr. *in ſum. ſua, de pign.* Spec. *in tit. de vſur.* & tenet Deci. *conſ. 167.* Guid. Papæ *conſ. 180.* Bertr. *conſi. 111. in 3. vol.* aſſerens hanc eſſe cõmunẽ opin. Eandem firmat eſſe cõmunẽ Th. Ferra. *in caut. 17.* ſubdens hanc eſſe pro ſalute animæ & conſcientiæ tenendam. Aymon Crauet. *conſi. 156. n. 8.* Hanc quoque dicit eſſe cõẽm & ſaniorẽ pro cõſciẽtia, Chaſſã. *in cõſuet. Burg.* prout teſtatur Ferra. *d. caut.* Et pro hac ſentẽtia, quòd ſcilicet ex pacto de retrouẽdẽdo cũ modicitate pretij nõ niſi pignus cõſtitutũ, & in fraudẽ vſurarũ venditionẽ celebratã, præſumatur, dicit eſſe iudicatũ Matth. de Aff. *deciſ. 65. & 40.* Et ab hac ſentẽtia tot ac tantorũ Patrũ tã Antiquorũ quàm Modernorũ authoritate & numero roborata tanquã magis cõmuni, & cõſcientiæ minus periculoſa recedendum non eſt, vt *c. 1. de decimis.* Abb. *c. ſunt nonnulli. verſi. tantorum patrum. 16. quæſt. 1.* M. Graſſus.

15 Quæro, an venditor conſtituens ſe rẽ poſſidere nomine emptoris, liberetur à reali traditione rei vẽditæ? Reſp. cõis & vera aſſertio eſt, quod liberetur, nec poterit cõueniri ad realẽ traditionẽ rei actione ex vẽdito ſeu empto, ſed debet cõueniri rei vẽdicatione, vel vti poſſidetis. ita tenet Bart. *in l. ab emptione. per gl. ibi ff. de pact.* idẽ tenet gl. *in auth. ſacramẽta puberũ. v. cuſtodiãtur. C. ſi aduerſ. vend.* Et hãc ſentẽtiã ſequũtur *in d. l. ab emptione* Bal. Sal. Fulgo. & Iaſ. qui dicit quod ita tenẽt cõmuniter doc. Are. & Paul. de Caſtr. *in l. ſi mora. ff. ſol. mat.* Per conſtitutũ enim trãsfertur dominiũ & poſſeſſio tã naturalis quã ciuilis, vt tradit Bart. *in l. interdũ. in prin. ff. de acq. poſſ.* M. Graſſ.

16 Euictio contra venditorem locum habebit, ſi res vendita euincatur. *l. j. & l. ſuper empti. C. de euictio.* ſed ſi nõ rei pars, ſed ſolùm agatur de ſeruitute, quæ petitur ab aliquo ſuper re vẽdita, nõ agetur tunc de euictione, ſed ſolũ actione quãto minoris, *l. quoties. ff. de ædilit. edicto.* quod procedit vbi quis ignorans ſeruitutem venderet. quòd ſi quis ſciens eam ſeruitutem vendiderit fundũ liberũ, vel dixerit vendendo, vendo fundum vti optimus & maximus eſt, & illis caſibus vendens tenebitur ad omne intereſſe nomine ſeruitutum. *l. cum venderet. ff. de cõtra. empt.* glo. *in d. l. quoties.* *Azo in ſumma. C. de euictio.* glo. *in l. quæ ad ſeruitutes. in verbo, ſi tacita. ff. de euictio.* Bellac.

17 Venditor licet re per ſententiã euicta regulariter emptori de euictione tenetur. *l. qui rem l. non dubitatur. C. de euict.* id tamen inter alia fallit, quãdo emptor vel omninò non, vel nõ debito tempore, venditori denuntiaſſet. gl. *in c. ſi venditori. de empt. & vend. l. emptor fundi. & l. auctore. C. de euict.* debitum autem tempus eſt, vt conuentus qui oneroſo titulo rem habet, ante concluſionem cauſæ principalis vel appellationis, cùm adhuc omnia iura eadem ſalua ſunt, denuntiat venditori. qui autẽ lucratiuo titulo rem detinet, id facere tenetur ante litis conteſtationem, adhoc, vt de euictione agere poſſit contra donatorem. Bart. & Dynus *l. ſi concubinam. §. ſi hæres. ff. de legat. 3.* Io. And. *in c. ſi. de emp. & vend.* Cy. *in l. quoniam. C. de euict.* quod quidem verum eſt, niſi remiſſa ſit, vt paſſim fit in inſtrumentis denunciandi neceſſitas, iuxt. *l. Herennius. ff. de euict.* aut niſi venditor ſciuiſſet, tunc enim denunciare non tenetur. gl. *in l. empt. C. de euict.* verùm ad finem certificandi, quia qui certus eſt, amplius certiorari non debet, *l. j. in fi. ff de act. empt.* tamen ad alium finem, putà, vt veniat ad defendendum & producendum

dunt

dum probationes omninò venditori denunciandū eſt, vt voluit Bart. *in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. de adult. & in l. non ſolum. §. morte. ff. de noui ope nunc.* idē cū Bal. & Ang. *in l. ſi procuratorem abſente. ff. de proc.* & D. Petrus Flor. & Ant. *cap. fi. de empt. & ven. per l. ſi parentes. l. cum ſucceſſores. C. de euic. l. ſi rem. §. fi. ff. eod. tit.* & ita communiter teneri refert Bene. Capr. *reg. 87. nu.* 227. vt verius eſſe dicit, aut niſi vēditor & emptor in eodē iudicio eſſent ſimul conuenti, ab eo qui rem euicit, tunc enim & ſi emptor venditori aliter non denūciauerit, ſuperatus tamen agere poterit de euictione contra venditorē. *ſecundum gl. ſingularem in l. ſi dictum §. ſi præſente, in verbo, poſſit ff. de euict.* quam ſequitur Bal. *in l. fin. C. de vſur. rei iudic.* & *in l. ſi libera, C. de ſent. & interlocut. omnium iudi.* & cum ea communiter doct. tranſire aſſerit Ben. Capr. *reg. 87. nu.* 228. aut niſi venditor vltro ad defenſionē veniret, vel iuraſſet defendere, quia nec tunc denūciatione op⁹, & ea omiſſa re euicta, vēditor cōueniri poteſt, vt videtur velle Io. And. & Ant. Imola. & D. Nicol. *in cap. breui. de iureiurando.* & Spe. *in tit. de Aduocato. §. 1. verſ. Quid ſi is qui iurauit.* quod poſtremum tamen *ſecundum gl. d. cap. breui & in cap. cupientes, §. ſi vero. de elec. lib. vj. in verbo, contempſerit.* nō videtur verum in noſtro caſu cùm iuramentum nihil addat cōtractui, ſed contractū roboret, vt intelligatur ſecundum naturam contractus. *l. fi. C. de non nu. pec.* quod ita practicari & communiter obſeruari refert ibid. Ben. Capr. *nu.* 231.

18 Emptori nō tenetur vēditor de euict. quę nō fuit denūciata, etiā ſi ſciat litē moueri. Alex. *in l. ij. §. voluntatē. nu.* 12. *ff. ſoluto matrimonio*, & Ioan. de Ripa. *in ca. cū M. Ferrar. de conſt. nu.* 166. & Petr. Rauen. *in alphab. aureo in verbo vendere*: cōmunem dicit, & Rauēna ponit duas limitationes. Dec. *conſ.* 74. Villal.

Amplia idem fore & cum venditor nullum defendendi ius habet. commune efferi Dec. *conſ.* 74.

Nota iſtam communem cum ſequentibus ampliationibus ad intelle. & ampliationem *l. xxxij. tit. 5. par. 5.* & *l. vij. tit.* 10. For. *ll. lib.* iij. Et vide *l. xxxvj. tit. 5. part. 5.* vbi ponit caſus, in quibus venditor non tenetur de euictione. Et vide *l. xxj. tit.* 8. *part.* 5. de conductore impedito vti, & frui re locata.

*A*mplia primò, quòd non ſolùm requiritur, quòd denūciet litem eſſe motam emtor venditori: ſed etiam tenetur offerre libellum, & citationem in authentica forma. Io. de Ripa *in d. cap. cum M. de conſt. nu.* 163. com. dicit.

De iure regio emptor tenetur ſaltem ante publicationē denuntiare vēditori: aliàs nō tenetur venditor, *l. xxxij. ti. 5. par.* 5.

Item non ſolùm requiritur quòd denunciet litem eſſe motam: ſed requiritur etiam quòd proteſtetur quod veniat ad litem recipiendam: Ripa *ibi nu.* 165. com. dicit.

Nota quòd ſi abſēte vēditore, emptor proteſtetur, quòd nō poteſt venditorē inuenire ad faciendā denūciationē: hęc proteſtatio eū nō adiuuat, ſi veniēte vēditore non denunciet: quia videtur à proteſtatione receſſiſſe. Iaſ. *in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi num. 4 ff. de no. oper. nuntiat.* communem dicit. Villal.

19 Hæres ſi tradit rem alienam legatam legatario, non tenetur de euictione, gl. & Bar. *in l. ſi domus, §. de euictione, & l. qui concubinam. §. ſi hæres. ff. de leg.* 3. Fallit in 4. caſib. vt per Vigel. *in commento. 5. ann. ca. 2. reg. 4. fol.* 10. fallit in 6. caſib. quos no. Ben. Capr. *reg.* 107.

20 Venditor nolens de euictione teneri, ad pretij reſtitutionem tenetur, *l. emptor. §. ibidem ff. de actio. empti.* fallit in 4. caſib. quos not. Soc. *reg.* 437. Don. à Fina.

21 Qui euincit, vel vēdicat rem ſuā, poſſeſſori pretium quod aliis ſoluit, offerre non videtur, *l. vt mancipium, C. de rei vend.* fallit in 3. caſib. vt per Soc. *reg.* 439. Don. à Fina.

22 Donator de euictione tenetur, gl. Bar. & doct. communiter, *l. Ariſt. §. fi. ff. de euictio.* latè videas Anto. Trigo. *ſing.* at. fallit vt not. Viuius *in ſuis concluſ. in ver. donatio*, vbicunque incipit à promiſſione.

Quę de euict. tenet actio eūdē agētē repellit exceptio. Idem.

23 Venditor promittens factum ſuum tantum in venditione, ſi tractu tēporis res empta euinceretur ex facto ſui authoris, tunc profectò teneretur ipſe venditor de euictione, & ſic de facto ſuorum authorum, prædeceſſorum & hæredū teneretur, quoniam per dictionem huiuſmodi taxatiuam non videtur factum authoris excluſum, ſecundum glo. *in verb. intereſt.* Bar. Bal. Sal. Pau. Caſt. & cæteros, *in l. ſi ſeruus, la ij. ff. de condict. furtiua.* & ibi etiam Alexan. *add. ad Bar.* Cy. Bal. & Sal. *in l. fi. C. de actio. empt.* Ang. *in §. fi. Inſti. de empt. & vend.* Ancha. *conſ.* 83. *in nomine Domini, amen.* Pau. Caſt. Iaſ. *nu.* 9. & Rom. *in l. ſtipulatio iſta. ff. de verb. oblig.* vbi meminit iſtā eſſe cōmunē opi. quā ſequitur quoq. poſt alios ſignatos per eū Boēr. *deciſ. 67. n. 3. cū aliis ſeq.* vbi deducit iſtā eſſe cōem ſententiā, limitat, & ait ita in Burdegalēſiū ſenatu deciſū extitiſſe, & licet ob dictione taxatiuā in his verbis; promitto pro facto & dato meo tantū operetur, vt vēditor de euictione extranei nō teneatur: nō facit tamē quominus teneatur pretiū reſtituere, vt conſuluit pater veritatis Alex. *coſ. 188. ſi vēdo*, & hoc perpetuò diſce ad practicā, ſiquidē multi dicerēt oppoſitū. Franciſc. Viuius *opin.* 1019.

24 Venditor non tenetur de euictione, nec de pretio, quando emptor ſciebat rem alteri eſſe obligatam. Lud. de Gozad. *conſi. 24. nu.* 7. comm. dicit. Vezin.

25 Vēditor ſciēs lite motā ēptori, nō tenetur de euictione, niſi ſibi per emptorem fuerit facta denūciatio. Eſt com. opin. ſecun. Iaſ. *l. 2. §. voluntatē. verſi. tenendo tamē concluſionē. ff. ſol. matr.*

Limitatur, vt ibi per eū, niſi in inſtrumēto iuraſſet vēditor, defendere emptorē: quia tunc vēditor ſciēs litē motā tenetur etiā nō facta denūciatione, propter ſtimulum iuramēti: quia iuramētum cū lite conſtituit iurātē in mora, ipſo iure, ſine alia denunciatione, ſecundū eundem Iaſ. latiſſimè, *l. quod te. ff. ſi cert. pet.* M. Chacnan.

26 Quando venditor reperitur poſt factam venditionē adhuc rem venditam poſſidere, pręſumitur venditio ſimulata & fraudulenta. Eſt communis opin. ſecund. Corn. *in conſi.* 205. *in præſenti. verſi. nec videtur, vol.* 3. Idem.

27 Quæro, an executor & victor teneatur de euictione rei vēditę. Reſ. quod nō, ſed periculū ſpectat ad emptore, ita tenet gl. *d. l. a diuo Pio. §. ſi poſt addictiū. verb. periculū.* quā communiter approbatam dicit Iaſ. *ibi n.* 3. quia tamen ipſe habet regreſſum cōtra debitorem condemnatum, cui profuit ſolutio, & qui fuit liberatus per ſolutionē pignorū, effectus periculi euictionis eſt ipſius debitoris condemnati. M. Gratius.

28 Vēditor qui tenetur de euictione, nō tenetur ad ſūptus in lite factos niſi à die motę litis contra eū venditorem: tenetur enim emptor notificare litē motā ipſi venditori, etiam ſi aliàs certus ſit, & eum interpellare vt defendat, *l. cum ſucceſſores. C. de euictionib.* & hanc communem opinione eſſe aſſerit Corneus *conſ. 255. in 3. vol.* & vbi alias venditor per pactum non teneretur de euict. teneatur tamē ad pretij reſtitutionē. Corn. *conſi 226 vol. 2.* & Deci. *conſi. 64. nu.* 2. Bellac.

29 Si pater rē filij vendiderit, & filius illi patri qui vendidit ſuccedat, nō poterit filius hæres patris vēdentis rē ſuā à patre venditā recuperare, nec cōtra talē cōtractū poterit venire à ſuo patre geſtū, cuius eſt hæres. *l. ſi pater. C. de donatio. l. cum vir. ff. de vſuc. l. cum à matre. C. de rei vendic. per regulā l. vēdicātē. ff. de euict.* Boer. *deci. 23. n. 19. & 21.* Intellige vbi filius eſſet patris hæres inſolidum, quod ſi prò parte, pro ea parte pro qua erit hęres, nō poterit agere, ſed bene pro ea pro qua non erit hæres. *d. l. cum à matre.* & Boer. *ibid. n.* 21. & hæc etiā procedūt vbi filius ſimpliciter eſſet hæres, ſecus ſi eſſet hæres ſub beneficio inuentarij: quia tūc ſi tantū de ſubſtātia teſtatoris nō remaneret, quātū eſt ea portio, qua hęres vult vēdicare, & tūc poſſet agere, alias nō poſſet agere. Boer. *ibid. nu.* 20. Et nó poterit etiā filius hęres patris vendic. re rē ſibi ſubiectā reſtitutioni à ſuo patre vēdita. Paul. de Caſtr. *coſ. 370 par. ſecunda.* Bellac.

30 In donatione quā facit pater filiæ, quāuis res donata à filio euincatur, nō tamen locum habet euictio. Bald. *in auth. ex teſtamento. C. de colla.* Iaſ. *in § fuerat, nu. 35. de actio.* Idem.

31 Legatarius qui cōtra hæredem de euictione rei legatæ agere poſſit, neceſſe habet, cùm magis de lucro captando quàm de damno vitando certet, vt ei litem motā ante litis conteſtationem denunciet, vt veniat ad ſe defendendum, ſecundum gl. *in l. ſi rem. §. fi. ff. de euict.* & gl. *in l. ſi concubinam. §. ſi hæres. ff. de legat. ią. &* ibidem. Dynus, & Bart. quod ſequitur Cyn. *in l. empt. C. de euictionib.* & Don. Nicol. *in quodam conſil. incip. videtur primè dictam legatarium*, & ita communiter teneri ibidem circa fi. aſſerit idem Bened. Capr.

32 Quæro, vtrū clericus venditor, author laudatus poſſit declinare forū emptoris ex ſua perſona, an vero teneatur ibi emptorē defēdere? Reſp. Hęc quæſtio apud Doct. valde fuit controuerſa, & vtraque opinio maximis nititur authoritatibus. Nāq. nonnulli exiſtimārunt, clericū euictionariū poſſe declinare forū iudicis laici. ita tenet Ang. *in l. venditor. de iudic.* quē ſequitur Ang. Are. *in §. actionū. Inſtit. de actio.* vbi dicit, quod ita ſeruetur de conſuetudine. Eandem opinionē ſequitur Ant. Capyc. *in deciſ.* 197. Spec. *tit. de primo & ſecūdo decreto. § rellat. verſ. quid ſi demum. & ver quia clericus.* Ang. & Pau. de Caſtr.

in d

in d. l. venditor. Imol. *in l. non ſolum. §. quod vul[illegible]. de [illegible] ſucapio.*

33 Alij verò contrà ſ[illegible]ſerunt, quod i[illegible] [illegible]ericus n[illegible] poſſit ex perſona ſua forum emp[illegible]s decl[illegible]rare, ſed [illegible]neatur defendere emptorem [illegible] ipſius emp[illegible]ris, [illegible] tenent ſaldus & Fulgoſius *in dict. l. [illegible] editor.* [illegible] Alber d[illegible] R[illegible] & Florianus de ſanct. Petr. Bal[illegible] *in aut.* [illegible] *de* [illegible] *epiſcopis & clericis.* Eandem ſententiam ſe[illegible] M[illegible] S[illegible] *part. 6. rub. de laudatio* [illegible]. Et eam mul[illegible] p[illegible] cer[illegible] Guam. *deciſ. 21. nu. 8.* maximè [illegible] maioribus auth[illegible]bus fulciatur. Eadē dicit eſſe communem Soc. *in conſ. 91. vol. 3.* quem [illegible] fert Cappcius *dict. deciſ. 197. nu.* [illegible] bus pe[illegible] cum a legatis. [illegible] adē dicit quoque cōmmunem [illegible] a d. [illegible] *quod* [illegible] [illegible]ericus venditor v[illegible]nit [illegible]ulum ad [illegible] emptorem, cōtra quē inſtitutū eſt iudiciū, vnde [illegible] poteſt [illegible] cum con[illegible] cora iudice laico, ad hoc vt poſſit forum declinare. Mich. Graſſus.

Imo idem Papa de plenitudine poteſtatis poſſet ratificare etiam ſententiam latam à iuri dictione carente. ſecūdùm Innoc. *in c. prudentiam, de offi. deleg.* cui accedit cum alijs ſignatis per eum, Marhl. *ſing.* 10. *In ſecus quod exceptio proueniens ex defectu iuriſdictionis, ante fi.*

Imo ſimiliter ſententia lata per iudicem ex legitimis cauſis recuſatum, licet ſit nulla, tamen ſi reperiretur nulla, poſſet confirmari. ſecundum Ghir. *deciſ.* 77. Viuius. *opin.* 866.

214 Suſpecti de iure non poſſunt allegari omnes Doctores vnius Ciuitatis, prout eſſet in hac Ciuitate Aquilæ, quę hodie 1581. quinquaginta ſex Doctores habet, omnes inſignis litteratura, celebris nominis, & varijs animi dotibus mirificè ornatos, cum allegatio hæc calumnioſa, nulla, fraudulenta, & nimis temeraria reddatur. ſecūdùm Baldum, & alios magis cōmuniter, *in l. hoc modo ff. de condit. & demonſtr.* & notat elegāter Aug. Beroius *in c. i. de iudicijs, n.* 121. & ita iudicaui dum eram iudex criminalis in Ciuitate Terami, anno Domini 1560. in quadā cauſa mihi commiſſa, & vertēte inter quoſdā de Terra Ciuitellæ Apruti. & ſequitur etiam eandē opinionem Alberic. de Roſa. *in l. apertiſſimi, col. fi. C. de iudic. & in d. l. hoc modo*, & Io. Antonius de Nigris *ſuper capitulis Regni, in c.* 216. *Prolixitatē tollere litium. n.* 17. *cum alijs ſequ.* vbi appellat, & optimo iure, miſeros aduocatos proponentes talem calumnioſam ſuſpicionem. licet, & malè Io. de Arnono. *ſing.* 18. *Sæpè accidit*, ſuadeat tenendam eſſe contrariam ſententiam in practica.

Et hoc idem videtur diſpoſitum in Cōcilio, vel Senatu, quod tanquam ſuſpectus, vel ſuſpectum recuſari non poteſt. vt per Abb. Dec. & alios omnes cōmuniter *in d. c. i.* & de iſta cōmuni atteſtantur omnes Moder. *ibidem*, & Boër. *deciſ.* 269. & cum eadem cōmuni concurrit etiam Alberi. *in* 2. *part. ſtatut. q.* 101. vbi profert magnum verbū, in practica ſe audiuiſſe à magnis viris ita obſeruatū extitiſſe, & Aegid. *in tractatu vtrùm Conſiliarij vel aſſeſſores recuſentur.* Et quamuis Rol. à Valle cōſuluerit cōtrarium *conſ.* 19. *col* 3. videlicet, quòd Concilium poſſit vt ſuſpectū recuſari, tamen quicquid ſuadeat, nolo in practica recedere à memorata communi, tanquam ſacroſancta, qua vltra bis vidimus obſeruari in Ciuitate Neapolis, in Sacro Regio cōcilio.

Sed ſi caput Concilij eſſet ſuſpectum, tūc totum concilium erit ſuſpectum, ſiue allegari poſſet ſuſpectum, ſecundum Bal. *in l.* 3. *C. ſi rector prouinciæ. col.* 2. Paris de Put. *in tractat. de ſyndic. in ver. Suſpicio, n.* 10. & Fely. & Dec. *in c.* 2. *lect.* 2. *in d. c. i.* & ibi Bero. *n.* 123. & Alber. *in d. q.* 101. & eundem Bero. *cōſ.* 16. *In cauſa recuſationis, n.* 12. *vol.* 1. vbi accuſatè explicat hoc procedere, vbicunque caput ipſum collegij eſſet vere caput propter præeminentiam ſuę perſonæ, & non aliter.

Cæterum limitatur primum ante dicta non habere locū in collegio, quod quidem poteſt allegari ſuſpectum, vndè ſi cauſa committatur alicui collegio, poteſt totum collegium allegari ſuſpectum, ſicut ſingularis perſona. vt dixit Bal. *in d. c. i. de iud.* & hoc idem firmat Fely. *in c. cauſam quæ, col.* 1. *de offic. deleg. & in prealle. c.* 1. *ſub. n.* 6. & Barbat⁹ etiam *ibi, n.* 78. vbi ait quod ita practicatur.

Limitantur quoque prædicta ſecundò in Cōcilio Synodali, cū tota Synodus prouincialis, & ſic Cōciliū Synodale, & prouinciale, licèt nō generale, poſſit recuſari vt ſuſpectū. ſecūdū Abb. Barbatiū, *n.* 75. *cum alijs ſequentib.* Dec. *in* 1. *lect. n.* 15. Mantua, *n.* 38 *cum alijs ſequen.* & Fely. *n.* 6. *in dicto c.* 1. & Rol. à Valle *in dicto conſ.* 19. *n.* 11. qui omnes Doct. in mentionatis locis oſtendunt illam eſſe commu. opin. Viuius *opin.* 867.

215 Semel malus ſemper præſumitur malus in eodē genere mali. *l. Caſſius, ff. de ſenat. l. ſi cui.* & ibi Bar. & Alex. *ff. de accuſa.* Alex. *in l. naturā. C. quod met. cauſa.* Fel. *in cap. teſtimonium.* *in* 9. *col. de teſt. Iaſ. in re petitio. l. admonendi. nu.* 138. *ff. de iureiurando.* & *in l de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. in* 9. *col ff. de no. op. nun.* Hyp. *ſing.* 74. Alex. *in* 1. *vol. conſ.* 5. repetito *in conſ.* 43 *in* 1. *col.*

Fallit, vbi quis per triennium laudabiliter vixit poſt commiſſum delictum, *text. in authentic de monach. in princip. 1. col.* Fely. *in cap. cum deputati. extra de iud.* Viuius.

216 Minus malum de duobus eſt eligendū. & ita cōmuniter dicitur. *l. ex edicto. C. de prec* Sed iudicio meo rectius diceretur, quod de duobus malis maius malum eſt fugiendum. & ita vel le Iaſ. *in l. carbonianum. C. de carb. edict.* Idem.

217 Accuſatione pendente ſup. r aliquo crimine, etiam ſuper crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis nō interdicitur bonorum adminiſtratio ipſi accuſat. *l. poſt contract. um.* & *ibi* Bart. *ff. de donat.* Bal. & Salic. *in l. res vxoris. C. de donat. inter vir. & vxor.* & ita concluſum fuiſſe aſſerit Boer. *deciſ.* 277. eſt quidē verum q in crimine hæreſis, vel læſæ maieſtatis bona ſunt ipſo iure confiſcata à die commiſſi delicti: non tamen fiet executio ſeu bonorum appreheſio niſi poſt latam ſententiam. *cap. cum ſecundum. de hæret. l. fi. C. de heret. l quiſquis. ad leg. Iuliam maieſta.* Boer. *deciſ.* 277. *nu.* 12 niſi quis accuſaretur de crimine cōmiſſo in officio: quia tunc ſi de talis accuſatus de tali crimine in officio cōmiſſo, tenet quidem officium, ſed interim lite pendente interdicitur ei adminiſtratio. quare ea ſuperior regula intelligi debet, vbi quis accuſaretur de crimine cōmiſſo extra officium: quia tunc talis accuſatus lite pendente non debet priuari. Bartol. *in l. libertus. §. in queſtionibus. ff. ad municip.* Bened. *in cap.* Raynutius *in verbo, mortuo itaque teſtatore. n.* 315. *de teſtamentis.* Bellac.

218 Reus non prohibetur vti pluribus defenſionibus etiā contrarijs, vbi conditionaliter proponuntur, vt ſi reus dicat, Nego me debere, & ſi appareat, allego pactum de non petendo, aut ſolutionem, vel ſi dicat, Nego me hominem occidiſſe, & ſi appareat, dico me id feciſſe ad meam defenſionem, & ea cautela vtuntur hodie aduocati. *in reg. nemo pluribus. ff. de reg. iur.* Idem.

219 Delicta alibi commiſſa aggrauāt delictum nunc commiſſum. Bart. *in l. ſicut. § fi. de accuſa. & in l.* 19. *C. de epiſc. audient.* quare cum pro tribus furtis quis furca ſit ſuſpendendus, ſi quis alibi duo furta commiſerit, & nunc tertiū furtum fecerit, propter furta alibi commiſſa propter hoc quod nunc cōmiſit, ille ſuſpendi deberet: quia furta alibi cōmiſſa qualificat furtū nunc cōmiſſum. quod procedit ēt ſi de alijs duob⁹ furtis cōmiſſis alibi ille fuiſſet punitus: quia hoc fit propter frequentiam ratione cuius actus eſt puniendus. *Bald. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeruis fugit.* lo. And. *in addit.* Spec. *tit. de furt. addit. incip. famoſa eſt alia quæſt.* Chaſſan. *in conſuet. Burgund. in rubricis, des iuſtices. §.* 5. *in verbo*, ſimple larrecin. *nu.* 17. Bellac.

220 Abolitione ſequuta per tranſactionē, vel mortem accuſatoris, poteſt iudex proſequi accuſationem: ſed debet facere nouum proceſſum, & nouam incohare inſtantiam, ex quo prima inſtantia per tranſactionem fuit perempta. Sed hodie contrarium ſeruatur, quia iudex poteſt proſequi ſine nouo proceſſu. Clar. *lib.* 5. *ſenten. §. fi q.* 5 *ver. Fr ſcias.* Bonacoſſ.

221 Delictis, & in atrocibus habentibus ſpeciale nomen delicti, vt in furto, adulterio, homicidio & ſimilibus, mandatū ſuperioris non excuſat. El. ver. & communis opi. ſecundū Iaſ. *in conſ.* 156. *dubitatur circa med. vol* 1. M. Charianus.

222 Si in accuſatione, vel inquiſitione delictū deductū fuerit cū aliqua qualitate aggrauante, & poſtea probatū fuerit tale delictū ſimpliciter, ſine illa qualitate, reus in totū abſolui debet. Iſt com. op. ſecundū Rom. *in conſ.* 167. *Anch. cōſ.* 8. Idem.

223 Abſens, qui non cont. ... de criminib⁹ nequit iure ciuili cōdemnari, quibus corporis pœnæ indicuntur: vt frequenter Doctoribus probatū inquit Ant. Gom. me⁹ olim iuris doct. *in l. xxvij.* ... *n.* Be ... *tit. de requir. reis. nu.* 1. *in fi.* idemque Pōtificū iure receptū affirmat Ab. *in cap. veritatis, n.* 20. & 27. *de dol. & cont.* at in his, quibus pœnæ nomine, vel relegatio, vel quid etiā relegatione minus infligitur, tūc condemnabitur. cōmune interpretū dogma atunt Bald. *in* ... Sal. *nu.* 14. *in l. abſenté. C. de accuſ.* & 15, quos laudat Clar. optimè de vtriuſque iuris ſtudioſis meritus *in pract. §. vlt. quæſt.* 44. Suarez.

224 Accuſatus à quo bona petūtur, illorum inuentarium facere cogetur. commune pronunciò ex Bar. *in l mandatis ff. de reg. reis.* Plat *in l. defenſione. C. de ver. fiſc. lib.* x. Boer. atque ijs quos refert Afflict. *deciſ.* 61. *num* 2. *in fin.* Guid. Pap. *deciſ.* 351. & Pico, qui, licet dubitet, praxi receptum profitetur. *in l. poſt con-*

tractum.nu.96.ff.de don. Suarez.

225 Accuſatus pro aliquo crimine coram vno tribunali, ſi fuit contumax, poteſt etiam accuſari in alio, etiam ſi pariter ſit contumax, & ibi etiam banniri. Et ita quotidie obſeruatur. *Clar.q.16.ver.vnum tamen.* Bonacoſſ.

226 Abſolutus ſemel in iudicio criminali, de eodem delicto ſæpius quæri non debet, communis eſt opinio Clar. *q.* 57. *in prin* quod intelligitur, ſi fuit abſolutus, quia verè nõ deliquit, ſecus ſi fuiſſet abſolutus, quia probatum nõ fuiſſet delictum. Clar.*ibi verſ.*Et hæc quidem amplia. Et in dubio quis cenſetur abſolutus per ſententiã, ex eo, quia nõ fuit probatum, & quãdo fuit abſolutus, quia crimen non commiſit, debet in ſententia ſimpliciter abſolui & diffinitiue. Sed ſi abſoluitur quia nõ eſt probatum, abſoluitur in ſententia, cum clauſula, Rebus ſic ſtãtibus, prout ſtant. Et ſi ſuperueniant noua indicia, ſemper proceditur, ſecus ſi fuit ſimpliciter abſolutus. Clar.*q.*62. *verſ. Forma autem.* Si quis tamen fuit abſolutus ab offenſis, culpis & pœnis præteritis, & ſub certis pactis, hoc adiecto, quòd nõ auderet de cætero ſimilia attentare, & ſi ſecus faceret, reincideret ipſo iure in primas pœnas, vtrum ſi contrauenerit, incidat in primas pœnas? Vide per Bart.*in l.ſi vnus.§.pactus. ff. de pact.* de quo Alex.*ibi n.*16. Bonacoſſ.

227 Abſolutus ſemel inquiſitus non poteſt amplius accuſari, communis eſt opi. *Clar.q.*57.*verſ.procedunt.* Ruin.*conſ.*34.*lib.* 4 *n.*5.communem dicit. Et ibi defendit reum, qui bannitum de ciuitate Ferrarienſi occidit extra territoriũ Ferrarienſe, ſtatuto Ferrarienſi non refragante, quia non debet puniri, ſeu ſaltem puniri pœna ſtatuti loci in quo bannitus fuit occiſus, vel de iure communi, vt eſt communis opin. de qua ibi Rui.*n.*10. Et not. quod ſi iudex eſt dubius, puta, ſi habet ſufficientia indicia contra accuſatum, qui pluries tortus non eſt confeſſus, non debet eum diffinitiuè abſoluere. Saly.*in l.ſi quis.n.*6. *C. ad l.Iul de adult.* Amplia ſuperius dictum etiam de iure canonico, Clar. ibi. verſ. Sed hęc quidem amplia in denunciatione. vt eſt communis opin. Clar.*ibi ver.idémque amplia etiam ſi à principe fuerit liberatus, & gratia diſpenſatus.* Fallit, ſi fuit in loco delicti cõdenatus, & etiam in loco originis cõtomaciter, quia non ſufficit gratia ab vno ex principibus loci, vt eſt communis opi. Clar.*q.*57 *verſ. Habes etiam.* Si autem quia fuit abſolutus in foro pœnitentię, poterit nihilominus vlterius etiam de illo crimine accuſari & puniri. communis eſt opi. Clar.*q.* 57.*verſ.ſed nunquid.* Bonacoſſ.

228 Abſolutus diffinitiuè ſemel pro delicto, nõ poteſt denuò inquietari pro eodẽ delicto, etiã ſi noua ſuperueniãt indicia. ſecundũ cõmunẽ per Burſat.*conſ.*24.*n.*1.*lib.*j. ex Claro *in pract. §.fin.quaſt.*57.*l ſi cui.§.iiſdem.* ibi Bart. *ff.de acc.* Roſ.*tit. de ſent. n.*64. poſt Alex.*conſ.*11.*n.*7.*cum apoſt.lib.*j. Bonacoſſ.

De cuſtodia reorum.

TITVLVS III.

Carcer ad continendos homines, non ad puniendos dari debet. *l.aut damnum.§.ſolent.ff de pœnis.l. fi.C.de cuſtodia reor.*

Obiec. contrà, imò carcer non ſolùm datur ad cuſtodiam, ſed etiam ad pœnam, vt *ca.quamuis.de pœnis.lib.*vj. Sol. ibi de iure canonico. Bellon.

2 Carcer damnum irreparabile afferre cenſetur, vt commone auſim aſſerere ex Bald. & Paul. *in l.vna. C. de in integ.reſti.* Paul. & Alex.*nu.*29. *in l.* 4. *§. condemnatum ff. de re iud.* Pan. *in ca.ſuſcitata nu.*8.*ver.ſed aduerte.de in integ.reſt.* Rbod. Soar. *in primo lib.poſt l.quoniam in prioribus.in ll.* Caſtella. *tit.* de los gouiernos.*q.*4. Boër.*deci.*65.*n.*6. Fel.*in cap.cum ſuper nu.*17. *de re iud.* etſi Iaſ.*nu.*24. Rip.*nu.*26.*in d.§.condemnatum,* & Dec. *conſ.* 73. perperam reluctentur. E.Soarez. & Don. à Fina.

3 Carcer non inuentus ad pœnã, ſed ad cuſtodiam. Et ideò, vbi alia pœna imponi poteſt, nunquàm imponitur pœna carceris, vt eſt communis opinio Clar. *q.* 80. *verſiculo, pœna autem.* ſecus eſt in clericis. Excepto, quod iudex eccleſiaſticus non poteſt condemnare laicum ad perpetuos carceres, vt eſt cõmonis opinio, licet efficiatur de foro eccleſiaſtico, niſi propter hæreſim, vt ibi. & not. quòd aliud eſt ponere in carcerẽ, aliud in vincula, & carceratio & vinculatio non fit ad pœnã, ſed ad cuſtodiam. Et ideo ex his nõ dicitur lædi perſona, nec ex ſola captura & poſitione in vinculis, quis dicitur inferre perſonalem læſionem. Lucinus ſenior *in capi. nuper a nobis. numero quinto, & ſeq. de ſententia excommunic.* vbi dicit not. eſſe pro ſtatutis, quæ loquuntur de perſonali læſione. & not. quòd carceri quis ſe obligare non poteſt, etiam cum iuramento. vt eſt cõmunis opinio Soarez *verſic.iſto.n.*14. Bonac.

4 Carceres frangens non habetur pro confeſſo, quãdo fuit indebite & ordine iuris non ſeruato incarceratus. vt eſt communis opi. de qua Rol. à Valle. *in conſ.*7.*n.*46. *& ſeq in* 1. *vol.* vide ſuſius per Alber. *in l.in eos ff.de cuſtodia reorum.* Bonac.

5 Carcerum domus ſunt ciuitates, carceratorum autem cuſtodia pertinet ad Principem. *Cla.q.*46.*v.&* *quoniam.* Bonac.

6 Carceris cuſtos non tenetur, quando captus rumpit murum, vel aliter exit, non per portam. vt eſt communis opinio, de qua Cacaldi. *inter conſilia criminalia, conſi.*22.*in ſecundo.* Aliàs punitur cuſtos pœna ordinaria. *l.milites ff.de cuſto.reorũ.* Maran. *in pract fol* 47.*n.*64.*&* *in tract.de carceribus.* Corneus *conſil.*93. *in* 1.*volumine.* Iaſ.*in conſil.*27 *in tertio volumine.* Aretinus *in cõſil.* 38.*per totum.* Bald.*conſil.*76.*volumine quarto.* Dec.*conſil.*473. *nu.* 7. & *nu.*12. & not. quòd non liberatur cuſtos carceris à cuſtodia recommendati per poteſtatem, licet ipſe poteſtas miſeric poſtea ad cuſtodiam famulos. Bart. *in l ſi vt certo. §.ſi de me. ff commo.* & ſi carceris cuſtos dimittit aliquem de mandato rectoris, non tenetur, ſed ipſe rector. Bart. *in l.ſi quis vxori. §.ſi fugitiuum.ff.de furt.* Debet tamen priorò habere ab ipſo bulletinum relaxationis. vt per Ang.*in l.neque.§.*1 *ff.de in ius vocan.* & ita practicatur, quia ſemper cuſtodes petut bullettinum, vt dicit Paul. de Caſtr. *in d.l.neque.§.*1.*n.*2. & ibi etiam Soci.*nu.* 5. Et poteſt relaxari de nocte. Ang.*in l.more.ff.de ferijs,* ſi periculum eſt in mora. vt ibi per Bald. & Alex. item nota quod ſi carceris cuſtos propter miſericordiam alleuiat aliquando captiuos alienos. tenetur creditorib. ad intereſſe, ſi aufugiũt. Aretinus *in § cæterum,n.*1. *Inſtitut.de lege Aquilia.* item not. quod ſi carceratus moritur, ante mortem debet adhibere medicos, & debet inde extrahi inſtrumentum, quòd talis incarceratus eſt mortuus ex morte naturali, ſecũdum ſententiam medicorũ. ita Angel. *in l. ſi quis ex argentarus. §. prætor.in fin.ff. de edend.* Soarez.*verſ carceris.num* 24. Bonacoſſ.

7 Carceri ſeſe obligare nemo poteſt: vt commune dicunt aggregati à Ripa. *in l.generali.n.* 24 *ff de pigno.* & à Yuio *lib.* j. *opin.*185. nec ea obligatio iureiurando firmabitur. commune ac magis commune pronunciat Alci. *in c.cum contingat.n.* 69. *de iureiur.* E.Suarez. & Don. à Fina.

8 Carceri addici nemo poteſt ob cauſas pecuniarias, ante exactam ac plenam vt loquendi mos eſt, executionem, & excuſſionem bonorum. vt commune inquit cum aliquot Iucolentis teſtibus. Rip.*in l generali. n.* 20 *ff de pign.* Iaſ.*in prin.n.*90.*inſtit.de actio.* Boër.*decis.*349.*n.*7. Iaſ *in l.arbitrio ff.qui ſatiſd cog.* Deci.*conſ.*75. Fel. *in cap quoad conſultationem.n.*10.*de re iudic.* E.Suarez. & Don. à Fina.

9 Captura debet committi à iudice in ſcriptis, & non verbo, poſſunt tamen capi reperti in flagranti crimine rixantes, arma deferentes, portantes aliquid extra decretum, & ſimiles abſque iudicis commiſſione, vt eſt communis opinio. Et captura etiam committitur ſatellitibus. Clar.*q.*28.*ver. dictũ eſt. & ver.ſolet.* Bonacoſſ.

10 Captura poteſt quandoque, ſed rarò committi parti vnà cum ſatellitib. quę tamen pars manum non apponat, & hoc ex vrgenti neceſſitate fieri debet. Clar.*q.*28.*ver.ſolet etiam.* & not. quòd pro debito fiſci ſemper poteſt arreſtari, quia fiſcus eſt in hoc priuilegiatus, vt non requiratur ordo, conſtat de debito. Bal.*in conſ.*90.*in* 5.*&* *vlt.vol.* Bonacoſſ.

11 Captura ad hoc vt cõmittatur in criminalibus tria debẽt præcedere. Primò, quod delictũ puniatur pœna corporali. Secũdo, quod indicia ſint ſufficientia ad capturam cõmittendã. Tertio debet iudex ſoliſcitare an carcerandus ſit perſona priuilegiata, quę detineri non poſsit. *Clar.q.*28. Habita tamẽ aliquali informatione poteſt iudex deuenire ad capturã, ſi pœna corporalis exigatur. vt dicit ibi Clar. vide omnino Chichonũ *in ſuis communibus concl.Centu.*5.*concl.* 29. & 30. nam aliàs carceratio fieri non debet abſque aliqua informatione præcedente, re iudicata & deliberata, prout fit in regno Francię. vt dicit Guiliel. Rouille. *in trac.de iuſtitia tit.de iudice.cap.*3 *nu* 8. *tomo* 17. Et iſta eſt communis opinio vt dicit Blancus *in l.fi. nu.*6.*ff de quæſtionib fol.*5.*&* *num.*8. & capi quis pro maleficio poteſt in domo. Ant. Gabriel tus *in ſuo communium concl. lib.* vij. *concl.*10. vide Pariſ.*conſ* 147.*nu.*1.*& ſeq.in* 4.*vol.* non tamẽ debet iudex reũ poſtea captũ examinare, neque reũ facere ſuper delicto, niſi legitima præcedant indicia. Et quãdo delictũ eſt graue, & reus eſt ſuſpectus de fuga, antequam in ſcriptis

redacta

redacta ſint indicia, poteſt iudex capi facere imputatum. Sed aliter eſt procedendum contra nobilem, & diuitem, qui non præſumitur vel aufugere, quàm contrà pauperẽ & vilem perſonam. Et ideò fortiora indicia haberi debent ad carcerandũ perſonam nobilem & inſignẽ, quàm pauperem. Et aliter procedendum in occultis, quã in publicis delictis, quia in occultis ſufficiũt minora indicia. hæc Clar. *d. q. 28.* Et no. quod quis capi non poteſt ad inſtantiã procuratoris carentia ad hoc ſpeciali mandato. vt eſt communis opinio. de qua Circhonius *d. concl.* 30. & no. etiam, quòd captura facta à iudice incompetenti, regulariter non valet. vt eſt communis opinio. de qua Rolan. à Valle *in conſil. 65. num. 5. in 3. vol.* Bunacoſſ.

12 Captura & incarceratio non conceditur etiam in cauſis criminalibus, niſi antea fuerit habita aliqualis informatio: licet indicia ſufficientia ad torturã non præceſſerint. Quam tamẽ ſententiam multi improbare videntur. Bart. *in l. cum ee. alias l. ſacrilegij. §. Labeo. nu. 2. ff. ad l. Iul. pecul.* inquiens, ſ'ro cauſa criminali indiſtinctè aliquẽ capi poſſe, quod ibi Alex. *in verb. capi à iudice,* approbat per authoritatẽ Baldi dicẽtis, in criminali ſẽper incipi poſſe à captura. *in l. conſentaneũ. nu. 11. v. ſed in criminalibus.* Idq; etiã videtur eſſe de mẽte dn. *Bar. ibid. n. 12. v. ſequitur tertia pars. ibi.* dicit gl. regulariter ordinari' poteſt capere perſonam quãdo vlt. *C. quomodo & quãdo iudex ſent. profer. debeat. & in l. ij. nu. 5. v.* & no. quod iudex in criminalib. poteſt incipere à captura perſonæ. & *ibi apoſtilla in verb. criminalib. C. de his qui latro. vel aliis criminib. reos. occult.* Ang. de Peruſ. *in §. ſciẽtes. nu. 8. v. ſed an poteſtas, in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. per text. in c. ſi clericos. ext. de ſent. excom.* Alex. de Imo *in cõſ. 240. nu. 3. v. 4.* quando obijcitur crimen alicui, eſt in arbitrio iudicis adhibere modũ cuſtodiæ circa perſonã talis, ne proceſſus & ſentẽtia redderẽtur poſtea illuſoria. *l. j. ff. de cuſto. reor.* & ita illã l. firmat Bar. & intelligit, ibi. & iudex ẽt ãte inchoatũ proceſſũ, laborãte aliqua ſuſpicione cõtra aliquẽ de delicto poteſt incipere à captura perſonæ, adducẽs gl. *in l. ſi quis curialis. nu. 1. v. not. hic argumẽtũ. C. de epiſ. & cler.* & nonnullos alios locos ex gl. Paris de Put. *in tract. de ſyndic. in verb. captura. nu. 13. & in v. an poteſtas poſſit. & in verb. quia plerũque. n. 1. pag. la. vers. 357. in 2. vol. tract.* refert. Quod quoq; maleficium [illegible] iudici cõſilium eſſe inditiis nõ præcedẽtib. Bal. *in l. etſi certius. ff. ad Syllea.* Ang. *in l. 1. & apud Labeonẽ. §. quæſtionis ff. de inin.* [illegible] allegarũt & ſecuti ſunt Hip. de Marſ. *in l. j. not. 1. n. 1. ff. de q. & in ſuis ſing. 93. incip. iudex.* licet ſine indiciis & Cyril. Fulg. *in ſum. crim. in 3. partic. ti. de pœ. iud. male iudi. §. 2. n. 7. v. fatẽdũ eſt,* quod in maleficiis quãdocũque placuerit à captura incipere. ei per[illegible] Io. Bertach. *in ſuo aureo Reper. in verb. captura permiſſa eſt in criminalibus. & in verb. malefactor capi poteſt.* Sed priorẽ ſententiam, requiri informationẽ aliqualẽ, Doct. tanquam magis cõmunẽ amplectũtur. Sal. *in l. null'. n. 4. v. nota quintò. C. de exhib. & tranſmit. reis.* & idẽ Sal. *in l. ſi. circa fi.* ſi rectè intelligatur. *C. de quæſt.* Ang. Aret. per ea quæ ipſe ſcribit *in trac. maleſi. in verb. hæc eſt quædã inquiſitio. v. ſecũdò principaliter. n. 30. in verb. quod fama publica præcedẽte. nu. 4. v. animaduertẽdũ eſt.* & Auguſt. Apoſtil. *poſt. n. 7. in apoſt. incip. in antẽ adde hic inquãtũ.* Et idẽ Aug. hoc adhuc melius declarat *in verb. iudex commiſit quod lateus. n. 4. v. ſed tamen iudices procedẽt,* quia habita qualiquali informatione de delicto iubẽt reũ capi, ſi crimẽ ſit tale quod pœna ſit corporis afflictiua, ne verbali citatione præcedẽte reus aufugiat. Frãc. Brun. *in trac. de ind. & tortu. in q. 9. 2. par. n. 4. v. & aduerte.* licet ipſe nõnulla addat. Dec. *in cõſ. 189. in fi.* Hipp. de Marſ. *in l. qui cædẽ. n. 19. ff. ad l. Corn. de ſicar.* allegãs Ang. dicentẽ: nõ valere capturam quã iudex decreuit cõtra allegatũ ſuſpectũ, niſi ſaltem cognouerit de qualitate perſonæ. *in l. ſi arbitrio. §. 1. ff. qui ſatiſd. cog. & in d. l. j. nu. 1. ff. de quæſt.* Quamuis ipſe ibi dicat, in criminalib. cauſis ſi iudici videatur poſſe illum à captura cũ indiciis non præcedentibus incipere, per authoritates antea adductas, tamen poſtea annectit, Sal. authoritatem antè indicatam, requirentem probabilem aliqualem informationem. quam ſentẽtiam Hip. latiùs declarat *in ſua pract. crim. in verb. conſtante. nu. 1. 2. 3. 4. & 5.* & hanc ſentẽtiam tanquam magis approbarunt recẽtiores ſcribẽtes ſecuti ſunt, Pet. Follet. *in pract. crim. in rub. notatus capiat. nu. 1.* Marc. Ant. Blanc. *in tract. de indic. ff. ad l. [illegible] de q. nu. 6.* dicens illam cõcluſionẽ communẽ eſſe quod iudex habita aliquali informatione poſſit procedere ad torturã & carcerationẽ rei. Aegid. Boſ. *in trac. rer. crim. ti. de captu. nu. 3.* aiens ita cõmuniter decidere Doct. *in d. cap. ſi clericos.* Ita ẽt intelligũt Bal. *in l. quod cuſtandi. in fi.* Quod quia nõ debeat capi ante ſummariam fidem, vel probabilem ſuſpicionem de receſſu. *C. de condict. ob tur. cau.* & Alex. *in l. neminem. in verb. permiſerit. C. de cuſto. & exhib. reor.* Bal. *in d. l. quod cuſtandi.* allegat quoque Robert. Marant. *in tract. de ord. iud. in verb. de citatione. 2. memb. ind. n. 60. verſic. hinc dicit* Marc. Ant. Blanc. *in ſua prac. crim. §. iis ſic præmiſſis,* veniendo modò ad materiam defenſionũ reorũ *n. 26. v. ſed aduerte cir. prædicta. pag. 126.* Roder. Soarez *in ſuis allega. ta. vlt. de fideiuſſ. in cauſ. crim. n. 5. v. practica iuridica eſt hæc,* quod vbicunq; aliquis accuſatur de tali crimine, cuius pœna ſit corporis afflictiua, informatione prius à teſtibus habita, ſine aliqua citatione verbali, mittũt Algazalum ad capiendum reum, & ſic prouident iudices moderni, ne ſi verbalis citatio præcederet, accuſatus cõſcius de crimine, arriperet fugã. Hoc probat tex. ſingularis *in l. nullus. C. de exhib. reis. ibi, ei verò qui reducẽdus erit. iuncta gloſ. ſingulari, ibi ſuper parte erit,* quæ dicit, ſcilicet re & verbo, per quã dicit ibi Sal. Quod approbatur practica qua vtũtur iudices, quia informatione habita de maleficio, & maleficatore, & ſine alia verbali citatione mittũt ad capiedũ reũ, ne aliàs conſcius de crimine fugam arriperet. & *n. 7. v. & ad hoc vt ſi carcerãdus,* ſufficit quod ſummariè per aliquam informationẽ cõſtet de d. licto. Lacillot. Conta. *in ſuo prætorio & curia. Breuia. tit. de c. num. 1 & 3.* Franc. Caſenus *in ſuis ſing. q. criminal. c. 9. de capt. & carcere. in prac. in vel. tract. crim. Anno 270. Venetiis impreſſorũ.* & ita reſpõdi de iure reſpu. Vuiſmarienſi, quam prudentiſſimus conſul Dionyſius Sager. per multos annos fideliter & cum ſumma dexteritate gubernauit. Quam ſententiã Iul. Cla. *in lib. v. ſen. §. fin. in q. 28.* rectè & doctè explicat, quod iudex habita informatione debeat formare inquiſitionẽ, & deinde capi facere reũ intelligẽ de proceſſu informatiuo, qui formatur à iudice aſſumendo iudicia & informationes cõtra aliquẽ ſpecialiter, ex quibus iudex deinde elicit mulũ criminis, qui eſt forma & ſubſtãtia ipſi' inquiſitionis ſiue proceſſus, de quo ipſe antè fecerat mẽtionẽ *in q. 3. ver. & aduerte.* Cæterũ hic baſis & fundamẽtũ ſit eius doctrinæ. *l. j. ff. de cuſto. & exhib. reor.* qua aſſerit Vlpianus de cuſtodia reorũ proconſulẽ æſtimare ſolere, vtrum in carcerẽ recipienda ſit perſona, an militi tradẽda, vel fideiuſſorib. cõmittenda, vel ẽt ſibi, hoc autem vel pro criminis quod obiicitur qualitate, vel propter honorem aut propter ampliſſimas facultates, vel pro innocentia perſonæ, vel pro dignitate ei' qui accuſatur, facere ſolet. Quare ſi iudex omiſſa talium circũſtantiarum cõſideratione, quem carceri mãciparit, quẽ nõ debet, poteſt iniuriarũ agi contra talem iudicẽ. *l. nec magiſtratib. ff. de iniur.* & ita iudicatum eſſe in Camera Imperiali meminit Federi. Scheneck ex liberis Baronibus à Tautemberg, *in ſuo Viridario cõcl. Iudiciariarũ. cõcl. 97.* Et ſi tamẽ in criminalib. aliquãdo propter ſuſpicionẽ fugæ [illegible], Iac. Nouel. *in trac. crim. in 1. c. incid. ſuperiorib. annis v. indicia quæ præcedere debẽt. n. 23. in fi. ibi.* Quæ quidem regula relinquatur arbitrio iudicis, an à perſonæ captura incipere velit. Bar. Bal. *d. l. cõſentaneũ.* Alex. *in addit.* Bart. *in d. l. ſacrilegij. §. Labeo.* Si tamẽ ia qui capi iubetur, offerat idoneos fideiuſſores, audiendus eſt, nec debet iudex recuſare fideiuſſores, niſi fortaſſis eſſent crimina grauia in quibus cautioni fideiuſſoriæ tutò eredi nõ poſſet. *d. l. diuus. j. ff. de cuſt. ree.* Dicũtur autẽ grauia crimina ex quib' imminet ſuppliciũ mortis. Spec. *in tit. de accuſ. §. 1.* Qualiter autẽ accuſatione procedendũ ſit *n. 8. v. ſed pone.* qui eleganter ibidem diſtinguit fideiuſſores nõ admitti in grauibus, at in non grauibus eſſe recipiendos. & dicit Bar. *in l. ſi verò. § qui pro reis qualitate. nu. 2. ver. 3. nota. ff. qui ſatiſ. cogan.* captum ducere eum qui vult dare fideiuſſorem idoneũ, iniuriam eſſe, & ſic magiſtrum teneri iniuriarum, qui in carcere detinet volentem cauere idoneè. Idem tenent Ang. Paul. de Caſt. & Iaſ. *in d. §. qui pro reis.* volentes, quòd iudices qui aliquem capi iuſſerunt fideiuſſoribus non acceptis iniuriarũ poſſint conueniri. Vnde dicit Alb. *ibid. nu. 8.* Mihi iniuriam facit trahẽdo me perſonaliter ad iudicẽ, ſi ſatiſdare volo de me præſtãdo. & inquit ibi Alex. quod in omnib' caſib. in quibus in cauſa criminali nõ poteſt carcerari, dimittendũ eſſe qui ducitur, id eſt, qui capitur dato fideiuſſore, & ſi captus eſſet, relaxandum, tenerique iniuriarum iudicem, qui fideiuſſorem idoneũ nõ acceptat, & quod de criminali aſſerunt. Iaſ. intelligit, ſi pro criminali pecuniaria pœna ſit inferẽda, per *d. l. j. q. e. in. ff. de cuſto. reor. in d. §. qui pro reis. num. 4. in 2. notab.* Ita in ſpecie conſulendo ſcribunt Vdalricus Zaſ. *in conſ. 19. nu. 26. 27. 28. 29. & 30. in lib. j. conſ.* & Hieron. Schurpf. *in conſ. 87. nu. 1. 2. & 3.* His addantur quæ refert Paul. Grillan. *in tract. de relax. a carcerat. tit. de fideiuſſ. reorum.* Kirchoouius.

13 Reus nõ eſt fideiuſſoribus relaxandus regulariter, quoties

pro crimine imponitur pœna corporis afflictiua. cõm. dicit Suarez,in vol.alleg.vbi copioſè de hac materia.Et huic opin. applaudit conſuetudo,vt dicit Card.Alex.*in can quiſquis. 2 q. 8.* vbi verò non agitur de pœna corporali,non debet reus carceribus mancipari.com. ait Ant.Gom.*c.9 delicti.n.* 8. intellige vt procedat,modo offerat preſtare fideiuſſorẽ, aliàs ſi nõ haberet fideiuſſorem, debet in carceribus detineri,& ita ſeruari dicit Clar.*d.§.fi. q.46.v.hac autem materia.* P. Fich. & Bonac.

14 Patris iuſſus. Ad iuſſum patris debet iudex filiũ detinere:cũ nõ ſit veriſimile,quòd pater(qui plus diligit filiũ quàm ſeipſum.*l.iſti quidem.ff.quod metus cauſa*)velit eum incarcerari ſine iuſta cauſa,ſecundum Bart.*in l.ij.in prin.ff de vul.& pup. in 4.col.* ſi pater ſit honeſta perſona & diſcreta,aliàs non:*argumento.l.ſi cum dotem.in §.necnõ.& ſeq.ff.ſol.ma.* Alb.*deciſ.*209.

15 Carceratio & detẽtio imputari pro maleficio fieri non poteſt,niſi in primis præcedant legitima indicia.vt eſt communis opin.de qua Nouellus *in pract.crim fol.*13.*nu.*7. fallit in reo fugitiuo,vagabundo,& ſuſpecto. quia præhabita aliqua formatione poteſt illico iudex procedere ad capturam & carcerationem.Et fallit pluribus aliis modis,vt ibi per eum,*n.*8. *& pluribus ſeq.*& not. quòd regulariter omnis condemnatus non ſoluendo exiſtens,carcerari poteſt, donec ſoluerit debitum,facta tamẽ prius excuſsione legitimè,& non prius. Ant. de Tremolis *ad practicam Bonacur.titulo,de excep.fol.*96.Not. etiam quòd licèt reus ſit abſolutus per ſententiam, attamen cuſtos carceris poteſt pro expenſis ipſum retinere in carcere, vſque quo fuerit ſatisfactus.vt eſt communis opinio.Clar.*q.* 62.*v.ſed hic incidenter.* Bonac.

16 Debitor incarceratus pro debito ciuili,ſi nõ habeat vnde ſe alat,debet ali ab eo qui eum fecit incarcerari.gloſſ. *in l.fi.in verb agnoſcere,de erog mil.anno libr.xij C* quam gloſam ibi approbat Bart. *& in l.ſanctum. ff. de ver. ſignif.* & ſi creditor eum recuſet alere,& neque ei præbeat alimenta,iudex debet eum de carcere relaxare.Ang.& Fab.*in §.fi.de actio.*Iaſon.*in l.ſi victum.num* 2 *&* 3.*ff.de re iud.* Boer.*deciſ.*303. Bellac.

17 Carceratus,vbicunque pro crimine eſt pœna corporalis infligenda,non eſt fideiuſſoribus relaxandus. communis eſt opi.Clar.*q.*46.*ver.in hac autem* Secus ſi non venit imponenda pœna corporalis,quia fideiuſſoribus eſt relaxandus. vt eſt communis opin.Et relaxatur fideiuſſoribus carceratus ante ſententiã abſolutoriã,ſi conſtat de eius innocentia in proceſſu,nec amplius,& ſæpius de eodẽ delicto quæri. vt eſt cõmunis opi.Clar.*ibi ver.pariter etiam.*Si tamen iudex ſperat noua indicia ſuperuenire,poteſt iterum in carceres intrudere, vt ibi.Poteſt tamen quandoque inſpecta qualitate perſonarum & delicti iudex,vel fideiuſſorib.reum relaxari facere,vel tradere cuſtodi cuſtodiendum in loco tuto extra carceres , vel ſtatuere palatium,domum,vel ciuitatẽ pro carcere ſub pœna,quando iudex credit illum non eſſe culpabilem. Clar.*d.q.* 46.*ver.in dubio.*vbi dicit hanc eſſe æquam & cõmunem practicam.Et debent præſtari idonei fideiuſſores,qui ſi non ſunt idonei notoriè,& plus quàm ſoluendo, iudex faciat ſibi dari approbatores & collaudatores, qui illum collaudent & approbent pro idoneo,& ſufficienti.Clar.*v.cæterum.* Sed vt plurimum conſueuit practicari,quòd notarius recipiat fideiuſſores,quia officiales ſunt forenſes, & non habent notos homines,& eorũ facultates,Fideiuſſor itaque ille dicitur idoneus, non tãtũ qui poſsidet bona immobilia,ſed qui tot bona mobilia poſsidet,quæ de facili aſportari nequeunt,vt ſi quis habet magnam apothecam,vel multa nomina debitorum.Et ita ſeruatur inquit Clar.*d.q.*46.*v.cæterum.*Et debet ſemper dari fideiuſſor in loco iudicij, vbi reus degit,non in loco originis ipſius.vt eſt communis opi.Clar.*d.* .46 *v.pone.* Pauper autẽ non relaxatur præſtita iuratoria cautione,vt eſt cõmunis cõſuetudo.& maximè ſi eſt mulier.Si autem non eſſet reus pauper multum grauatus in proceſſu,poſſet ſub pœna relaxari. Reus autem ſuo iuramento probare poteſt , ſe non eſſe idoneum facultatibus,& ideo non poſſe reperire fideiuſſores, licèt melius faceret iudex,ſi ſummatim ſe informaret de facultatibus ipſius,& poſtea eum relaxari faceret.Clar. *d.q.* 46. *v. ſed quomodo.* Bonacoſſ.

18 Carcerãtur ẽt viri illuſtres,nec fideiuſſoribus relaxantur, & ita cõſuetudo exigit.Cla.*d.q.46.ver.ſciatis autẽ.*Debet autem fideiuſſor pro carcerato promittere de eum cõſignando ſub certa pœna,& ita cõmuniter obſeruatur. Ex quibus verò locis quis extrahi non poſsit,vt incarceretur,pleniſsimè tradit Soc.*in l plerique.ff de in ius vocãd.*& ex quibus poſsit.*ibi.* Bon.

19 Carcerari,ſeu in carceres detrudi mulieres honeſte, ac caſtè viuentes non poſſunt ex peculiari priuilegio pro debito priuato,ſi bona defecerint,nec pro pecunia fiſcali debita, nec pro quolibet crimine commiſſo.*auth. ſed nouo iure, C. de cuſto.reorum,& l.j.cum auth.ſeq.C.de offic.diuer. iudic.* & notat Lallus de Tuſcia *in conſtitutionibus Regni,ſi quis clericus,numero ſexto.lib.*j.licèt ibi aſſeueret,quod circa tributa,& collectas fiſco debitas per ipſas mulieres malè obſeruari in Regno, & hoc pro conſtanti,ſeu pro regula tradit Marſil.*in pract.crim. in §.attingam,num.*65.& Grammati.*deciſio.*33.*num.*9. *& ſeq.* Michael Ciſuentes *in commentariis ſuper leges Tauri in l. lxij. in princ.*per tex.*ibi,*& Petrus Duennas *in reg.*312.fœmina pro debito,cum multis ampliationibus,& limitationibus,Iaffredus *deciſione* 393.non incarceratur mulier.

Imo iudices carcerantes mulieres pudicam vitam agentes, & de crimine,etiam inquiſitas,puniuntur pœna capitali , vt eſt tex.*in §.quoniam.in auth.vt nulli iudi.*

Sed hodie pro crimine de conſuetudine contrarium ſeruatur,quod mulieres detineri poſsint in carceribus ſeparatis à carceribus maſculorum,teſte Marco Antonio Blanco *in practica crim.in rubr.*1.*n.*27.*in prin.dicta practica.*celebri D.Follerio *in practica crimin.in v.mandatos capias de perſona.n.*28.*& ſeq.* & aliis quamplurimis congeſtis per Gram.*in dicta deciſio.* 33. *n.*9.*cum aliis ſequent.*

Hoc tamen non procederet,aduerte, vbicunque mater tutrix filiorum ante ſuſceptam tutelam renunciaret omni legũ auxilio ſibi competenti, tunc quippè per renunciationem iſtam,ob pecuniã filiis debitam ratione tutelæ, poteſt perſonaliter capi,& in carceribus poni,ſecũdum Bart. *in l.ſi quis ſub conditione,n.*18.*ff.de teſtam.tute.* *& in auth. matri & auiæ. n.* 53.& ibi Saly.*n.*14. *C.quãdo mul.tute.offic.fungi poſſ.* Ioan. And. Dominic.& Francus *in c.*2 *de iudic.in* 6.Roma.Alex.Socin. & Iaſ.*in l plerique.col.fin.ff.de in ius vocand.*Roma. *conſ.* 118. *& in l.alia.§.eleganter.n.*11.*ff.ſolut.matrim.*& Matheſi. *in ſing.* 109. & Petr.Duen.*in d reg.*312.*n.*2.cum magna caterua Doctor. relata per eum,& iſtorũ opinionem recitat eſſe cõmunem , prout communis eſt,Couarr.*in ſuis reſolutionibus lib.*ij. *capit.*1.*num.*3. Tamen ibi refert aliquos Scribent.contrarium aſſerentes, & tandem ipſe quoque leui quodam,& vulgari fundamento conatur à præmiſſa communi diſcedere , quod fundamentum ante eum adduxit Marſil.*in dicto §.attingam,n.* 64. *& ſequent.* vbi,& ipſe etiam infringit antedictam communem : cęterom tutuum eſſet in actu practico ob opinionem iſtorum à dicta communi ſententia tot illuſtrium Doctorum,quæ eſt in iure veriſsima,& per curioſus , & veritatis defenſores optimis, & facilimis rationibus tueri poſſet,recedere; & eam ſequitur quoque tanquam ſacroſanctam,& communem Angel.& Platea *colum penult.in l. nemo carcerem. C.de exactorib. tributor.lib.* x.Iaſ.*in l pen.num.*4 *ff. ſi cert. pet.* Ciſuentes *in d.l. Tauri* 62.& Caccialup *in trac.de debitore ſuſpecto, & fugit.q.*6.

Cæterùm iſta cõmunis ita retenta, non procederet quippè, vbicunque ſtatutũ diſponeret contrarium,quòd mulier carcerari,atque arreſtari non poſſet,tunc enim mulier ipſa , ſtatuto ita diſponenti,renunciare nequiret,ſecundum Bald.*in l. final. C. quando mulier tutel. offic.fungi poſſ. & in authent. matri, & auiæ.eodem titu.*& Alex.*in l.plerique.ff de in ius vocan.*

Item non haberet locum regula præmiſſa quando repræſentaretur,ac liquidaretur contra ipſas mulieres inſtrumentum ſecundum formam ritus magnæ curiæ Vicariæ; quia tũc poſſet abſque dubio aliquo carcerari,& locus carceris ei ſecũdum qualitatem perſonæ arbitrio iudicis deputaretur, ſeu aſsignaretur,ſecundum D.Carauitam recolendæ,& piæ memoriæ *in ritu* 166.*num.*1.*cum aliis ſeq.* vbi hoc profusè diſcurrit,& meminit ita in Regno obſeruari in practica , prout, & nos hoc idem ſemper obſeruari vidimus.

Similiter memorata regula non procederet in meretrice, quia meretrix non gauderet quippè aliquo modo priuilegio, vt poneretur in monaſterio,ſed poni debet ad carceres communis,ſecundum Bald.*in l.conſentaneum.C.quomodo & quando Iud.*& eſt text.*in d.l.*62.*Tauri,*vbi Ciſneotes eum aliis aggregatis per eum poſt princip.

Sed Ioan.Andr.*in addit. Specul.in titu. de iniuriis, & damn. dat.*in rubrica limitauit iſtam doctrinam,videlicet , niſi iſta meretrix eſſet maritata , quia tunc ob reuerentiam matrimonij non poneretur ad carceres communis , qualecunque

eſſet

eſſet illud matrimonium,& ſequitur Michael Ciſuentes *in d. l.lxy.Tauri*,& Cotta *in memorali in verbi meretrix*, vbi inquit hoc dictum Ioan.Andr. fore ſingulare, & limitat cum aliis congeſtis per eum. Viuius *opin.*87.

20 Carceratus, vbi imponitur pro delicto pecuniaria pœna, debet relaxari cũ fideiuſſione de iudicato ſoluẽdo, & ſequuta ſententia condẽnatoria, fit executio cõtra ipſum fideiuſſorẽ, & abſque nouo proceſſu. Clar. *d q.46.ver. vbi vero. & q.95.circa prin.*&bi communem dicit. Fideiuſſoris autem cautio pro reo talis eſſe debet, quod promittit ſtare & ſoluere quãcunque condemnationem fiendam contra principalem, etiam in cauſa appellationis, quia fideiuſſio data in prima inſtantia expirat lata ſententia, & ideò in cauſa appellationis nõ tenetur, vt eſt communis opinio, de qua Boer. *decıſ.*315. ſed in criminalibus non datur appellatio. Et hodie fideiuſſores accipiuntur pro certa ſumma, non pro incerta. Clar. *d.q.46.v. ſed quaro* communem dicens. Et fideiuſſor liberatur, lata ſententia criminali, nec amplius tenetur, etiã quod ſuperueniret aliud delictum, pro quo reus fugeret, quia iudex debebat prius monere ipſum fideiuſſorem, vt præſentaret reum. Clar. *ubi ſuſius. verſic. quæro pene.*& fideiuſſores omnes expreſſe tenentur (& ita debent recipi) de conſignando ad omnem requiſitionẽ, & toties quoties, in forma conſueta & debita, &c. Qui ſi non faciunt, pœna applicatur fiſco ex obſeruata conſuetudine. Cla. *q.46.ver. ſucceſſiuè.* vide Soarez *ver. carcere.nu.*21. Bonacoſſ.

21 Carceratus detinetur in carcere iudicis primi à quo ſi fuerit appellatum ab interlocutoria in criminalibus, douec fuerit cognitum de grauamine per iudicem ad quẽ, quia adhuc durat ſua iuriſdictio in carceratum, vel ſaltem pendet. Et ab hac ſententia nullus diſcrepat, vt dicit Nata *in conſ.*553.*nu.*12. Si autem à diffinitiua, dic vt ibi per eum pulcherrime diſtinguentem. Bonacoſſ.

22 Carceri qui nec ritè nec rectè traditus eſt nõ relaxari debet, ſi denuo in carcere tradi cõcedẽdu erit. cõmune ait Cur. iunior *concluſ.*127.*n.*5. Crauet. *concluſ.*46.*n.*7. Don. à Fina.

23 Carceri in perpetuũ detrusus ac damnatus teſtari nequit, ſi ſit laicus com. teſtatur Bert. *conſ.*194.*n.*3.*lib.*4. Iul. Cla. *de teſtam.q.*19. Don. à Fina.

24 Carcere detenti & ſi iure nullos cõtractus gerant. Marſ. *in pract.in §. attingã. n.* 2. tamen de conſuetudine poſſunt. Iul. Cla. *in pract.§.vlt.q.*46. Don. à Fina.

25 Carceris cuſtos ob fugam carcere detenti, qui capitis pœna, alioquin limitatus nõ eſſet iudicis arbitrio ſolũ plectitur. commune ait Boſſius *in practica de carcere.n.*10. Clar. *in practica.§.vlt.q.68.ver. cuſtos carcerum.* Don. à Fina.

26 Carceratũ dominũ propter debita vaſallus, non tenetur liberare, niſi ex facto vel culpa vaſalli dominus debita illa cõtraxiſſet. cõmune teſtatur Iul. Cla. *in tract. feudo.q.*24. Dñ. à Fi.

27 Proceſſus contra carceratũ agitatus valet. magis com. opi. teſtatur Socin. *in tract de cita. in* 5. *parte prin.q.*28. Dõ. à Fina.

28 Carceri mãcipatus & tũc fideiuſſorib. præſtitis exolui poteſt, cùm pœna corporis infligenda non erit, & cùm innocẽs in carcerem conditus videbitur. commune teſtatur Iul. Clar. *in pract.§.vlt.q.*47. Don. à Fina.

29 E carceribus eximens condemnatum, vel condemnãdũ, cùm eſſet iam confeſſus crimen, tenetur crimine læſæ maieſtatis. *l. rusuſque, §.pen.ff.ad leg. Iul. maieſt.* fallit in 3. caſ. quos no. Iaſ. *in §.pœnales, Inſti. de act. col.*17. Don. à Fina.

30 Carcer dicitur ſpecies torturæ, quoniam valdè premit hominem adempta corporis libertas. *L.j. C. de epiſ. aud. cle.*1. *de hæret.l.j. C. qui ad liber. perue. non poſ.* Don. à Fina.

31 Carceri mancipatus ſi moriatur, coniectura eſt legitima eum fuiſſe mortuum, aut dolo, aut culpa officialium, niſi probent innocentiam ſuam, no. *in l.cum ita, §.ſpecies, ff. de leg.*2.*l.j. in fi. & l.pen. C. de cuſt. reo.* Don. à Fina.

32 Carcer priuatus prohibetur ſub pœna læſæ maieſt. omninm grauiſſima *l.j. C. de priuat. carce.* Don. à Fina.

33 Carceratus pro delicto, ſi fugiat habetur pro confeſſo. *l. in eos.ff. de cuſto. reo. l. milites agrum. §. eius fugam. ff. de re milit.* Don. à Fina.

34 Carceris cuſtodia loco conſueto, & publico debet exerceri, alinquin pœna committitur priuati carceris, *l.j.C. de priuat. carcer. l. capite quinto. ff. ad leg. Iul. de adul.* Don. à Fina.

35 Carcere detineri cẽſetur ita detẽtus, vt liberè non poſſit abire quocũq; in loco. *l. ſutturrisio ff. ex quib. mau.* *L.j. C. de priuat. carce. l. qui in carcerẽ. ff. q met. cauſ. l. ſolutũ. ff. de verb. ſig.* Idẽ.

36 Mulier nõ incarceratur ẽt in cauſa criminali, quãdo pœna eſt pecuniaria: Imò ſi fideiuſſorẽ nõ reperit, cauet iuratorie, *auth. nouo iure. C de cuſto. reo.* ſec. Bald. & domi. Cato. *in l.plerique.v.ſed & ſi ss.ff. de in ius vo.* niſi eſſet meretrix: quia ẽt pro debito ciuili incarceratur, ſec. Bald. *in repertorio ſuorum ſingularũ, in verbo meretrix,* dicentẽ idem tenere Dy. *in d. auth. niſi eſſet cõiugata.* ſec. Bal. *in l.cõſentaneũ C. quomodo & quando iu* & Io. And. *in addi. ad Spec. in rubr. de iniur.* Balb. *decıſ.*393.

37 Mulieres nõ poſſunt de iure perſonaliter detineri in carceribus, ſi nobiles vel aliàs honeſtæ ſint, per text. *c. mulieres. de iudic. in* 6.& eſt comm, vt atteſtatur Boẽt *in repet. l. cõſentaneũ. n.*114.*C. quomodo & quand.* ſed quicquid ſit de iure, hodie mulieres de conſuetudine indiſtinctè capiuntur, & in carceribus ſeparatis ponuntur, vt atteſtatur Imol. *in cap. ſecundo, num.*16. *de pignor.* quem refert Marian. *de ætat. art.*5.*quæſt.*7 *verſ.*16.*fallit.* Marſ. *ſing.* 248. Soc. *l plerique. nu.*38 *ff. de in ius voc.* & Gram. *decıſ.*33.*nu.*11. Blanc. *in pract. crim. nu.*47. Clar. *d.§.fin. quæſt.*28. *verſi. quæro igitur.* P. Fich. & Bonacoſſ.

38 Carcerari poſſunt clerici à ſuo iudice, ſi iudici conſtat de delicto. Aliàs eſſet excommunicat[us] prælatus, etiam quòd clericus eſſet fugitiuus. com. eſt opin. Cla. *dicta quæſtio.* 28.*v. quæro nunquid.* Sed hodie de conſuetudine aliter obſeruatur, quia clerici mali carcerantur à iudice, etiam laico. Carcerari non poſſunt clerici, niſi reperti ſint in flagranti crimine, vt ſuo ſtatim tradantur iudici, vt eſt com. opin. Cla. *ibi ver. ſi verò.* itidẽ & à quolibet laico priuato, clerico reperto in flagranti crimine, capi poteſt, & tradi curiæ eccleſiaſticæ. Itidem ſi clericus delinquens veriſimiliter eſſet de fuga ſuſpectus. Bonacoſſ.

39 Carcerati debent ſæpè viſitari per viſitatores, qui habẽt inquirere ea qua cauſa detinentũr, & operari, vt expediantur, ne macerentur. Clar *d.q.*46. Sed proh dolor, hodie prius macerãtur, & marceſcunt, poſtea viſitantur, vel ponuntur in titulo pro derelicto. Bonacoſſ.

40 Minor propter ætatẽ excuſatur in pœnalib. poteſt tamẽ in carcerib. detrudi pro debito, com. eſt opi. Graſſus *de cõmuni opin. lib* 2.*c.*7.*q.*3. Niſi ſit filiusfamilias. vt ibi. Bonacoſſ.

41 Carceratus cognoſcens carnaliter carceratã quæ ſit meretrix, non propterea puniendus eſt. Communem dicit Boẽr. *decıſ.*317.*num.*10.& 14. Clar. *lib.*5.*ſentent.§. Fornicatio. verſ. cum carcerata.* P. Fichard.

42 Cuſtos carcerũ carnaliter cognoſcens mulierẽ carceratã de cõſuetudine ſuſpẽditur. Et etiã punitur pœna mortis, ſi carceratus ob eius negligentiã aufugit, ſi detinebatur pro crimine capitali. Aliàs punitur extra ordinẽ. vt eſt comm. op. Clar. *q.*68. *verſ. cuſtos.* Sed ſi cuſtos carceris fuerit negligens in cuſtodia, non debet ipſe cuſtos principalis puniri pœna mortis: Sed debet cuſtos officio priuari, vt ibi per Clar. Bonacoſſ.

43 Cuſtos carcerum, ſi carceratus per eius negligentiã aufugerit, punitur capite, ſi carceratus detinebatur pro crimine capitali, ſed ſi detinebatur pro crimine nõ capitali, punitur arbitrio iudicis iuxta modũ culpæ. com. dicit Boſſ. *in tit. de carcere. nu.*10. refert Clar. *d.§.fi.q.*68 *verſ. cuſtos.* P. Fich. & Suarez.

44 Carcerandus an ſit reus, vel fideiuſſoribus relaxãdus, iudex decernere habet, & hoc certè eſt in iudicis arbitriu. Paul. de Caſt. *in conſ.*328.*lib.*2. vbi ſubdit. Conſulto tamen, quòd faciat in actis apparere, qualiter ex tali, & tali iuſta cauſa, quæ animum ſuum mouerunt pronunciauit non eſſe illum perſonaliter detinendum, ſed ſub fideiuſſoribus demittendum. Et cùm hoc ſit arbitrarium, non poteſt redargui iudex, quia ſemper præſumitur moueri ex iuſta cauſa. Paul. de Caſtr. *in conſ.*199.*num.*4.*vol.*4. nec tenetur in ſyndicatu. vt per Pari. de Puteo *in tract. ſyndica.* & per Menochium *de arbitrio iudicis.* Et perfecto reorum examine, factiſque debitis confrontationibus teſtium, iudices reos ad carceres duci facere conſueuerunt. vt eſt communis opinio Clar. *q.*46.*in prin.* vt ſcilicet cuſtodiantur, non autem vt in vinculis exiſtant, vt eſt comm. obſeruantia. Vbi tamen qualitas delicti & perſonæ hoc expoſceret, poſſet iudex in arctos conijcere reos, & prohibere, ne cum aliquo loquerentur, & ita faciunt practici iudices, ſecundum Clar. *vbi ſuprà.* Bonacoſſ.

45 Carcerandum eximens à manibus fã miliæ, vel committens vim ne quis ducatur ad iudicium quomodo puniatur, no. Bart. *in l. lege Iulia. ff. ad leg. Iul. de vi priuat. in l.furti. §. ope. ff. de furt.* Guid. Pap. *q.*579. Hip. *ſing.*177.273.& 376. Iaſ. *in l.ij.§. quod prætor. ff. ne quis eum qui in ius voc.* & ſi quis faciat aliquem captiuum, non facta fide de commiſſione, & eximatur ita

captu

captus tunc, eximēs non punitur. Ang. *in l. j. § ne quis eum*, &c. quia mandatū principis non præſumitur. bo tamen non procedit in officiali iam adminiſtrante: quia contra eum non poteſt ita præſumi. Quod autē ſine mandato, vel de facto eaequē di reſiſti poſſit, not. gl. vbi doct. *in c. ex literis. de off. deleg.* Alex. *conſil. 35. col. 2. lib. 2.* Et eximēs captiuum à manib. familiæ, qualiter ſit puniendus, ponit Iaſ. *in l. vnic. § 1. ff. ſi quis ius dic. non obtemp.* Et pariter de pœna eximētis carceratos. vide Luc. de Pē. *in l. quoties. C. de exactorib. tributo. lib. x.* Et de pœna eximētis captiuū à manib. familiæ. vide doct. *in apoſtil. ad Bart. in l. 4. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in l. 4. ff. ad leg. Iul. de priuat.* Bellac.

46 Incarceratus vel arreſtatus in carcere, vel in arreſto non debet recedere abſque licētia ſuperioris. *l. ſi captiuus ff. de capt.* quod procedit etiamſi oſtium eſſet apertum. gloſſ. & ibi Bal. *in l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſis maiores.* imo effugiens aperto oſtio puniendus eſſet arbitrio iudicis. Boer. *deci. 215. n. 15.* non quòd effugiens aperto oſtio habeatur pro confeſſo, & conuicto, nec quod teneatur pœna effracti carceris. Iaſ. *in l. admonendi. n. 172. ff. de iureiur.* ſed ſolum arbitrio iudicis. Boer. *in ea deciſione n. 15 & 30.* arreſtatus ergo nō debet recedere ſine licentia: cum paria ſint non comparere vel comparere, & de nūm recedere ſine licentia. Bar. *in l. conſentaneū. C. quomodo, & quādo iudex.* ſi tamen quis propter timorem ignis, peſtis, aut aquæ recederet à carcere, non propterea eſſet puniendus. Boēr. *ibi nu 22 & 30.* & incarceratum pro debito ciuili ad inſtantiam creditoris non debet commentarienſis relaxare abſque iudicis mandato: quod ſi fecerit ille cōmentarienſis punietur, ſed non debitor qui ſoluit. Boer. *deci. 27. in fin.* Bellac.

47 Carceratus ſi infirmatur, debet cuſtos certiorem reddere iudicem, & ſi moriatur, debet per notariū rogari de eius morte. Clar. *d. q. 46. verſ. ſed in hoc.* & not. quod ſemel excarceratus, non debet amplius excarcerari. Et ſic bis ex ſtatuto priuilegium excarcerationis conſequi non debet. Bart. *in l. q. C. de epiſcop. aud.* Et poſſunt carcerati contrahere abſque egreſſo. Ang. *in l. qui à latronibus. ff. de teſtam.* vbi dicit, quod ſunt deridendi, qui dicunt carceratos non poſſe contrahere, ſed ſemper debere extrahi de carceribus. Bonacoſſ.

48 Carceratus, vt è carcerib. fideiuſſoribus relaxetur, interceſſor debet hanc petitionem & inſtantiam in ſcriptis redigi facere, aliàs iudex eum relaxari facere non tenetur. Et fideiuſſionem in actis ſimiliter apponi facere, vt eſt communis opinio & practica. Clar. *d. q. 46 verſ. plerunque*, carceratus tamen ob crimen falſi fideiuſſoribus non eſt relaxandus, ſtante ſtatuto de carceratis relaxandis. vt dicit Bart. *in l. Lucius. n. 2. ff. ad ſena. conſul. Turpilian.* Bonacoſſ.

77 Adulterium an probaretur, ſi nudus cum nudo in vno eodemq; lecto reperietur, præſertim ſi non ſolùm ad ſeparationem matrimonij, verumetiam condemnationem atque delicti punitionem ageretur, dubitatum fuit. Et ſi autem hic caſus dubius eſſe videatur, per ea quę annotant gloſ. *in l. quod ait. verb. in rebus. ff. ad l. Iul. de adul.* & D. Barb. *in l. ij. §. ſi ſimul. ff. eo.* vbi ipſe inquit, Adulterium directò aliqua ratione probari nõ poſſe: quia ſi videres duos in vno cubiculo, vel lecto, illud ex præſumptione probandum eſſet, *c. præterea. quod eſt 27 ex. de teſtibus. c. literis. 12. tertio loco. 13. extra de præſump.* Et idem Bart. *in l. capite quinto. ff. eod. n.* 2. voluit ſi teſtis diceret, quod quẽpiam inuenerit in rebus Venereis, quia inuenit eum in camera ſolũ, vel oſculantẽ, vel tangentẽ, & iſta ſufficere ad probationem adulterij. *& in l. iij. ff. de fur.* & ſi aliquis deprehenderetur in ędibus alicuius, vbi pulchra mulier eſſet, hinc adulterium præſumi manifeſtũ. Nam in adulterio actus proximus dicitur, quando quis inueniretur ſolus & nudus cum ſola & nuda, atque ita in materia adulterij ex præſumptione Legis iudicatur. *d. cap. literis. d. capit. tertio.* Pet. de Barbobus. *in conſ. 96. in 1. vol. conſ. crim.* Hinc ſcribitur, quod fornicatio & adulterium ex facilitate delinquendi præſumatur. Item, quod adulterium furtiuè committatur. Ang. *in conſ. 44 n. 15. & 16. in matrim. conſ. volumine* 1. Didacus *in Epito. in 4. lib. Decret. 2. part. c. 7. §. 6. in 1. Tom.* Quare conſulendo ſcribit Philip. Cornæ. vir magni iudicij *in conſ. 171. in 2. vol. conſ.* adulterium non facilè probari, quia eſt actus ſui natura multum ſecretus, adeò vt eſſet difficile vnquam poſſe probare coitum, ſeu copulam, niſi per quædam extrema argumenta veriſimiliter ipſam copulã, vt ſi teſtes dicerent, ſe vidiſſe amatorem cum ſua amica ſolũ in loco ſecreto vel nudũ cũ nuda in lecto. Et hanc communem Doctur. opinionem eſſe, quod directò adulteriũ, nõ probetur, refert Nicoll. Bellon. *in repetit. Rub. C. de edend. nu.* 63. Quæ tamen ſententia dextrè & cum temperamento eſt intelligenda, vt, ſcilicet, quantũm ad matrimonij ſeparationem, non autem condemnationem, atque delicti punitionẽ, quando criminaliter puniretur, procedat: per tex. expreſſum *in d. l. quod ait ibi,* [illegible] vbi Budæus Accurſiũ reprehendit, quod non rectè illum tex. explicauerit, quia adulteriũ tũ probabitur, quando pudenda in pudendis, vel obſcœna in obſcœnis ſunt poſita, ita expreſſe tra[illegible] & explicat Marc. Blanc. *in tract. de indi. homicid. ex propoſ. commiſ. num. 69. ad l. fin. ff. de q.* ita quoque conſulendo ſcribit Ioſephus Fontanellus. *in conſ. 97. n. 23. in 2. volu. conſ. crim.* Rectè igitur Panor. *in ca. cum nõ ab homine. num. 19. extrà de iudi.* Bart. *in d. l.* [illegible] *ff. de furt.* verbo (manifeſtum) vtentem intelligit, quaſi ipſe probabile dicere voluerit. Licet & Panor. *in d. c. præterea. n. 1. & 2. & in d. ca. tertio loco. n. 4.* aliter loqui videatur. Cuius ſententiam non improbat Deci. diſtinguendo, *in d. cap. cum non ab homine. num. 10. v. certa deprehenſionem.* Quæ quidem quæſtio copioſiore calamo traditur *in tract. Ang. de malef. §. in* Che hai adulterato la mia dona. *pag. 75. n. 41. 42. & 43.* cuius ſingulas partes proſequi nõ eſt inſtituti præſentis. Præterea Bart. ſententia nihil refragatur, quia iura per eum allegat[illegible], *in d. cap. præterea. d. cap. literis. d. cap. tertio loco.* loquuntur, quando agitur ad ſeparationem matrimonij. Nam viſio, vel deprehenſio ſolius cum ſola, nudi cum nuda, quę ſufficit ad matrimonij ſeparationem, non tamen ſufficeret in cauſa criminali ad probationem adulterij. Ita eleganter & pulchre conſulendo ſcribit Pe. Phi. Corn. *in conſil. 192. nu. 11. & 12. in 4. vol. conſ.* v[illegible] e inter cęteras authoritates allegat Matth. de Matheſi[illegible] *in notab.* 119. quibus addantur quæ ſcribunt Roſ[illegible] *inter conſ.* Bald. *in conſ. 445. in lib. 5. conſ.* quòd adulterium ex eo, quod iuuenis ſ[illegible] it inuentus in camera diſpectoratus, & caligis diſſolutis, etiam quod mulier teneret ianuam clauſam, & negaret iuuenem ibi eſſe, nũ probetur, quia non ſequitur: Ergo talis iuuenis opus Veneris compleuit, cum potuerit ſic agere vt adulteraret, & tamen non adulterauerit. Et ſic potius videtur probari conatus quidam, quàm conſummatio delicti. Et Aymo Crauet. *in conſ. 205 n. 21. in 2. part. cõſ.* Et eſt optima ratio præcedẽtiũ, quòd etiã ex violẽtis probationibus quis pœna corporali non damnetur. *l. abſentem.* vbi gloſ. Bart. & alij *ff. de pœn.* Et hæc eſt magis cõmunis opinio, vt per Gandinum, *in tract. de malef. in tit. de præſum q' indi.* indubitata pulchre & copioſe Hip. de Marſ. *in repe. Rub. C. de proba. n.* 257. ſecus verò, ſi ageretur pœna pecuniaria. Bellon. *in dicta repetit. Rubr. C. de edendo. nu.* 74. & ita me conſulente iudicatum eſſe memini. Laurent. Kirchouius.

78 Adulterium propriè non eſt acceſſus vxorati ad ſolutam, ſecundum receptiorem ſententiam per Rol. *conſ. 74. n. 12. libr. j.* Dec. *c. n*[illegible] *1. col. 2.* quod quidem adulterium an ſit crimẽ fori eccleſiaſtici ponit Bald. *in auth. Clericus. n. 7. C. de epiſ. & cler.* & quod illius cognitio ad vtrumque forũ pertineat, no. Abb. *in c. cum ſit generale nu. 21. de foro comp.* Diſtingue, vt per eum *in c. 1. de off. ordin. in c. tua. col. ſi de procur.* de quo vide quæ ſcribit Rom. *ſing. 674.* Iodoc. *in pract. crim. c.* 89. 90. Quid de pœna illius? Dic, vt per Boer. *q. 297. nu. 12. 13.* Catel. *v. conſuetudo facit.* Aym. *conſ. 13*[illegible] *n. 5.* pulchre per doc. *in apoſtil. ad Alex. conſ. 13. col. 1. lib.*[illegible] Io. Fab. *in §. item lex Iulia, inſtit. de pub. iudic.* Quid de dote mulieris adulteræ: & an vir eam, vel partem illius lucretur? & dic, vt per Sylu. *in ſumma v. Dos n.* 16. Boer. *q. 338. n. 4 n 5.* [illegible] *26. par. 2.* Rom. *conſ.* [illegible]86. quibus adde, quod vbi alter coniugum cõmiſit adulteriũ, poſt alter inuito fornicario religionẽ profiteri, & poſt matrimoniũ copula conſummatũ, ſi vxor fuerit adulterata, poteſt maritus ea inuita tranſire ad religionẽ, nec poterit relicta contrahere cum alio, quia adhuc remanent coniuges, quamuis ſeparati ob fornicationẽ, teſte Nat. *conſ.* 116 Quomodo autem probetur adulterium? Dic, vt per Rom. *conſil 91. nu. 6 con*[illegible] *167. col. fin. doc. in apoſtil. ad Abb. in ca. præterea. in princip. de teſtib.* vbi quomodo probetur fornicatio & coitus: q' *in capit. literis de præſump.* Quomodo autem & ex quibus probetur adulterium, & quis iudex poſsit cognoſcere: & plura in materia vide per doc. *in apoſtil. ad Abb. in c. cum non ab homine. col. 5 de iudi. in c. cum ſit generale n*[illegible] *de for. compet.* vbi quis iudex poſsit cognoſcere de adulterio, & ibi vide plures pœnas adulterij, & an mulier quæ [illegible] adulter[illegible] poſsit per hæredes viri de adulterio accuſari, quid [illegible] accuſata [illegible] à viro ciuiliter, quid ſi criminaliter, & quid amittat, & dic vt per Doc. *in apoſtil. ad Abb. in c. 1. n. 3. vt lit. non conteſt.* ac Iac.

79 Adulterium eſt crimen priuatum, & eius accuſatio non eſt permiſſa, niſi certis perſonis, vt eſt comm. opin. Clar. *in §. adulterium. verſ. eſt autem hodie.* Bonacoſſ.

80 Adulterium dicitur, etiam cum ſponſa alterius cognita: vt eſt com. opin. Cla. *d. §. adulterium. v. ſed hæc omnia.* Bonac.

81 Adulterium pluries committens cum aliqua, vnica pœna eſt puniendus, vt eſt comm. opin. Clar. *in d. §. adulterium v. ſed pone.* Nam ex multitudine coitus vnum eſt adulterium, vt eſt communis opinio, de qua Soc. ſenior *in c. non ea quæ, nu. 24 de pœnis.* Soarez. *v. adulterium nu.* 84. Bonacoſſ.

82 Adulterium non probatur per teſtes, qui viderint virum ſuper mulierem in reipſa, cum poſsit eſſe quod vir ſit impotens, ſeu mulier arcta, vt eſt communis opinio, de qua Gratus *reſponſo 50. nu. 2. in 2. vol.* Maſ. *conſ. 28. nu. 5. in 1. vol.* vbi communem dicit. Bonacoſſ.

83 Adulterij damnatio maſculis eſt mors, vt eſt comm. opi. Soarez *verſ. adulterij nu.* 88. vide tamen eum. Alex. *conſ.* [illegible]*3. nu. 3. lib. vij.* Bonacoſſ.

84 Adulterij tranſactio non tenet, ſi tamen ſit cum pœna admittitur. communis eſt opin. Soar. *v. adulterij n. 90. & 91.* Bon.

85 Adulterium non committit vir cognoſcens carnaliter mulierem nuptam, quæ ante matrimonium fuit meretrix, & poſt matrimonium perſeuerauit in vita meretricia. Sec[illegible] ceſſaſſet, & cum viro honeſtã vitã duxiſſet. Cla. *in* [illegible] *adulterium. verſ. quæro nunquid.* communem dicit. Bonacoſſ.

86 Adulterij pœna de iure diuino ex lege Moſaica eſt mors vtrique: [illegible] enus autem [illegible] erat lapidati. De iure autem canonico adulter & adultera excommunicantur. Et mulier detruditur in monaſterium, [illegible] maritus [illegible] vult eam recipere, vbi perpetuo reſidet. Clericus autem adulter deponitur, & in monaſteriũ detruditur perpetuo, vt eſt cõmunis opinio. Adulter autem de iure digeſtorum deportatur, ſed iure C[illegible] vlt. ſupplicio punitur, vt eſt comunis opinio. De iure vero Authẽticorum adulter a viris cæditur, & in monaſterium detruditur: & ſi intra biennium maritus eam nõ recipit, debet fieri monacha, & ibi perpetuò ſtare. Maſculus autẽ vltimo plectitur ſupplicio, vt eſt cõis opi. Hodie autẽ ferè vbiq; gentiũ eſt pœna

pecuniaria

pecuniaria, vt eſt communis obſeruantia ex ſtatutis Italicis. Clar. *in §. adulterium. verſic. ſed quæro*. E[illegible] propter adulterium poteſt agi ad ſeparationem thori, & ad [illegible]tem, & donationẽ propter nuptias. [illegible]lar. *d. §. adulterium, v. alia quoque*. Bonac.

87 Adulterium pu[illegible]ri, docet. [illegible] *ff. de extraord. crim.* imo & iure gẽt[illegible] p[illegible] oh[illegible]tum dicit tex. *in l. ſi adulterium cum inceſtu. §. ſtuprum. circa medium. ff. de adult.* Mulier autem quæ committit adulteri[illegible], de dote teſtari no pôt: quia ipſa pertinet ad maritum vel fi[illegible]ios, teſte Rom. *conſ.* 286. cui adde quod cri[illegible] adulterij eſt mixti fori. *c. clericus*, vbi Inn. & Abb. *de exce[illegible] pral.* [illegible]oc. vbi Abb. *col.* 9. declarat *in c. cum ſit generale. de for. compet.* Barbat. *in rub. vlt. conſ. lib.* 4. & vide Pari[illegible] *conſ.* 94. *lib.* 4. acll[illegible] c.

88 Cauſa autem adulterij ad ſeparationem thori, & ad repetendam dotem per vxorem, vel lucrandam per maritum, pertinet ad iudicem eccleſiaſtici[illegible], teſte Dec. *conſ.* 212. Et de pœna adulterij vide Bart. *in l. quamuis, [illegible]. de [illegible] niter.* Ar[illegible]d. 35. *q.* 4. *c. adulterij malum.* Idem.

89 Adulteriu[illegible] quomodo probetur, vide per Rom. *conſ.* 91. *n.* 9. *&* *conſ.* 164. *col. fin.* Vezinus.

90 Adulte[illegible]tum vbi alter coniugũ cõmiſit, pôt alter inuito fornicario religionẽ profiteri: etiã poſt [illegible]at[illegible] no[illegible] [illegible]c pula carnali cõſummatũ: nec poterit rel[illegible]a contrahere matrimonium cum alio: quia adhuc remane[illegible] c[illegible]iuges, quam[illegible]is ſeparati ob fornicationem. Si autem quæ[illegible]ur an maritus hoc facere poſsit propria authoritat[illegible] .d[illegible] ingue, aut adulter[illegible] eſt publicum & notorium, & tunc pote[illegible] aut non eſt manifeſtũ, & tunc requiri[illegible]ur ſententia eccl[illegible] declarat[illegible]ia iuxta veriorem ſententi[illegible]am, per Nat. *conſ.* 116. *Reuerende pater.* Bellac.

91 Adulter[illegible] mulieri dotem repetere non poſſunt mariti hæredes ob[illegible]icere, vt [illegible]õmu[illegible]e dicunt Rip. *in l.* [illegible] *nu.* 10. *ff. ſol. matrim.* Ant. [illegible] *in l.* [illegible] *n.* 6. [illegible] c[illegible]trarium do[illegible]ctores crebrius ſ[illegible]t[illegible] c[illegible]a[illegible]t Aretin. & Alex. *in l. rei iudicatæ, §. hæredi. ſolut. matr.* Boër. *deciſ.* [illegible] *n.* 7. & cogeſti a Did. a Couar. *de ſponſ.* 2. *part. c.* 7. *§.* 6. *n.* 9. quibus non iniuria acceſsit Coſtanus *de dotibus. c.* 6. *nu.* 27. *cum ſequentibus.* E. Suarez.

92 Adulterium non inde iuris pœnis minus plectitur, quòd mulier qua cum ſuſceptum eſt, proſcripta fuerit, ac necari impone potuerit, vt commune doctorum placitum aſſeuerant Deci. *in c. quæ in eccleſiarum, n.* 16. *de conſtitutio.* Gig. *de penſion. q.* 18. *n.* 2. Iul. Clar. *in pract. §. homicidium. v. ſed an ſtante.* E. Suar.

93 Adulterium ſæpe ſæpius cũ eadem muliere ſuſcipiẽs pœnas illi ſtatuto indictas ſemel tantum luit. vt commune affirmant Did. à Couar. *lib.* 4. *reſolut. c.* 10. *n.* 8. *ad fin.* Iul. Clar. *in pract. §. adulterium, v. ſed pone.* E. Suarez.

94 Adulterium patratũ is induliſſe maritus videtur, qui illius gnarus, rem poſtea cum vxore habuerit, vt commune latè ait Di[illegible]ac. a Couarr. *de ſponſ.* 2. *par. c.* 7. *num.* 7. E. Suarez.

95 Adulterium non cõmittere intelligitur, qui alter[illegible]us maritus cũ alia cœlibe fœmina rẽ habet, vt ex mul[illegible]s commune ponit Iul. Cla. *in pract. §. adulteriũ. v. item aut e modus.* E. Suarez.

96 Adulterij cauſa ad vtriuſq; fori iudices æquè ſpectat, vt frequenter placitum teſtantur Ale. *in c.* 1. *n.* 18. *de offi. ordin.* Iul. Clar. *in pract. §. vlt. q.* 37. *v. quæro.* E. Suarez.

97 Adulterij dãnatio maleficis mortem infert. cõmune aiũt Alex. *conſ.* 13. *n.* 3. *lib.* 7. Marquard. *de Iuda.* 2. *part. ca.* 3. *n.* 12. ſed quæ olim fuerint, quę eſſe debeant, & quæ hodie adulterij pœnæ ſint, explicat diligenter ex receptis interpretum ſentẽtiis Iul. Clar. *in d. §. adulteriũ. v. ſed quæro. quæ ſit pœna.* E. Suar.

98 Adulterij exceptio aduerſus mulierem repetentem dotẽ nul[illegible] temporis curſu tollitur. vt commune inquit Balb. *de præſcrip.* 4. *q.* 2. *n.* 9. E. Suarez.

99 A[illegible]lteri hodie pœna capitis puniuntur. Sacrilegos enim nuptiar[illegible]m, Imper. dicente, gladio p[illegible]niri oportet. *l. quamuis.* 2. *C. ad l. Iul. de adult.* [illegible] *item lex Iul. Inſtit. de pub. iud.* Hipp. de Marſ. *in conſil.* [illegible] *n.* 26. & Ioan. Milæus, *in ſua praxi. crim. perſequ. in tract. de pœn. n.* 30. *&* *in tract. pœn. citra mortem. n.* 1[illegible] Hanc ſententiam c[illegible]mmuniter app[illegible]bat[illegible] eſſe [illegible]icunt Alex. [illegible]e Imol. *in conſ.* 13. *n.* 3. *in* 7. *vol.* & Rol. a Valle, *in conſ.* [illegible]4. *n.* 8. *in* 1. *vo.* Mulier verò adultera verberata, in monaſterium detruditur. *auth. ſed hodie. C. eod. tit.* Io. Caccialupus *in l. ſi qua illuſtris. n.* 20. *ad S. C. Orfician.* Ioan. Milæus, *in ſuis commen. ſuper conſue. Galliæ, in rub.* 18. *nu.* [illegible] quod q[illegible]idem [illegible]nte[illegible]l[illegible]ttur, quando ſimplex fuerit adulteri[illegible] verò [illegible]oncur[illegible]at [illegible]ualitas inceſ[illegible]us, e[illegible] pœna capitis, nec pe[illegible] *d. auth. ſed hodie.* [illegible] c[illegible]rec[illegible]um, q[illegible] *in l. ſi adulterium cum inceſtu.* & ibi [illegible]er gl. *in verb.* [illegible] *adulteri*[illegible] & per Bart. *ff. de adulte.* traditur. Angel. Aretin. *in tract. de maleſ. in §.* Che hai adulterato la mia dona. *verſ. quæ ſit pœna adulterij. n.* 44. & Ludo[illegible] i[illegible] Carer. *in ſua pract. cauſ. crim. c. incip. nono excuſatur maritus occidens adulter. n.* 4. *pag.* 199. *lib. mei.* Sed c[illegible]m q[illegible]æreretur à m[illegible], an ea pœna de [illegible]re & con[illegible]uetudine Lubecenſi, ſecundum c[illegible]mmuniorem Docto. ſententiam procederet, reſpondebam non procedere, per ea quę ſcribunt Ale. de Imol. *in conſ.* 99. *n.* [illegible]3. *in* 6. *v*[illegible]. [illegible]ip. de Marſ. *in conſ.* 101. *n.* 50. *cum ſeq.* Io. Bapt[illegible] *in l. omnes populi. n.* 268. *v. ſexto pœna adulterij eſt pœna capitis* [illegible]. *de iuſtit. & iure, in* 1. *vol. repet.* Soc. iun. *in conſ.* 34. *n.* 8. *in* 2. *parte conſ.* [illegible]anctus de Aretio, *in conſ.* 50. *nu.* 3. *in* 1. *vol. crim.* 100 *conſ.* Sed [illegible] cum ea iuri diuino repugnent, ſi dormierit vir cum vx[illegible]re alterius, vter[illegible]; morietur, id eſt, adulter & adultera, & au[illegible]eras malum de [illegible]rael. *Deut.* 22. *c.* exiſtimauer[illegible]m talia ſtatuta de iure diuino non defendi poſſe. *c. ſunt quidam.* 25. *q.* 1. Licet Doct. ſtatuta iſta valere arbitrentur, per ea quæ cumulauit Andræ. [illegible] *in tract. de leg. commu. & iure munic. in* 13. *l. gl.* 1. *par.* [illegible] De pœnis Iuri[illegible] [illegible]an[illegible]nici, Iuris antiqui, & Iuris Codicis, [illegible]ribit D. & amicus meus ſum[illegible]a reuer[illegible]tia colendus, exc[illegible]llenti[illegible] [illegible]ritutis & do[illegible]trinæ Iuriſconſul. Raymundus P[illegible]s Fichardus, *in ſuis colectis Commu. opi. in verb. adulterij pœna n.* 1[illegible] 1[illegible] 7 *om.* 2. *Commu. opin.* Seu quid, an per confeſsionẽ mul[illegible] adulteratæ & fornicantis probetur adulteriũ, ſcribũr c[illegible]nd[illegible] Ia[illegible]. *in conſ.* 22. *n.* 3. *in* 1. *vol. conſ.* & Lau. S[illegible]lu. poſt alios, [illegible]os ipſe alleoat *in conſ.* 50. *n.* 42. non probari. Kirch.

101 V[illegible]r, quæ e[illegible] [illegible] mariti poſt adulter[illegible] commiſſum, poterit & debebit dote priuari, etiam ad inſta[illegible] [illegible] mariti hære[illegible]um, qui dum vixit hoc i[illegible]nerauit. & [illegible]a in pra[illegible]ica ſeruatur. Rum. *conſ.* 155. *n.* 1. *in* 4. *vol.* & n[illegible] quod o[illegible]ns vxorem, non p[illegible]teſt [illegible] ſuccedere, nec aliquod lucrum ex ſtatuto conſequi, & idem in quocunque alio interfectore. Deci. *conſ.* 525. *n.* 1. *&* *ſeq.* Bonacoſſ.

102 Attinentes mulieri[illegible] meretricis diſcurrent[illegible]s, & inhoneſte viuentis poſſunt officium iudicis implorare, vt eam compellat honeſte vi[illegible]ere. quod poterit facere pœna & mulcta impoſita. Alber. & do[illegible]t. *in d. l. inſ[illegible]na.* Vezinus.

103 Si apponitur ſcala pro [illegible]apienda meretrice, punitur quis pœna extraord. gloſ. 23. *q.* 3. *c. illud* & *in §. ope. Inſtit. de obl. quæ ex delic.* Idem.

104 Si autem cauſa violandi honeſtam punitur pœna mortis Bald. *in l. fi. v. ſed nic quæritur ff. de re. diuiſ.*

Vide aliq[illegible]d per Ang. *in §. ſanctæ quoque. Inſti. de re. diuiſ.*

105 An autem carnal[illegible]ter cognoſcens meretricẽ poſ[illegible]it puniſi, Alex. *in* 5. *vol. conſ.* 15[illegible]. *in fi.* tenet ꝙ nõ: quia talis [illegible] tolleratur. limita niſi meretrix eſſ[illegible]t in carcere. Hypo. *ſing.* 150.

Et dicit Bart. *in l. vxor & in l. ſi quis vxori. §. ſed. ea. ff. de adul.* quòd non punitur etiam cognoſcens meretricem nuptam. contra gl[illegible]ſ. *in l. quæ adulterium. C. de adult.*

De materi[illegible], vide Pau. de Ca[illegible] *in* 2. *vol. conſ.* 83. Barb. *volu.* 4. *conſ.* 63. *col.* 4. Mathæſ. *no.* 102 Hypo. *ſing.* 1[illegible]0.

Vide etiam eundem Pau. *in conſ.* 30[illegible]. *aliàs* 305. & Fel. *in c. paſtoralis. in* 2. & 3 *col. de iud.* vbi punit an pœna impoſita contra meretricem, habeat [illegible] nupta inhoneſ[illegible]a & impudica.

Adde quod raptus mulieris cõmittitur in muliere nupta[illegible] honeſte viuente: & [illegible]alia rapiens nõ punitur pœna capit. Marſil. *in l. maritus. col.* 8. [illegible] *de q*[illegible]. Idem.

Vide et Barb. *in* 1. *vol. conſ.* [illegible] *in p*[illegible] *v*[illegible] di[illegible] [illegible]uòd [illegible] meretrix poſ[illegible]it [illegible]arc[illegible], [illegible] eſt in meretrice [illegible]up[illegible].

Et idem vult [illegible] *in l. plerique. in* [illegible] *ff. de in ius voc.* & *in* [illegible] *ad egre*[illegible] *col. vlt.* [illegible] *de in*[illegible].

Vide tamẽ Decium *in c. paſtoralis. aliàs* [illegible]. *de iudic.* Idem.

106 Clericus [illegible] rad[illegible] [illegible]uditur in m[illegible]aſt[illegible], & deponitur ab [illegible], & ben[illegible]icio. Coua. *in epito*[illegible] 4. [illegible] *§.* 7. *n.* 19. & [illegible]az. *in pract. criminal. c.* [illegible] 9 [illegible] nunem[illegible] B[illegible] al.

107 Clericus [illegible]epertus c[illegible] [illegible]gum habere cum [illegible] cutit, poteſt impunè per[illegible]on. vt eſt communis opi[illegible]o. Soarez *verſi. clericos. num.* 136. Bonac[illegible]ſſ.

108 Cl[illegible]icu[illegible] propter deſt[illegible]ratam virginem pot[illegible]ſt deponi, vt eſt c[illegible]mm[illegible]nis opinio, de qua D. [illegible] [illegible]ro[illegible] à Monte *in ſuis quæſtionibus varijs. num.* 38. Bon[illegible]coſſ.

109 Clericũ in adulterio cu[illegible] n[illegible] ia nupta pa[illegible]er deprehẽdẽs, poteſt citra pœna *c. ſi quis ſuadente* 1[illegible]. *q.* 4. p[illegible]tere. commu. dicit Bermon[illegible] *de concub. num.* [illegible] *in fi*[illegible] [illegible].F[illegible] & B[illegible]nac.

110 Laici poſſunt puniri pe[illegible] *c. perniciosam. n.* 18. *de* [illegible] *d*[illegible] naſteri[illegible]. Coua. *in ep.* [illegible] 4 [illegible] B.V[illegible]b.

111 Bannitam [illegible] e ſtatuto quòd ban[illegible]i p[illegible]

poſſint, non licet adulterare. cõmunẽ atteſtatur poſt Bal. *in l. fin. poſt n. 4. C. ſi contra ius vel vtilit. pub.* Dec. *in cap. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. n. 16.* quem refert Gigas *de penſion. quæſt. 8. nu. 2.* & Ant. de Pallida *in l. tranſigere. nu. 73. C. de tranſact.* Cla. *dicto §. Homicidium. verſic. ſed an ſtante.* P. Fichard.

112 Vidua impudicè viuẽs perdit dotẽ, Boër. *deciſ. 338. n. 11.* licet op. cõtraria ſit æquior. Dec. *in c. paſtoralis. de iudi.* & ſecundũ iſtam æquitatẽ fuit iudicatũ, vt per *Boer. ibidem.* a. Villal.

De iure regio mulier luxurioſè viuens poſt mortem viri perdit omnia lucra acquiſita durante matrimonio. *l. 4. tit. 4. lib. v. ordina.* Idem.

113 Vidua committẽs ſtuprum, perdit dotem. Paul. de Caſtr. *in conſ. 147. verſ. prædictis ergo non obſtantib. nu. 4. par. 2. conſ.* & *in l. ſororem n. 4. C. de his quibus vt indig.* & *in l. fideicommiſſum, C. de fideic.* Iaſ. *in l. 4. nu 6.* & Zaſ. *nu. 22. ff. ſo. ma.* Aegid. Buſſius remiſſiuè *in tract. cri. mater. tit. de coniu. dam. & punib. nu. 55.* Et hanc ſententiã Paul. de Caſt. magis cõmunem & approbatam appellauit Nicol. Boer. *in deciſ. 338. nu. 11. verſ. quid dicendum* & nouiſſimè Lancillo. Corrad. *in ſuo praxo. & curia Brema. titul. de ſtuprato. nu. 12. verſ. item hic addas vt vidua committens ſtuprum.* & Pet. Io. Anchar. *in ſuis quæſt. lib. 4. q. 34.* ſed contrariam ſententiam defenderunt Alex. de Imo. *in d. l. ſororem. nu. 3.* Iaſ. *in d. l. fideicommiſſum. nu. 2.* Sichard. *nu. 9. verſ. ex quo porrò infertur.* Dec. *in c. paſtoralis. nu. 8. ext. de iud. & l. cum quædam puella nu. 12. ff. de iuriſd. om. iud.* Propterea inquit Maria. Soc. iun. hodie communem op. eſſe contrà Paul de Caſt. *conſ. 111. nu. 10. 3 conſ.* Et hanc ſequitur Rol. à Valle multorum Doct. ſententiis in vtramque partem adductis *in conſ. 86. tom. 2. conſ.* Cæterum cùm Franc. Viuius de hac ſententia *in ſuo lib. 1. communiũ op. in verb. vxor perdit dotem.* vbi tamen ipſe Paul. de Caſt. opi. approbat, Iul. Cla. *in lib. ſent. receptã. in §. ſtuprum. verſ. ſed nunquid vidua.* & Emanuel Soarez *in Theſauro receptarum ſententiarum, in verbo. vidua ſtupro inquinata.* ſcripſerint, nihil præterea addo, niſi hanc vltimã ſententiam contra Pau. de Caſt. veritatem eſſe apoſtil. voluerit *in ſuis addit. ad loc. Phil. Decij in d. l. cum quædam puella. litera B.* niſi vidua infra annum luctus fornicaretur. & ibidem ipſe opin. Alex. cõmunem eſſe dicit. De conciliatione autẽ illarũ ſententiarũ contrariũ, quando vidua cõmiſiſſet ſtuprum infra annum luctus, aut poſt annũ luctus, pulchrè ſcribit Io. de Garronib. *in auth. eiſdem pœn. nu. 21. C. de ſecũd. nupt.* cuius quoque meminerũt Cla. *in d. verſ. ſed nunquid. vidua.* & Rol. à Valle *in d. conſ. 86. nu 53. verſ. ad vltimum.* Et ita iudicatũ eſſe in ſtupro cõmiſſo infra annũ luctus, pro op. affirmatiua in Senat. Pedemõt. dicit Octa. Cacheran. *in deciſ. S. ſena. Pedemon. deciſ. 77. in fi.* vbi tota deciſione, ſententias vtriuſque op. tam affirmatiuæ quã negatiuæ latè explicat. Kirch.

114 Vidua propter ſtuprum dotem amittit, ſi infrà annũ luctus committit. Secus ſi poſt annum, quia non amittit. ſecundum magis communem op. de qua D. Rol. à Valle *in conſ. 86. nu. 19. 35. 41 vol. 2.* vide omnino D. Oſaſcum. *deciſ. 77. per totũ,* Riminal. *conſil. 589. num. 5.* & nouiſſim. Riminald. *litera E. in Addi.* vbi magis communem dicit. vide Arium Pinellum *in l. fi. C. de bo mater.* & Clarum *in §. ſtuprum. verſ ſed nũquid vidua.* vbi communem dicit, quod etiã quod infra annũ luctus committat ſtuprum, non perdit dotẽ, idem tenet Chircouius *communium op. centuria quinta, concluſione* 99. & magis commune op. dicit, quod non amittat dotem. Soarez *verſ. vidua. num. 57.* & vide *ibi. num. 58.* Bonacoſſ.

115 Vidua quæ ſtuprum commiſit intra annum luctus dotẽ amittit ſecundum magis cõmunem per Oſaſc. *deciſ. 77.* Rol. *conſ. 86. num. 44. & 45. lib. 4.* Gerard. *ſing. 48.* Pract. Pap. *form libel. ad vſumfruct. verſ. vxor quædam. nu. 3.* Did. *in epito. ad 4. lib. decr. 2. par. cap. 7. §. 6.* ſecundũ opin. vidi iudicatum. Bellac.

116 Vidua ſtupro inquinata dotem amittit. cõmune dicunt Boër. *deciſ 338.* Bellon. *in rubr num. 83. C. de edend.* & qui alios congerit Franc. Viuius *lib. 1. opin. 447.* Sed quidquid illi cõmi centur, verius profectò, ac iuſtius contrarium eſt, quod cum quamplurimis aſſerit doctor meus Arius Pinellus, *in l. 4. n. 9. verſ. ſed contrarium. C. de bo. mater.* Quod etiam magis commune atteſtatur Soci. iun. *conſ. 3. num. 7. lib. 3.* & vſu receptum. Iul. Clar. *in practic. §. ſtuprum. verſ. ſed nunquid.* E. Suarez.

117 Viduam dote habita & aliis acceſſoriis: quando commiſit ſtuprum ante lapſum anni, & inde etiam peperit, priuari debere ſcribit. Caſtr. *conſ. 421.* Rom. *conſ. 286.* Hippo. *conſ. 3. lib. 1. & ſingul. 234. 416. in l. vnic. n. 68. & ſequent. C. de rapt. virg.* Iaſ. *in l. 4. col. 2. ſol. mat.* Bart. *in l. pen. C. de adult.* Dec. *conſ. 307. n. 5.* de quo plura no. Gerar. de petra. *48. text. iuncta gl. d. l. pe. de adult.* Syl. nupt. *car. 148. & ſeq. nu* 46. Dec. *in c. paſtoralis. nu. 8.* vbi Fel. *col. 3. circa med. verb. mulier. de iudi. pract.* Pap *for. libr. ad dotẽ & vſumfr. verſ. vxoris quonda. nu* 3. vbi in apoſt. l. pulchrè Oſaſc. *deciſ. 77.* Rol. *conſ. 86. nu. 44. & ſeq. lib. 4.* poſt Caſt. *in l. ſororem. nu. 4. C. de his quib. vt indig.* cui autem veniat applicanda? & dic, quòd ſi extant filij primi viri, quod eis applicari debent tanquam legitimis parentum ſucceſſoribus, vt in ſimili not. Doct. *in auth. bona damnatorum. C. de bon. proſcript.* Hipp. *dict. conſ. 13. in fi. conſ. 93. lib. 1.* cum enim paria ſint quo ad pœnã adulterium & ſtuprum: vt per Hipp. *d. conſ. 13.* Caſt. Alex. *in l. ſi ab hoſtibus. §. ſi vir ſolut. matr.* meritò dicen. eſt ea omnia bona filiorum primi matrimonij eſſe debere, nec fiſci, aut aliorum ex not. per Bald. *l. 1. de ſecund. nupt.* Soc. *conſ. 31. lib. 1.* Alex. *conſil. 174. lib. v.* Dec. *conſ. 85.* Quid de vidua ſtuprũ cõmittend. & dotem repetend. & vide quæ ſcribit Syluestr. *in ſumma verſ. Dos. n 16. ver ſeptimum.* Quid de filio nato in 9. menſe ex vidua quæ ſtatim mortuo viro effecta eſt cõcubina alterius? & dic, quod præſumitur primi mariti ratione legitimitatis & matrimonij, teſte Clem. *ſing. 127.* & ibi Doct. Bart. & Alc. *in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & poſthum.* vbi Barto. ponit q. quando vidua accepit alterum maritum. & aliam qu. diuerſam ponit Bal. *in rub. C. de proba.* Quid de vidua nubente an perdat tutelam. & dic, quod ſic ex not. per Syl. nuptial *car. 153. num. 50. 54.* vbi etiam quærit, an nubens non petito tutore perdat ſucceſſionem. diſtingue, vt per eum, ibi.

118 Vidua inhoneſtè viuẽs eaſdem prorſus pœnas ſubit, quas ſecundo nupta intra luctus annum. vt cõmune pono ex Aug. *in §. vlt in fi. inſtit. de legit. patr. tut.* Hipp. *in l. vna. nu. 54. & n. 56. C. de rapt. virg.* Pala. Ru. *in rub. §. 67. nu. 3. & nu. 84. de do. inter vir. & vx.* Arctat. *in l. generaliter nu. 21. C. de ſec. nupt.* Ar. Pinel. *in l. 1. nu. 18. C. de bo. mater.* Vidua autem intra luctus annum ſecundis nuptiis ſe ſubiiciens, licet Pontificio iure nullas hodie pœnas in matrimonij grattam iure ciuili ſanctas det, tamẽ pœnis ob liberos indictis, etiam ſi poſt illud anni tempus ſecũdo nubat, obnoxia fiet, vt commune ſcribo copioſè *ſuprà. ver. nuptias.* Quo & viduæ vel meretrices, vel inhoneſtè viuentes nullis viduarum priuilegiis ſtatuto, ſeu cõſuetudine indultis potiuntur. communem inquit Felyn. *in cap. ſignificantib. de offic. deleg.* Cag. *in l. cum quædam puella nu. 5. de iuriſd. om. iud.* Frãc. Viuius *lib. 1. opin. 293.* L. Suarez.

119 Mulier luxurioſè viuens poſt mortem viri ſtantib. filiis primi mariti prædefuncti incidit in omnes pœnas impoſitas mulieribus ſecundò nubentibus. Io. Nic. *in l. generaliter. C. de ſecund. nup. num. 24.* Bonacoſſ.

120 Sodomia, adulteriũ & ſimi. non poſſunt puniri per auditum, imo nec per viſum, vt eſt commu. opi. Maſ. *conſ. 28 nu. 5. in 1.* Bonacoſſ.

121 Modos probãdi aliquam eſſe meretricẽ, vide remiſſiuè per Alex *in l. eũ hoc. C. vnde cog.* & Cur. *in 2. vol. conſil. 232.* Vez.

122 Inceſtus etiã cõmittitur, carnaliter cognoſcendo monialẽ. ita cõmuniter cõcludere canoniſtas dicit Berm. *de concub. n. 2. in fin.* Clar. *d. lib v. §. Inceſtus. v ſed nunquid.* P. Fichard.

123 Inceſtus etiam committitur, ſi mulier rem carnalem habeat cum clerico in ſacris conſtituto. communem dicit Gillandus *de diuerſ. crim. lib. 1. q. vlt.* vt illud refert pract. Carrer. *n. 11.* Clar. tamen an dici ſimplicem fornicationem. *d. lib. 5. § inceſtus. v. ſed nunquid. in fin.* P. Fichard.

124 Inceſtus pœna, eſt pœna mortis. communẽ dicit Grillan. *de diuerſ. crim. lib. 1. num. 5.* vt illum refert pract. Conrad. *n. 15.* quod verum eſt ſi inceſtus committatur cum alia pœna fornicationis, puta adulterium vel ſtupra. ſecundum gloſſ. *in l. ſi adulterium cum inceſtu, in princ. ff. de adult.* quam communiter approbatam dicit Grillan. *in loco prææ.* & Bermond. *de concubin. verſum modo.* De iure autem canon. in clerico eſt pœna depoſitionis. communem dicit Didac. *ſuper 4. Decret. nu. 3.* Si verò inceſtus committatur contrahendo inceſtas nuptias. tunc punitur iuxta formam *authent. inceſt. nupt. C. de inceſt. & inutilib. nupt.* Cuius diſpoſitio hodie non eſt ſublata ex diſpoſitione *auth. bona damn. C. de bon. damn.* communem dicit Boer. *deciſ. 264. n. 12.* Immò cõtrahens tales nuptias ipſo iure amittit dominium bonorum ſuorum, abſque ſententia declaratoria. communem dicit Bermond. *de concub. num. 11. & ſeq.* An verò diſpoſitio d. auth. locum tantum habeat in nuptiis inceſtis de iure ciuili tãtum, vel etiã inceſtis de iure canonico. Alij dixerunt quod in vtriuſque: & ſic cõmunem dicit Dec. *in*

con

*n.*18. in alios ſacris nõ initiatos, nũ alia nũc de cõſuetudine infligitur, quàm vt ſtupratores, vel matrimoniũ cũ illis contrahant, quib. vitiũ intulerunt, vel dignam eis dotẽ elargiantur. cõmune eſſe ãtur Anto. Gom. meus olim iuris doctor, *in l.* 80. *Taur. n.* 7. Iul. Clar *in prac. §. ſtuprũ. v. ſed quaro.* At ſtupri cum vidua patrati nulla hodie pœna prorſus eſt. cõmune aiunt idẽ Gom. *d. l. Taur. n.* 14. atque hic Cla. *d. §. verſ. caterùm.* Si quę autẽ ſe virgine fuiſſe aſſeret, cũ ludibrio habita eſt, ſic increbitur, ni contrario probetur. cõmune fantur Abba. *in c.* 1. *n.* 5. *de adult.* Berm. *de concub. n.* 9. Foll. *in pract. n.* 13. Quin porro ſtupri crimen tranſactione aboleri poſſit, nihil impedit, vt frequenter placitum cenſent Io. Coraſ. *lib.* 2. *Miſcellan. c.* 1. *n.* 5. Ant. de Padell *in l. tranſigere. n.* 82. *C. de tranſact.* E. Suarez.

146 Stuprũ donec e . tel b. probari nõ poterit quàuis illi nõ leue in ictũ factum ad eius probationẽ ſiut. cõmune ponunt pract. Corac. *n.* 8. Iul. Clar. *in pract. §. ſtuprũ. . . quaro.* Alciat. *de praſumpt praſumpt.* 39. *n.* 4. Probabitur tamẽ p. ęſumptionibus vt pœna pecunia . a . fligi poſſit, vt cõmune pono ea Ang. & Aug. ad illum *de maleſ. . che has adulterato, n.* 45. Fulle. *in pract. n.* 23. Alex. *conſ.* 115 *in pri. lib.* 3. Cępol. *conſ.* 6. Rom. *conſ.* 451. Mathesil. & eius ad . latiſſime *in ſing.* 20. *&* 118. Boer. *dec.* 164. criminaliter aũt puniri ſic cõuictus haud poterit. comm. aſſir mo ex iiſdẽ & ea Crau. *cõſ.* 205. *n.* 19. E. Suar. & P. rich. & Bouac.

147 Stuprator virginis tenetur ad duo: aut virginẽ in vxorẽ ducere, aut ad intereſſe & damnum pro dote. tex. *in c.* 1. *de adul.* quod quidẽ damnum ſeu intereſſe partis iuramento probatur, cuius rei practicam docet Chaſſa. *conſ.* 40. in quo dum quęſtio eſt, an teneatur ſtuprator alere ſpurium, dicit comm. opi. eſſe quod ſic. quam intellige vt per eum. & ibi an & quomodo puniatur. cui adde quæ ſcribunt Iodoc. *pract. crim. t. de ſtupro.* Syluest. *in ſumma verb luxuria. n.* 5. Neuiz. *in ſylua nuptial. lib.* 3. *pag.* 219. *n.* 22. *&* 24. Iaſ. *in §. omnes autem. col. fin. Inſt. de act.* Plot. *de in litẽ iur ad. §.* 33 Oſasc. *deciſ.* 07. poſt Pariſ. *conſ.* 160. *lib.* 4. aellac.

148 Stuprator Clericus deponitur, vt eſt comm. opi Clar. *in §. ſtuprũ. v ſed quaro.* Laicus verò tenetur dotare & puellam in vxorem accipere, ſi ea & pater ſint contenti. Si verò non ſunt cõtenti, debet tantum dotare, vel ſi ipſe nolit eam in vxorem habere, eã dotare tenetur. quia aut ducat, aut dotet. Quod procedit in terris eccleſię tantũ, vt eſt cõmunis opi. Clar. *ibi, qui eum refellit.* Et prædicta procedũt, ſi puella quæ fuit ſtuprata, ſit honeſtę vitæ, vt eſt cõmunis opinio. de qua Clar. *ibi.* Et de iure ciuili ſtuprator non punitur pœna mortis, niſi violenter eã ſtuprauit, vt eſt cõmunis opin. Clar. *ibi v. ſed pone.* vide Alex. *in conſ.* 229. per totum *in* 6. *vol.* Et deſponſans duas virgines non punitur capite. Alex. *conſil.* 165. *in vlt. vol.* Si non interuenit aliqua violentia, interpellando, conducẽdo eam mulierem, vel cominando, vt *ibi.* vide Abb. *in c. cum haberet. in* 2. not. de eo, qui duxit in matrimonium. Aug. *in tract. malefic. fol.* tot. *in fine verſic. & aduerte.* vide Soarez *verſ. ſtupri. nu.* 205. *& ſeq.* & poteſt tranſigi ſuper crimine ſtupri, vt eſt communis opinio. Soarez *ibi n.* 209. Bonac.

149 Stuprum cum vidua eſt impunè, nec ipſa amittit dotem et ſi infra annũ ſtuprũ cõmittat, vt eſt cõmunis opinio Clar. *in §. ſtuprum v. ſed nũquid vidua.* vide *ſuprà hoc titu. §. vidua impudice & §§ ſequentib.* vide omninò per Cachæra. *deciſ. Pedemon.* 77. *per totum.* Et vidua nubens intra annum non patitur pœnas, de quibus in legibus, quæ ſunt ſublatæ, exceptæ in viduis intra annum luctus luxurioſè ſtuprum committentibus. Et amittit delictum ei per virum. Itidem & ſtuprator amittit relictũ ab eius viro, vt eſt com. opi. Cla. *ibi v. & generaliter.* Et vidua, quæ inhoneſte viuit, priuatur priuilegiis viduarũ, & amittit domicilium mariti, vt eſt c . opi. Cla. *ibi. v. pariter.* Bona.

150 Monialem corrumpens, qua pœna puniatur, & per quẽ poſſit abſolui, vide Phi. *in c. vnic. in prin de ſtat. reg. in* 6. Pan. *in c. monaſteria. in fin. de vita & hon. cler.* dicit, quod laicus debet decapitari, & eius bona monaſterio applicari. Vezinus.

151 Monialem ſubagitans inceſtum committit, vt eſt communis opinio. Soarez *verbo monialem, nu.* 210. vide omninò per D. Oſaſcum *deciſ. Pedemonta* 103. & not. quod ſi Epiſcopus carnaliter cognoſcat monialem, deponi debet. idem ſi eſt clericus: ſed laicus excommunicatur. Bertachi. *in tracta de Epiſcop. parte* 7. *partis prin. num.* 33. & monialem ſubagitans committit inceſtum, adulterium & ſacrilegium. D. Oſaſc. *vbi ſuprà.* Dec. *conſ* 338 *num.* 1. *& conſil.* 579. *num.* 5. & punitur capite, eius bona confiſcantur, & monialis ipſa in aliud durius monaſteriũ cautius cuſtodiendam detrudi debet, & vterque iudex præuenire in puniendo poteſt. Franc. Mar. *deciſ. Delphi.* 966. Forma autẽ purgationis monialis à tali crimine habetur per Lapum *alleg.* 54. *nu.* 6. & rapiens monialem debet habere pacem à Papa. Boſſ. *de pace. n.* 27. Bonacoſſ.

152 Monialem qui ſubagitauerit, inceſtus crimine obſtringetur, quod eiuſce generis coitus generaliter inceſtus ducatur. communiter receptum apud iuris Pontificij interpretes ait Bermond. *de concub. n.* 2. *in fi.* E. Suarez.

153 Sodomiæ crimẽ iuſtã, & legitimã cauſam præbet diſſoluendi matrimoniũ quò ad thorũ: vnde ob hoc nefandũ ſcelus cõtra naturã peti poteſt ſeparatio thori abſque aliquo dubio, & maritus dimitti debet, *ca. omnes accuſationes.* 32. *q.* 7. & not. Cald. Ant. Abb. & Ana. *in c. maritus. de adult.* Syluestr. *in c. diuortiũ. q.* 7. Afflict. *in conſtit. repudium. n.* 2. *rubr.* 44 *lib.* 3. eruditiſſimus Frater Ioannes conciuis meus *in ſermonib. quadrageſimalibus, nuncupatis, lima vitiorum, in ſerm.* 31. Domine da mihi hanc aquã. *q.* 3. *in* 6. *q.* & Chaſſ. *in conſuet. Burg. rub* 7. *§.* 3. *n.* 6. & opin. iſtorũ cõmune dicit *Barba. conſ.* 64. *vol.* 1. Ab. *in d. c. maritus.* Io. Ant. de Nigris *in capitulis Regni, in c.* 262. *vt fine ſub num.* 42. & Lambert. *in tract. de iure patron. in* 3. *parte* 2. *lib. q.* 9. *artic.* 18. *in fi.*

¶ Sed Glo. *in d. c. omnes. in verbo Sodomita,* & Innoc. *in c.* 1. *de adulter.* diſſentiunt ab iſta cõmuni, abſque aliqua ratione militante in iure: ideò ſequor communem, tãquam veriſſimam: cui videtur inhærere Hierony. *in epiſtola ad Damaſum, vel ad Amandum presbyterum.* 3. *epiſtol. tomo,* & apertiſſime Ambr. 1. *ad Corint. c.* 7. dum aſſerit, aut quærat vſum vxoris interuertere. quibus profectò verbis innuere videtur vxorem poſſe petere coniugij diuortium, ac ſeparationem quò ad thorum, ſi à viro ad vſum contra naturam tentata fuerit: quod etiam Barba. aſſerit *in d. conſ.* 64. quem ſequitur Dec. *in l.* 1. *nu.* 8. *C. de ſecund. nup.* & Io Ant. de Nigris *in d. c.* 262. *vt fine ſub num.* 42.

Imo Barbat. *vbi ſuprà* doctiſſimè conſuluit. *col.* 6 *&* 10. vxorem poſſe ſimiliter a viro ſeparari, vbicũq; maritus cum aliis vitium hoc nefandiſſimum exerceret.

Et firmat etiã S. Bernardinus protector noſter in ſuis ſermonibus de euangelio æterno, *in ſerm.* 15. *art.* 2. *c.* 2. vbi limitat præmiſſã cõmune nõ procedere in duobus caſibus, videlicet, vbicũque maritus pollueret vxore extra clauſtrũ pudoris, vel ſeipſum pollueret propriis manibus: tũc enim in iſtis caſibus concludit, ꝙ vix crederet poſſe dimitti ab vxore. Viu. *opi.* 725.

154 Sodomiæ delictũ videtur cõtra ipſam naturã naturantẽ, quæ eſt Deus; & cõtra naturam naturantem, quæ eſt cœlũ; & contra naturam naturatam & generationẽ, quæ eſt homo.

Et ſic per hoc peſſimũ; & nefandum ſcelus offenditur Deus, offendũtur ſancti Angeli Dei, & præſertim deputati in cuſtodiã laborantium tali vitio; offendũtur omnes Sãcti, & Sãctæ in cœlo cũ Deo regnãtes; offendũtur dęmones, qui in inſpiciendo tale turpitudinem oculos claudũt: vt dicitur in compẽdio Theologiæ; offenduntur creaturæ ſenſibiles, vt ſunt piſces, & aues: & denique offendũtur creaturæ inſenſibiles, vt cõcludit & luculenter probat Frater Guliel. Pepin. *in ſermonibus de deſtructione Niniue. ſerm.* 35. *fol.* 18. *cum aliis ſeq fol primo* 238.

Et denique ſecundum Albertum magnum *in* 2. *ſent. diſtin.* 55. nefandiſſimum, fœtidiſſimum, ſpurciſſimũ, ſceleratiſſimum, & ribaldiſſimum vitium, hoc eſt, contra naturam, cõtra rationẽ, contra gratiam, & ex conſequenti contra gloriam; & propter huiuſmodi delictum, ac peccatum, & fames, peſtilentiæ, & terræmotus fiunt.

Et Sodomitæ tenentur pœna vltimi ſupplicij, id eſt, mortis: vt habetur *in auth. vt non luxurientur contra natu & in l. cum vir nubit in fœminam. C. de adulter. & §. item lex Iulia. Inſtit. de public iudic.* Legitur enim *Leuit.* 20. *c.* Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte moriatur, ſit ſanguis eorum ſuper eos. & ſic de iure ciuili vterque in hoc caſu mortis pœnæ puniri debẽt. *d. l. cum vir,* vbi Doct. omnes notant. & Soc. iun. *conſ.* 7. *num.* 3. *vol.* 3. vbi præſupponit iſtam eſſe communem concluſionem. Eſt etiam peſſimum huiuſmodi crimen. teſte *Auguſt. de adult. coniug.* & habetur 32. *quaſt.* 2. *cap. adulterij.*

Et inquit Paul. 1. *ad Corint. c.* 6. neque maſculorum concubitores, regnum Dei poſſidebunt.

Tales enim Lactantius Firmianus *libr.* 6. *cap.* 23. *diuinarum inſtitutionum,* appellat impios, & parricidas.

Et Frater Ioannes conciuis meus, decus & ſplendor totius mundi, & Chriſtianæ religionis, *in ſermonibus quadrageſimalibus nuncupatis, vitiorum lima, & ſermon.* 31. Domine da m

hâc aquã *col.7.* appellat etiã iſtos ſodomitas, aduerſarios legis diuinæ, & totius curiæ cœleſtis, & deſtructores humani generis.

Ideò infœlices, infœliciſſimique nũcupati poſſunt huius criminis practica diſcretes, ſeu exercẽtes: vt refert Afflict. *in conſtit. Legu aſperitatē. n.13.& ſeq. lib.3. rub.42.* vbi plura alia ſcribit ſuper d. tatione in. criminis, & Ægid. Boſſius etiã *in pract. crimin in tit. de ſtupro deteſtabili inter maſculos. n.1. cum alijs ſeq*

Et hoc peccatum contra naturam, omnium aliorum criminum carnalium grauiſſimum reperio, & ſic ſuperat ſimplicẽ fornicationem, & adulterium, & inceſtum etiam cum propria matre, & ſtuprum, & ſacrilegium carnale cõmiſſum cum monialibus, etiam per clericum in ſacris cõſtitutum, ſeu per monachum, & denique excedit quoque in malitia, & grauitate quæcunque alia peccata carnalia: vt hoc profuſe firmat, & diſcẽtè probat authoritatibus, iuribus, & rationibus, Frater Guil. Pepin. *in ſermonibus de deſtructione Niniue in ſerm. 30. de deſtructione ſexti vici proſtibuli Ciuitatis Niniue. col. 26. cum alijs ſeq.* D. Folerius *in pragmatica, Nos Ferdinandus, & Elizabet. n.2.* & Frater Ioannes *in d. ſerm 3. col.8. & ſeq.*

Vbi adiit, quod hoc facinus cõtra naturam ſit grauius homicidio, & grauius quàm proſtituere proprias filias.

Eſt autem ita abhominabile vitium hoc, vt digne congruat eis illa precatio, diſperdat, id eſt, ex toto pereat de terra memoria eorũ. Nam ſpiritus ſanctus, qui optimè nouit grauitatẽ peccatorum, nominat hoc vitio irretitos peſſimos: quod eſt ſuperlatiuum mali, & peius dici non poteſt. *Geneſ. 13. Erant autem homines Sodomorum peſſimi, & peccatores nimis.*

Et vitiũ hoc excedit beſtialẽ conditionẽ: quia nulla beſtia reperitur hoc agere. Nõ enim cõmiſcetur animal maſculũ cum maſculo, nec fœmina cum fœmina: non equus cum equo, nec equa cũ equa: nec equus cũ vitula: nec equa cum boue, ſed maſculus cũ fœmina eiuſdẽ ſpeciei. Et licet ob alia vitia efficiatur homo ſimilis beſtiis: tamen ob illud vitium efficitur inferior omni beſtia: cùm nulla tantam turpitudinem agat.

Vnde non mirum, ſi tales pœdicones priuentur aliquando generatione filiorum. Nam Putiſar, qui emit Ioſeph, legitur fuiſſe eunuchũ, id eſt, ineptum ad generationem, ſeu ad generandum, & hoc, quia vt ait Nicol. de Lyra *glo. 1. q. 1.* ſicut eunuchus, Dominus exiccauerat genitalia eius, eo quòd ad turpe vſum eius emerat Ioſeph: ideo Dominus impediuit eum.

Idcircò Sodomia interpretatur muta: quia facit hominem mutum, vt excuſare ſe non poſſit, ſicut de aliquib. aliis malis.

Et Deus Optimus Maximus licèt ſit miſericors, & ipſa pietas ac miſericordia: pro tali tamen delicto atrociſſimo fecit funditus ſubuerti Sodomã & Gomorrã, & omnẽ circa regione quatuor perſonis exceptis, videlicet, Lot cũ vxore, & duabus filiabus, & alia de quib. in teſtamẽto veteri ſacræ ſcripturæ. Imò Deus nũquã fecit tãtã vltionẽ de quocũque alio peccato, quãtã de iſto. Nã ob iſtud fecit ſimiliter inũdare diluuiũ ſuper terrã, in quo nõ ſolũ perdidit homines præter octo, verũ etiã aues cœli, & beſtias terræ demptis illis, quę introie ũt in archam. Omnis enim caro corruperat viã ſuam, *Geneſ. 6.*

Quia, vt ait Methodius Martyr, fœminæ ex libidine nimia ſupergrediebantur viros, & viri in alterutrum exardeſcebant coeuntes, & tunc ſi vxor ſupergrederetur virum vtendo huiuſmodi beſtiali, & mõſtruoſo modo in coeundo, ambo inciderent in peccatum mortale: ſecundùm S. Anton. *in ſua ſumma in 2. part. cap. 4 de vitio contra naturam, poſt prin.*

Imò etiam Deus tantum deteſtatur vitium hoc, quòd teſte Beato Auguſtino, & Hieronym. multo tempore diſtulit incarnari: cùm videret tantam abhominationem regnare in natura, quam aſſumpturus erat.

Vnde & in nocte illa ſancta ſuæ benedictæ Natiuitatis extincti extitere omnes, qui huic vitio operam dabãt: ſecũdum eundẽ Auguſt. & D. Foleriũ nõ vulgaris eruditionis iuriſcõſultum *in dicta pragm Nos Ferdinandus, & Elizabet. nu. 9.*

Imo legitur etiam *in lib. Iudicum, cap. 20.* quod propter hoc nefandiſſimum ſcelus, quod patiarũt filij Belial, id eſt, abſque iugo, in Ciuitate Gabahaa, quæ erat in tribu Beniamin, fuerũt interiecti de dicta Tribu à cæteris Tribubus vigintiquinque millia homines, nec ſuperfuerunt niſi ſexcenti viri: prout diffuſius diſcutitur *in d. cap. 20.*

Ideò non immeritò ſummam immunditiam Sodomorum, ſcelus appellat Auguſt. *ad Eremitas ſerm. 49.* Ab ea enim Angeli fugiunt, dæmones videntes oculos claudunt: quia membrũ Chriſti nõ ſolùm fornicatur, ſed etiã meretrix efficitur.

O quàm abhominabile vitium! ô quàm deteſtabile crimen! ô quàm inaudibile malum! ô quàm mortiferum damnum! ô quàm peſſimum ſcelus! ô peſſimi ſodomitæ peccatores coram Domino: filij deſperationis & iræ, non erubeſcitis hæc tam fœda, & turpia operari?

Sed tale nefandum ſcelus veſtrum Deus non dimittet impunitũ, verùm gladium furoris ſui extendet, non ſecus ac fecit Sodomitis, & Gomorreoſibus, quos non ſolùm abſumpſit igne, ſed ne terra quidem ſuperſtes remanſit. nam omnis illa regio abſorpta eſt in Aſphaltitem Lacum Iudææ. teſte Solino *in ſua Geogra* & Strabone *lib. 16.*

Et vt perpetua memoria tanti fœtoris remaneret, effectum eſt, vt talis lacus nihil præter bitumen gignat, nullúmq. corpus animalium recipiat; imò tauri, cameliq; fluitẽt: inde famis nihil in eo mergi: vt Plin. teſtatur *lib. 5 cap 15. & 16.* & ob id ipſum à Iuſtino appellatur mare mortuum, *lib. 36.*

Sunt itaq; expellẽdi tales talia operantes ab hominũ cõſuetudine, & communione: ſunt enim peſſima membra diaboli.

Ex quo propriè loquendo, tam ſodomia, quàm peccatum cõtra naturã dicitur, ſiue fiat cũ maſculo, ſiue cũ fœmina: vt firmat Abb. *in cap. in Archiepiſcopat. n.1. de rapt.* & Dec. *in l. ſi qua mulier. n.6. C. de ſecund. nupt.* & idem Dec. *ibidem in fin.* vbi reprobat Soci. qui voluit ſolum propriè dici ſodomia, quãdo fit cum maſculo: & ſi fiat cum fœmina, dici pollutionẽ extraordinaria. n. quę quidẽ opinio Dec. quicquid dicat Soci. videtur verior, & communior, quod propriè loquendo ſodomia dicatur: & eam latè probat Hieron. Paul. *in pract. cãcellariæ, fol. 40.* Et tanto verior apparebit huiuſce ſententia, quanto tollãtur argumenta ſophiſtica Iudæorum, qui fuere quidẽ authores erroris prædicti. Dicũt enim Iudæi improbi, ac ſcelerati, quod ſi quis coitũ venereũ cõtra humanũ vſum cũ vxore ſua loco, vel vaſe non cõgruo exercuerit, nullum ſcelus cõmittere, vel peccatum. Obſcœnitas iſta, ſeu turpitudo ſcribitur apud ipſos in libro Calla, qui apud nos dicitur Spõſa, vbi ſcribitur, quod vxor cuiuſdam coram ſenioribus legis cõqueſta, virum ſuum accuſauerit matrimonij pudicitiam in vaſe non conceſſo, & ordine naturæ non ſeruato ſæpius euertiſſe. qua re more ſuo diſcuſſa, mulieri dixerũt: Lege cautũ nõ eſt, quin tecũ illud ab eo fieri poſſit. habemus namq; *Leuit. c. 20.* Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterq; operatus eſt nefas, morte moriatur. O facinus Thalmutica ſapientia dignũ! ó ignorãtiam beſtialẽ, atque beſtiis deterior! quæ quidẽ cõtra ordinẽ naturæ nõ pergũt. Aiũt enim Iudæi cõtra ius naturæ nõ eſſe à lege prohibitũ agere cũ vxore: & quoniã ſceleſtiſſimi ſunt, ſceleſtã doctrinã docent. Sed quæro ab eis, agere cum vxore in vaſe nõ cõgruo, & euerſo, an ſit cõtra naturã an nõ? ſcio equidẽ nullũ tã ſtatuũ, tã beſtialẽ eſſe, qui nõ dicat, nõ affirmet naturæ officio repugnare, quicquid naturæ ordine prætermiſſo efficitur. Sed illud ipſum quod naturæ nõ cõgruit, naturę ordine omiſſo, diuinæ legi repugnat: igitur illud prohibitũ eſt atque peccatũ. Legitur enim *Iudicũ c. 19.* quòd vir quidã Leuites nomine, cùm nonulli ciuitatis Gabaa filij Belial eo abuti cuperent, hoc tamen vt euitaret ſcelus, vxore ſua eis illudendam dedit: qua cùm tota nocte abuſi eſſent, dimiſerũt eã mane: vt ſcribit ibidẽ. At enim ſecundum ordinẽ, & viam naturæ cũ muliere ipſa obſcœni ſunt animo ſuo aut euerſo ordine, & in vaſe nõ cõgruo, vterque autẽ coitus abuſus dicitur, idcirco prohibitũ eſt, atque peccatum. Alter enim, quoniam mulier illa nullius eorũ vxor erat, alter verò quia vaſe mutato, & officio naturæ non adhibito coierunt. De primo namque ſcribitur *Geneſis cap 19* de filiabus Loth: Habeo duas filias, inquit ipſe, quæ nedum cognouerunt virum, educam eas ad vos, abutimini eis ſicut vobis placuerit. Nemo ſibi tute perſuadere poteſt, quod vir bonus, & amicus Dei, filias abutendas alicui extra vas, & in loco non congruo dediſſet. De ſecundo, quod ſit abuſus, neminem latet, cùm magis profanum ſit, atque maius peccatum: quandoquidem ſemen humanum quod producendę prolis gratia Deus hominibus conceſſit, eiectum extra locum, operari nequeat finem ſuum: ob quem errorẽ, atque malitiam voluit Deus, Her & Onan Iudę filios, vita priuare: vt legitur *Geneſis c. 38.* Fuit quoque Her primogenitus Iudę nequam in conſpectu Domini, & ideo ab eo occiſus eſt, & ſequitur de Onan. idcirco percuſſit eum Dominus, eò quòd rem deteſtabilem faceret. In quo autem Her nequam fuerit, dicunt Iudęi in eo quo fuit frater eius Onan, qui cum vxore

obſequens

obſequens animo ſuo emittebat ſemen extra locum ne cóciperet. Igitur iſti, licèt lege naturæ cũ vxoribus ſuis coiuerint: quonia ſemẽ in terrã ex loco idoneo emiſerũt, morte digni à Domino iudicati ſunt. diuinæ iuſtitiæ cõgruit, vt qui in vaſe nõ debito rẽ habuerit, vbi recipi ad finẽ ſuũ ſemẽ non poſsit, multo magis mortis pœnã, vel interitũ ſubire debeat.

Limitatur ſeptimò ſecundum Iſer. *in d. c. 1. an agna. &c.* & ceteri ſeq. dic. enim ibi Iſer. quod filius poteſt acceptare feudum paternum, & hęred. paternam acceptare cum beneficio inuentarij. & illud inuenta. erit magni effectus: quia liberabit bona feudalia ab onerib. hęred. & dixi *ſuprà. eod. verſ. quod autem dictum eſt. ibi, ſublimita tamen.* Bellac.

62 Sed pone quòd filius refutauit feudum & hære. paternā, deinde reperitur tenere ipſum feudum, vel hæred. paternam, nunquid tenebitur ad ſeruitia feudi, & ad onera hęred. Iac. de Ardiz. & Alua. *in d. c. 1.* determināt quòd ſic. *per l. ſi is qui. ff. de acq. hæred.* Idem.

63 Vlterius poteſt dubitari, an filius poſsit repudiare hęreditatem patris, & ſuccedere auo in feudo auito. Odoſ. dicebat quòd non propter generalitatem dict. tit. an ag. &c. idem videtur velle Bal. *in d. l. qui ſe patris. C. vnde liberi.*

Sed ipſe Bal. *in d. c. 1.* circa hoc elegāter diſtinguit, aut filius deceſsit in tali ſtatu, in quo poteſt habere hæredem, aut non. primo caſu ſubdiſtinguendum eſt: quia aut ipſi filio erat feudum acquiſitum, & tunc nepos non poteſt venire ex perſona aui ad illud feudum, ſed oportet quod veniat tanquam hæres hæredis. *l. fin. C. de hæred. inſti.*

Aut ipſo filio non erat feudum acquiſitum, & tunc quia ex perſona patris non poteſt venire, quia reſpectu patris feudum eſt caducum, ideo nepos admittetur ex perſona aui.

Secundo caſu principali, quando deceſsit filius in tali ſtatu, in quo non poterat habere hæredem tūc dicit Bal. quod feudū eſt ſeparatum ab hæred. & ideo nepos poteſt illud obtinere ex perſona aui. Et hanc diſt. ſequuntur Alua. & Lauden. ibi. & Bal. *in l. ſi in perſonam. C. de fideicom.* vbi dicit, quod etiā nepos conceptus poſt mortem aui eſt ſucceſsibilis in feudo. Idē.

64 Nunquid ſi agnatus cōſentiat alienationi feudi antiqui, an talis conſenſus habeat præiudicare filio ipſius conſentientis? conclude ex mente Iac. de Beluiſ. Bald. & aliorum, *in d. c. 1. §. hoc quoque. in tit. de ſucceſſ. feu. in diſtinct.* quam fac. ibi Bald. quòd aut fuit ſimplex, & rudis conſenſus, vt quia agnatus ſolum dixit, quòd cōſentiebat alienationi, & tunc talis ſimplex conſenſus non præiudicat filio.

Aut fuit conſenſus obligatorius, puta quia agnatus nedum conſenſit alienationi feudi antiqui, ſed etiam ſe obligauit promittendo non contrafacere, nec vnquam contrauenire: & tūc talis conſenſus obligatorius bene nocebit filio, ſi ſit hæres patris: quia non eſt ſibi licitum venire contra factum patris. *l. ea quæ à patre. cum ſimil. C. de reſt. mil.* An viuēte patre filius poſſit agere ad feud. diuiſum per patrē? vide Curt. Iun. c. . Idē.

85 Quid ſi vaſallus feudum antiquum refutet in manibus domini, an iſta refutatio pręiudicabit agnatis? dic quod nō, niſi donec viuit ipſe refutans, & eius deſcēdentes. vt vult Bal. *in d. §. hoc quoque. & in c. 1. in 2. col. in tit. de alie. feu. pater.* Adde eundem Bal. *in 1. part. conſ. 82.* Idem.

66 Quando feudum eſt pro ſe & deſcendentib. ſi inueſtitus deceſsit relictis pluribus qui diuiſerunt & feudū peruenit ad vnum, donec extant deſcendētes ab illo cui peruenit feudum, alij non admittentur etiam proximiores. *cap. vnico. de natura ſuc. feu.* Cor. *in 3. vol. conſ. 7. ver. ex alio.* Idem.

67 Sed quid ſi agnatus offerat iuſtum pretium: extraneus autem qui vult emere feudum, offert vltra iuſtum pretium, quis iſtorum pręferetur? Bal. *in l. 9. in fin. col. C. de reſcin. vendi.* diſputat iſtam q. & tandem determinat contra agnatum: quia res tantum valet, &c. *l. pretia rerum. ff. ad l. falc. l. ſi ſeruus. ff. de redit. fur. auth. hoc ius porrectum. de ſacr. ſan. ecc. l. prætor. §. in eam. ff. de bo. aucto. iud. poſſ. & l. 3. & 4. C. ſi propter pu. penſi.*

Limita tamē dūmodo non interueniat fraus neque colluſio cū eo qui offert vltra iuſtū pretiū. al. ſuper iſta materia nota. per Ioan And. *in add.* Spec *in tit. de empt. & vend. §. Nunc dicen. reſtat. v. item no. quod ſta. in fin.* & ſeq. Alua. *in c. 1. §. ſed & res in tit. per quos fiat inue.* mouetur per illum text. *ibi. equali pretio.*

Ang. tamen *in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de ver. ob.* videtur velle contrarium. al. not. per Io. And. *vbi ſuprà.* ſed in veritate Io. And. determinat contra agnatum. Idem.

68 Pro agnato autē videtur eſſe gl. *in d. l. 9. C. de reſc. ven.* de hoc vide latius per Alex. *in d. §. cohæredes. in pen. & vl. col.* Idem.

69 Nota q. quādo fit alienatio in agnatum remotiorem, proximior agnatus poteſt illam reuocare. vt dixi *ſupra. hoc eodem ver. in prin.* Cautus tamē eſſe debet proximior, quia a die qua fecerit alienationē, non habet niſi vnū annū ad reuocan. *d. c. Titius. ſi de feu. fue. con.* Et ita vult Iaſ. *in l. petens. in fin. & in prin. 4. col. C. de pact.* vbi al. ſimilem text. *in c. 1. §. fin. ſi de inue. inter do. & vaſ. lis oria.* ac. ſecundum eum, text. *in c. cū ſitutus. ext. de in int. reſt.* al. Pau. de Caſt. *in conſ. 159. in caſu q. vertitur vt audio. alias incip. q. iſta &c.* & per illū text. dicit Lud. Ro. *in l prætor. § fin. ff. de oper. no. nun.* tenuiſſe, quod illa facultas, quā habet quis finita emphy. per generationē, &c. perdit. per lapſ. anni.

Et adde ad hanc q. eundem Iaſ. *in d. l. at prætor. §. fin. in vlt. col.* & Bal. *in 3. part. conſ. 16.* & Curt. *in conſil. 82. in 1. col.* vbi ita conſuluit in facto turris. Spec. nominatum de ſolario, contra illu. dominum Card ti, Lud. Ro. *conſil. 22. in fin.* Idem.

70 Si autē alienatio eſt facta in extraneū, agnatus habet. 30. an. ad reu. gl. *in c. Titius.* & ita tenet Ale. *in 5. vol. cōſ. 15. in vlt. col.*

71 An autem reuocans alienationē teneatur reſtituere pretium. vide Lauden. *in d. c. Titius.* Alua. *in c. 1. §. hoc quoque. de ſuc. feud. & in d. c. Titius.* Inno. *in c. in glo. 2. extra de teſti.* Lud. Ro. *in d. conſ. 22. in fin.* Curt. iun. *in conſ. 3. circa fin.* Idem.

72 Vaſallus pignorare nō poteſt feuda irrequiſito domino. Spec. *in tit. de pign §. 1. n. 30.* Saly. *in l. fin. C. de iu. emphy.* Bal. *in l. 9. C. vt in poſ. legat.* hanc eſſe communem opinionem atteſtatur Ripa *in l. obligatione. nu. 36. ff. de pign.* fallit in 5. caſib. quos refert Neguſantius *in tract. de pign. in 2. membro, ſecunda partis prin. nu. 43 & ſequent.* fallit in 4. caſib. vt per Curt. iun. *in tract. feudo in 4. parte nu. 95.* fallit in 5. caſibus vt per Matth. de Afflict. *in c. imperialem, nu. 4. de prohib. feud. alien. per Fede.* Ampliatur, & limitatur in 3. caſib. vt per Rip. *in l obligatione. nu. 35 ff. de pignor.* fallit in 5. caſib. quos not. Iaſ. *in l. cum dubitabatur, C. de iure emphy. nu. 78. verſic. ſubdit etiam videas.* Pet. Duen. re. 317. & 320. Ampliatur, & limitatur in multis caſib. per Rip. *in l. obligatione, ff. de pigno. nu. 35.* Don. à Fina.

73 Feudū alienari in monaſteriū non poteſt, ēt ſi habens ingrediatur monaſteriū no. in. *in c. præſentia. de probat.* fallit in 4 caſib. quos not Fely. iu. *de c. in præſentia, nu. 44.* Don. à Fina.

74 Feudum ſi irrequiſito domino alienetur, ſiue nouum ſit, ſiue antiquum, ad dominum reuertetur. gl. in *in cap. 1. & 2. de ſuc. feu.* quod procedit etiam ſi alienatū fuiſſet ſaluo iure domini, prout voluit Bald. *in cap. 1. §. fin. quæ ſit prim. cauſa beneficij amit.* idem Bald. *in l. 1. C. de iure emphyt. iuxt. text. cap. ex parte tua. de feud.* & id ex Bald. verum & communiter tenerii refert Bened. Capr. *reg. 77. nu. 35.*

75 Vaſallus poteſt ſibi acquirere nouum vaſallum infeudando, & feudum etiam ſine licentia ſuperioris domini. gl. *in c. quæ in eccleſiarū. de conſt. §. ſimiliter, in tit. de lege Corrad. in vſib. feudo.* not. Abb. *in c. tranſmiſſa de foro compe.* Bal. *in c. 1. in fin. prin. qui feudum dare poſſunt.* fallit in 6. caſib. vt per Fely. *in ca. quæ in eccleſiarum, col. 2. de conſtit.* Don. à Fina.

76 Quæro, An in generali bonorum obligatione veniāt bona feudalia? Reſp. Communis & recepta Doct. ſentētia eſt, quod feuda nec generaliter, nec ſpecialiter, nec tacitè, nec expreſsè obligari poſsint, vt atteſtatur Rip. *l. obligatione. num. 36. ff. de*

pignor. Et hanc opinionem tenet Salyc. *l. fi. C. de iure emphy.* Alex. *l. ſi conſtante, in prin. q. 3. ff. ſolut. mat. & in conſ. 21. n. 1. & 2. vol. 6.* Eandem tenet Matt. de Affl. *conſtit. Neapol. lib. 19. Rub. 5.* Et eam dicit eſſe communem Palatios Ruu. *rep. c. per veſtras. §. 30. ampl. 7. de don. inter vir. & vxor.* Tiraq. *de vtroque retract. tit. de retractu lignagier. §. 1. gl. 3. nu. 5.* Licet contrarium teneat Bartol. *d. l. ſi conſtante. nu. 33.* cuius opin. communiter in hoc reprobatur. Mich. Graſſ.

76 Dominus directus immediatus vendicat feudum vt allodiale per ſuum vaſallum alienatum, non autem dominus mediatus, ſecundum magis communem opin. per Burſat. *conſ. 49 num. 43. lib. j.* Bonacoſſ.

77 Bona feudalia, vel aliàs obnoxia, non veniunt in generali mandato ad alienandum ſeu adminiſtrandum, vel in generali obligatione, ſecundum communem per Burſat. *conſil. 44. nu. 1. lib. j.* diſtingue vt per eundem *conſ. 1. n. 1. eod. lib.* Quid in fideicommiſſo vniuerſali? dic quod in eo non veniunt bona feudalia, vel eccleſiæ obnoxia, ſecundum cõmunem per eundem. *d. conſ. n. 15.* Quid in bonis eccleſiarum, & emphyteuticis? dic quod de iure communi veniunt in generali obligatione bonorum etiam citra eccleſiæ vel domini aſſenſum, ſecũdum communem per eundem *conſ. 56. nu. 21. lib. j.* quem vide *conſ. 32. num. 10. 27. & 37. eod. lib.* pro qua vide eundem *conſil. 31 num. 18. eod. lib.* quo ad feudalia & emphyteutica. Bonacoſſ.

78 Bona omnia præſumuntur libera & allodialia, niſi cõtrariũ probetur ſecundũ communem per eundẽ Burſ. *conſil 10. n. 12. lib. j.* quã concluſionẽ declara vt per eundẽ *conſ. 46. n. 8. 9. 23. & 26 eod. lib. & n. 27.* vbi ponit quod petẽs bona feudalia quæ mixta ſint cum allodialibus ſuccumbit, niſi ſciat diſtinguere feudalia ab aliis. & *ibid. nu. 29.* quando, & quo caſu bona iudicãda ſint nõ feudalia. & *n. 29.* quòd ſi bona feudalia per ſpatiũ 40. annorũ libera & allodialia reputentur, præſcribũtur vt libera cõtra dominũ ex magis comm. ibid. notata. *d. n. 29.* Idem.

79 Feudum pro anima relinqui nõ poteſt, *c. 1. §. donare qualiter feudum olim alienari po.* late Roma. *in ſingul. 533.* Ampliatur in vno caſu, & limitatur *in 4. per Fely. in c. quæ in eccleſiarum, de conſt. nu. 105.* Ampliatur in vno caſu à Roma. *ſing. 533.* fallit in 5. caſib. quos no. Curt. iun. *in tract. feudo. in 4. part. in penult. q. nu. 126.* videas Petr. Duen. *reg. 327.* Don. à Fina.

80 Feudalia non veniunt de iure communi in generali obligatione ſine domini aſſenſu, ſecundum communẽ per Burſ. *cõſ. 44. n. 25. lib. j.* emphyteutica verò ſic, licet ſine domini aſsẽſu non tradantur, iuxt. cõmunẽ per eundẽ *conſil. 31. n. 18. eodem.*

81 Vaſallus inuito domino renuntiare poteſt feudo, *ca. 1. de vaſallo, qui contra conſtit. Loth. in vſib. feudo.* tenet Archidia. *in c. de forma. 27. q. 5.* Bald. *in l. j. ff. de rer. diuiſ. q. 12.* fallit in 5. caſib. vt per Fely. *in d. c. quæ in eccleſiarum, de conſtit. n. 121.* Don. à Fina.

82 Conſenſus in alienatione rei feudalis, ſecundùm magis communem opinionem Doctor. vt ex interuallo interueniat ſufficit. Ita And. de Iſer. *in c. 1.* & ibi Aluar. *n. 15. ver. quæro an conſenſus, & licentia Domini ſufficiat, ſiue præcedat alienatio, ſiue ſubſequatur. tit. de prohib. feu. alien. per Freder. & Franciſ. Curt. in tract. feuda. in 4 part. ex quib. cauſis feud. amitta. in 2. reg. princ. v. 2. radit neceſſaria dubitatio. n. 158.* Quia cum ſolùm agatur de præiudicio ipſius Domini, ſufficit cõſenſum ex poſt facto interuenire *l. in concedendo. in fin. ff. de aqu. plu. arcend.* Item quia talis conſenſus tendit ad tollendum impedimentum, propter quod erat prohibita alienatio, vnde debet ceſſare effectus impedimenti ſuperueniente conſenſu *l. vbi lex. ff. de vſucap.* Philip. Dec. *in conſ. 144. n. 1.* Lud. Gozad. *in conſ. 26. ver. primò, quia de conſenſu Domini valent alienationes. nu. 9. & in conſil. 63. nu. 3.* Matth. de Afflict. *in Deciſ. ſacri conſil. Neap. deciſ. 115.* Iacob. Heinrichmannus *in conſ. 1. ver. ſecundo quia dato. n. 2. in 1. Tom.* Hanc magis communem Doctor. opinionem eſſe refert Rol. à Valle, *in conſ. 97. num 33. in 1. Tom. conſil.* Kirchouius.

83 Feudũ aliàs inalienabile diſtrahi legitimè poteſt in vtilitatem domini, ex communi per Burſat. *conſ. 127. nu. 70. lib. j.* non tamen eo inſcio, ſecundum aliquos, licèt teneatur aſſentire: & quæ ſit de hoc ratio: Burſat. *ibid.*

84 Conſuetudine introduci poteſt, vt vaſallus feudum ſine domini conſenſu alienare poſsit, ſecundum magis communem per Burſ. *conſ. 127. nu. 59. lib. j.* I. Mallet.

85 Quæro, An vaſallus poſsit feudum alienare ſine conſenſu domini? Reſp. quòd non, & eſt expeditum per text. *in c. imperialem. de prohi. alie. per Fred.* & ibi Doct. tenent communiter. Zaſ. *in conſ. 1. nu. 21. & 16. vol. 2.* Modern. *in conſuet. Pariſ. §. 13. 5. gl. n. 1. & ſeq.* Mant. *in con. 223.*

Amplia hanc communem, quod adeò vera ſit vt talis alienatio [illegible] in longiſsimo tẽpore non poſsit præſcribi. Ita tenet And. de Iſer. *d. c. imperialem. verbo, nullius temporis præſcriptionem.* quem ſequuntur ibi Doctor. communiter, vt firmat Maria. Soc. iun. *conſ. 115. nu. 4. vol. 2.* Card. Pariſius *conſ. 23. nu. 185. vol. 1.* Eandem dicit communem Matth. de Affl. *d. c. imperialem n. 24.* & cã tenet [illegible] ocyn. *cõſ. 86. n. 8.* [illegible] Graſſus.

86 Quæro, An procedat etiam in parte ſeu [illegible] Reſp. Communis & recepta Doc. opi. eſt quod ſi pars alienetur pro illa parte perdatur feudum, & reuertatur ad dominũ. Ita probat text. *d. c. imperialem.* & eam tenet Matth. de Afflict. *ibi, nu. 28.* Bald. *c. 1. §. hoc quoque. nu. 13. de ſucc. feud.* & communem dicit Tho. Gram. *dec. 47. nu. 2.* An[illegible] Tiraq. *l. ſi vnquam, verb. omnia. nu. 14. C. de reuoc. donat.* Paul. Pariſ. *conſ. 14. nu. 2. vol. 1.* Item.

87 Quæro, An poſsit in dotem dare ſine conſenſu domini? Reſp. quod non. de hoc eſt text. *in c. 1. §. donare. quali. olim feud.* & ita tenet Soc. *in conſ. 19. nu. 13. volu. 1.* Maria. Soc. iun. *conſil. 72. nu. 74. vol. 1.* Iaſ. *l. fin. nu. 109. C. de iur. emphy.* Hanc dicit eſſe com. opin. Sig[illegible] Goffred. *conſ. 52. nu. 6.* Io. de Leonardis *conſil. 16. nu. 31. & conſ. 4. nu. 47. volu. 1.* Bald. *d. §. donare.* Idem.

88 Quæro, An feudatarius poſsit rem feudalẽ locare ad longum tempus? Reſp. quod non, ita tenet Matth. de Affl. *d. c. imperialẽ. nu. 61.* Iaſ. *d. l. fin. nu. 112.* Paris de Put. *lib. de integra feudi. c. an poſsit reuocari locatio.* Curt. iun. *in tract. feud. 4. part. vlt. tan. amiſ. feud reg. q. 3.* Vbi aſſerunt hanc eſſe communem & receptam Doct. ſententiam. Locatio enim ad longum tempus parum diſtat ab alienatione, & ideo prohibita alienatione, cenſetur etiam prohibita locatio ad longum tempus. Ratio, quia in locatione conductor dicitur naturaliter poſsidere, & habet vtile dominium in re conducta. Idem.

89 Quando autem dicatur longum tẽpus, dicit gl. magna. *l. ſi vt certo. §. ſi duobus, ff. commod. l. ſi quis ante a. gl. 3. ff. de acqui. poſſeſ. l. quæro. §. inter locatorem. verſ. biennii. ff. locat. quod ſit ſpacium decem annorum.* quas gl. ſequitur Bart. *l. j. §. [illegible] de ſuperfi.* Ang. & Imo. *l. ſi domus. §. fi. ff. de leg. j.* Iaſ. *l. manumiſsiones nu. 7. ff. de iuſt. & iur.* Fel. *c. quæ in eccleſiarum. nu. 86. de conſtit.* Matth. de Affl. *tract. de iur. proto. in 8. not. nu. 25.* vbi dicit communiter reprobatã gl. *in l. Codicillis. §. inſtit. ff. de le. [illegible]* quæ tenet contrarium. Nicol. Boër. *deciſ. 235.* And. Barb. *repet. Rub. de reb. ecc. alie.* Fra. Zabarel. & ibi Lap. *al. 31. Cle. 1. poſt glo. ibi. de reb. ec. nõ alie.*

90 Quæro, An ſupradicta etiam procedant in pignor. & hypothecis? Reſp. quòd ſic, nõ enim poteſt feudũ pignorari, nec hypothecari, ſine cõnſenſu domini. Ita probat text. *in d. c. imperialem. ibi, pignorare. c. 1. item ſi quis. quib. mod. feud. amitta.* Et hanc opi. tenet Aug. Bero. *deciſ. 94. nu. 11.* Chaſſanæ. *in cõſuet. Burg. tit. des fiefz. rub. 3. §. 8. nu. 11.* Soci. *conſil. 19. nu. 2. volum. 1.* Vbi dicunt hanc eſſe comm. opin. Mich. Graſſ.

91 Quæro, An alienans priuetur feudo ipſo iure, an verò requiratur ſententia? Reſp. quod amittat feudũ ipſo iure. Ita eſt text. *in c. 1. §. ſi vaſallus. quæ ſit pri. cau. bene. amis.* Hanc opinionem tenet Hier. Grat. *conſ. 9. nu. 134. vol. 1.* Iaſ. *l. in. nu. 103. & ſeq. C. de iur. emphy.* Alber. Bru. *conſ. 8. nu. 6.* Mode. *in conſuet. Pariſ. feu. §. 30. nu. 2.* vbi dicunt hanc eſſe communiorem & veriſsimam ſentẽtiam. Paris de Put. *in tra. integr. feu. c. an ipſo iure perdatur feud.* Fel. *c. Rodulphus. nu 36. de reſcript.* Idem.

92 Quæro, Quid ſi alienet ſaluo & reſeruato cõſenſu domini. an nihilominus priuetur. Reſp. quod ſic: nec operatur quicquam iſta reſeruatio, quia factum eſt contrarii proteſtationi. Ita tenet Bal. *l. vnic. 16 q. de his quæ pœn. nom.* Abb. *c. 2. de feu.* Et hanc dicit communem approbatam opinionem Iaſ. *l. non ſolum §. morte. nu. 35. ff. de no. oper. nun.*

Limita tamen hanc communem, niſi dicatur in alienationis inſtrumento, non aliter nec alio modo: Namque talis reſeruatio cõſeruat ius, & facit ne amittat feudum, quia perinde eſt, ac ſi domino eſſet denunciatum, & eius conſenſus interueniſſet. Ita tenet Alb. de R[illegible] *C. de iur. emphy.* Bal. *ca. 1. §. hoc quoque. de ſuc feud.* Alua. *d. c. imperialẽ.* Ratio diuerſitatis, quia hoc ſecundo caſu alienatio tali eſt cõditionalis, & nihil ponit in eſſe, itaque domino non conſentiente, non dicitur alienaſſe, ex quo deficit conditio, quod non eſt in primo caſu. Ita eſt de mente A[illegible] d. Iſ[illegible] *d. c. imperialem.* [illegible] *ſcriba.* Hanc dicit eſſe cõmunẽ opinionẽ Ia. *Rub.* [illegible] *lect. n. 25 ſolut. matrim.* Idem.

93 Quæro, Nunquid [illegible] ſolus feudum integrum alienet in viuum ex pluribus æquali linea ipſi cõiunctis, alij agnati æquè

proximi

proximi poſsint feudum alienatum pro portionibus ad ipſos ſpectantibus reuocare? Reſp. Veriſsima mihi videtur ſententia, quod poſsit repetere, nõ aliter, ac ſi in remotiore alienatio facta ſit eam ob cauſã, quod is, in quẽ alienatio facta eſt, quò ad portiones aliorum agnatorum eiuſdem gradus agnatum quoque remotiorem dici, vt not. Bal. *c. 1. nu. 7. de alien. feudi pater.* Vnde ſicut reuocatio cõceditur facta in alienatione totius feudi in remotiorem, ita quoq; in alienatione partis concedi debet. *arg. l. quæ de tota. ff. de rei vend.* non tamen reperio ab aliquo tactum. Mich. Graſſus.

95 Quæro, An agnatus indiſtinctè poſsit feudũ reuocare, ſiue alienatum ſit legitimè, ſiue illegitimè? Reſp. quod ſic, & eſt com. opin. vt firmat Curt. iun. 4. *part. concluſ.* 4. & Fran. Sonſbeck *in tract. feud. part.* 13. *n.* 77. licet ipſe amplectatur contrariam partem, & velit feudum illegitimè, id eſt, ſine conſenſu domini alienatum, non agnatis deferri, ſed domino feudi applicari. Pro hac ſententia eſt text. expreſſe hoc decides *in c. 1. §. porro qualiter feu. olim alien. poter.* & eam tenet Mat. de Affl. *c. 1. §. hoc quoque, n.* 10. *de ſucceſſ. feu.* Idem.

96 Quæro, An filius vel agnatus etiã hæres alienatoris ſine conſenſu ſuo alienatum feudum poſsit repetere. Reſp. Communis & recepta Doct. opinio eſt, quod ſi feudum ſit ex pacto & prouidentia, reuocare poſsit, vt atteſtatur Arius Pinel. *in repet. l. 1. part. 3. n.* 99. *v. facit ſua ratio. C. de bo. mater.* In feudis enim ex pacto & prouidentia, factum vaſalli agnatis eiuſque hæredib. non obeſt, cum ius eis quæſitum ſit ex tenore [illegible] inueſtituræ, & ita ex prouiſione maiorum ſuorum, nõ ex facto ipſius patris vel alienatoris.

Sed dubium eſt in feudo hæreditario. Ego diſtinguendum puto. Aut enim feudum hæreditarium eſt alienatum illegitimè, id eſt, non conſentiente domino feudi, & poteſt reuocari à filio vel alio agnato ipſius alienatoris, etiam ſi ipſe ſit hæres eius. Ex quo enim alienatio irrequiſito domino facta eſt nulla, nec alienatorẽ, nec hæredem eius ex ea obligari certũ eſt. Præterea alienatio hæc tendit ad excludendum hæredem à legis beneficio, quo caſu hæres contra factum defuncti venire poteſt, vt not. Tiraq. *de vtroque retract. 1. part. §. 1. gl. 6. n.* 57.

Aut verò feudum hæreditarium legitimè alienatum eſt, & tunc neque filius, neq; agnatus, qui eſt hæres alienatoris, illud reuocare poteſt, etiamſi ipſi hæreditatem adierint inuentario conſcripto. Et hæc eſt communis ſententia, vt atteſtatur Alexand. *conſ. 38. lib. 5.* Caro. Ruin. *conſil. 78. n. 15. lib. 1.* Matth. de Afflict. *deciſ. Neap. 112. n. 3. & deciſ. 240. n. 11.* Eandem dicit eſſe communem opinionem Scribentiũ Ari. Pinel. *d. repet. 1. part. 3. n. 9*[illegible] *v. ex his patet.* Licet ipſe *ibidem nu.* 95. contrarium adferat, & ſcilicet hæres alienantis feudũ, admittatur contra alienationẽ defuncti, etiã in feudo hæreditario legitimè alienato abſq; inuentarij confectione. Cuius ego ſententiã omninò falſam eſſe exiſtimo, ſiue loquamur in feudo ſimpliciter hæreditario recepto pro ſe & quibuſcunq; hæredib. ſiue mixto, quod ſcilicet pro ſe, & filiis & hæredib. receptũ eſt, ex quo enim ipſe inuentario nõ confecto hæreditatem adiuit, propriè repræſentat perſonã defuncti, ideoq; facto eius cõtrauenire nõ poteſt, ſecundũ not. per Doct. cõmuniter. *l. cum a matre. C. de rei vend.* Secus verò ſi inuentariũ confectũ ſit. Nãq; tunc confectio inuentarij conſeruat adeunti omnia iura ſua, & actiones, perindè ac ſi nõ adiuiſſet. vnde licet ſupradicta communis opi. habeat quod etiã hoc caſu reuocatio nõ concedatur: Ego tamẽ contrariã ſententiã veriſsimam iudico, quod ſcilicet reuocari poſsit feudũ cũ confectione inuentarij, ſi [illegible] pro ſe, filiis & hæredib. ex quo iſte hæres tale feudũ non tantũ acquirit ex perſona ipſius defuncti, ſed etiã ex beneficio primi acquirẽtis, & hoc maximè in agnato, qui [illegible] quã hæres alienãtis, ſed primi acquirẽtis, mediate perſona anteceſſorũ ſuorũ feudũ poſſet habere, quod ſufficit in feudo taliter recepto, ſecundũ receptã Doct. opi. vt teſtatur Alex. *in conſ.* 10 *nu. 7. vol. 3.*

Sin verò feudum ſit ſimpliciter & merè hæreditarium, puto procedere communẽ opinionẽ, quod ſcilicet confectio inuentarij nihil omninò proſit hæredi. Ex quo de tali feudo iudicatur æquè, ac de aliis bonis allodialibus. Mich. Graſſ.

97 Feudum merè hereditarium dicitur, quod [illegible] conceſſum eſt alicui pro ſe & hæredib. quibuſcũq;, & quod tranſit ad quoſcunq; hæredes & extraneos, teſte Bald. *in l.* [illegible] 35 [illegible] *de rer. diuiſ. imper. in prin. de proh. feu. alie. per Fed.* vbi quod ſub tali conceſſione nedũ includũtur tria genera hæredum, de quibus *inſt. de her. qual. & diff.* ſed etiã legatarius qui in re legata dicitur quodammodo hæres, ſecũdũ Rol. *de im. 4. part. q. 50. n. 2. & 3.* Bell.

98 Feuda dignitatũ, vt Marchionatus, Comitatus, Ducatus, vel Regia ſunt indiuidua, *c. imperialem, §. preterea ducatus, de prohibit feud. alien.* Fallit in 3. caſib. quos not. Iaſ. *in l. ſtipulationes non diuiduntur. ff. de verborum obligatio. n.* 31. fallit in 3. caſib. vt per Socy. *reg* 44. ampliatur in vno caſu, & limitatur in 4. per Curt. iun. *in tract. feudo. in 4. parte. q. 30. n.* 122. eandem reg. limitat in 16. caſib. vt per Tiraq. *in tract. de gemi. in 4. q. nu.* 37. fallit in 6. caſi. vt per Baptiſt. de ſanct. Bla. *conſi.* 66. & circa illã regula videas Per Duen. *reg.* 316. videas Rainard. de luco, *in reg.* 385. Socin. *regul.* 44 limitat in 3. caſib. *in addit.* Don. à Fina.

99 Quæro, an princeps poſsit alienare ea quæ ſunt principatus? Bal. quem alij ſeq. *in prælud. feu. v. expeditiſsimo.* dicit, quod ſi princeps vult alienare expropriando ſeu abdicando à ſe omne dominium, iuriſdictionẽ, & proprietatem, nõ poteſt hoc facere: quia eſſet deformare principatum. & ita no. *in c. intellectum. extr. de iu. iur.* de quo etiam per eundẽ Bald. *in prœm. digeſtorum. in proœ. C.* fac. quod habetur *in c. in apibus* [illegible] *q.* 1.

Aut vult alienare retinendo proprietatem, ſeu directum dominium, transferẽdo vtile in alium, per viam infeudationis, & tũc poteſt. & quod princeps poſsit infeudare, eſt text. *in c. 1. in t. de natura feu. & in c. 1. in princ. quis dicatur comes, dux, &c.*

Limita niſi talis infeudatio in magnum principatus vergeret detrimentum. quia princeps paſsim infeudat modo vnam ciuitatem, vel tertiã modo aliam. & iſtud eſſet deſtruere principatum, vt no. *in c. grandi. extr. de ſup. neg. præla. fac. l. ſumma cum ratione, ff. de pecu.* Nam ſecundum Bal. & Iſer. *in d. prælud.* infeudatio non debet minuere coronam regalem.

Et ita in effectu vult in terminis Alex. *in* 5. *vol. conſ.* [illegible] *in 6. col.* vbi alia al. & *in conſ. 24. in fi.*

Vide in hac materia Paul. de Caſt. *in 2. vol. conſ. 74. inci. quia fruſtra.* Panor. *in 2. part. col. 3. q.* 26. Fel. *in c. 1. extr. de proba. in 3. col. v. 3. declara. & in c. ad audiẽtiã. in 1. & 2. col. de præſcript.* & Iaſ. *in prælud. feu. in* 30. *&* 31. *col.* & ibi Præpo. *in 9. & 10 col.* Aliquid per Phil. y. *in c. Abbate ſane. §. pro part. de re iud. in 6. & in rub. de teſta. eod. lib. in 31. col.*

Adde quòd rex vel princeps non poteſt conſtituere ſeruitutem etiam durante ſuo regno. vt vult Old. *in conſ.* 231.

Nunquid quilibet etiam priuatus poſsit feudum conſtituere? Bal. *in c. 1. in t. qui. feud. dar. poſ.* tenet quod ſic. vbi dicit procedere etiam in ruſtico. per text. *in c. 1. in t. per quos fiat inueſtit.*

Et hanc op. multis prius in contrarium adduct. tenet Curt. *in tract. feu. in 2. part. q. 4 prin.* Bellac.

100 Archiepiſcopus & alij prælati poſſunt infeudare, vbi eſt antiqua cõſuetudo infeudãdi. *d. c. 1. in prin. in t. qui feu. da. poſ.*

An autẽ in tali infeudatione requirantur ſolẽnitates requiſitæ in alienatione rerum eccleſiaſticarũ? com. concl. eſt quòd nõ. vt volũt cano. *in c. 2. de feud.* refert Curt. *vbi ſup. in 2 part. q.* 4. vbi al. etiã Pario. *in c. vt ſuper de reb. eccleſ. non alien.* Lud. *conſ.* 70. Pau. de Caſt. *conſ.* 156. Fede. *conſil.* 109. & Calde. *conſ. 1. in tit. de his quæ fiũt a præla.* in quib. loc. dicit cõmuniter teneri, quòd feudũ reuerſum ad eccleſiã, poſſit de nouo infeudari ſine aliis ſolẽnitatib. & licet ipſe multa adducat in cõtrariũ, dicit tamẽ ab iſta opi. non eſſe receden. quam multipliciter confirmat.

Et ibi ſubiũgit *in 2. q.* an tũc ſolus prælatus, ſine cõſenſu capituli poſsit [illegible] infeudationẽ facere. & dicit hanc q. poni per Bal. *in d. c. 1. in tit. qui feud. da. poſſ.* & poſt lõgam diſtinctionem tenet quòd ſic.

Et *in 3 q.* quærit quantum tempus requiratur ad hoc, vt dicatur inducta conſuetudo infeudandi, adeo quòd non ſint neceſſariæ ſolemnitates [illegible] per eum referentẽ varias opin. & non decidentem: ſed ponit deciſionem. *in q. ſeq.*

In 5. *autẽ q.* ponit quid requiratur ad hoc, vt res ſolita infeudari, rediens ad eccleſiam perdat iſtam qualitatem, vt non dicatur amplius ſolita infeudari. & ſic de cætero non poſſit alienari [illegible] debitis ſolemnitatibus. in qua etiam refert varias opin.

In 6 ponit quid ſi cõſuetudo eccleſiæ ſit infeudare in maſculos & fiat infeu. in maſcul. & fœm. an valeat, & pro qua parte.

In 7. ponit an feudatio poſſit fieri cõſanguineis prælatorũ.

In 8. ponit, an [illegible] *d. c. 1. qui feud. dar. poſſ.* dic. [illegible] quòd res ſolitæ infeudari &c. habeat locum in decimis, & ſic in rebus ſpiritualibus.

In 9. ponit an prælati poſſint infeudare ſuo capitulo rem quæ redeat ad eccleſiam.

In 10. ponit an prælatus ſuperior poſſit infeudare ſine conſenſu prælati inferioris.

In 11. ponit de poteſtate Papæ circa infeudationes.

In 12

In 12. ponit quid ſi epiſcopus primo conceſſit in feudũ, demum Papa, quæ conceſſio valeat.

In 13. ponit an legatus de latere poſſit infeudare feuda eccleſiarum ſuæ legationis.

In 14. ponit nunquid regula *d.ca.* habeat locum in archiepiſcopo.

In 15. ponit an finito feudo per generationem, teneatur prælat⁹ potius inueſtire conſang. defuncti, quàm alium extraneũ: & concludit per multa quòd ſic,

In 16. quærit an ſi fiat noua infeudatio, requiratur canon condecens. & decidit quòd non. al. Alex. *in* 1. *vol. conſ.* 79.

In 17. ponit nunquid prælatus poſſit infeudare rem nõ ſolitam cum pacto, vt non incidat in commiſſum propter canonem non ſolutum.

In 18. quærit ſi eccleſiæ ſoluebatur certus canon, an prælatos accipien. minorem canonem longo tempore, poſſit præiudicare eccleſiæ. & concludit quòd ſic, ſi per 40. annos fuit ita ſolutũ. *per c. olim cauſam. extr. de cenſi.* al. Alex. *in conſ.* 112.

In 19. ponit an prælati poſſint infeudare rem nõ ſolitam, occupatam à potẽte ſine debitis ſolennitatibus.

20 quęrit nunquid prædicta cõcl. quod prælati eccleſiarum nõ poſſint de nouo infeudare ſine debitis ſolennitatibus, procedat nõ ſolũ in rebus propriis eccleſiæ, ſed etiã in aliis quas eccleſia tanquam vaſalla recognoſceret in feudum ab alio.

21 quærit an deciſio illius *ca.* 1. habeat locum in rebus paruis. & cõcludit quòd nõ, *per c. terrulas.* 12. *q.* 2. al Alca. *in l. ſenatus. §. Marcellus. de leg.* 1.

22 quęrit, an deciſio *d. c.* 1. habeat locũ in reb⁹ patrimonialib⁹ clericorũ, & dicit quòd nõ, *per c.* 1. *in tit. de cler. qui inue. ſec.*

23 quęrit an res relicta eccleſię ſub cõditione, ne alienetur, poſſit infeudari? & dicit quòd nõ, poſt Iac. Ardiz. & Alua. *in d. c.* 1. *qui feud. dar. poſſ. per text. in §. ſanctiſſima. in Auth. de alien. & emphy.*

24 quærit an eccleſia vel monaſterium poſſit infeudari: & dicit quòd non poſt Alua. & Præpo. *in d. c.* 1.

25 quęrit an prælat⁹ qui ex delicto venit deponendus, poſſit infeudare feudũ ſibi apertũ, ſi nõdũ eſt accuſatus. & dicit quòd ſic. al. Alua. poſt. Bal. *in c.* 1. *in tit. hic poteſt eſſe. tit. qui ſucce. tene.*

26 quærit an ſolus prælatus poſſit remittere feloniá vaſallo. & al. Bal. *in d. c.* 1. *qui feud. dar. poſſ.* diſtinguentem, aut ſolus prælatus eſt collator feudi, & poteſt: aliàs non. & adduc. ibi Curt. *pro iſta diſt. pulchra notabil.* Bellac.

101 An prælatus poſſit infeudare rem pertinentem eccleſiæ ſibi immediatè ſubiectæ. Barb. *in* 4. *vol. conſ.* 54. *in* 3. *&* 4. *col.* tenet quòd ſic. Vezin.

102 Imperator poteſt infeodare res etiã mediatè ſibi ſubiectas. Cur. iun. *conſ.* 1. *in* 2. *dubio, col.* 8. Vezinus.

103 Feudũ alienari poteſt per vaſallũ ex cauſa pia, de æquitate canonica, ex cõmuni per Tiraq. *tract. de priuileg. piæ cauſa, priuileg.* 104 refert Burſ. *conſ.* 127. *n.* 44. *lib.* ij. I. Mallet.

104 Domin⁹ alienás ſubditos ſuos cõtra iuſta diſpoſitionẽ debet priuari proprietate ipſius feudi. communẽ dicit Clar. *§. feudũ. q.* 28. *v. ſed quæro.* cõtra Bald. *in c.* 2. *quo tẽp. mil.* P. Fichard.

105 Dominus contra quem peccauit vaſallus, ſi in vita ſua non querelauit, non transfert illud ius querelandi ad hæredes ſuos, intellige ſi dominus ſciuit culpam. communem dicit Clar. *in §. feudum. q.* 64. Idem.

106 Cõſenſus domini feudi in alienatione feudi per vaſallũ facienda, in quẽ tranſlatũ eſt feudũ de voluntate domini, eſt adhibendus, & non vaſalli, qui tranſtulit. Hier. Cagn. *in l. ſocy mei. n.* 9. *ff. de reg. iur.* communem dicit. Villal. & Vezin.

107 In alienatione feudi tacitus domini conſenſus ſufficit. Aluaro. *in c.* 1. *§. præterea. quib. mod. feud. amit. in vſib. feud* communem dicit. Quod intelligendum eſt, ſi præſens ſit & contradicere poſſit, ſecundum præceptorem meum Zaſiũ *in Epito. Feud. par.* 9. *n.* 31. B. Villalob.

108 Deuolutiones rerum obnoxiarum ſpectant ad primum dominum, prout illius conſenſus in alienatione rei ſubinfeudatæ requiritur, & ad immediatum ſpectant ſi delictũ in perſona eiuſdem ſecundi domini committatur, ſecundum communem per Burſ. *conſ.* 91. *n.* 2. *lib.* 1. Bonacoſſ.

109 Si quis plures res inſimul vendiderit, vel ſub vno pretio, vel ſub diuerſis, dominus feudi vel alius dominus direct⁹ nõ poterit iure prælationis vnam ex illis rebus redimere. *l. an pars. ff. pro derelicto. l. quidã elogio. C. de iure deli.* Boër. *deciſ.* 251. *v. item etiã proximo.* Nam totum illud habetur pro vno contractu, quamuis plures res diuerſis pretiis venditę ſint: aliàs dicere poſſet emptor ſe non emiſſe alias res ſine illa. Boër. *dec. iam dicta. ver. volens illi plus.* Idem.

110 Pignorare, vel hypothecare rẽ feudalẽ ſine cõſenſu domini vaſallus nõ poteſt. communem dicit Clar. *in §. feudum. quæſt.* 35. P. Fichard.

111 Pignus datum in ſolutum à iudice creditori, cẽſetur datum pro toto credito, etſi quid minus valeat datum tamẽ ſimpliciter creditore nõ contradicente. Ant. de Fano. *de pign. in* 2. *part.* 3. *n.* 36. *mem.* 2. com. dicit. B. Villal.

112 Commoditates feudi vaſallus alienare poteſt. Intellige tamẽ, vt talis alienatio nõ valeat, niſi durante vita ipſius, non autem in præiudicium eius, qui eſt ſucceſſurus in feudo. com. dicit Clar. *§. feudum q.* 21. *v. ſucceſſiuè.* P. Fichard.

113 Titulus feudi alienati à prædeceſſore domini directi excuſat vaſallum à commiſſo, ſecundum communem per Burſ. *cõſ.* 49. *n.* 20. *lib.* 1. Bonacoſſ.

114 Alienãtis vaſalli filius, vel agnatus admittitur ad reuocationem alienationis ſi cũ beneficio inuentarij adierit alienãtis hæreditatem. Communem ait Clarus. *§. feudum. q.* 42. *v. Succeſſiuè quæro.* Bonacoſſ.

115 Alienata ſeu diſpẽſata per hæredem grauatum computantur in id quod ipſe deducere poteſt, ſecũdum communem per Burſ. *conſ.* 71. *n.* 19. *lib.* 1. Idem.

116 Inuẽtarium prodeſt hæredi in feudo hæreditario mixto alienato in reuocando illud, ex vna communi, ſed contra ex alia communi, de qua per Burſ. *conſ.* 31. *n.* 13. *lib.* 1. Idem

117 Feudũ emptitiũ vel pro pecunia cõceſſũ magis emptionis cõtract⁹ quàm donatio cẽſetur, ſecũdũ magis cõmunẽ per Burſat. *conſ.* 4. *n.* 15. *lib.* 1. Quod quidẽ feudũ emptitiũ ſeu hęreditariũ ſi legatur ſine aſſenſu regio, legatario debetur æſtimatio iuxta commune per eundem Burſ. *d. conſ. n.* 17. Idem

118 Baſtardi in regno Franciæ etiãſi patrẽ eorũ naturalem habeat, poſſunt de eorũ bonis diſponere & inter viuos, & in vltima eorum volũtate, cùm nõ ſint in patris naturalis poteſtate. & hoc ex cõſuetudine generali regni Frãciæ cùm inter baſtardos eſſet legitima ſucceſſio: ſecũdum Benedict. *in repet. c. Ray. in verb. & vxorem. n.* 147. *&* 151. *in* 5. *deciſ.* Idem.

119 Cõſenſus primi domini mediati requiritur in alienatione rei ſimpliciter ſubinfeudatę, niſi ex cõceſſione vel cõſuetudine domin⁹ immediat⁹ dictũ aſſẽſũ pręſtet, & tũc deuolutiones ad ipſũ ſpectãt, ſecũdũ cõmunẽ per Burſ. *cõſ.* 91. *n.* 1. *lib.* 1. Idẽ.

120 Feudũ cõceſſum pro ſe & quibus dederit, poteſt alienari ſine vlteriori cõſenſu Do. Iac. de S. Georg. poſt alios *in tract. feudali. §. ita etiã quod ipſi vaſalli & eorũ heredes & ſucceſſores.* Et copioſi⁹ Frãc. Curt. *in ſuo tract. feud. in.* 4. *part. ex quib. cauſ. feud. amit. in* 11. *principali canone. incip. aggrediamur itaque ſecũdã regulã principalẽ. §. quintò quæro. n.* 141. vbi ipſe in vtramq; partem hãc q. explicat, addit q; eam communem doctor. opin. eſſe, à qua in practica nõ eſſet diſcedendum. Kirchouius.

121 Feudi paterni & antiqui facta alienatio per parẽtem cũ cõſenſu domini, etſi filiis & aliis agnatis obeſſe non poſſit. Doctor. *in c.* 1. *§. hoc quoque. de ſucceſſ. feud.* hoc tamen nõ procedit ſecundùm cõmmunem ſententiam, quãdo filij & agnati eſſent hęredes alienãtis, & aliquid poſſiderẽt de bonis ipſius, & inuẽtarium nõ cõfeciſſent. Doct. *in c.* 1. *an agnatus vel filius poſſit repudiare feudũ.* ſtã Cur. *in tract. feuda. in* 4 *part. ex quib. cauſ. feud. amit. §. tertia igitur eſt regula principalis in hac materia alienationis. verſ. limitate prædictã commu. concl. nu.* 148. copioſe. Rol. à Valle *in d. conſ.* 97. *n.* 46. *cum ſeq.* Kirchouius

122 Feudũ cõceſſũ pro ſe & quibus dederit, poteſt alienari in pręiudiciũ agnatorũ in quaſcũq; perſonas, etiã fœminas, & clericos, præter naturam feodorũ, licet adeſſet iuramẽtũ fidelitatis, ſecũdũ magis cõmunẽ per Burſ. *conſ.* 4. *n.* 4. *lib.* 1. Idẽ.

123 Feudum hæreditariũ poteſt primus ſucceſſor cum domini cõſenſu in ſucceſſorum perniciẽ alienare, & ſi aliud in alio feudo iuſſit, vt cõmune renũcio ex Alex. *conſ.* 106. *nu* 8. *& conſ. ſeq. lib.* 4. *& conſ.* 13. *n.* 11. *lib.* 5. Mat. de Affl. *in c.* 1. *n.* 74. *de prohib. feu. ali.* Hier. *conſ. feud.* 136. *n.* 7. Syluan. *conſ.* 15 *n.* 4 Curt. iun. *conſ.* 55. *n.* 8. Goſt. *conſ. feud.* 10. *n.* 24. Apoſtil ad Alex. *conſ.* 8. *n.* 15. *lib.* iij. Suarez.

124 Feudi alienatio abſq; patroni conſenſu nõ aliter, nec antea damno eſt, quàm poſtquam traditio ſubſequuta eſt, vt cõmune cẽſetur Iaſ. *in l.* 2. *l. C. de iur. emphy.* Tiraq *de retract. conſang. §.* 1. *gl.* 2. *num.* 45. li. I. Clar. *§. feudum.* 13. Viui. *lib.* 1. *opin.* 57. *in fin.* Suarez.

125 Feudi alienationi non poteſt cõtrauenire hæres in beneficio inuentarij, quando eſt conceſſum cum clauſula, & quibus iura tua concedere volueris: vel ſi dictum ſit, & habituris cauſam ab eo ſecundum Rol. *de inuen. 4. part. q. 50. nu. 8. & ſeq.* nã dicta feuda poſſunt vendi, donari, & de eis diſponi etiam ſine conſenſu domini, *iuxta not. per doct. in ca. 1. de feu. non habẽ. prop. nat. feud per eundem Rol. d. q. n. 11. & ſeq. conſ. 42. nu. 26 lib. 3.* vbi dicit communem. quæ feuda hæreditaria veniunt in reſtitutione fideicommiſsi, teſte eodem Rol. *conſil. 96. n. 7. lib. 3. conſ. 79. n. 24. lib. 4.* Bellac.

126 Feudum mere hæreditarium venit in publicatione bonorum, ſecundum Rol. *de inuentar. 4. part. q. 5. n. 14.* Idem.

127 Feudi alienationi contrauenire poteſt hæres cum beneficio inuentarij, quando feudum eſt ex pacto & prouidentia, ſecundum Rol. *de inuentar. 4. part. q. 50. num. 15.* Idem.

128 Alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, tunc ſi proximior agnatus taceat per annum, penitus excluditur ab ipſo feudo: Sed ſi alienatio facta ſit in extraneum, tunc ad hoc vt proximior agnatus excludatur, requiritur curſus ſaltẽ 30. an. Communem dicit Iul. Clar. *§. feudum q. 42. ver. ſcias tamen.* allegans Alex. *conſil. 15. lib. 4.* item Decium, Iacobin. Balb. & Aluar. ita tenentes. P. Fichard.

129 Alienatio feudi cum cõſenſu agnati proximioris facta, non præiudicat filio conſentientis, ſi modo non ſit eius hæres, neq; aliquid ex eius hęreditate habiturus, quo minus feudum alienatum recuperare poſsit. Sed ſi velit eſſe hæres patris conſentientis, non poterit retractare factum defuncti, neque feudum recuperare. ita Doct. communiter diſtinguere ait Iul. Clar. *§. feudum. q. 42. verſ. Sed quære, pone* P. Fich.

130 Alienatione feudi facta in agnatum remotiorem, proximo agnato conſentiente, non præiudicat agnatis mediis, non conſentientibus communem dicit Clar. *d. § feudum. q. 42 ver. ſed main.* P. Fichard.

131 In alienatione feudi ſubinſeudati, requiritur conſenſus prioris & directi domini: nec ſufficit conſenſus domini poſterioris, qui ſubinſeudauit eſt magis com. opin. ſecund. D. Iac. de S. Georgio, *in tract. de feu. in §. & cum pacto de non alienando verſ. quære de quæſtione quotidiana.* vbi limitat duobus modis: ſcilicet, ſi prior dominus ſit abſens, vel alterauit naturam feudi, dando licentiam vaſallo alienandi cui vellet: quoniam tũc ſufficit cõſenſus domini poſterioris & immediati: Nota, quia quotidiana ſunt. M. Chærian.

132 Conſuetudo quod vaſalli poſſint alienare feuda ſine cõſenſu dominorum, valet. communem dicit Iul. Clar. *§. feudum q. 3. ver. quæro nunc.* P. Fichard.

133 Feudum abſq; domini conſenſu repudiari nequit, vt cõmune enunciat Panor. *in c. 1. de feud.* Iaſ. *in l. 3. n. 4. C. de iure emphyt.* Arius Pinel. *in l. 3. parte 2. verſ. limit. 8. C. de bon. mater. & in l. 3. par. 1. c. 4. n. 2. ad fi. C. de reſcin. venditio.* Suarez.

134 Quęro nunquid feudatarius ſi poſt alienationem recuperauerit feudum, euitet pœnam priuationis? Reſp. Communis & recepta Doct. opin. eſt, quod non. De quo eſt tex. *in c. 1. quid iur. ſit ſi vaſal. poſt alien. fact.* & ibi Doct. tenent communiter, vt atteſtatur Pet. a Duen. *in tract. reg. reg. 40. ampli. 13.* Tiraq. *in tract. de retract. conu.* [illegible] *2. part. amplia. 26. nu. 1* Curt. iun. *tract. feu. 4. part. nu. 13.* intelligunt tamen prædicti Doct. hanc opinionem procedere, quando vaſallus recuperauerit feudum poſtquam fuit traditum, ſecus ſi recuperauerit ante traditionem poſſeſsionis factam, quia tunc excuſatur. Mich. Graſſus.

135 Feudum honorificum, liberum & francum alienari poteſt domino irrequiſito, ſi dicatur ſaluo iure domini, ſecundum communem per Burſat. *conſilio 4. nu. 1. & 5. lib. 1.* Et dicitur francum verè quando nihil eſt reſeruatum per concedentem, ſed totum eſt in vaſallum tranſlatum, ſecundum communem per Burſ. *conſ. 4. nu. 5. eod.* I. Maler.

De feudi alienatione prohibita.

TITVLVS V.

Alienare feudum in præiudicium agnatorum etiam sũ conſenſu Domini vaſallo non licet. Communem dicit ex Curt. iun. Clar. *§. feudum. q. 42. in princ.* Intellige autẽ de feudo antiquo: Secus eſt de feudo nouo ſecundũ And. de Iſer. *in c. vnic. n. 2. de alien. feud. patern.* Sigiſmun. *conſ. feudal. 52. n. 1.* Rurſum etiam diſtingunt Doct. inter feudum hæreditarium, & non hęreditarium, & dicunt quod in feudo non hæreditario vaſallus non poſsit diſponere, ſed in feudo hæreditario, etiamſi ſit antiquum, tenent quod poſsit vaſallus præiudicare agnatis. P. Fichard.

2 Feudum antiquum non poteſt alienari in præiudiciũ proximioris agnati, ſine conſenſu ipſius, etiamſi vaſallus refutatet feudum antiquum in manib. domini. Quia tum refutatio non pręiudicat agnatis, niſi in vita ipſius refutantis & deſcẽdentium ſuorum. ita declat. poſt alios Bald. *in c. 1. § hoc quoque v. prima concluſio. n. 12. de ſuc. feud. & in v. ſed quid ſi ille qui habebat feudum paternum refutauit ipſi domino. n. 6. de alien. feudi paterni.* & Iacob. Aluaro. *in c. 1. § denique ſepè. qui eſt finalis verſic. trigeſima ſeptima concluſio. n. 27. quæ fuit prima cauſa beneficij amittendi.* Hanc communem concluſionem & ſententiam eſſe ſcribit Iacob. Heintichmãnus *in conſil. 1. verſic. trigeſimonono. n. 58. in 1. Tom. con.* & ante illum Franciſchin. Curt. *in tract. feud. in 4. parte ex quib. cauſ. feud. amitt. § tertia igitur eſt regula principalis. verſ. eſt ergò ex præmiſſis. nu. 147.* Kirchouius.

3 Feudi poſſeſſorem ius in alium transferre atque alienare nequit dominus illis inuitis, vt frequenter placitũ aiunt Curt. iun. *de feu. 6. part. prin. 2. q.* Grat. *conſ. 147. nu. 5. & ſeq. lib. 4.* excipe niſi ſi dictionem ſuam vniuerſam vna alienet. commune effantur Modet. *in conſuet. Pariſ. feud. § 1. gl. 3. n. 25.* ac latius Iul. Clar. *§. feudum. q. 28.* Suarez.

4 Alienatio feudi quamuis prohibita ſit, tamen licitè fieri poteſt etiam irrequiſito domino, ſi in proximiores fiat: dummodò feudum tale antiquum ſit, aut paternum. Communiorem eſſe opinionem apparet ex allegatis per Tiraq. *in præfat. lib. 1. num 52.* in qua & ipſe reſidet. I. Fich.

5 Quęro, Nunquid excuſetur vaſallus, ſi alienet feudum propter aliquam neceſsitatem? Reſp. quod non, ita tenet Bald. *c. 1. in princ. qualiter olim feud. poterat alie.* & ibi communiter ſequuntur Doc. vt teſtatur Pet. à Duen. *d. reg. 40. amplia. 14.* & ſequitur Cur. iun. *in tract. feud. 4. part. nu. 107.* Mich. Graſſus.

De feudo fœminæ.

TITVLVS VI.

Feudum ſi proceſſit à fœmina, fœmininũ eſt iudicandum. Ripa *in libr. prim. de leg. c. 1. n. 64.* com. dicit. B. Vil.

2 Feudum, ſi ſit maternum, vel fœmineum, ſcilicet ab initio conceſſum vni fœminæ, tunc fœminę quoque admittuntur ad ſucceſsionem: ſed tunc demum, quando non extant maſculi. com. dicit Clar. *in § feudum. q. 73. ver. Præterea quæro.* P. Fich.

3 Feudum conceſſum pro ſe, & hæredib. quibuſcunque, tunc cum verbis geminatis poteſt trãſire ad fœminas, & non eſt reſtringen[illegible] ſed ampliadũ. Moder. *in addit. ad Ale. conſil. 30 in verb. quibuſcunque. vol. 1.* communẽ aſſerunt. P. Fichard.

4 Feudum non tranſit in fœminas, niſi conceſſum ſit pro ſe & quibus dederit, ſecundum magis communem per Burſar. *conſ. 4. nu. 4.*

5 Statutum excludens fœminas propter maſculos eſt principaliter fauorabile, vt per Bald. *in l. maximum vitium. C. de lib. præter. & per Alex. conſil. 89. & conſil. 132. vol. 6. & conſil. 41 vol. 7.* quia pro conſeruatione agnationis & familiarum, eſt introductum, vt volunt Bald. & cæteri *in d. l. maximũ vitium*, & alios quam plures eiuſdem ſententiæ relatos per Curtium iu. *conſ. 87. n. 5.* vbi aſſerit hanc eſſe com. opin. Socinus iunior verò *conſil. 1. n. 46. & 108. lib. 1.* circa iſtam materiam refert quatuor opin. & denique ſecundam opin. videlicet quod dictum ſtatutũ ſit odioſum, aſſeuerat eſſe magis comm. Sed quid concludendũ in tam variis iuris noſtri interpretum ſententiis. Ego pro nũc inhæreo primæ opinioni, hac potiſsimũ ratione omiſsis aliis, quia huiuſmodi ſtatutũ in totũ legitimã tollere non poteſt, ſed diminuere, ex quo legitimã reduxit ad dotẽ datã, vel promiſſam, quę dicitur eſſe loco legitimæ, vt tenẽt Bald. & Salic. *in 2. not. per illum text. in l. quoniam nouella. C. de inoff. teſt.*

Ampliatur primũ hoc ſtatutum diſponẽs, quod filius maſculos excludere poſsit fœminam, vt procedat etiam in nepote ex filio, qui quidem poteſt dictam fœminã excludere, sec. Bald. Alex. & alios docto. *in l. vena. C. de in ius voc.* Anch. *in c. canonum ſtatuta, de conſtit.* Ruyn. *conſ. 141 n.* [illegible] *vol. 2. & conſ. 58. nu. 5.* poſt alios ibi per eum congeſtos. *vol. 5.* quoniam appellatione filij nepos comprehenditur *l. liberorum*, vbi Barto. *ff. de verb. ſig.* & Moder. *in d. l. vena.* Roma. *conſ. 129.* Rochus de curte *in repet. c. fi. de conſue.* Goza. *conſ. 90.* Marſ. *conſil. 85. nu. 14.* & latius *in ſing. 303.* filiorum appellatione. & Iaſ. *in l. de quib. num. 16. ff. de legib.* [illegible] atteſtatur hanc eſſe communem opinionem. & Soci. nep. *conſ. 144. nu. 83. lib. 3.* poſt Dec. *in l. 2. D. de in ius vocan.* Comprobatur etiam iſta communia, quia conſuetudo

in eccleſiar 27.col.& Iac.& Cur. vbi ſupra. Idem.

20 Pignorare an vaſallus poſſit feudum ſine conſenſu domini? text. eſt quòd non, in d.c.imperialem. in verbo, vel pignorare, & ibi Bald.& Alex. in l.ſi conſtante. in 12.col.ſol.matr. de quo per Fel. in c.quæ in eccleſiar in 30 col.de conſtit.

Limitat tamen Curt. vbi ſ. ibi, 6.principaliter quæro, an vaſallus poſſit pignorare. &c. 4.modis. primo, vt procedat quando ſubſecuta fuit traditio, quia ſola pignoratio ſine traditione nõ fac. vaſallũ cadere in pœnã caducitat. al ſignãter Bal. in c.1. §.aut libellario in ſi. qui.mo.feu.amit. & in l.2.in princ.com.de leg. addo Barb. qui idẽ videtur velle, in 1.par.cõſ.12.in 16. & 17.col.

Secundo limitat vt non procedat, quando vaſallus obligaret feudum pro neceſſitatibus, ex cauſa feudi incumbẽtibus, & pro ſeruitiis domini. al. Bal. in d.l.2.

Tertio, limitat nõ procede. in fructib. qui bene poſſunt pignorari. al. Io. Fabri in §.item Seruiana. in 14.col.inſtit. de act. de quo per Iaſon. ibi, in 24.col. & in l.ſi. in 27.col.C.de iure emphyt.

Quarto limitat quando pignoraret domino ſuo, quia tunc videtur conſentire. alleg. Bald.& Aluar. in d.cap.imperialem. & tex. in c.1. & ibi Cano. extra de feud. & in cap.conqueſtus. de vſu. & Alua. in c.1.de feu.da.in vicem.l.commiſ.

No. quod illis caſib. quib. tenet pignoratio, creditor cui pignoratur caſtrũ, põt in homines exercere iuriſdictionem, ſec. Iaſ. in d.§.itẽ Seruiana. in 24.col. al. Bal. remiſſiuè tamẽ in c.1. de feu.da.in vic.leg.cõmiſ. addo quod hoc decidit in terminis Paul. de Caſt. in 2.vol.conſ.376.incip. viſis act. & actitа. vide tamẽ quæ dixi ſupr. in tit. quæ ſint regalia. in ver. de iuriſdict. verſ. ſi vnus ex fratribus. & quod poſſit, ſ. tcoet Ludo. ſing. 560. quæritur à me. Idem.

21 In ſolutũ dari. Feudũ non poteſt dari in ſolutũ creditori ſine cõſenſu domini. ita a al. in c.2. de prohi.alie.feu. per Fred. v. ſed nunquid ex conſuet. Fel. in d.c.quæ in eccleſiar. in 3.col in princ.

Facit quod vult ipſe in c.1. in vlt. col. in tit. an fil. vel agna. vbi dicit, quod feudum non poteſt alienari pro ſatiſfacien. creditoribus, ad quod addo Signo. conſ. 71. & conſ.253. Arc. conſ.24. in fi.6.col.& Alex. vol.4.conſ.124. Limita, niſi ſit feudum hæreditarium. Alex. in 5. vol.conſ.19. in 2.col.verſ. in ea dubitat.

In cauſam tamen iudicati quando aliud non haberet vaſallus, poſſet capi. Curt. in 4.part. in rubr. an pignus iudiciale. Alex. in l.ſi finita. §.ſi de vectig. de dam.infect. Idem.

Quid ſi aliquis inſultet dominũ, an vaſallus teneatur eum iuuare ſub pœna priuationis feudi? tex. in d. c. 1. quib. mod. feud. amit. à cõtrario ſenſu videtur innuere quòd nõ. Cõtrariũ probat verius Curt. vbi ſupra. per tex in c. licet in 2. reſponſo, ſi de feud. fue. cõtro. dũ dicit, quòd vaſallus videns magnũ periculũ domino imminere, debet opẽ præſtare, etiã nõ requiſitus. aliàs perdit feudũ: nec diſtinguit inter prœliũ cãpeſtre & priuatum. & per text. in c. 1. de no. for. fidel. vbi ponit inter cætera quæ requirũtur de forma fidelitatis, quod vaſallus promittat iuuare dominũ cõtra omnẽ perſonã quæ velit ei damnũ inferre. Nec fit diſtinctio inter prœliũ cãpeſtre, & priuatũ. & ita dicit eſſe de mẽte omniũ loquentiũ in hac materia. Idem.

112 Nunquid vaſallus teneatur defendere dominũ in bello etiã iniuſto, vel in rixa iniuſta. curt. vbi ſ. ibi, 2. cadit neceſſaria dubitatio. dicit quod text. in c. domino guerram. in ti. hic finitur lex. decidit tres caſ. principales. primus eſt, quãdo eſt clarũ, quod dominus fouet iuſtitiam. ſecundus, quando dubitatur. tertius quando eſt clarum quod fouet iniuſtitiam. quia tunc etiam tenetur dominum vaſallus defendere: licèt circunſcripta defenſione non teneatur aduerſarium offendere.

Et eſt ſpeciale in vaſallo, vt teneatur defendere dominum, etiam iniuſtè rixãtẽ: ſecus autẽ in alio, qui ex aliqua diſpo. teneretur aliũ iuuare. quia nõ teneretur quando iniuſtè rixaretur: tex. eſt in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. & ibi Bar. ff. ad Silla.

Et ita ſec. cur. dicit Franc. Aret. in cõſ. 164. incip. ſicut Ioãnes ſcripſit &c. & Alua. & cõmuniter Moder. in d. c. domino guerrã. All. tamen Iſer. in d. c. 1. qui mod. feu. amitt. tenentẽ indiſtinctè quod vaſallus nõ tenet. iuuare dominũ in bello iniuſto etiã ad defen. & idẽ tenet ibi Iac. de Beluiſ. quia nõ dicitur ope ferre, qui ad peccã. nos adiuuat. 14. q. 7. c. ſi res. gl. in c. de form. 22. q. vl.

Et dicit bellum iniuſtum quinque modis ſecundum eum. vt dicit gl. no. 23. q. 1. §. ex his. nu. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & in d. c. domino guerram.

Limitat tamen prædicta, niſi dominus eſſet excommunicatus, vel bannitus: quia tunc vaſallus nõ teneretur iuuare dominum. tex. eſt in d. c. domino guerram. Idem.

113 Verũ vaſallus teneatur ſequi dominũ ſuis propriis ſumptibus? vide Alex. in l. recuſare §. ſi quis alio. aliàs in l ſed ſi ſcien. ff. ad Treb. & in l. ſi non ſortẽ. §. libertus. circa fi. & ibi Iaſ. in 11. col. ff. de cond. indeb. vide etiã eundẽ Iaſ. in l. cũ ſeruus. ff. de leg. 1. & d. Iac. in d. tract. feu. in ver & promiſerunt eidẽ domino. & cõmuniter cõcludere quod ſic. niſi feudũ eſſet ita tenue, quod nõ ſufficeret ad expẽſas. & allegatur Bart. in l. Mania §. 1. ff. de ann. leg. Bal. in l. qui manumittũtur. C. de oper. lib Lud. Ro. in l. recuſare. §. ſi quis alio. ff. ad Treb. & Old. co. 234 inci. factũ tale eſt, quidã mil.

Bal. tamen in c. cum ex officij. in 1. col de præſcrip. argum illius tex. not. quod vaſalli debent ire ad exercitum ſumptibus domini. refert Iaſ. in d. §. libertus. in 11. col. Idem.

114. Vaſallus an teneatur ſequi dominũ in bello, extra patriam? Iſer. in c 1. §. 9. ſimiliter de c. qui cur. vend. & in c. 1. §. ſed non iuſtior. quæ fuit 1. cauſa. benefi. amit. videtur diſtinguere, quod aut dominus facit guerram extra ſuũ territoriũ, vt acquirat aliquam ciuitatẽ, vel locũ, & tunc nõ tenetur ire vaſallus extra territoriũ: Aut verò mouet bellũ, pro vindicen. iniuria illata vaſallo. & tũc tenentur conuaſalli ire extra territorium. idem tenet Iſer. in d. c. 1. quib. mod feud amit. de quo vide latius Cur. vbi ſupra. in verſ. 3. cadit neceſſaria dubitatio. cui addo Barb in 1. vol. conſil. 11. in 1. col. vbi tenet indiſtinctè quòd teneatur ſequi dominum extra territorium. Idem.

115 Nunquid autem vaſallus teneatur alere dominũ egenum? Curt. vbi ſuprà. concludit per multa quòd non. de quo vide etiam Iaſ. in prælud. feu. in 28. col. verſ. vlt. circa &c. Et habetur de materia per eum & doct. in d. l. ſi non ſortem. §. libertus. in princip. ff. de cond. indeb. de quo vide etiã Iacob. in verſ. & cum pacto quòd ipſi vaſalli ſingulis annis &c. Idem.

116 Copulans cum vxore domini, debet feudo priuari. d. c. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit.

Amplia etiam vxore volente, ſecundum Iſer. & Alua. ibi per tex. in l. 1. §. vſque adeo ff. de iniur.

Amplia etiam ſi copulat mortuo domino, ipſa tamen exiſtente vidua: ſecus ſi ad ſecunda vota trãſiiſſet: per ea quę habentur in c. 2. in fi. de feu. ſine cul. non amit. in l. apud Celſum §. aduerſus. ff. de except. dol. & quod not. in l fideic. C. de fideic. & in l. ſororem. C. de his qui. vt indig. & dicit Alua. quod licet Bal. cõtrariũ teneat in vidua, primum tamen dictũ putat verius. Et hanc opinionẽ contra Bal. dicit ibi Curt. tenuiſſe Alex. in d. l. ſororem. de quo vide latius Cur. ibi, verſ. 2 principalis cauſa.

Amplia etiá in ſpóſa nōdū traducta. ita Alua. *in d.§.1.* cū aliis all. per Curt. ibi vbi dicit, hoc poſſe cōfirmari. per cómuné cōcl. doct. quæ habet quòd ſtante ſta. quòd vxore præmoriēte marit⁹ lucretur dotē, habet locū in ſpóſa nōdū traducta.

Amplia etiá ſi vaſallus non fecerit, ſed tamen opem dedit facienti. Ita Bald. *in d.ca.1.in prin.quib mod.feud.amit.* & ſequitur Alua. *in d.§.1.*

Limitat Curt. cōclu. prędictā nō procedere, quādo vaſallus ignorāter adulteraſſet vxorē domini ſui: vt quia forte reperit eā in lecto ſuo credēs eā eſſe vxorē ſuá quia túc nō priuaretur feu. alle. Alua. *in d.§.1.in vlt.col.* niſi ſua ignorátia eſſet ſupina.

Addo Fel. *in c.ſi verò. el 2. extra, de ſent. excom. in fi. rom.* Idem.

117 Quid autē in concubina domini, an vaſallus eam carnaliter cognoſcens priuetur feudo. Curt. *vbi ſuprà.* te latis op. tenet illā, quod priuetur. per tex. *in c.1.§ prædictus. quæ fuo. prima cauſa benef. amit.* dū vult, quod ex quib. cauſis filius exhæredatur, ex eiſdem priuetur feudo. ſed ſi filius habeat coitū cū concubina patris, poteſt exhæredari. *§. cauſas. in authen. vt cum de appell cogno.* ergo etiam poterit feudo priuari. Idem.

118 Sed quid de pediſſequa domini? Iſer. & Alua. *in d.c.1.§.1.* vt refert Curt. *vbi ſuprà.* tenent quòd iſta non ſit iuſta cauſa priuandi feudo. Idem.

119 Quærit inſuper Curt. ibi, quid ſi vxor domini, & aliæ perſonæ enumeratæ *in d.c.1. quib. mod feud. amit.* ſint publicæ meretrices, an tunc vaſallus perdat feudū? & concludit quòd ſic, poſt Iſer. *in d.c.1.* & adduc multa not. ad huc, quòd grauiora ſunt mala, quę ab illis inferūtur, quos amicos arbitramur. vide ibi per eum. Idem.

120 Quid ſi vaſallus non concubuit cum vxore domini, ſed ſolú tētauit? Dic quòd debet priuari feudo. *d.c.s. §.1. quis. mod. feud. amit.* Nec mirum ſecundum Curt. *ibi*, quia in delictis atrocioribus punitur affectus, licet non ſequatur effectus. *l. ſi quis non dicam rapere. C. de epi & cle. l. diuus. ff. de ſica.*

Pone poſtquā tentauit, quòd eum pœniteat, an priuabitur feudo. gloſ. *in d.§.1.* dicit quòd non ſi non deſtitit per pœnitentiam: ſecus ſi per impoſſibilitatē. *l. qui falſam. ff. de fal.*

Aluarot. autem ibi latius diſtinguit. vide ibi per eum. & per Curt. *vbi ſuprà. Ibi. circa iſtam 3. cauſam.*

Et ſubiungit an iſtud procedat non ſolū ſi ſe exercuit concubere cum vxore domini, ſed etiam cum perſonis enumeratis *in d.c.1. & ſequent.* Lauden. contra Bal. ibi tenet quòd ſic. Idem.

121 Nunquid autem vaſallus turpiter luden. cum vxore domini, priuari debeat feudo. text. *in d. cap.1.§.1. in tit. quib. mod. feu. amit.* tenet quòd ſic. & gl. ibi exemplicat ponendo manus ad pectus, vel ad fœmur.

An idem ſit ſi turpiter loquatur, & non tangat dominas. Iſer. Bald. & Alua. *in d.§.1.* tenent quòd non.

Contrariū tamen tenet Curt. ibi ſubiungeos præfatos doct. velle, quòd tūc vaſallus teneatur actione iniuriarum. Idem.

122 Quid ſi vaſallus cōcubuit cum nutu domini, an debeat priuari feud. text. *in d.§.1.* tenet quod ſic. Et extēdit Alua. ibi, etiam ſi talis nurus ſit nupta filio qui nō eſſet ſucceſſibilis in feudo. & ita vult Iſer. ibi.

Idē ſi cōcubuit cū filia domini, vel cū nepte ex filio. *d.§.1.*

Sed quid ſi concubuit cum ſorore domini in eadem domo manēte? dic idem. per text. *in d.§.1. & in c.1.§. rurſus. quæ fue. 1. cauſa benefi. amit.* vide Curt. *vbi ſuprà. ibi 7. principalis.*

Vbi ſubiungit quid ſi iſta ſoror erat maritata, ſed adhuc ſtabat in domo fratris cū marito ſuo, vt ſæpe euenit, an vaſallus priuetur feud. & dicit Aluar. *in d.§. rurſus.* determinare quod ſic.

Sed ipſe ponderat text. in contrarium *in d.§. rurſus. ibi, quæ in capillo dicitur.* quæ verba videntur intellig. de ſorore nubili. vide ibi per eum.

Addit ibi Curt. quod Aluar. *d.§. rurſus.* extēdit deciſionem illius tex. vt procedat etiam in ſorore domini, quæ remanſiſſet vidua & poſtea eſſet reuerſa in domum ipſius domini.

Item extendit etiam ſi eſſet ſponſa nondum traducta.

Idem extendit etiam accedente voluntate mulieris.

Limitat tamen quando feciſſet cum voluntate domini. *ar. c.1.§. & ſi clientulus. de alie. feu.* & ita dicit tenere Iac. de Ardiz.

Itē ſi concubuit cū matre domini, quæ ad 2. vota nō tranſiuiſſet. Ita vult Alua. *in d.§.1. in vlt. col.* alleg. in argumētum. *§. ſin autem. in auth. de cenſulibus. & l. fin. C. de priuil. ſchola.* Idem.

123 Inſultans dominum debet priuari feudo. *d.c.1.§. ſimiliter qui. mo. feud. amit.*

Et quid ſit inſultus: vide Bart. *in l.1.§. cū arietes. ff. ſi quadrupauper. fec. dicatur.* ex cuius dictis dicit Curt. *vbi ſuprà.* hoc eſſe limitan. vt non procedat, quando dominus & vaſallus inuicem rixarentur.

Limitat etiā. ſec. Bal. & Aluar. *in d.§. ſimiliter*, vt ſolū procedat quādo ſunt adeò proximi, quòd ſe attingere poſſunt: aliàs nō diceretur inſultus in perſoná, ſed poti⁹ inſultus ad locum.

Quid ſi vaſallus inſultauit caſtrum domini: vel aliū locum domini? dic quòd debet priuari feudo. *d.c.1.§. ſimiliter. iuncto. §. porrò. in c.1. quæ ſit prima cauſa.*

Amplia etiam ſi vaſallus ignorauerit dominum ibi eſſe. glo. & Alua. *in d.§. ſimiliter*, & ibi communiter doct.

Et ſufficit quòd vaſallus ſe ad caſtrum tantum approximet quòd poſſit iacula proiicere, & expugnare, ſecun. Bal. *in d.§. ſimiliter*, refert & ſequitur Curt. *vbi ſupra.* Idem.

124 Occidens fratrem ſuum propriū priuandus eſt feudo, & pariter occidens filium fratris ſui. *d.§ ſimiliter*, & occidens conuaſallum Aluar. *in c.1. in tit. an ille qui interf. fratrem. &c.* Occidens autem fratrem domini non priuatur feudo. *c.1. an ille qui interfe. fratrē domini ſui.* Sed quæ eſt ratio differentiæ? Bal. *in d.§. ſimiliter.* dicit, quòd interficere fratrem ſuū, nihil aliud eſt quá ſanguinem ſuum prodere: & maius eſt delictū quod contra ſanguinem ſuum committitur. *l. vtrum ff. ad l. Pomp. de parric. l.1. C. de his qui paren. vel liber occi.* item hoc eſt ſtatutū, quia aliqui interficiebant fratrem ſuum, vt eis portio paterna accreſceret, & huic morbo lex obuiat: quia priuat eos feudo habito & habendo, vt ibi latius per Bald. Occidens autem ſeipſum, non perdit feudum. Bald. *in d.c.1.* ſepeliri tamē debet cum canibus. gloſ. *in c. placuit. 23. q.5.* Idem.

125 Manus in dominū iniiciēs debet feudo priuari. *d.c.1.§. porrò, quæ ſit prima cauſa benefi. amit.* ſci. vulnerando, ſec. Alua. ibi.

Ampliat Alua. etiā ſi per aliū vulnerari fecerit. al. Iſer. *ibi. ar. l.1. §. deiectiſſe. ff. de vi & vi arm.* & confirmat ibi Cur. optimo fundamento.

Limitat tamen, vt procedat quando vaſallus actualiter dominum verberauit: ſecus ſi ſolam manum ſupra dominum eleuauit, ſed non percuſſit. al. Alua. *in d.§. porrò.*

Ipſe autem Curt. dicit quòd in contrarium fortiter ſtringit tex. *in l. item apud Labeonem §.1 ff. de iniur.* inducendo, vt ibi per eum quem vide. Idem.

126 Iniurians domino priuatur feudo. *d.§. porrò*, ſcilicet inferendo graues iniurias vt ibi. Grauis autem iniuria extimatur ex tribus, quæ ponit tex. *in §. atrox. Inſtit. de iniur.* Idem.

127 Inſidians vitę domini veneno, gladio, vel aliter, debet priuari feudo. *in d.c.1.§. porrò. quæ fuer prima cauſa benefi. amit.*

Quod limita procedere, quādo inſidias poſuit actualiter: ſecus autem ſi ſolum iuraſſet de occid. dominum, ſed vltra non proceſſiſſet, ita Iſern. *in d.§. porrò.* Cur. tamen *vbi ſupra* videtur hoc impugnare: quia iuramentum denotat enixam voluntatē iurant. vide ibi per eum *verſ. 14 cauſa priuationis, &c.*

Limita etiam non procedere, ſi fuiſſet inſidiatus, animo ſe defendendi, cum aliter periculum ſuū non poſſet euitare, ita vult. gl. *in d.§. porrò*, & ibi communiter feudiſtæ, & idem vult gl. *in §. ſi quis hominem. in tit. de pace tenen.* fac. *l. præſes. C. de ſerui. & aqua.* Idem.

128 Adhęrens inimico domini, ſeu cum eo contrahens amicitiā, priuatur feudo, ita vult glo. *in d.c.1.§.1. qui. mo. feu. amit.* & eſt text. *in c.1. in tit. quot teſtes ſint neceſſarij ad proban. ing.* & ita volunt Bal. & cōmuniter doct. *in l. liberi. C. de inoff. teſt. & in l.1.§. cum patronus. ff. de of. præfec. vr.* & ita vult in terminis Barb. *in 4. vol. conſ. 21. in 11. col.* & ſeq. Iaſ. *in l. ſi non ſortem. §. libertus. in 3. col. ff. de cond. indeb. & in d. l. liberi.* & Cur. *vbi ſupra, ibi, 15. cauſa*, vbi extendit vt procedat etiam in eccleſia feudataria. al Spec. *in tit. de dona. §. j. ver. quid ſi aliquis baro.*

Limitat tamē procedere, quādo talis amicitia eſſet cōtracta in perniciē domini. Aliàs autē ſola amicitia cōtracta cū inimico ad aliū effectum, non priuaret vaſallū feudo, ita ſec. cū limitat gloſ. *in c.j. in tit. hic poteſt eſſe tit. qui. mo. feu. amit.* quam ſeq. cōmuniter feudiſtæ, gloſ. *in d.§ porrò*, & vbique Alua. Vide notabiliter Hyp. *in l.j.§. præterea in 3. col. ff de q.* Adde quod vult Fel. *in c. ita quorundam. extra, de Iud.* vbi dicit quod portans vinum, arma, & ſimilia hoſtibus, puniendus eſt. Idem.

129 Aduocans ſpōte cōtra dominum, priuatur feudo. *gl. in d. c.j.§. item ſi delator. quæ ſit j. cauſa.* & ibi doct. fac. quod habetur *in c. ſi. extrà de poſtul.* & per Spec. *in tit. de poſtul. §. j. ver. itē quod poſtulat. & in l. ſi. ff. de inoff. teſt. & in l. qui cum maior. §. ſi procurator. ff. de bon. liber.*

Cur. autē *vbi ſuprà, ibi, 33. cauſ.* dicit ſibi videri, quòd vaſallus

etiam ſponte aduocans contra dominum, non debeat perdere feudum: eo quia conſiderat quòd glo. & ſcribentes in hac materia ſemper æquiparant vaſallum liberto: prout etiam generaliter ſolet æquiparari. vt dicit *Bald. in l. libertis libertaque. col. pen. de ope. liber.* & tamen habemus text. clarum. quod inter libertum & patronum non eſt prohibita aduocatio. *l. qui cum maior. §. ſi patrom ff. de bo. liber.* & aſſignat rationem. tex. neque enim aduocatus accuſat: ergo idem dicen. in propoſito. vide ibi per eum. Idem.

130 Iudicans contra dominum, ſi tanquam malè lata ſententia ex eiſdem actis reſciſſa ſit, eſt priuandus feudo. ita gl. *in d. c. 1. § item ſi delator. qua ſit prima cauſa.* vbi vide Aluar. qui dicit iſtud eſſe intelligen. de cauſa criminali: quoniã in cauſa ciuili ſi vaſallus nõ faciat iuſtitiam domino in alia re quàm feudali, non priuatur feudo. vt no. gl. *in § item qui dominum. eo. ti.* Idem.

131 Teſtificans contra dominũ adiuuando accuſatorem, priuatur feudo. glo. *in d. § item ſi delator.* Quod limitat Aluar. ibi, quando ſponte teſtificatur: ſecus ſi coactus à iudice. vt etiam vult gl. *in l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his qui. vt indig. & in c. 1. §. ſimiliter de conſue. rec. feud.* & ſubiungit Aluar. quod vaſallus debet reſiſtere, ne teſtificetur contra dominum. vide Cur. *vbi ſupra. ibi. 32. cauſa.* Idem.

Inducens accuſatorem contra dominum priuatur feudo. gl. *in d. § item ſi delator. ar. d. l. qui cum maior. §. ſed & ſi ff. de oper. lib.* & ita tenet Alua. ibi. Idem.

Delator domini ſi ex tali delatione graue damnum dederit domino, priuatur feudo. *d. §. item ſi delator.* de quo vide latius Curt. *ibi, 29. cauſa.* vbi limitat, niſi detuliſſet iuſtè, & ſuam intentionem probaſſet. ſecundum Iſer. & Aluar. ibi. quam tamẽ limitationem ipſe videtur impugnare.

2 Limitat quando vaſallus accuſaſſet dominum de delicto commiſſo in principem, vel rempublicam.

Limitat etiam mult. aliis modis. max. quando vaſallus eſſet minor. vide ibi per eum. *Idem.*

132 Proditor ſiue contra dominum ſiue contra alium, priuatur feudo. gl. *ſing. in c. 1. §. 1. in tit. quib. mod. feud. amitt.* quam in ſpecie ad hoc not. ibi Lauden poſt Iacob. de Beluiſ.

Quis autem dicatur proditor? Bartol. *in l. reſpicien. §. delinquunt. ff. de pœn.* dicit, quòd ille qui in mente gerit vnum, & facto aliud oſtendit. & hoc ſequitur Bald. *in auth. item nulla communitas. C. de epiſc. & cler. & in d. cap. 1.*

Dicit etiam Iac. Bu. *in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui no. infa.* quod ille qui dat potionem venenatam, dicitur proditor. & idem vult *in l. 1. C. de maleſ. & math.* & ſequitur Bal. *in d. cap. 1.* & Alua. *in cap. 1. in tit. an ille qui interfe.* Idem.

133 Parricida perdit feudum. *d. cap. 1. §. fin.* quæ ſit prima cauſa. & ibi Bald. ſignãter dicit, quod dicitur quis parricida, ſiue ſequuta ſit mors, ſiue tractata, & in tractatu perſeueratum. licet Deo reuelante non fuerit conſummatum. *l. ſi ſciente ff. ad leg. pomp. de parricid.* Idem.

134 Non liberans dominum incluſum cum potuit, priuatur feudo. *d. §. item ſi delator.* Cur. *vbi ſuprà. ibi 36. cauſa.* vbi mouet difficultatem, quia tunc vaſallus ſine interpellatione cõſtituatur in mora: & dicit quod hoc operatur, virtus iuramẽti fidelitatis: intelligit tamẽ quòd vaſallus debeat in perſona ſe exercere. non autem ſoluere de ſuo, ſecundum Alua. ibi. Idem.

135 Reuelãs ſecreta domini, priuatur feudo. *c. 1. in tit. hic poteſt eſſe tit. qui. mo. feud. amit.* & ibi Alua. qui dicit tria eſſe ad hoc neceſſaria: primũ ipſa manifeſtatio, ſecundũ quòd fiat animo dãnificãdi dominũ: tertiũ, quod ex reuelatione ſequutũ ſit dãnũ.

Et ſubiungit quod etiã ſi ſequutũ ſit damnum, tamen ſi reuelatio non fuit facta animo damnificãdi, non priuabitur feudo. onus tamen probandi quod nõ animo dãnificandi &c. incumbet vaſallo. Vide Curtium *vbi ſuprà. ibi 37. cauſa.* Idem.

136 Præſumptio cõtra vaſallũ, quod ſit inimicus domini, eſt cauſa iuſta priuationis feudi: gl. *in d. c. 1. §. 1. in tit. qui. mod. feud. amitt.* & eſt text. *in cap. 1. in tit. quot teſtes ſint nec. ad proban. ing.* de quo tamen vide Curt. *vbi ſuprà. ibi, 16. cauſa.* Idem.

137 Inceſtũ cõmittens priuatur feudo. Ita Bald. *in l. 1. in 51. q. ff. de ra. dono.* refert Alua. *in d. c. 1. § itẽ ſi fide. quib. mo. feu. amit.* Cur. tamen. *vbi ſuprà. ibi, 18. cauſa.* dicit eſſe aduerten. quia iura per eos al. not. loquũtur de feudo: licet dicãt ex inceſtu bona cõfiſcari. Et ideo dicit eſſe recurren. ad ea quæ no. feudiſtæ. max. Alua. *in cap. 1. in tit. an ille qui interfe. fratrem domini ſui.* & ex ibi dict. dicit poſſe ſimul ſtare, quod ex aliquo crimine publicentur bona, & tamẽ nõ poſſit agi ciuiliter ad priuationem feudi.

138 Negans ſcienter rẽ eſſe feudalẽ, perdit feudũ. *capit. vaſallus 1. & 2. in tit. ſi de feud. defunct. fue. contro.* iunctis notatis per *Bald. in d. cap. vaſallus et i. kely. in cap. caterũ. in 5. col. de iud.*

Limita tamen procedere, ſi negatio fiat in ſpecie: ſecus autem ſi diceret nego narrata, &c. ſecundum Bar. eleganter *in l. ſi ita dubitetur. § ita demũ ff. de fideiuſ.* & fuit originale dictum Iac. But. *in auth. offeratur.* & ſequitur ibi Bal. *C. de lit. conte.*

Sed Fel. *in d. c. caterum in 7. col.* dicit, quòd iſta limitatio cõmuniter reprehenditur. *Idem.*

139 Malè vtẽs re feudali ipſam deteriorando, debet ea priuari. Cur. *vbi ſuprà. ibi 22. cauſa.* quod dicit probari ex dictis *Inn. in c. ad apoſtolicã de re iud. in 6.* vbi per illũ tex. vult, quod licet vaſallus habeat vtile dominiũ, nõ tamẽ debet dilapidare nec deteriorare rẽ feudalẽ quod dictũ ſequitur *Bal. in c. fi. in pen. col. extra de re iud.* & Gem. *in d. c. ad apoſtolica. § ſed licet. in 3. col.* & ita vult Paul. de Caſt. *in auth. qui rẽ. C. de ſacroſan. eccl.* & pro iſta parte ſecundũ Cur. eſt bonus tex. quẽ ibi no. Bal. *in cap. 1. §. fi. de pace tenend.* & probatur in ſimili de emphyteuſi, in qua ſecundũ eũ clarũ eſt, quod emphyteota male vtẽs poteſt priuari *dicta auth. qui rẽ. ergo,* &c. Cald. *in tit. de feu. cõſ. 6. alias 308.* Bella.

149 Recognoſcẽs feudum ab alio quàm à domino, debet priuari feudo. *Iac. in d. tract. in ver. dicti que vaſalli promiſerunt. in pen. col. ver. Aduerte tamen.*

141 Ingratitudinem committens priuatur feudo ex eiſdẽ cauſis ex quibus ſit exhæredatio, matrimonij diſſolutio: & donationis reuocatio. ita videtur velle tex. *in d. c. 1. § prædictis modis. in tit. quæ fue. 1. cau.* & ita cõmuniter colligunt doct. ibi, de quo tamen vide ſubtiliter per Cur. *in d. 4. part. ibi. 38. cauſa.*

Et in v. 40. cauſa, &c. ſubiic. quod ex omni alia cauſa nõ expreſſa, quę poſſet dici ſimilis, vel maior expreſſis, poteſt vaſall⁹ priuari feudo. vt dicit colligi. *ex d. c. 1. §. ſed quia natura.* & dicit hoc relinq. iudicis arbitrio. an ſcilicet cauſa ſimilis vel maior.

Et propterea dicit vaſallos remanere ſubiectos multis periculis: & eos poſſe de facili illaqueari. & bonum eſſe habere iudicem fauorabilem, cuius officium latiſſimum eſt. *l. 1. in prin. ff. de iuriſd. om. iud.* Idem.

142 Sententia an ſit neceſſaria, an vero vaſallus priuetur ipſo iure in caſibus in quibus incidit in pœnã priuationis. gl. *in d. c. 1. §. 1. qui. mo. feu. amit. conclud.* quòd requiratus ſententia. *per c. 1. de feu. ſine cul. nõ amit.* & per tex. *in c. 3. in ti. qui temp. mil.* & cum illa gl. tranſeũt ibi Iſer. & Alua. probatur etiã *in ca. 1. in prin. in ti. de capitulis.* Contra. *in ver. perdat.* quo caſu ſecundum cõmunem doctrinam traditam *in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iud.* requiritur ſentẽtia & max. in materia pœnali vt ibi notatur.

Præterea ex quo vaſallus fuit ſemel inueſtitus legitimè, nõ poteſt ſine cauſa & culpa diueſtiri. & ita vult natura feudi. *c. 1. in tit. de natura feu. fac.* quod no *in c. 1. ext. de prob.* & habetur *in c. 1. in tit. de feu. ſine cul. nõ amit.* Quę cauſa & culpa debet cognoſci & terminari per pares curiæ per ea quæ habẽtur *in c. imperialẽ §. callidis. & §. pen. in ti. de prohi. alie. feu.* per Fede. Præterea hoc caſu nõ videtur quòd vnica citatio ſufficiat, ſed requiritur trina. per id quod habetur *in c. 1. §. eſt & alia. quæ fue. 1. cauſa.*

Et ita in terminis tenet Paul. de Caſt. *in 2. vol. conſ. 159. incip. queſtio iſta.* & Alex. *in 1. vol. conſ. 124. & in 3. vol. conſ. 60. ibi, circa tertium.* Card. *conſ. 74. & conſ. 92. in antep. col. verſic. item non eſt verum. & in conſ. 128.*

Contrariã opinionẽ tenet *Bal. in d. c. 1. in tit. quo tẽp. mil.* vbi etiã tenet, quòd nõ admittatur purgatio moræ. & aſſignat plures rationes ad hoc, quod ipſo iure dicatur priuatus. allegat gl. *in d. §. callidis in ver. ipſo iure. & in c. 1. de contro. inter do. & emp.*

Et hanc partem tenet expreſsè Ana. *in conſ. 32.* & ibi Lud. Bolog.

Idẽ in terminis vult Ale. *in 3. vol. cõſ. 44.* vbi dicit quod quicquid ſit, quãdo vaſallus priuatur feudo propter alias culpas, tamẽ quãdo priuatur eo quod alienauit ſine cõſenſu domini, priuatur ipſo iure. vt dicit eſſe de mẽte Inn. *in c. ex parte. extr. de feu.* & clarius ponit Bal. *in c. 1. in fi. pr. quib. mo. feu. amit. & in d. §. callidis.* & ita videtur tenere *Iaſ.* qui multa alleg. *in l. fi. in 35. col. C. de iur. emphyt.*

Et tenẽdo iſtã partẽ, poteſt reſpõderi, ad iura quę loquũtur per verbũ futuri tẽporis. per ea quę habẽtur per tex. gl & Bal. *in d. l. fi. C. de iur. emphyt.* vbi tex. vtitur verb. futur. tẽp. & gl. ibi exponit ipſo iure, & ſubdit ibi Bal. multũ no. Quod aut pœna cadẽtis à iure ſuo iponitur, actui iudiciario & legitimè, & tũc ſi per verb. futur. tẽp. requiritur ſẽtẽtia. & hoc modo loquantur iura cõtraria. Aut imponitur contractui, & facto extra iudiciũ

geſto: & tũc quantũcũque per verbũ futuri tẽporis loquatur, nihilominus imponitur ipſo iure abſq; aliquali ſentẽtia. quod eſt ſingulariter notandũ. & ita dicũt doct. in locis præallegatis. Poſſet etiã aliter reſponderi, ꝙ aut dubitatur vtrũ vaſallus petierit infra tẽpus ſtatutũ inueſtiturã, quia ipſe affirmat ſe petiiſſe: dominus verò negat: quo caſu res efficitur dubia: & tũc requiritur ſentẽtia: nec ante dicitur priuatus. Et ita debẽt intelligi iura loquẽtia per verbũ futuri tẽporis. Aut certũ eſt, & notoriũ, quòd nõ petiit: & tũc ipſo iure dicitur priuatus. nec aliqua requiritur ſentẽtia. Ita ſignãter vult Bal. in c. fin. de feu. ſine cul. non amit. Cald. in tit. de feud. conſ. 6 aliàs 308. & in tit. de ver. ſig. conſ. 10.

Vnũ etiã not. quòd vbicunq; factũ eſt certũ, quòd vaſallus tenetur petere inueſtiturã, & dominus citat eũ vt infrà tẽpus illud faciat ad quod de iure tenetur: ſi non faciat termino elapſo, cẽſetur ipſo iure priuatus abſq; alia citatione, vel ſentẽtia etiã declaratoria. & domin⁹ poteſt illud alteri cõferre. text. eſt aure⁹ in c. ordinary. in verbo, quod ſi forte. de offic. ordinary. lib. vi.

Tenendo autẽ primã opi. quòd requiratur ſentẽtia: Limita procedere, quãdo vaſallus priuatur propter ſeloniã, vel delictũ: ſecus autẽ quãdo per alienationẽ factã irrequiſito domino: quia tũc ipſo iure priuatur. ita Alua. in d. §. callidis. poſt gl. ibi. vbi etiã Bal. cõtra tamẽ iſtud dictũ Cur. vbi ſupra. vbi poſt enumeratas cauſas, &c. adduc. multa. Limita ſecundò quando ex curſu tẽporis eſſet feudũ extinctũ: quia tunc non requiritur ſentẽtia. Ita Curt. vbi ſuprà. al. Barb. in c. ex parte. in 4. col. extr. de feu. poſt Bald. in c. qua in eccleſiarũ in 12. col. de conſt. Limita tertio quãdo feudũ perditur propter finitã generationẽ: quia tũc nõ requiritur ſententia. ita Curt. vbi ſupra. al. Pau. de Caſt. in conſ. 133. incip. in caſu præſenti. quod mihi eſt. 135. Limita quartò quando vaſallus priuaretur feudo ex inhabilitate perſonæ: quia tũc nõ requiritur ſententia. ita Curt. vbi ſuprà. alleg. Bal. in ca. qui clericus. ſi de feud. fuer. contro. Limita quintò quãdo priuaretur propter crimẽ læſæ maieſtat. Ita Bal. in d. §. callidis. refert & ſequitur Curt. vbi ſuprà. Limita ſextò quãdo priuaretur propter hęreſim; quia excedit crimẽ læſæ Maieſt. c. vergẽtis. & c. excõmunicamus. de her. Curt. vbi ſuprà. Fallit ſeptimò in caſu ca. fœlicis. de pœnis, in ſexto. Curt. vbi ſuprà. Fallit octauò in caſu capit. pro human. de homic. in 6. Curt. vbi ſuprà. Fallit nonò in caſu cap. ſi quis ſuadente. circa princ. de pœnis. Curt. vbi ſuprà. Fallit decimò, quia ſi dominus vel cõmunitas habẽs feudũ ab eccleſia, faciat ſtatutũ cõtra libertatẽ eccleſiaſticã priuatur feudo ipſo iure. cap. grauẽ. in fin. de ſententia excõmunicationis. Bal. in cap. 1. in principio, qualiter do. propri. priue. Fallit vndecimò quãdo priua. ob inueſtituram non petitã: quia tunc cadit ipſo iure. Cur. vbi ſuprà. all. Bal. in c. 1. quo tempore mil. Kirchouius.

143 Hæres domini an poſſit priuare vaſallũ ſi ipſe dominus non fuit conqueſtus in eius vita? gl. in d. c. 1. §. 1. quib. mod. feu. d. amit. conclud. ꝙ nõ. al. l. omnimodo. C. de inof. teſt. l. 1. C. de reuo. don. & l. procula. ff. de proba. idẽ vult glo. in cap. 1. §. Porro. quæ fue. 1. cauſa. & in d. c. imperialẽ. §. inſuper. Et hac opin. videtur ſequi Cur. vbi ſuprà. ver. 2. prin. dubitatio. vbi refert Barb. de ea dubitãtem, in cap. 1. in 9. col. extra, de donat. Limitat tamẽ ſingulariter Cur. vbi ſuprà. vt nõ procedat in ſelonia per quã vaſallus eſſet ipſo iure priuatus, putà quia alienaſſet ſine conſenſu domini: quia tunc hæres domini poſſet expellere vaſallũ. all. Bal. in d. §. inſuper. ad fi. quia quãdo pœna imponitur ipſo iure trãſit ad hæredẽ, etiã quod nulla feratur ſentẽtia. gl. in l. 3. §. quod autem ait. ff. quod quiſq; iur. & dicit quòd hanc limitationẽ ſequitur Card. in d. c. fi. extr. de don. Pau. de Caſt. in d. l. omnimodo. & Aret. conſ. 14. ad fin. Ipſe autẽ Cur. impugnat hanc limitationẽ & all. Imol. in d. cap. fi. in 13. col. de don. vide ibi per eum. Limita ſecũdò quando dominus ſciuit culpã eſſe cõmiſſam & habuit ſpatium querelandi: ſecus autem ſi ignorauit, vel ſi ſciuit non habuit ſpatium querelandi. all. Iac. de Beluiſ. Bal. Alua. & communiter ſcribentes in d. cap. 1. §. 1. quib. mod. feu. amit. Io. And. in add. Spec. in tit. de feu. §. nunc dicamus. in prima add. mag. & Aret. in d. conſ. 14. ad fin. & Alex. in l. res iudicata. in 2. col. ff. ſol. matr.

Addo Paul. de Caſtr. in 2. vol. conſ. 158. incip. viſo & examinato. vbi limitat dictam regulam procedere, quando dominus ſciuit ſe habere ius in re feudali: ſecus ſi ignorauerit: quia tunc ignorans non videtur remiſiſſe. Subiungit, ibi Cur. quid ſi dominus non fuit conqueſtus in vita vaſalli qui cõmiſit feloniam, an poſſit agere contra hæredem? & concludit quòd non al. multa. max. Io. And. in add. Spec. in tit. de feu. §. fi. Cuma. conſi. 164. & confirmat multis auctoritatibus. Idem.

144 Vaſallus quãdo priuatur per culpã reſpicientẽ offẽſam domini ſiue feudũ ſit antiquũ, ſiue nouũ, ſemper reuertitur ad dominũ excluſis agnatis, vt dominus habeat ſuæ iniuriæ vltionẽ. c. 1. §. denique qua fue. prima cauſa. & ibi gl. & alia gl. in §. fi. in vltima gl. in fi. in tit. de pace iuramẽto firmãda. Bal. & alij in d. §. denique. qui eſt fin. & in ca. 1. §. aut ſi libellario quib. mod. feu. amit. & in c. ſi vaſallus culpã. vbi etiam gl. in titulo. ſi de feud. fue. contro. Bal. poſt Iacob. de Aret. & Odof. in ca. 1. ſi vaſ. feud. priue. &c. & videtur de mente Bart. in l. eum qui ff. de interd. & releg.

Et de hoc videtur text. in cap. imperialem. §. præterea ſi quis in feudatus. de prohib. alien. feud. per Fede. & probatur ex his quæ habentur. 1a q. 2. cap. longinquitate. & eſt glo. in cap. ex parte extra, de feud. & ibi Cano. concludentes quod vbicunque vaſallus cõmittit aliquid cõtra dominũ, vel aliquid facit cõtra conuentionẽ inueſtituræ, tunc feudũ reuertitur ad dominũ excluſis agnatis. allegãt quod habetur in l. 1. ff. ſi quis aliq. teſtar. prohi. bene facit quod habetur per Bart. in l. 1. de bon. dam. & hanc opinionẽ tenet expreſsè Bald. in prima parte conſ. 357. & in cap. 1. §. porro. in titulo, qualiter olim feud. amitt. & in d. prima parte, conſi. 118. & Ana. in conſ. 32. Alex. in 3. vol. conſ. 10. & d. Iacob. in tit. de feud. in ver. qui quidem inueſtit. verſic rurſus quæro.

Contrariã tamẽ opinionẽ, videlicet, quod imo in feudo antiquo delictũ vnius agnati, etiã cõmiſſum in perſonã domini, nõ noceat aliis agnatis: ſed ſolũ deſcendẽtibus agnati delinquẽtis, tenet gl. in cap. 1. §. 1. de ſucceſ. feud. & in d. cap. 1. ſi vaſ. feud. priue. Iſer. in d. cap. primo. §. fi. qua fue. prima cauſa. & in d. cap. 1. ſi vaſal. feud. & Hoſtien. in ſumma. in tit. de feu. & ita videtur tenere Paul. de Caſtr. in 2. vol. conſ. 154. incip. circa præſentem.

Et reſpondent præfa. doctor. ad d. §. primum. qua fue. prima cauſa. dum dicis, quod excluduntur proximi. quod debeat intelligi ſolum de deſcendentibus agnati delinquentis, non autem de aliis agnatis tranſuerſalibus. Bellac.

145 Curtius tamen vbi ſuprà in quinta part. in prin. ſuſtinendo primã partẽ, quam dicit eſſe cõmunem, & quam dicit tenuiſſe Iac. Ardiz. in ſumma. in tit. quib. mod. feud. amit. & Io. Raynaldi. in d. ca. imperialẽ. §. pœna. dicit poſſe reſpõderi ad obiecta in cõtrariũ, ex quo feudũ attenta originali natura eſt beneficiũ. cap. 1. §. fi. qui. cau. feu. amit. licet omnes agnati videantur vocati virtute primæ inueſtituræ: tamen feudum ipſum procedẽs à principio ex liberalitate concedentis cenſetur datum cũ iſta qualitate & conditione, vt ſi ingratitudo cõmittatur contra dominum, ad ipſum dominum deuoluatur. Vide ibi per eum qui etiam dicit eſſe viden. Franciſcum Cur. in conſ. 49. in ſecunda ampliatione conſilij, verſ. 11. dicunt. & verſic. Ad 11. &c.

Et extendit Cur. hanc concluſionem, vt non ſolùm procedat in culpa commiſſa contra perſonam domini, ſed & ſi vaſallus requiſitus vt velit aſſociare imperatorem Romam proficiſcentem pro ſuſcipienda corona, contumax fuerit, & inobediens, quia hoc caſu priuatur feudo, & ad dominum deuoluitur, ſiue antiquum ſiue nouum ſit feudum. al. gl. in cap. 1. §. fi. de pace iuramen. firmad. & ibi communiter docto. max. Aluar. & in d. c. 1. §. fi. in 45. concluſione. qua fue. prima cauſa. Limitat primo Curtius hanc concluſionem, niſi ex tenore inueſtituræ conſtet de mente cõcedentis, quod non velit delictum vnius alteri nocere: vt ſi diceret, concedo de vno in alium, vel omnibus principaliter, vel concedo, attentis meritis ſingulorum. & ita dicit tenere Bal. in c. 1. ſi vaſal. feu. priue. &c. & in cap. 1. de vaſal. qui contra conſtitut. Loth. & Aluar. in d. c. 1. §. fi. qua fue. prima cauſa in ſeptima concluſione. & alia multa allegat quæ omitto. Limitat ſecundo vt non procedat quando feudum eſſet datum patri & filio nominatim, vt filius partem habeat in feudo etiam viuo patre. quia tunc delictum patris non nocebit filio. alleg. Iſern. in cap. 1. in prima col. ſi vaſal feud. priue. arg. l. ſi quis Titio. ff. de vſufr. accre. & alia multa. Limitat tertio niſi feudum eſſet cõceſſum generi: vide ibi per eum. Limitat quartò quando vaſallus ſtudioſe domino aſſentiente, committeret delictum in perſonam domini, vt priuaret agnatos feudo: tũc enim non debet feudum ad dominum reuerti. al. Bald. in c. 1. §. aut ſi libellario. quib. mod feud. amit. ar. l. fi. in princ. ff. de eo per quem fac. erit. & idem ſecundum eũ, tenet Iac. Ardiz. in titul. quib. mod. feud. amit. ſub rubricella ſi vaſallus excogitat culpam. refert & ſequitur Alua. in d. cap. 1. §. fi. in 5. concl. qua fue. 1. cauſa. Limitat quinto quãdo culpa domini vaſallus incideret in caſum amiſſionis feudi: quia tunc, non ad dominum, ſed ad agnatos feudum reuerti debet. al. Ardiz vbi ſupra. & Alua. in d. §. fi. in 6. concluſione. Sexto ad limitationem d. regula. dicit ſommopere

mopere notandum quod vult Bald. *in ca.1.ſi vaſ feud.pri.* &c. vbi ſubiũgit de mente Iacob.de Rauen. quod aliquod eſt feudum quod nulla culpa, nulláque ingratitudine eſt amiſsibile: Puta ſi ſit conceſſum ex eo quòd dantem à morte liberauit, vel ab hoſtibus, vel latrunculis. al. text. ſing. *in l.ſi pater. §.1.ff. de donat.* vbi donatio facta ex cauſis præmiſ. nulla ingratitudine poteſt reuocari: ergo eodem modo quamcunque ingratitudinem committat vaſallus contra dominum, non poterit feudum ad dominum reuerti. Et illud dictum ſecundum eum refert & ſequitur idem Bal. *in c.1.in tertia col.in tit.an mutus ſur.vel aliter imper.* & ibi Lauden. Idem.

146 Quãdo vaſallus priuatur feudo ex alia cauſa, quàm ex iniuria, quæ cõcernat perſonam domini, ſi feudum eſt nouũ adhuc reuertitur ad dominum excluſ. deſcendentibus & agnatis omnibus. *c.1.§.fin.in 2.reſp.ibi,ſi tamen paternum ſit, quæ fue.1.cau.* & ibi gl. Alua. & doc. & Iſer. *in d.c.1.in tit.ſi vaſ fue. pri.* vbi etiã Bal. & alij. Cur. *in d.5 par ibi 2.prin.* vbi dicit quod in hoc non inueniat diſcrepantem. Idem.

147 Quando priuatur feudo ex alia cauſa quàm ex delicto, vel iniuria concernente perſonam domini, ſi feudum eſt antiquum, reuertitur ad agnatos, non autem ad dominum. *c.1. §.fin.in 2.reſponſo, quæ fuer.1.cauſa.* & eſt bonus text. ſecundum Curt. *vbi ſuprà in c.1.in tit.an ille qui interf fratrem do ſui.* & ita communiter tenent doctor. *in loc.præal.* & Aluar. *in d.c.1.§.fi. in concluſ. quæ fue.1.cauſ.* Subiungit ibi Curt. an omnes agnati admittantur ad tale feudum. vide ibi per eum. Idem.

148 Quando vaſallus priuatur feudo propter alienationem factam irrequiſito domino, fit diſtinctio inter feudum nouũ & antiquum. quia nouum reuertitur ad dominũ. *d.c.1.§.ſi quæ fue.1.cauſa.c.imperialem.§.callidis.de prohi.alien.feu.* per Lede. *c.1.de vaſ.qui contra conſtit.* Loth. *& c.1.in tit. quid iuris ſi vaſ. feu.alien.recuper.* Si verò ſit feudum antiquum, tunc reuertitur ad agnatos. *c.1.§.hoc quoque.de ſucceſſ feu.* & gl. *ibi* ab omnibus approbata. doct. *in d.c.1.§.fin.quæ fue.1.cau.* vbi Alua. *in 10.concluſ.* Et ſequitur Curt. *vbi ſupra.ibi 4.prin.* licet ſecundũ eum Bal. *in d.§.fin.* videatur tenere contrarium, & dare cautelam, quę non eſt tuta: & quòd tunc feudũ reuertatur ad agnatos. tenet Alexand. *in 1.volum. conſ.* 30. repetito *in 5.vol.conſ.2. in 4 col.* & *in 4.volum.conſ.106.in 1.colum.* Idem.

Quando priuatur ob inueſtituram non petitam: *Eadem eſt ſien.diſt.* ſcilicet de feudo nouo, & antiquo. Curt. *vbi ſuprà ibi Quinta ſit concl.* al. Iſer. & Alua. *in c.1.quo tempore mil.* & Alua. *in d.§.fin.in 20.concl.* vt nouum reuertatur ad dominum: Antiquum vero ad agnatos.

Et idẽ quando priuatur propter imperfectionẽ, vt quia ſit mutus, ſurdus, vel aliter imperfectus. & ad hoc in ſpecie. Cur. *vbi ſuprà.* al. Iſer. *in §.mutus. in tit.epiſcopũ vel Abb.* & *in c.1.an mutus* &c. & ibi Alua. *in vlt.col.* & *in d.c.1.§.fin.in 23. concl. quæ fue.1.cau.*

Idem ſi amiſit feudum propter clericaturam ſuperuenientem, iuxta dicta *ſuprà in Rub de ſucceſſ.feu.ver.clericus.* tunc enim vocatur dominus, & non agnatus, ſi feudum eſt nouum, niſi eſſent filij: quia tunc filij excluderent dominum: ſecus ſi feudum eſſet antiquum: quia tunc vocarentur agnati excluſo domino. ita tenet Alua. *in d.cap.1.§.fin.quæ fue.1.cauſa in 44. concluſ.* vbi dicit hanc concluſionem firmaſſe *in c.1.de mil.vaſ. qui ar.bel.dep.ſuper tex.* & *in c.1.in fin.de benefi fœmin.* Refert & ſequitur Curt. *vbi ſuprà.* vbi dicit per prædicta poſſe decidi omnes caſus ſimiles, in quib. vaſallus alio modo quàm ex delicto priuatur feudo. Adde Bolog. *in conſ.1.in 5.colum.* vbi tenet, quòd feudum nouum reuertitur ad dominum. Idem.

149 Delictum patris an & quando in feudis habeat nocere filio. Bart. *in l.eum qui.ff.de interd.& releg.relatis diſtinct.* Dy. *in c.non debet circa fin.de reg.iur.in 6.* & Cyn. *in l.3.in fin. C. de lib. & eo.lib.* quas diſtinct. dicit eſſe contra text. *in c.1 ſi vaſal. feu. priue.* & contra no. per gl. *in cap. ſi vaſallus.ſi de feu.fue.contro.* tradit talem diſtinctionem: Aut vaſallus committit aliquod delictum propter quod debet feudo, priuari directò. vt quia delinquit cõtra dominũ, vel aliquid facit cõtra cõuentionem feudi. & tunc indiſtincte delictũ patris nocet filio. ita loquitur text. *in c.1.ſi vaſ.feud.priue.* & quod habetur *in d.c.ſi vaſallus.ſi de feud.fue.contro.* & iſtud comprobat per ſimile, vt ibi per eum. Addo Alexand. *in 3.volum.conſil.60.in 4. dubio. & in d.l.eum qui.* Vide aliquid per Phil. *in d.c.non debet.*

Iſtud tamen primum membrum limitat Bart. vt procedat in feudo iam patri acquiſito: ſi autẽ erat quærend. quia adhuc erat apud auum ipſius nepotis, tunc delictum patris non nocebit filio, eidemq. nepoti. Imo nepos incipit tenere primũ locũ ex perſona ſua. *l.Gallus.§.&* quid ſi tantũ.ff de lib. & poſth. *ſac.l.non tantum.§.emancipatus ff.de bo.poſſ.contra tab.*

Secundũ mẽbrum diſtin. Bar. eſt, quãdo vaſallus committit aliquod delictum propter quod de directo non eſt priuandus feudo: ſed in conſequentiam cadit ab illo. vt quia non delinquit contra dominum, vel cõtra promiſsiones factas in feudo. & tunc dicit Bart. tenendam eſſe diſtinctione Cy. diſtinguentis *vbi ſupra* quod aut quis debet habere feudũ ex ſuo iure, ſiue ſua perſona vt quia pater eſt ſtipulat9 ſibi & ſuis filiis, & per conſequens eſt quęſitum ius filio, vt filio: & tunc delictũ patris non nocet filio *ar. d.l.eũ qui.* Aut vero filius debet habere feudũ ex ſucceſsione paterna. vt quia pater ſtipulatus eſt pro ſe & hęredibus, & tunc delictũ patris nocebit filio. *ar. d.l.eũ qui.* Ita refert Cur. *in d.5.par. ibi ſextus principalis ſit &c.* vbi dicit, quod cũ hac diſtinctione Bar. tenuit Pau.de Caſt. *in conſ. 162 incip.circa id quod 1.quæritur.* & Sal. *in l.2.C.de liber. & eo.li.* & Bald. *in l.lege 12 tab.C.de leg.here.* Addo Alex. *in 5.vol.conſi. 19 in 3. col.ver. & per hac.* Quid de delicto prælati an noceat ſucceſſori in feudo: vide Ang. *in §.2. Inſtit.qui mod.iu.finitur.*

Ipſe autẽ Cur. putat aduertendum quòd veritas huius difficultatis ſatis dependet ab illa q. an teſtator poſsit vni ſiliorũ feudum prælegare. Videtur enim ſecundũ Cur. quod in caſibus, in quibus cõtrahendo, poteſt pater filio præiudicare, in eiſdẽ poſsit etiã delinquẽdo cũ valeat arg. a delictis ad cõtractus, & ecõtrà. *l.omnẽ.cũ ibi not.ff de iud.* Vide Alex. *in 1.vol. conſ.30.* reperito *in 5 vol.cõſ.2.in 4.col.in fi. & in 4.vol.cõſ.106.in vlt.col.*

Tu adde Paul.de Caſtr. *in 1.vol.conſ.310. incip. circa id quod primò.* quòd eſt repetitum *in 2.vol.cõſ.162 ſupra al.* Et quid de renunciatione patris an noceat filio. vide Bal. *in 1 par.cõſ.82.* & Alex. *in 5.vol.conſ.13.& conſ.18.in 2.col.* Idem.

150 Confiſcatis bonis an intelligatur confiſcatum etiã feudum? vide Alex. poſt Bar. *in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus ff. de dam.infec.* vbi relatis variis opi. diſtinguit, quòd aut propter ſententiam criminalem cum bonorum confiſcatione nõ poteſt vaſallus inſeruire domino: vt quia vaſallus ſit poſitus in bano territorij vbi eſt feudum: & vbi habet ſeruire domino, & bona eius ſint cõfiſcata: tum quia talis æquiparatur deportato. vt not. gl. *in §.relegati Inſti.quib.mod.ius pa.po.ſol.* & plenè per doct. *in l.1.C.de hæredi.inſtituen.* & tunc verum ſit dicere, quod indiſtincte feudo priuetur. Tamen feudum tunc nõ tranſibit ad fiſcum, quia ad fiſcum ſolum tranſeunt ea quę ad hęredes tranſeunt cuiuſmodi non eſt feudum. Aut vero propter dictam ſententiam criminalem non impeditur vaſallus ſeruire domino: & iſto caſu dicit Alex. quòd procedit diſtinctio Imo. ibi per eum relata ita refert & ſequitur Curt. *in d.5. part. ibi Septimus & vltimus.* Subiungẽs Curt. *vbi ſuprà.* quid ſi vaſallus propria auctoritate inuadat rem feudalem, quo caſu debet priuari iure ſuo. *l.ſi quis in tantam.C.vnde vi.* cui applicabitur feudum an domino, an vero agnatis, an vim paſſo? & refert Alex. *in d.§.ſi de vectigalibus.* poſt Imo. *in l.eorum.illo eodem tit.* dicentem quod commoditas feudi applicabitur violentiam paſſo, apud quem durabit vſque ad vitam vaſalli. *ar. l.neceſſario.§.fi.ff.de peric. & commo. rei vend.* dicit tamen ibi Im. quod Bar. *ibi in prima q.ſenſit contrarium. & non bene.* vide per Alex. *vbi ſuprà.* Idem.

151 Teſtes quinque omni exceptione maiores requirũtur, neceſſariiq. ſunt ad probandã feloniã, ſeu ingratitudinẽ cõtra vaſallũ, text. eſt *in c.1.quot teſtes ſunt nec.ſ.ad proban.* & c. quem quidem tex. non fore authenticum, neque ſeruari aſſeuerat cũ aliis relatis per eum, moder. *in conſuet. Pariſ.de feud.§.10.* ſed illum tex. eſſe authenticum, haberéq. plenam fidem, ſicut cęteræ leges, atque pro lege ſeruari voluerunt omnes doct. vt inquit Iac. *de Feud.in verſ.dictique vaſalli,il 1.nu.55.* & ait eſſe communem ſententiam omnium *Bertr. conſ.115.nu. 31.vol.5.* vide Clar. *§.feudum.q.60.* F. Viuius *lib.2.opi.289.* & P. Fich.

152 Feudũ quib. modis amittatur, 40. caſ. ponit Matt.de Silima *in tract.de feud.in rub.quib.mod.feud.n.111.* & eſt in *vol.13. tract.* alios caſus, *n.72.* ponit Matt.de Affl *in c.1.§.itẽ.quib.mod. feu.ami.* Cur. iu. *in tract.feu.in 4.par.n.1.&ſq.ad n.82.* Dõ.à ban.

153 Feudum conceſſum alicui ad vel ſeruendũ finitur morte feudatarij: hanc regulam ponit *Bal.in prælud feud.nu 51.* Fallit in 9. caſib. quos not. Pet. Duen. *reg.319.* Idem.

154 Feudum negãs rem feudalẽ perdit. Abbas in capitulo, cæterum. *nu.21.de iud.Bal.in l.a C.quomod. & quando iudex.*

probatur per tex. *in c. quo iure. 8 diſt. & l. fin. ff. de rei vend.* Ampliatur in vno caſu, & limitatur in 5. à Fely. *in d. c. cæterum. n. 28. de iud.* Idem.

155 Declaratio domini & petitio requiritur, vt rei vel iuris alicuius priuatio incurratur. puta Emphyteuſeos, Feudi, donationis, &c. idque generaliter, vbicunq. aliquid ipſo iure ad dominũ reuerti dicitur. Bal. *in c. 1. de cap.* Cort. *in vſib. Feud. & in l. fin. C. de reuo. don.* Et probat late (vt inde cõmunis mens colligi poſsit) Tiraq. *in l. ſi vnquam. in ver. reuertatur. n. 10. & 11. & ſeq.* Idẽ tamẽ Tiraq. *in d. n. 11. circa fi.* refert in hoc ſufficere etiã tacitã voluntatem domini. Alleg. Pan. Anto. Alex. Dec. (oẽs in cõſiliis.) & Iaſ. *in l. poſthumus. ver. pro iſta op. C. de bo. poſ. cõtra tab.* q̃ loca videre poteris ſi caſus cõtingat. I. vicb.

156 Si vaſallus, domino mortuo, vel vaſalli hæres vaſallo mortuo, intra annũ & diẽ inueſtiturã nõ petierit, & fidelitatem non præſtiterit, feudum amittit. *lib. 2. feudo. tit. 24.* fallit vt per Vigel. *vbi ſupra cauſa 4. fol. 965.* Dou. à Fina.

Si vaſallus domino non ſeruiat, feudum amittit, *lib. 2. feudo. tit. 24. §. ſed nõ eſt alia.* fallit in 13. *caſib.* vt per Vigel. *vbi ſuprà, cauſa quinta, folio* 966. Idem.

157 Filius repudiata hæreditate, nõ poteſt retinere feud. hæreditariũ, *c. 1. in fi. an agnatus, vel filius defuncti poßit retinere feu. in vſib. feudor.* Fallit in quinq. caſib. vt per Mat. de Affl. *in d. c. 1. n. 32.* fallit in 5. caſib. vt per Zaſ. *in tract. feud. in 8. par. n. 9.* Idẽ.

158 Vaſallus ceſſans in ſolutione eius quod debet domino ſingulis annis pro ipſo feudo, per bienniũ in eccleſia, trienniũ in laico, nõ cadit à feudo, ſi res quæ ſolui debet, ſit modica, ſecũdũ Spec. *in tit. de emphyt. §. nũc aliqua verſ. 85.* quia hoc non reperitur iure cautũ. Gemi. *in c. ad apoſtolica. de re iud. in 6.* Do. Cato. *in l. de quib. ff. de legi.* Secus ſi ſit magni valoris: quia tũc nõ eſt propriè feudũ, ſed cõtractus innominatus, vt not. Bal. *in l. libertis, libertaq. C. de oper. li. in 11. col.* quo caſu procedat opi. Inn. *in d. c. ad apoſt.* tenẽtis, q. cadat. & Io. And. *ibi in gl. in verbo, reprehendi.* ac Bald. *in c. qua in eccl. extr. de conſt.* Balb. *deciſ.* 138.

159 Feudum antiquum ſecũdum magis communẽ opinionem, propter homicidium vaſalli transfertur in agnatos. Rolan. à Valle *in conſ. 1. n. 31. in 3. vol. & non fiſcum.* Bonacoſſ.

160 Vaſallus non præſtans fidelitatẽ domino, priuatur feudo. Fallit vt not. Roman. *in ſing* 115. Dou. à Fina.

161 Valet argumẽtum à feudo ad emphyteoſim, & è contra, *l. 1. §. fin. iuncta glo. ſi ager vect. c. 1. §. res aũt, de inueſt. de re alien. facta in vſib. feud.* Idem.

